00079881

BOMBAY BRANCH
OF THE
ROYAL ASIATIC SOCIETY.
TOWN HALL, BOMBAY.

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ ΑΠΑΝΤΑ.

LUCIANI, SAMOSATENSIS OPERA.

79881

CUM NOVA VERSIONE

TIBER. HEMSTERHUSII, & IO. MATTHIAE GESNERI,

GRAECIS SCHOLIIS, AC NOTIS

omnium proximae editionis Commentatorum, additis
IO. BRODAEI, IO. IENSII, LUD. KUSTERI, LAMB. BOSII, HOR. VITRINGAE, IOAN. DE LA FAYE, ED. LEEDES, aliisque ineditis, ac praecipue

MOSIS SOLANI & I. M. GESNERI.

TOMUS I.

Cujus priorem partem ſummo ſtudio curavit & illuſtravit

TIBERIUS HEMSTERHUSIUS.

Ceteras inde partes ordinavit, notasque ſuas adjecit

IOANNES FREDERICUS REITZIUS.



PC24

AMSTELODAMI,
Sumptibus JACOBI WETSTENII.

0
881
Luc/Luc
79881

00079881



MARIAE THERESIAE,

DEI GRATIA

HUNGARIAE, BOHEMIAE, DALMATIAE,
CROATIAE, SLAVONIAEQUE &c. REGINAE,
ARCHIDUCI AUSTRIAE, DUCI BURGUNDIAE, BRABANTIAE,
MEDIOLANI, STYRIAE, CARINTHIAE, CARNIOLIAE,
MANTUAE, PARMAE ET PLACENTIAE, LIMBURGIAE,
LUCEMBURGIAE, GELDRIAE, WURTEMBERGAE,
SUPERIORIS ET INFERIORIS SILESIAE,
PRINCIPI SUEVIAE ET TRANSYLVANIAE, MARCHIONI SACRI
ROMANI IMPERII, BURGOVIAE, MORAVIAE,
SUPERIORIS ET INFERIORIS LUSATIAE,

CO-

DEDICATIO.

COMITI HABSPURGI, FLANDRIAE, TYROLIS, FERRETIS,
KYBURGI, GORITIAE, GRADISCAE ET ARTHESIAE,
COMITI NAMURCI, DOMINAE MARCHIAE SLAVONICAE,
PORTUS NAONIS, SALINARUM ET MECHLINIAE &c.
NUPTAE LOTHARINGIAE ET BARRI DUCI,
MAGNAE DUCI HETRURIAE &c.

SERENISSIMA AC POTENTISSIMA REGINA.

NON indignabere, AUGUSTISSIMA PRINCEPS, ſi maximas Tuas expeditiones & illuſtriſſima facta, quibus univerſae Europae oculos men-

menteſque in Te convertis , aliquantum interpellare audeam , MAJESTATI TUAE hoc opus dedicando atque obſerendo tam inſigni tutela ac praeſidio tanto dignius , quanto magis idem a pluribus retro ſaeculis communi harum elegantiarum peritorum ſuffragio eſt comprobatum.

Cui enim id meliore jure conſecrare fas eſſet , quam Principi , cujus ingenii ac ſcientiae magnitudo praecelſo reſpondet Potentiſſimae gentis ſtemmati , quo ut nemini es ſecunda , ita animi magnitudine , virtute & conſtantia adeo anteis , ut nihil reperiatur eorum , quae vel a celebratiſſimis praeteritorum ſaeculorum Heroinis memorabilia geſta ſunt , quod TECUM , Reginarum Praeſtantiſſima , Tuiſque rebus geſtis componi queat : Principi inquam , quae ad imperandum nata ſolis ſuis dotibus ac regnandi facultate & benignitate regnum per ſe adminiſtrat ; cujus fortitudo invictaque conſtantia Heroibus , quotquot ſera poſteritas progignet , imitandum praebebit exemplar.

TUUM hoc , AUGUSTA , Regnum maxime

notabilem hujus aevi aeram conſtituet, Auguſtaeque Tuae Domui immortalem gloriam conciliabit: venerantur TE foederati, amant ſubditi, admiratur omnis, qua patet, terrarum orbis, laudesque ac proſpera vota undique in TE derivas; hanc igitur da ſupplicanti veniam, ut in tanta TIBI certatim ſua ſtudia ſignificantium turba non poſtremus numerer, qui devotionem meam teſtantia prodam indicia.

Editio haec, quam obſerre auſus ſum, fructus eſt laboris viginti annorum, magnaeque curae & ſumptuum: Complurium eruditorum meditationibus ditata prodit, nihilque eſt neglectum, quo caſtigatiſſima exiret & ſplendidiſſima. Unum tamen ei deerat decus, TUUM, POTENTISSIMA REGINA, praeſidium, quo munita lucem felicius adſpiceret omni jam ſplendore cumulata; eo quidem Auctor iſte non videtur indignus, tanta pollens foecundi ingenii facultate, ac dicendi facilitate, ut plerorumque priſcorum philoſophorum tectam ſub ſordido palliolo ſuperbiam, maloſque mores & pugnantes inter ſe ſententias, abſurdasque vulgi de Diis opiniones ſalſe ridendo

dendo acrius traducat ac refutet, quam ventoſi illi, quos odit, Sophiſtae, & clamoſi Rhetores, ſubtilibus & anxie quaeſitis argumentis valerent.

Sed mitto operis praeſtantiam pluribus enarrare; Tua, SERENISSIMA REGINA, perſpicacia, ut primum oculos in id conjicere vacabit, id ipſum dijudicabit ſolidius.

Utinam vere Regium Tuum, POTENTISSIMA REGINA, exemplum omnibus Principibus parem ad ſcientias & literarum ſtudia amorem inſpiret; parem ad promovendas artes, & ad nobilem illam aemulationem provocandos cives, induſtriam, quae ad regni ipſius proſperitatem haud leve habet momentum!

Quantam vero ſubditis pariter ac vicinis ſibi licet praeſagire felicitatem, quando glorioſis REGINAE fortiſſimae armis ſolio firmato, ac, divino honorificae pacis beneficio, tranquillitate in cunctis Ejusdem ditionibus revocata, MAJESTATIS ipſius poteſtas ad populi tantum felicitatem dirigetur, ad Leges tuendas, tranquillitatem publicam conſervan-

 dam,

dam, virtutis & eruditionis amorem in dies magis inflammandum; ad ſalutem denique omnium & ſingulorum, quotquot ſub tutelae ſuae clipeum recipere dignabitur!

Adventus temporis tam beati ſumma ardentiſſimorum ac maxime ſincerorum meorum eſt votorum, quae pro TUA, AUGUSTISSIMA REGINA, incolumitate, quam in perlongam annorum ſeriem producat ſummum Numen, nuncupare nullum diem praetermitto, quaeque ut devotiſſimae meae reverentiae ac ſubmiſſionis pignus clementiſſime recipias, ſupplico,

REGIAE MAIESTATIS TUAE

cliens devotiſſimus
atque humillimus,

IACOBUS WETSTEIN.

IOANNIS FREDERICI REITZII

PRAEFATIO.

NIMIS diu exſpectationem tuam, amice Lector, remorata eſt eſt haec Luciani editio; nimis inquam diu in editorum operarumque manibus haeſit opus ab tot annis deſideratum, ab tot annis jam inchoatum, & forſan numquam ad exitum perducendum, niſi quis tandem inventus fuiſſet, qui rupta mora miſſisque ambagibus vi quadam atque impetu Lucianum capite in partu difficili haerentem in lucem protrahere adgrederetur. Quum enim anno 1720. ejus edendi curam in ſe recepiſſet clariſſ. TIBERIUS HEMSTERHUSIUS, & ab anno 1730. quo praelum exerceri coepit, ad annum 1736. ad ſextam circiter totius operis partem perveniſſet; id eſt ad initium Dialogi *de Sacrificiis*, Tom. I. pag. 525. veriti bibliopolae Wetſtenii ne inſignes jam factae ad comparanda undique ſubſidia impenſae ſibi perirent, & ut ſtadium vitae ſuae editorisque ſufficeret, ſi reliquae quinque partes eadem temporis ratione procederent, alium disquirere coeperunt, qui tarditatem hanc feſtinando compenſaret. Verum quum poſt varios conatus, intermiſſo interim per complures menſes commentandi labore, & quieſcente praelo, nondum inveniretur quisquam, cui per alias occupationes liceret, aut qui telam ab tanto artifice, (quantus re vera eſt HEMSTERHUSIUS) exorſam detexendam, idque ne conceſſo quidem ad praeparandum ſpatio, recipere auderet, famam reveritus, ne Atlanti illi priori impar, tantum onus minus firmis humeris ſuſtuliſſe diceretur; adeo enim adcurate atque erudite HEMSTERH. pertractavit omnia, ut nihil deſideraretur, ſi ei opus ad finem perducere licuiſſet, aut libuiſſet, quem ego Zeuxidi pictori comparo, qui teſte *Plutarcho* in Πολυφιλ. T. 2. p. m. 94. culpatus, quod tarde pingeret, reſpondit, quia in multum tempus ea vellet durare: tandem itur ad me, cui vel juſtiores erant detrectandi cauſſae, quam aliis; ſi enim occupationes ſpectes, nemo iis me magis eſt obrutus; ſi vires, id eſt ingenii facultates, doctrinaeque adparatum, ad priorem editorem compoſita conſideres, nemo illorum quos ad ſubeundas has vices ſollicitatos ſcio, me erat infirmior; quare & ego tergiverſabar initio, utramque iſtam excuſationis cauſſam ſerio praetexens, nec praeterea lubenti

animo ad opus edendum acceſſurus, ad quod nihil fere praeparati haberem; quodque meo conſilio in lucem emittere numquam deſtinaſſem. Sed mea me vicit aliis obſequendi nimia facilitas, & gloriae contemtio minus de ſucceſſu ſollicita, ſatisque jam a bibliopolis comparatum adeſſe ſubſidiorum videbam, ex quibus in ordinem redactis haud levis fieret novarum commentationum & emendationum acceſſio, quae hanc editionem prioribus omnibus redderet meliorem, etſi ego verbum de meo addidiſſem nullum. Cumque novae verſionis adornandae curam in ſe recepiſſet Clar. Joan. Matth. Gesnerus, cujus diligentia & ſumma in omni literarum genere eruditio notior eſt, quam ut me praecone indigeat, isque ſuas etiam adnotationes additurus eſſet, dimidia me laboris parte ſublevatum ſentiebam; & cum ſpectatae diligentiae doctrinaeque Vir, Moses du Soul (ſive Solanus, ut ipſe ſe ſcribere amat) ſatis diu in emaculando Luciano occupatus notas ſuas ad eum plane deſcriptas ac praelo paratas reliquiſſet, vel hoc nomine egregie commendabilem futuram cernebam editionem, ſi ſolis horum duorum, Gesneri ac Solani acceſſionibus ditatam emitterem.

His conſideratis, cetera coepi perveſtigare adminicula, quae mihi a *Jacobo Wetſtenio*, ejusque ſocio ac fratre per adfinitatem juncto, *Gulielmo Smith* tradebantur, medio fere anno 1737, comperique ſatis ſupereſſe moleſtiae in iis in ordinem redigendis ac deſcribendis, nec fieri poſſe, ut ſine ulla addita animadverſione aut commentatione iis uterer. Non tamen me deterruit labor ille, quo me eo celerius defungi poſſe confidebam, quod in legendis Luciani ſcriptis non plane hoſpes eram, ut ex crebris ejusdem locis, quos in notis a me adductos & inter ſe comparatos videbis, patebit. Satius igitur duxi editionem ea quam tempus permittebat diligentia promovere, quam nimia ſollicitudine ſingula perveſtigandi diutius premere.

Et quamvis Lector non ſoleat rogare, *quam cito*, ſed *quam bene?* neceſſarium tamen hic eſt commemorare quam parum temporis ad haec deproperanda mihi fuerit conceſſum; adeo ut interdum ne ſpatium quidem ſupereſſet ad excutienda excerpta mea literaria, ex quibus aliorum auctorum teſtimonia ad confirmandas nonnullas emendationes facientia producere potuiſſem; dato enim ſex tantum hebdomadarum ad aliquot plagulas praelo praeparandas ſpatio, operam deinde bibliopolis addixi ea lege, ut haud interrupto ſcribendi labore tantum quotidie penſi abſolverem, quantum haud impiger typotheta continuata opera typis deſcribere valeret, id quod fideliter, quantum in me fuit, praeſtiti, atque ita quinque annorum ſpatio opus ad finem perduxi. Omnia enim ad Luciani corpus pertinentia typis jam deſcripta fuere menſe Octobri 1742. ſed Indices complures, quibus priores Edd. carebant, adjiciendi, novam injecere properanti moram, atque effecere ut non prius publicari potuerint.

Jam quibus copiis inſtructus & quomodo iis uſus fuerim, B. L. accipe. Editiones Luciani adhibui principes haſce. *Florentinam* primam omnium, anni 1496. Graecam, in forma majore. Haec etſi ab typographicis vitiis non eſt immunis, in veſtigiis tamen priſcae lectionis ſervandis tantum alias prae-

cel-

cellit, ut Codicis Manuſcripti vicem praeſtare queat. Hanc licet *Solanus* totam contulerit, ego tamen aeque ac reliquas ſaepiſſime inſpexi, ac de novo conſului.

Sequebatur *Aldina* prima, & ea Graeca, plura habens vitia typogr. in forma majore, Venetiis excuſa, an. 1503. quam utendam liberaliſſime conceſſit Clar. WESSELINGIUS in edendo *Diod. Siculo* ſtrenue occupatus; ejus margini adſcriptae erant manu antiqua varietates potiſſimum Ed. Florentinae, ſed & aliae, quas ex Codd. excerptas eſſe nullus dubito, tum quia varietatibus aliorum codicum interdum conveniunt, tum quia depravatas etiam lectiones exhibet, nusquam alibi a me detectas, quod non factum fuiſſe credo, ſi conjecturae tantum illae forent lectionis emendandae.

Hagenoanam primam anni 1526. ita contuli, ut in corrigendis operarum noſtrarum ſpeciminibus modo hanc, modo alteram, qua Cl. *Geſnerus* in conficienda verſione uſus erat, ejusque ſphalmata plurimum correxerat, fratre optimo & collega *J. H. Reitzio* praelegente, ducem ſequerer, exceptis iis locis, quae vel ex Codd. vel manifeſta ex neceſſitate mutare inſtitui, de quibus mox pluribus agam.

Dein plurimum omnium uſus ſum *Juntina* Graeca, Venetiis anno 1535. excuſa, 2. tomis in forma quam octavam vocamus, quaeque Florentinae parum inferior, licet interdum interpolata, ut videre eſt in nott. T. I. p. 356. In hujus margine *Solanus* omnes a ſe collectas varietates tam Codicum Mſſ. quam decem & nonnumquam plurium editionum, diligenter & nitide conſignaverat; ſed charactere adeo minuto, ut aciem oculorum diutius inhaerentis lectoris obtunderent. Quibus autem Codicibus ille uſus fuerit, & quo ſcribendi compendio iidem aeque ac editiones in notis & variantibus Lectionibus adlegatae deſignentur, ad finem hujus praefationis indicabimus.

Porro ad manus habui *Baſilienſem* utramque, ſimiliter mere Graecam, duobus quamque tomis in forma octava conſtantem, quarum prior anno 1545, altera 1555. prodiit. De poſteriore illa verum quidem eſt quod *Solanus* prodit, eam ita coeco ductu veſtigia primae ſecutam, ut vitia etiam typographica prioris expreſſerit. Non tamen id adeo ſemper verum, quin aliquot locis meliorem etiam lectionem altera *Baſil.* prae priore exhibeat. Ex. c. In *Bis Acc.* c. 1. ἐκκεκώφωται recte dedit altera illa, quum prior male cum aliis ἐκκεκώφηται. In *Philopſ.* c. 36. ſ. p. 378. Edit. noſtrae ἐπαντλεῖν bene *Baſ.* 2. ubi ἐπαντπλεῖν male *Baſ.* 1. In *Dem. Enc.* c. 44. λαμβάνουσιν recte altera, λαμβάνουσι prave prior. Item in *Soloec.* init. *Baſ.* 2. bene ἐπιστάμενον, quum prior male ἐπιστάμενος. Alibi vero etiam a priore receſſit, ut in *Icarom.* c. 28. ubi in verſ. Hom. εἶχε prior habuerat, altera ἔχει dedit, utraque male. Generaliter autem adfirmari poteſt, ſecundam iſtam prioris vitia auxiſſe; veluti quum in *Bis Acc.* c. 12. ἀκούοντι recte *B* 1. haberet, altera ἀκούων τι prave expreſſit, ne pluribus Lectori moleſtus ſim. Quare miratus ego, cur *Solanus* tamen alteram longe ſaepius adleget quam priorem, potius habui plurimis in locis conſulere primam; non enim id agimus, ut vitioſas potiſſimum lectiones conqui-

quirendo, earum notandarum copia editionem exornari credamus; ſed ut ex optimae notae libris & Edd. probas lectiones eruamus (quamquam vitioſas etiam non omittendas duximus)

Baſil. quartam anni 1619. nanciſci non contigit. Tertiam vero *ibid.* anno 1563. ap. Henricum Petri editam Graeco-Latinam, cum nott. Cognati & Sambuci ſerius nactus ſum, quam ut ea adjuvari potuerim; nec multum opus erat: Cognati enim ex Pariſina inſeruimus, & in Sambuci puerilibus notis perpauca tantum lectu digna invenias.

Praeterea adhibuimus *Francofurtanam* anni 1546. mere quoque Graecam, duobus in forma minore tomis, comprehenſam, nec vitiis typographicis deſtitutam, nec multum ſingularium lectionum exhibentem, non tamen ad inſtitutum noſtrum plane inutilem, ut ex indicatis varr. lectt. adparet.

Tum non neglexímus *Salmurienſem* Benedicti Graeco Latinam omnibus notam, duobus in octavo tomis eodem anno 1619. quo Baſilienſis quarta, excuſam. De hac Salmurienſi Benedictus in praefatione adfirmat, „ ſe Graecum contextum vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex „ proprio judicio emendaſſe". Et quamvis mallem indicaſſet ubi Codd. ducibus, ubi ſolo judicio uſus fuerit, verum tamen eſſe deprehendi, nonnulla probe ab ipſo emendata, quae & mihi fuere imitanda, ut ſuis locis in notis indicabitur. A Vitiis certe typotheticis ita ſuam purgavit editionem Benedictus, ut plurima antiquiorum errata ſuſtulerit; licet ad veram lectionem ex Mſſ. reſtituendam minus operae mihi videatur impendiſſe.

Pariſinam denique Bourdelotii Graeco-Latinam, anni 1615. forma, quam in Folio dicimus, & in qua Solanus nonnulla emendarat, ſuasque paragraphorum ſive capitum diviſiones addiderat, ita adhibuimus, ut, exemplo Cl. Hemſterhuſii, ad ejus contextum, emendatis, quantum potuimus, emendandis, typothetas noſtram editionem deſcribere curaverimus. Notas vero Marcilii, Cognati & Bourdelotii textui ibid. non ſubjectas, ſed calci adnexas, exſcribere inde coactus fui.

Noviſſimam tandem Amſtelodamenſem omnium vitioſiſſimam Cl. *Graevii* editionem eo potius conſilio adhibui, ut ejus & Cl. *Gronovii* notas inde excerperem, quam ut ex Graeco ejus contextu aliquid utilitatis ſperarem, qui ita negligenter eſt habitus, ut non modo ex Codd. qui ibid. indicantur, nihil in eo ſit reſtitutum, ſed mendis typographicis Latina Graecaque ſcateant, maxime in notis & Scholiaſte. Id tamen boni habuit, quod Cl. Hemſterh. in ejus marg. quaedam adpinxerat quae de conſulendo *Dukero* ad Thucyd. *Daviſ.* ad Cic. & *L. Bos* in Obſ. Crit. monerent, unde & ea notis noſtris inſerui, monitoris nomine addito, niſi ubi forte idem per me jam notaſſem.

Nunc de ceteris adminiculis, & quid laboris exhauriendum habuerim, quidve eo praeſtiterim, mihi docendus es. Ex *Brodaei miſcell.* quas in Lampadem criticam retulit Gruterus, plurima quoque inſerui, etſi levia ſaepe ſunt, & ita vitioſe in illa crebris ubique naevis obfuſcata face expreſſa, ut ad auctoris mentem potius quam ad id quod literis expreſſum legitur, ſaepe re-

ſpi-

ſpiciendum fuerit : dandum tamen hoc omnium quos novi primo Luciani commentatori fuit, ut ejus adnotata plerumque perbrevia, & contextum interdum bene emendantia repeterentur; quare ea tantum omiſi, quae nimis puerilia videbantur, ut quando ad verbum πέπονθα monet, id eſſe a πάσχω, vel διαπαρεὶς, a διαπείρω, & ſimilis farinae; interdum & ea, quae aliud agens in Luciano emendat; ſed quae nimis diſperſa conquirere non potui.

Tum etiam communicatae mecum fuere notae manu ſcriptae *Fr. Gujeti*, ex quibus *Aeg. Menagium* ſua omnia hauſiſſe mihi perſuadeo, ita ad verbum eadem ubique habet quae *Gujetus*, quo defuncto forſan nactus eſt exemplar Luciani in cujus marginem *Guj.* breves ſuas commentationes & conjecturas conjecerat, quas deinde deſcribens auxit. Sunt enim *Gujeti* illae notulae aliquanto plures quam quas *Menagius* dedit; & veterem fuiſſe popularium hujus querelam, quod ex aliis ſua deſumere amaret, vid. in *Miſcell. novis Lipſ.* quae in forma minore prodiere anno 1742. vol. 1. pag. 122. Item *Lamberti Bos*, *Horat. Vitringae*, & paucae *Maturini Veyſſierii La Croze*, quae omnes rurſus a me deſcribendae non modo erant, aeque ac *Solani* illae ſupra jam commemoratae, ſed & quaerendum quo pertinerent; cum quisque fere alia Luciani editione uſus aliam paginam adlegaret, & *Solan.* notas etiam ſuas ad *Juntinae* paginas adcommodaſſet. *La Crozii* autem commentationes ſerius nactus, a Tom. 2. demum inſerere coepi, ceteras Addendis adjecturus, niſi easdem obſervatt. ab aliis jam occupatas deprehendero. Notas *J. H. Maji* ad Macrobios, & *Er. Schmidii* ad Tragopodagram unde hauſerim, ad initium eorum Dialogorum indicavi. In hoc vero negotio plurimum temporis abſumendum fuit, ut in omnium notis prolata Luciani teſtimonia, tam diverſis paginis indicata jam ad paragraphorum ſive capitum noſtrorum numeros aptarem, id quod aliquot millies contigiſſe facile credes, ubi Cl. *Jenſii* notam, quae eſt T. 2. p. 481. ſive ad *Imag.* c. 22. conſideraveris, in qua ſola Lucianus advocatur plus centies & quadragies; *Solanus* quidem Lucianum adlegans ſaepius capitum numeros a ſe inſtitutos quam paginarum expreſſit; ſed quum Cl. *Hemſt.* ad medium usque Tomi I. capita aliter diſpeſcuit, in notis tamen *Solani* numeros eorum non mutavit, accidet interdum, ut id jam aliquot paragraphis ulterius quaerendum ſit, quod *Solanus* in anterioribus inveniri ſcripſit. E. c. quando ex T. I. adfert *Nigrin.* c. 10. id jam ex diviſione Hemſterhuſiana eſt c. vel §. 17. Totum enim *Nigrinum Solanus* diſtribuerat in capita 23. *Hemſt.* in 38. Nos vero dialogos omnes ſequentes a Dial. *de Sacrif.* ad fin. tomi ult. ex mente *Solani* diſpeſcuimus, ne opus eſſet ſingulas adlegationes mutare, quod in iis facere coacti ſumus quae partem illam priorem ſpectabant, exceptis forſan aliquot locis per feſtinationem mutare neglectis, quae Lector tamen hac ratione indicata facilius inveniet.

In hiſce tamen interdum ſublevatus ſum juvenum praeſtantiſſimorum opera, primum *Theodori Woertmanni*, qui olim gymnaſii noſtri coryphaeus, jam in cauſſarum patronis eximium tenet locum, procedente tempore principem etiam obtenturus. Hoc vero gravioribus negotiis occupato idem auxi-

lium mihi partitis vicibus praeſtitere *Regnerus Henricus Siblink*, & is Juris Doctor ex meritis nuper renuntiatus, nec non *Jacobus Gobius*, eodem honore brevi forſan mactandus. His itaque diſcipulis olim primariis ac dulciſſimis, nunc amicis optimis, hoc nomine quantas poſſum gratias ago.

Ex Clar. Ioan. Iensii Lectionibus Lucianeis inſerui omnia, reſectis tantum paucis excurſionibus ad Lucianum non plane ſpectantibus, atque in compendium redactis Luciani verbis ab eo longiore ſerie productis, quae repeti nihil opus erat, quum textui Lucianeo jam ſubjectae ſint illae obſervationes, ex quo nexus verborum peti poteſt. Ut autem egregiam illius de me optime meriti viri in Luciano emaculando operam magni facio, literarumque peritiam in ea juventute qua illas Lect. conſcripſit, admiror, ita ipſe non aegre feret, ubi bis terve tamen ab ipſo diſſenſero, ſed pari humanitate mihi & alibi per feſtinationem lapſo ignoſcet.

Variantium autem Lectionum ſat amplum catalogum ab *Solano* in Ed. Juntinam, ut ſupra monui, collatum, totum deſcribere lectorique exhibere, interdum & alias ab eo omiſſas addere, non ſum veritus, ut adpareret quanta diligentia editionum codicumque collatio ſit inſtituta. Interdum tamen nimis manifeſto vitioſa qui meri tantum errores typothetarum eſſe adparebant, quaeque nec *Sol.* notarat, omittere ſatius duxi, ut quando *Junt.* in *Jov. Trag.* c. 30. habet ϖρίποδα pro τρίποδα, vel cum in *Abdic.* c. 23. f. eadem ridicule exhibet ἰατρῖς pro ἰατροῖς. Alibi ονος pro μόνος, ubi manifeſtum eſt μ tantum inter imprimendum excidiſſe, vel ubi *Hag.* 2. in *Bis Acc.* c. 2. ϑεσπότης pro δεσπότης, & ib. c. 31. τολμόντων pro τολμώντων, & ſimilibus. Etſi enim non ſum in eorum ſententia qui nihil utilitatis ex collectione variantium lectionum exſpectant, eosque ad praefationem Lucani a ſummo literatore *P. Burmanno*, & ad praefat. *Monteſalconii*, quam bibliothecae Coslejanae praemiſit, ablegare, quam hic multa ſuper his diſputare malo, ſatis enim uterque earum neceſſitatem commendavit; modum tamen aliquem ſervari poſſe in iis notandis, probe intelligo; plus enim ex uno antiquo & adcurate ſcripto codice ad emendationem auctoris denuo edendi profici, quam ex decem aliis vitioſis ſive codd. ſive edd. nemo negaverit. Quumque *Solanus* plus millies adſcripſerit † *Fl.* vel † *Edd.* id eſt nihil mutare Florentinam vel Editiones ceteras, ſed cum vulgata lectione convenire, nihil opus credidi id ubique addere, quia ex varietatum ſilentio ſatis patebit Edd. conſentire. Qui autem etiam ſine codicum ope ſe omnia ſanare poſſe contendunt, ſua fruantur felicitate. Mihi certe mira videntur dicta Cl. *Heumanni*, qui in Poecile *nimis ſervilem operam* vocat, *ex Codicibus corrigere*; quod iis nihil opus ſit, ubi rem ingenio perficere poſſis. Et ut facile largiar, ingenioſiorem eſſe illum, qui ſua ſponte invenit emendationem, quam qui ex libris tantum eandem deſcribit; ita tamen mihi largietur viciſſim, ingenii quidem acumine poſſe excogitari quid auctor dicere potuerit, non ſemper quid re vera dixerit; qui tamen veterum ſcripta recudendi primarius eſt finis. quin & in Codd. tales ſaepe numero emen-

mendationes invenias, de quibus vel acutiſſimus Criticus ne quidem cogitaſſet umquam.

Ceterum omnino cum eodem & Cl. *Gronovio* ſentio, inutiles fere eſſe tot repetitas auctorum edd. & Codd. collationes, ſi ſemper emendanda & ſananda haec vel illa verba clames, corruptas interim lectiones ubique ſerves, nihilque in contextu usquam mutare audeas. Quare & ego mediam quandam viam inter audaciam ac timiditatem nimiam ſectari ſtudui, in contextum ſaepe recipiens quae vel in Codd. inveni vulgatae multo praeſtantiora, vel quae neceſſitas etiam ſine librorum auctoritate mutare juſſit, id quod Cl. noſter *Weſſeling.* etiam in D. Siculo facere inſtituit, E. gr. L. XI. c. 46. vſ. 8. ἐργαστείραν εἰληφὼς in textum recipiens ſine auctoritate, pro vulgato ἐγὼ &c. idque & alibi recte faciens. Sed ut de noſtris emendationibus Lector eo melius judicet, nonnulla hic adponam ex iis quae audaciora videbuntur, at parva literarum imo unius literae, ſyllabae, accentusque mutatione verum ſenſum auctori reddunt.

Ita T. I. *pro Lapſu* c. 8. Καρδιανὸς praeeunte *Sol.* dedi, contra Codd. & Edd. quae Σαρδιανός. De *Merced. Cond.* c. 30. med. conſentientibus commentatoribus hoc dedi, ut θέλω pro θέλῃ reciperem, quia res ipſa clamabat, verbum primae perſonae requiri.

Εἴκοσι ἔτη ſimili confidentia cum eodem edidi in *Hermot.* c. 59. f. pro abſurdo vulgato εἰκὸς ἔτι.

Ἄφευκτον in ἄφυκτον mutavi paullo poſt, ſine Codd. & Edd. auctoritate, ſed exemplis Luciani.

Αὑτοῦ bis dedi pro αὐτοῦ, in T. 2. *Quom. Hiſt.* c. 62. ac ſaepiſſime alibi, quoties opus erat, nihil in his fidem librorum exſpectans. Ὀνομάζων excudi curavi pro ὀνομάσων, ex emendatione neceſſaria *Jenſii*, in *Quom. Hiſt.* c. 41.

Ἐπιπολῶν juſſu *Geſneri* ib. c. 57. pro ἔτι πόλεων.

Ἁπάντων ὧν ἐγὼ εἶδον dedi ſine auctoritate librorum, pro vulgata Edd. lectione, ἄπαντα ὧν ἐγὼ εἶδον. T. II. 1. *Ver. Hiſt.* c. 40. etſi verſionem ad vulgatam compoſitam intactam reliqui.

Αὑτοὺς μὴ ἀγνοεῖν edidi in 2. *Ver. Hiſt.* c. 20. ex uno *Pell.* invitis ceteris, quia ſenſus id poſtulabat.

Ζῶν ἔτι non extimui edere ſine auctoritate, pro abſurdo ζῶντι, praeeunte *Sol.* in *Tyran.* c. 1.

Αἰτιῶ item pro αἴτια, *Abdicat.* c. 21. ejusdem Tomi II.

Γὰρ omiſſum inſerui jubente *Solano*, ſine alia auctoritate, ib. *Salt.* c. 75. f.

Ἢ τὸ τοῦ Βρισέως excudi juſſi in *Imag.* c. 8. f. pro vulgato ἢ τῇ - - ut Latina verſio congrueret, quam Cl. *Geſn.* ſic optime dederat.

Καλλίω δὲ καὶ ἐρασμιωτέραν ψυχὴν σκέψασα neceſſario repoſui *ibid.* c. 22. pro καλλίων καὶ ἐρασμιωτέρα ψυχὴν σκέψασα.

Αὖθις inſerui ex uno Cod. O. *Jov. Conf.* c. 3. ubi Lector judicet, anne ſic longe melius procedat oratio?

Πεπαρῴνηται admiſi ſine auctoritate, pro πεπαρῴνηται, *ib.* c. 14.

 Ἐπὶ

Ἐπὶ τῷ συμφέροντι ex uno L. recepi, quia res ipſa clamat, quum Edd. male ἐπὶ τὸ συμφέροντι. *ibid.* c. 19.

Conjunctionem τε ejeci in ἄλλως τ' ὐδὲ φιλόπονος ὤν, & in ſenſum oppoſitum verſionem neceſſario mutavi ib. *Gall.* c. 29. med.

Δεδιότας pro δεδιότες expreſſi ſine alia auctoritate, quam quia προϊόντας & ἀποκλείοντας proxime connectitur, in *Paraſit.* c. 55.

Diſtinctionem mutavi in *Bis Accuſ.* c. 16. quae erat: καθαδόμενος, ἕωθεν εἰς ἑσπέραν μεθύων ἀεὶ, καὶ κραιπαλῶν, comma prius tollens & ante μεθύων collocans, quia μεθύων jam habebat ſuum adverbium temporis. Sed & alias diſtinctionem non raro immutavi, praecipue editionis *Juntinae* innumera illa commata, quorum magnam partem *Sol.* jam deleverat, ſaepe rejiciens, interdum etiam trajiciens, quando neceſſitas id flagitabat, quod nemo culpabit, qui norit in hiſce plenam fere editorum eſſe libertatem.

Μελλήσας exarari curavi, pro μελήσας praeeunte *Geſnero*, diſtinctioneque mutata etiam δὲ pro καὶ dedi Tom. III. in *Rhet. Praec.* c. 18. p. 20. init.

Συνηλίθησαν dedi pro συνηυλ-- eod. T. III. *Philopſ.* c. 12.

Ἐπικλυσθῆναι revocaſſe pro vulgato ἐπικλεισθῆναι religioni non duxi, conſenſui doctorum virorum magis quam libris obſecutus eod. *Philopſ.* c. 36. f.

Βοῤῥᾶν *ventum boream* feci ex βορὰν *eſcam*, quod licet in omnibus legeretur, audacter mutavi in *Hipp.* c. 7.

Ὑπὸ τῶν δρομέων γίγνεται exhibui ſine ulla auctor. pro vulgato ἐπὶ τῶν — idque tamen neceſſario, quia ἐπὶ jam praeceſſerat, vid. *Calumn.* c. 12.

Δράματος διασκευὴ reſtitui pro πράγματος διασκευὴ, in *Mort. Per.* c. 3.

Τοῦτο quod vulgabatur, diremi in τοῦ τὸ ſine Codd. ſed belle monente Fabro, *ibid.* c. 20.

Συνεξελέξαντο ſcribere non dubitavi, quum omnes male haberent συνεξελλέξαντο, in *Epiſt. Sat.* c. 28. med. *Ibid.* συγκεκαλυμμέναι jubente *Solano* repoſui pro vulgato συγκεκομμέναι.

Ἐπ' ἴσης ἀξίας juſſu *Geſneri*, ſine auctoritate librorum, pro vulgato ἐπίσης ἀξίως in *Demoſth. Enc.* c. 10.

Καλὸν γὰρ κρησφύγετον θάνατος reſcripſi contra libros, qui θάνατον abſurde, nam ἐστὶ intelligitur, *ibid.* c. 46.

Εὐσχήμως etiam reſtitui pro εὐσχημόνως, ut metro Euripideo conſulerem *ibid.* c. 47.

Notabilem recepi correctionem, οὐδὲν χεῖρον reponens ex Cod. L. in *Cyn.* c. 4. pro οὐδὲ εἰ χεῖρον ἔχουσιν, quod ridicule etiam olim vertebatur in Pariſinae p. 1103. *At non poſſent, ſeu ſeſe melius ſeu deterius haberent, officium ſuum praeſtare?*

Ἔκλαυσε δακρυῤῥοῶν repoſui, pro ἔκλυσε δακρ. in *Philopatr.* c. 6. ſuaſu *Solani*, etſi invitis libris. *Ibid.* c. 9. τε inſerto verſui conſultum, & c. 10. λόχμια receptum pro δόχμια.

Tandem in *Tragopod.* verſu 41. ἄτην cum *Geſnero* ſcripſi ſine alia auctoritate, pro αὐτήν. quia metrum Anacreonticum ac ſenſus ita poſtulant.

Ubi

Ubi vero major erat mutatio facienda, non uſus ſum pari audacia, ut quando in *Hermot.* c. 77. elegantiſſima conjectura *Solanus* ἔξω τοῦ ὀδοῦ ἐστὶ reſcripſerat, pro vulgato ἔξω τῆς ὁδοῦ ἐσμεν, idque deleta vulgata lectione jam contextui inſeruerat, ego id tamen non admiſi, ne modeſtiae fines egrederer. Quare etiam abſtinui manum, ubi vulgata tolerabilem praeſtabat ſenſum, etſi melior poterat excogitari, aut a viris doctis probabilior erat propoſita.

Haec igitur ſpeciminis loco ſufficiant; cetera enim ex Codd. vel antiquioribus Edd. emendata ſatis, ſpero, ſe probabunt, ſuntque ea haud pauca, ita ut adfirmare non dubitem, mille fere locis jam aliter legi, quam ante.

Verſionem Cl. *Geſneri* rariſſime mutavi, niſi in levioribus ac manifeſtis, quae vel ipſum ſic reddi velle facile credebam, non quod ſupra illum ſapere mihi perſuadebam, ſed quod is eadem non habens ſubſidia, aut ad vulgatam lect. tantum adcommodavit interpretationem, aut eam mancam vertendo adjuvit: alias intactam ſervavi, etiam ubi a Graeco contextu, qualis is nunc eſt, differret, ubi videlicet ratio ex variantibus lectt. vel notis adparet, uti T. III. in *Rhet. Praec.* c. 2. p. 3. f. *anhelantes* ab ἔκπνους relictum eſt in verſione, licet ἐκείνους jam legamus, quia in notis id defendit.

Accentuum curam quantam potui, habui, ut ad Grammaticorum placita revocarentur, ubi in Edd. ab iis erat receſſum; quod non raro contingit. Ita & encliticorum tonum ad Grammaticos canones reſtituere laboravi, quorum ii mihi videntur rectius ſentire, qui duos accentus acutos in ſyllabis contiguis non admittunt, nolentes ſcribi λόγός τις, ſed λόγος τις, nec ἄλλῴ τινι, ſed ἄλλῳ τινὶ, nec patientes praepoſitionis accentum ſequente enclitica mutari, ſed jubentes περὶ σοῦ ſcribere, non περί σου. Verum poſtea animadvertens Edd. antiquiſſimas, interdum & Codd. perſaepe tamen ita duos acutos jungere, encliticarum autem accentum ſemper in praepoſitionem trajicere, quoties opus eſt, idque Cl. *Hemſterhuſium* etiam ſecutum, qui e. c. in *Necyom.* §. 4. edidit ὥςτέ μοι, ibid. §. 6. περί τινος. Rurſus §. 10. ἄλλό τι & ἔκ τινος, ac ſaepiſſime alibi; ideo deinde etiam in praepoſitionibus a ſimili ſcriptura non adeo ſollicite abſtinui, quamvis prius inſtitutum ſervarim, ne umquam ἄλλό τι ſcriberem, niſi forte per incuriam ita remanſerit. Sed quid his minutiis lectorem detineo?

Placet ſuper hisce ſententia *Joan. Wallis*, qui in praef. ad Claud. Ptolem. Harmon. bene monet, alia minutiora eſſe quam ut ſemper notentur. „Idemque dicendum de vocum encliticarum accentu vel retento, vel inclinato,
„ vel penitus amiſſo; puta δὲ ἐστὶ, vel δέ ἐστι, vel δ' ἐστὶ, & quae ſunt hujus-
„ modi: qua in re tum plurimum variant Codd. tum magnam ſibi ſolent ſcri-
„ ptores (ſcribas dicere ego malim) licentiam indulgere, ſeu pingendi, ſeu
„ non pingendi; & ſic, aut ſecus. Ego itaque in tantillo negotio (praeſer-
„ tim niſi emphaſeos ratio hoc aut illud ſuadeat) codices ubi conſentiunt, ſe-
„ quor; ubi differunt, arbitrio utor meo; neque admodum ſollicite, ne ni-
„ mis curioſus videar in re nihili: permiſſo interim aliis judicio ſuo, ſi quan-
„ dò ſecus factum malint.

Cum itaque & ego viderem Scholiaſten-Luciani accentum in ἐστὶ & φησὶ fere perpetuo retinere, hunc ei morem plerumque relinquere ſatius habui.

„ Idem intellige, pergit *Wallis* de vocibus, quae nunc conjunctim, nunc „ ſeparatim ſcribi ſolent, & quidem pro cujusque arbitrio: ut ὥς τε ὥστε, οὐκ „ ἔτι οὐκέτι, οὐδ' ὅλως οὐδόλως, μὴ δὲ μηδὲ, μόνον οὐ μονονοὺ, τοὶ γὰρ οὖν τοιγαροῦν, ἐφ' ὅσον „ ἐφόσον, ἐξ ἀρχῆς ἐξαρχῆς, ἐφ' ἑξῆς ἐφεξῆς, ὄν τινα οὖν ὁντινοῦν, τοῦτ' ἔστι τουτέστι, „ δι' ὃ διὸ, γ' οὖν γοῦν, & multis aliis.

Addo οὐμενουν, quod *Fl.* in Luciano οὐμενοῦν, & ſimilia, quae in variantibus ſemper notaſſe inane fuiſſet. Inter μὴ δὲ autem & μηδὲ volui initio obſervare differentiam; ſed comperi deinde id eſſe ἀδύνατον, cum aliae Edd. id perpetuo connectant, aliae perpetuo disjungant, aliae promiſcue utantur; quare Pariſinae ſcripturam in eo plerumque retineri ſum paſſus, quae fere ſemper μηδὲ, ubi *J.* & *H.* μὴ δὲ, licet & *Fl.* id perſaepe ſejungat. Addere poſſem ἐπιμήκιστον, quod jungunt Edd. ſed *Fl.* ſeparat, vid. quae *Hemſterh.* ad *D. Mort.* VI. 5. notat. Item διατοῦτο quod *J.* amat, ac τανῦν & ἐπιπλέον. Sed quo major in his diligentia, eo minus forſan utilitatis. Sic τ' ἆλλα *Junt.* fere ſemper, *Fl.* vero & pleraeque τ' ἄλλα. Eadem κωλύει τὲ, & κύειν τὲ, cum tamen in οἷός τε, in ἡδονήν τε accentum particulae adimat. Ita & *Rhodomanni* editio D. Siculi τὲ ubique accentu inſignit. Nos vero τε etiam in κωλύει τε & ſimilibus accentu privavimus ex accuratiorum Grammaticorum praeceptis.

Commentatoribus autem ſuam ſervavi orthographiam, interdum & vitia, maxime *Bourdelotio*, quod & *Hemſterh.* feciſſe video, ut ejus incuria adpareret. Quare ne putes me omnia illorum probare, quae non refutavi, quaeve poſt deſcripta demum typis folia detexi, E. gr. quando T. 2. in *Demon.* c. 30. *Solanus* in contextu οὐδὲ μέγα nihil immutans, in notis tamen ſcribit οὐδὲν μέγα, ut alia mittam.

Scholiaſten vero totum manu deſcribere ſumus coacti, quia plurima erant emendanda, quae Cl. *Clericus* non correxerat, plurima longe alio ordine collocanda, & integra ſcholia perſaepe ad alios dialogos referenda, ad quod tamen Doct. *Solani* diligentia viam jam munierat, ſingula numeris diſtinguendo, & varias lectt. ex Codd. Anglicis adjiciendo, atque utrumque *Voſſianum* codicem conferendo, quem & ipſe oculis ſubjicere volui; ſed bis fruſtra aditu ad Mſſ. bibliothecae Leidanae expetito, non tanti duxi, ut tertium iter eodem ſuſciperem. Cetera typothetica vitia, quibus immanem in modum ſcatebant illa ab *Clerico* edita Scholia, quantum licuit, ſuſtuli, interdum & pauca quaedam corrupta ex conjectura emendavi; ſed reſtant & alia nondum ſana, quae feſtinatio non ſivit attingere, neque tanti eſt iſte Scholiaſtes, ut cura adeo exquiſita dignus ſit. Mirere tamen qui *Clericus* in epiſtola ad *Graevium*, quam huic praefationi ſubjungam, de ſua cura majora praedicet quam praeſtitit.

Sed nec noſtra Scholiorum nec Luciani editio ab mendis eſt libera; etſi enim ab Viro perito ſedulo eſt correcta, ante quam ad me ſpecimina transmitterentur, tamen arte nulla caveri poteſt, quin aliqua reſideant, vel quae no-

ſtram

ſtram legentium aciem effugere, vel quae operae negligunt, quantumvis corrigas; id quod eo facilius contingit, quando praelum alia in urbe exercetur, quo factum eſt; ut ſemel tantum perluſtrare mihi quamque plagulam licuerit; hoc tamen adfirmare audeo, vel minus typographicarum mendarum jam in contextu Luciani inventum iri, quam in Edd. aliarum ulla. Quare Lector non tam reſpiciet quot forſan remanſerint, quam quot ſublata ſint, pro tribus enim rurſus admiſſis, contra vel triginta eſſe emendata deprehendet.

In commentationibus autem meis interdum a me erratum, aut, ſi mavis, peccatum eſſe mea culpa, ſed per properationem, jam deprehendi; quare in Addendis potiſſima corrigam, ſi modo & ad ea ſubjungenda tempus concedatur; quod ſi non ſuperfuerit, Lector veniam dabit in aliam occaſionem & ea rejicienti quae ſubinde in notis promiſi adcuratius in Addendis excutere.

Luciani vitam promiſerat *Solanus*; nec dubitabam quin eam jam confecerit; quum ab anno 1720. quo ſe ſuas ad Lucianum notas typographo tradidiſſe, ſcriptum reliquit, vel ſaltem ab anno 1723. quo additamenta etiam quibus eas auxit, ad finem ſe perduxiſſe teſtatur, ſatis ſpatii ad id praeſtandum habuiſſe videtur; decennio enim & amplius ſupervixit: ſpem deinde quoque fecit peritiſſimus omnis elegantioris literaturae *Hemſterhuſius*, ſe illam vitam conſcripturum; quod cum per alias occupationes facere prohiberetur, & Clar. noſter *Geſnerus* eamdem ſpem feciſſet; hinc ego minus de ea concinnanda ſollicitus excerpere atque colligere ex ipſo Luciano neglexi, quae illuc ſpectant; tamen quae ex eodem aliiſque corradere per tempus licebit, Lectori exhibere, quam neceſſariam hanc provinciam plane deſerere malo.

Indices Graecos tres incredibili labore ac patientia, (continent enim ſupra quinquaginta locorum indicatorum millia) confecit frater dulciſſimus *Carolus Conradus Reitzius* Gorinchemiani gymnaſ. rector, quorum duos adjecimus, primum Scholiorum & Variantium quarumdam Lectionum; Notarum alterum. Tertium omnium verborum ac phraſium, tam locupletem, ut adnecti tertio Luciani tomo non potuerit, retinere coactus ſum. Et quia praecipua tamen in notarum indice ſatis quoque amplo, occurrunt, confidimus Lectorem hisce duobus contentum fore, eoque magis, quum priores Edd. nullō Graeco Indice, praeterquam ſolo Dialogorum, ſint donatae. Quum vero copioſiſſimus ille tertius Index jam plane confectus ſit, promiſit bibliopola ſe eum quoque ſtatim praelo ſubjecturum, ut primum ſenſerit eum eruditorum votis expeti. Ego vero, qui nullus dubito, quin deſiderio plurimorum reſpondeat iſtud opus, vel meo periculo illum ſeorſum edi curabo, ubi Wetſtenius noſter hanc aleam ſubire gravabitur, & quidem eadem forma, qua haec volumina, faciamque ut Lexici Lucianei vicem praeſtare queat, indicata via, qua, etſi ad noſtram potiſſimum editionem eſt aptatus ac deſtinatus, non adeo magno negotio etiam ad alias editiones uſui eſſe queat; hunc enim majore cura quam reliquos compoſitum eſſe novi.

In indicandis autem Luciani locis, non ſolum paginarum numerum, ut vulgo fit, Indices hi commonſtrabunt; ſed & Dialogorum paragraphos ſive

ca-

capita ſimul addita reperies, ut numquam fruſtra ſis quaeſiturus; nam ſi forte in exprimendo altero numero erratum ſit ab operis, alter tamen tibi locum commonſtrabit.

Ut igitur ego fratri immortales gratias ago habeoque, quod mea gratia moleſtum hunc laborem ſubierit, nihil reveritus ignobilis, ut nonnullis audit, hujus operae exprobrationem, ita & benevolus Lector ſua ſtudia hac ope adjuta gratus adgnoſcet, & utriusque conatibus benigno judicio favebit. Vale. Dabam Trajecti ad Rhen. ipſis Kalend. Martiis, anni CIↃ IↃ CC XLIII.

Etſi mox ſubjungam notata *Solani*, de Scripturae compendiis quibus Editiones & Codices in Variantt. Lectt. deſignantur, tamen & hic monendus es, Literis quadratis Codices Manuſcriptos, currentibus vero, typis vulgatas editiones notari; exempli cauſſa P. ſignificat Poli Cardinalis vel Perizonii collationes ex Cod. ſed *P.* obliquius exaratum, editionem Pariſinam; W. Codicem Wittianum, *W.* edit. Wechelianam; quam deinde potius per *Wech.* indicavi; ſed tam raro occurrit ejus mentio, contra tam frequenter W. Codex, commemoratur, ut confuſio non ſit metuenda. B. Baroccianum Codicem, *B* 1. edit. Baſil. primam, & ſic deinceps, ut in catalogo ſequente fuſius exponitur. At ſi penes me ſtetiſſet, potius integris ſyllabis haec expreſſiſſem, *Par. Baſ.* &c. ſcribendo, quam unica tantum litera, quod brevitas iſta negotium faceſſit & corrigenti & lectori; ſed quia ſic coeptum erat, non licuit mihi ab iſto more recedere; cum tamen viderem Solanum in Ed. Hagenoana varietates Florentinae ſola litera *F.* deſignaſſe, idque & Hemſterhuſium ſic expreſſiſſe, usque ad medium Tomi primi: at in Juntina eumdem Solanum, in qua longe plures varietates adleverat, *Fl.* pinxiſſe pro Florentina, & *Fr.* pro Francofurtana, id ſedulo deinde ſic diſtinxi. Cumque idem dubium poſſit oriri ex ſola litera *A.* ſitne Aldina an Amſtelodama intelligenda; licet per *A. Amſtelodamam* denotat Hemſt. & Solanus plerumque *Ald.* ad priorem illam denotandam, ſcripſerit, tamen interdum in eo ab ipſo erratum deprehendi; quare & hoc poſtea diſtinxi integras ſyllabas exprimens, niſi ubi numerus 1. 2. additur, ut *A* 1. *A* 2. ſatis patet *Aldinam* intelligendam, quia *Amſt.* non bis eſt excuſa. Ita varietates *Aldinae primae Weſſelinganae* ſemper ſic notantur, marg. *A* 1 *W.*

MO-

MOSIS SOLANI
SYLLABUS NOTARUM.

m. 1. mendoſe.
2. (poſt numerum) *mediam paginam* ſignificat.
i. *initio paginae.*
f. *finem*, *ſub finem.*
— Deeſt (At cum litterae ſubjicitur, nihil in reliqua voce mutatum eſſe, notat.
E. vel EE. Editiones tunc ad manum.
Edd. (*Fl. Ald. Fr. P. J.*) vel *reliquae editiones.*
B1. Baſil. 1. in *erratis* ſeu potius variis lectionibus.
Coll. *Collectanea Galaei.*
W. *Wittianus Codex Mſ. a Jenſio collatus.*
M. *Marcianus Codex Mſ.* (qui olim Wittianus) *a me in his conſultus.*
P. *Poli* (Card.) cujus collatio penes Perizonium.
Ex. *Excerpta* penes Perizonium ex Ed. Flor. *cum Codice Poli collata.* i. e. Edit. Fl.
L. *Longolii excerpta* ex Codd. Mſſ. penes eumdem Perizonium; ſunt autem hi collati cum edit. Ald.
W. *Wecheli editio* quorumdam opuſculorum Luciani.
r. Recte.
V. Mſ. *Codex Vaticanus* in his locis a Cl. Joh. Maſſon collatus. In Scholiis Codex Voſſianus.
O. Mſ. *Oxonienſis* vel Ox.
marg. *A1W.* margo Aldinae primae Weſſelingii, de qua in praef. plura I. F. Reitz.

CATALOGUS
Commentatorum Luciani, ſecundum ordinem aetatis.

Joannes Brodaeus. deſignatur	*J. Br.*	Jacobus Gronovius.	*J. G.*
Gilbertus Cognatus.	*G. C.*	Joannes Clericus.	*J. Cler.*
Joannes Bourdelotius.	*J. B.*	Joannes Jenſius.	*J. J.*
Theodorus Marcilius.	*Th. M.*	Ludovicus Kuſterus.	*L. K.*
Lambertus Barlaeus.	*L. B.*	Lambertus Boſius.	*L. B.*
Jacobus Palmerius a Grentemeshil.	*J. P.* a *G.*	Horatius Vitringa.	*H. V.*
Tanaquillus Faber.	*T. F.*	Jo. de la Faye.	*J. de la F.*
Franciſcus Gujetus.	*F. G.*	Eduardus Leedes.	*E. L.*
Aegidius Menagius.	*AE. M.*	Moſes du Soul, (ſive Solanus)	*M. du S.*
Adolphus Vorſtius.	*A. V.*	Maturin. Veyſſi. la Croze.	*M. V. la Cr.*
Jacobus Tollius.	*J. T.*	Tiberius Hemſterhuſius.	*T. H.*
Joannes Georgius Graevius.	*J. G. G.*	Joannes Matthias Geſnerus.	*J. M. G.*
		Joannes Fredericus Reitzius.	*J. F. R.*

M. DU SOUL, *ſive* SOLANI *monita.*

EDITIONES LUCIANI, quibus uſi ſumus:

Anno 1496. Florentina Graeca, quam totam cum hac contuli, deſignatur in Var. Lect. nota *Fl.* vel *F.*
1503. Aldina 1. Graeca, notatur *Ald.* vel *A1.*
1522. Ald. 2. Gr. deſignatur *A2.*
1526. Hagenoana 1. Gr. inſignitur *H.*
1535. Juntina Gr. ſcribitur *J.*
—— Hag. 2. Gr. *H2.*
1545. Baſileenſis 1. Gr. *B1.*
1546. Francofurtana Gr. *Fr.*
1550. Veneta 2. Gr. *V2.*
1555. Baſ. 2. Gr. (Baſ. 1. ne correctis quidem mendis in indice notatis exprimit.) *B2.*
1563. Baſil. tertia, *B3.*
1615. Pariſina Graeco Latina, *P.*
1619. Salmurienſis Graeco Lat. *S.*
—— Baſil. 4. Gr. Lat.
1687. Amſtelod. Gr. Lat. *Amſt.* & *A.*

CODICES COLLATI.

O. vel B. Baroccianus vel Oxonienſis Codex Mſ.

I. Codex Mſ. Bar. (N°. LVI.) continet hoſce Luciani libros.

Διαϐ. fol. 132.
Καταπλ. 136.
Συμπ. 142.
Ἰκαρ. (deeſt folium unum aut alterum). 147.
Ῥητ. (capite truncatus NB. in Catal. omiſſus). 152.
Προμ. ἐν Λόγ. 154.
Εὐχ. 155.
Ἔρωτες (de induſtria omiſſa hic plurima) 162.
Ζ. τρ. (deeſt folium unum) 164.
Ζ. ἐλ. (non integer) 171.
Δικ. (pars tantum) 173.
Ἀναϐ. 174.

II. —— (N°. 136.) continet tantum dialogos aliquot *Mort.* cum *Jud. Dearum* & uno *Marino.*

III. Bodlejanus N°. E. 2. 16. *Dialogos Mortuorum* non plures quinque.

I. IEN-

I. I E N S I U S.

I. [Nobiliſſ. Joh. de Witt dedit mihi anno 1698. Codicem quorundam Luciani opuſculorum Manuſcriptum, quem contuli, & reperi eum eſſe ſatis antiquum. 1°. numquam litera ι ſubſcribitur, ſed pone apponitur. Tum vocabula γοῦν, ὅταν, ἐπειδὰν &c. ubique diſtinctim erant ſcripta, ut γ' οὖν ὅτ' ἂν, ἐπεὶ δ' ἂν &c. Tum ζῷα non ζῶα. πρῴην non πρώην. Littera B. ſcripta eſt υ. nullae usquam diſtinctae erant dialogorum perſonae ipſis perſonarum nominibus; ſed duo tantum puncta (:) exeunte qualibet perſona, erant picta. Denique ſcholia ad marginem; ſed ita minutis & abolitis litteris, ut minima pars eaque vix legi potuerit.]

Opuſcula Mſſ. erant haec

Πρ. λ.	Ἀρμ.	Εὐν.	Ἐρω.	Ἡσιοδ.	De hoc ipſo Codice vide plura a me initio vol 2. annotata
Μισθ.	Σκυ.	Ἀςρ.	Υ. εἰκ.	Συρ.	
Α. μισθ.	Συγγρ.		Γυμν.		
Πτα.	Ὀρχ.		Ἀποφρ.		
Ἑρμ.	Λεξ.		Διψ.		

Omnia quae ex illo Mſ. Cod. in Jenſiano codice erant annotata, in hunc meum a me ſub nota W, transſumpta ſunt. *M. du Soul.* 1707.

II. [Excerpta codicis Reginaldi Poli Cardinalis tit. Iſ. Nirei & Achillei Archiepiſcopi Cantuarienſis, anno MDLVII.] (ad παρασ. usque; caetera manca.)

III. [Excerpta ex Chriſtophori Longolii Luciano (ap. Ald. MDIII.) cum Mſſ. collato. MDL.]

De Codice MARCIANO.

Codex eſt membranaceus in folio, ut vocant, qui ex libris Cardinalis Seripandi olim fuiſſe teſtem habet ejus manum. Alibi etiam Chalcopyli Conſtantinopolitani fuiſſe, ſcriptum eſt.

Ex Italia advexiſſe credo virum Nob. Joh. de Wit; quo defuncto, emtus eſt a viro nob. D°. van der Mark, qui eum nunc Ultrajecti poſſidet. Codicem hunc Mſ. nunc vir egregius, Lucianique ſtudioſſimus Bridges J. C. Anglus 1722.

Scriptus eſt elegantiſſime; nullis literarum, niſi una aut altera voce, compendiis; ut θ--ς, π. & αν--ς, pro θεὸς, πνεῦμα, ἄνθρωπος. Littera β. in textu hac fere forma pingitur ϐ. in ſcholiis vero figura β conſtanter adhibetur; unde patet recentioris eſſe aevi.

*** Con-

Continet autem opuſcula Luciani ſequentia; hoc ordine.

1. Πτα. ἀκέφαλον	eſt	8. Μισθ.	ξϛ'.	15. Ἐρωτ.	ογ'.
2. ἀ. μισθ.	ξ'.	9. Γυμν.	ξζ'.	16. Ὑ. εἰκ.	οδ'.
3. Αρμ.	ξα'.	10. Συρ.	ξη'.	17. Ἀποφρ.	οε'.
4. Ἡσ.	ξϐ'.	11. Ὀρχ.	ξθ'.	18. Ἑρμ.	οϛ'.
5. Σκυ.	ξγ'.	12. Λεξ.	ο'.	19. Πρ. λ.	οζ'.
6. Συγγρ.	ξδ'.	13. Εὐν.	οα'.		
7. Διψ.	ξε'.	14. Ἀστρ.	οϐ'.		

Quibus opuſculis adſcripti ſunt quos hic vides numeri. Unde liquet LVIII. titulos ab initio periiſſe; ſummamque, ſi a fine integer cenſeatur, fuiſſe libellorum LXXVII. qui numerus, rejectis ſpuriis, cum noſtris Codicibus ſatis conſtat, in quibus LXXXI. cum nothis inveniuntur.

Quaterna folia erant, niſi quod, lacerato folio uno, primo tria tantum inveniuntur. Quaternario autem cuique inſcriptus numerus Graecus, indicat amiſſos a capite quaterniones XLVI. & XLVII. in folium unum; incipit autem Codex, non ab initio libelli *de Lapſu* &c. ſed ab his in eo verbis, τὸ παράδοξον τῆς προσαγορεύσεως, quae in Junt. editione p. 312. occurrunt. Deſinit, ſerie continua quaternionum, cum LXIII.

Ex 63. quaternionibus.
deme 46. qui periere.
habebis 17. quaterniones ſuperſtites.
qui ducti in 16. paginas cujusque quaternionis,
efficiunt. 102.
17.
272. pag.
aufer 4. pag. laceratas,
habebis 268. paginas, quibus codex nunc conſtat.

Conſtiterat autem, cum integer eſſet a capite, mille & 8. paginis; qui numerus ex 63. quaternionibus in 16. paginas ductus conficitur.

Ego ratione inita comperio 268. illas quibus nunc conſtat Codex, efficere 312. Junt. editionis paginas 1008. quibus integer conſtabat, efficiebant 1173. qui numerus vera ſumma (1274.) 101. paginis diſtat; quibus aut a fine multatum codicem cenſeas oportet, aut in eo non exſtitiſſe ſpuria quaedam, numero IV. quibus & titulorum numeri diſtant, ut ſupra monitum eſt.

Contuli ego poſt Cl. Jenſium { Συγγρ. / μισθ. / γυμν. } integros

in quibus paucula a viro doctiſſimo omiſſa obſervavi, in reliquis, quia feſtinabam, ea tantum loca conſului, quae mihi negotium faceſſebant.

Scho-

Scholia quamvis ſint aliquando evanida; alicubi etiam vitiato codice, nulla ope legi poſſint; & abſciſſis multis marginibus, non habeantur omnia, plerumque tamen cum Voſſianis conveniunt, aut cum ineditis Galaeanis.

Paucula tamen etiam in eis nova a me quam potui diligentiſſime, ſunt deſcripta, praeloque cum reliquis parata 1707. *M. du S.*

INDEX ALPHABETICUS

VARIORUM LUCIANI TRACTATUUM,

Quem verbis dimidiatis exhibeo, quia ſic adlegari ſolet in notis Solani.

(Αἰρ.) vel Ἑρμ. p.	315.
Ἀλεκτρ. Tom. II.	702.
Ἀλεξ. II.	207.
Ἀλκ. I.	176.
Ἀκαχ. v. Γυμν. II.	883.
Ἀναβ. I.	570.
Ἀπαιδ. III.	99.
Ἀποκ. II.	159.
Ἀποφρ. III.	161.
Ἁρμ. I.	850.
Ἀστρολ. II.	360.
Β. ϖρ. a.	540.
Γυμν.	263.
Δημ. III.	490.
Δημων. II.	374.
Διαβ. III.	125.
Θ. διαλ. I.	204.
Ἐν. δ. I.	291.
Νεκ. δ. I.	328.
Ἑτ. Δ. III. 280. &	469.
Δικ. II.	791.
Δ. Φων. I.	83.
Διον. III.	74.
Διψ. III.	234.
Δραπ. III.	365.
Εἰκ. II.	458.
ὑ. εἰκ. II.	484.
Ἐκκλ. III.	527.
Ἐνυπν. I.	1.
Ἐπισκ. I.	487.

Ἐπιϛ. κρον. III.	401.
Ἑρμ. I.	739.
Ἐρωτ. II.	397.
Ἑτ. Δ. (vid. Δ.)	
Εὐν. II.	350.
Εὐχ. III.	247.
Ζ. ἐλ. II.	626.
Ζ. Τρ. II.	642.
Ζευξ. I.	838.
Ἠλεκτρ. III.	87.
Ἡρακ. III.	82.
Ἡροδ. I.	831.
Ἡσ. III.	246.
Θ. Δ. I.	204.
Θυσ. I.	525.
Ἰκαρ. II.	751.
Ἱππ. III.	66.
Ἱϛ. a. II.	70.
Ἱϛ. b. II.	104.
Καταπλ. I.	620.
Κρον. III.	385.
Κρονοσ. III.	393.
Κυν. III.	539.
Λεξ. II.	317.
Μακρ. III.	208.
Μισθ. I.	651.
ἀ. Μισθ. I.	704.
Μυια. III.	91.
Νεκ. I.	455.
Νερ. III.	636.

Νιγρ. I.	37.
Οἰκ. III.	190.
Ὀν. II.	567.
Ὀρχ. II.	265.
Παρασ. II.	836.
Πατρ. III.	229.
Πεντ. II.	922.
Περ. III.	325.
Πρ. λ. I.	23.
Προμ. I.	185.
Πται. I.	724.
Ῥητ. III.	1.
Σκυ. I.	859.
Σολ. III.	552.
Συγγρ. II.	1.
Συμπ. III.	418.
Συρ. III.	451.
Τιμ. I.	98.
Τοξ. II.	507.
Τραγ. III.	643.
Τυρ. II.	141.
Φαλ. a. II.	187.
Φαλ. b. II.	201.
Φιλοπ. III.	584.
Φιλοψ. III.	29.
Χαριδ. III.	618.
Ψευδ. III.	552.
Ὠκυπ. III.	664.

ALPHAB.

Ἑταιρ. Διαλ.

Α.	299.
Γλ. III.	280.
Δ. ib.	301.
—	319.
Ι.	310.
Κ.	289.
—	292.
—	322.
Λ.	315.
Μ.	281.
—	284.
—	286.
—	295.
Τ.	308.
Χ.	303.

Codices Vaticani Mſſ. quos inſpexit Vir Cl.

JOH. MASSON.

V. I. perg. fol. nº. 90. videtur XI. ſeculi. Incipit a Φαλ. α. fol. 5. (quatuor primis foliis chartaceis manu recentiſſima) ordo opuſculorum in eo Codice hic eſt.

Φαλ. α. β.
γ. Ἱππ.
δ. Διον.
ε. Ἡρ.
ϛ. Ἠλ.
ζ. μυια.
η. Νιγρ.
θ. Δημων.
ι. οἰκ.
V. 2. πατρ.
κ. Μακροβ.
ἱϛ. α. β. paucis Schol.
Διαβ.
δ. Φων.
Συμπ.
Ψευδος.
καταπλ.
Ζ. ἐλ.
Ζ. τρ.
Ἀλεξανδρ.
Προμ.
Ἰκαρ.
Τιμ.
ἐπισκ.
β. πρ.
ἀναβ.
δ. κατ.
θυς.
ἀπαιδ.
ἐνυπν.
παρασ.

Φιλοψ.
V. 2. νεκ. δ. 7.
{ εν. δ. 19.
{ ετ. δ. 7.
{ γυμν. &c.
Deinde in quibusdam aliis ab hoc diſcrepat.
θ. κρ.
μισθ.
γυμν.
νεκ.
ὀν.
Ἀλεξ.
εἰκ.
Συρ.
Ὀρχ.
λεξ.
εὐν.
ἀστρ.
ἐρ.
ἀποφρ.
θ. ἐκκ.
τυρ.
ἀποκ.
Περ.
Τοξ.
Δημ.
συγγρ.
διψ.
Κρον.

Ηροδ.
Ζευξ.
πτ.
ἀ. μισθ.
Αρμ.
Ηϛ.
Σκυθ.
Τραγ.
Ερμ.
πρ. λ.
ἀλκ.
εὐχ.
ὠκ.
* προς Αριστειδην
Κυν.
νεκρ. δ.
ἐν. δ.
θ. δ.

Deſunt igitur:
{ ετ. δ.
δραπ.
ὑ. εἰκ.
Νερ.
πατρ.
πενθ.
ῥητ.
Φιλοπ.
& χαριδ. }

Novus autem unus libellus hic comparet, qui προς Αριστειδην ſtellula notatus in laterculo conſpicuus eſt.

In Codice f. 34. leguntur haec verba Εγω Ἀλεξανδ. ἐπισκοπος Νικαιας τ͂ κατα-

τα

τα Βιθυνιας μετα Ιακωϐȣ τȣ͂ Φιλ͂ατȣ ἀδελφȣ ϗ μητροπολιτȣ͂ Λαρισσης. Eadem manu ac cetera. f. 45. Idem nomen, ſed cum alio conjunctum, ſc. μετα Θεοδωρȣ διακόνȣ τȣ͂ ἡμιν ὑπηρετȣντος. F. 122. ad marginem nota haec reperitur: Εγω Αλεξανδ. ἐπισκοπος Νικαιας τῆς ἐν Βιθυνιᾳ μετα Ιακωϐȣ τȣ͂ ὁμοψυχȣ ἀδελφȣ ϗ μ͂ ἀριεριης τȣ͂ πρωτ μ. τ' κατα δρομ. τ͂ Βȣλγαριων, ἰδιωσαντ' αναλωμασιν ἀναστησαντ' κ'κο'ς μεν αὐτῆ κ'κ τοις κτημασι δόντος πλείονα. f. 124. E. A. — ε — N — της προς τη Ασκανίᾳ μετα Ιωαννȣ τȣ͂ ἐπὶ τῃ ἀδελφῃ Κηδεστȣ. Alibi f. ut ſupra, μετα τȣ ον μεμνηλε ... συνιερεως ϗ συνεπισκ' ἀδελφȣ.

V. 2. n°. 89. Chartaceus 4°. incipit a Φαλ. β. cum ſcholiis paſſim, literis rubris, f. 299. Δραπ. videtur xv. ſeculo nitide ſatis exaratus.

V. 3. Chart. 4°. n°. 88. haud nitidus. Paulo recentior illo videtur: habet fol. 316. opuſcula quae continet alio ordine quam in ſuperioribus. Pauca ſunt ſcholia. fol. 308. Φιλοπ. usque ad f. 315. ſine Schol. ſolus Codex, qui hunc Dial. habeat.

Epiſtolas Cl. *I. Clerici* & *I. Voſſii* ex Remonſtrantium Bibliotheca Amſtelodami mecum communicavit Cl. *J. J. Wetſtenius.*

Illuſtri viro ISAACO VOSSIO S. P. D. *Ioannes Clericus.*

Quod te ignotus compellare audeam, Vir Illuſtris, non miraberis, poſtquam cauſſam expoſuero. Scis te miſiſſe Scholiaſtas Graecos Mſſ. in Lucianum ad Blavium, aliosque ejusdem ſocietatis Typographos. Fortaſſe etiam noſti eos invitos in eis edendis cunctatos fuiſſe, quod non invenirent qui vellet emendationis laborem ſuſcipere; neque enim exiguo opus erat ſudore ad dialogos ad uſitatum ordinem revocandos, notandas paginas novae Editionis Luciani, emaculandaque ſpecimina typographica ex Codice mendis ſcatente ducta. Tandem ad me cum venirent, id operis, licet aliis nimium quam vellem diſtrictus ſuſcepi ſtadio juvandae reip. literariae, quae alioquin egregiis Scholiaſtis diu videbatur adhuc caritura. Vidi quidem illico mihi deſudandum fore, at non exſpectaveram Augiae ſtabulum expurgandum mihi oblatum iri, quemadmodum reapſe contigit. Si hic taedium quod mihi vorandum fuit, deſcribere aggrediar, vereor ut tibi haud abſimile pariam, cum probe noveris, ex tribus aut quatuor exſcriptoribus qui tuum Mſ. deſcripſerunt, unum duntaxat καλλιγραφίας *peritum fuiſſe, alii cum imperite deſcripſerunt, & portenta vocum effinxerunt, tum forte etiam inemendato codice decepti* σφάλματα αὐτογράφȣ *in ſua tranſtulerunt* ἀπόγραφα. *Verum quidquid id eſt, conatus ſum menda omnia tollere, quae indubitata videbantur, in ceteris tanta religione verſatus, ut maluerim menda exem-*

pla-

plaris relinquere , quam Lectori pro ipſis Scholiaſtae verbis meas obtrudere conjecturas. Nec dubito etiam poſt incredibilem laborem multam meſſem me reliquiſſe eruditis Lectoribus, in qua emendandis veterum ſcriptis exercitati εὐστοχίαν *ſuam oſtentare poterunt. Tu, Vir Illuſtris, optime judicabis, tum de labore emendationis, tum de notulis quas hinc inde adjeci, brevi ad Te ibunt ac judicio tuo ſe ſiſtent; ſed prius eſt quod Te ego & Typographi oratum velimus, qua in re etiam ſpero benignitate tua exoratores nos abituros. Praefigenda eſt praefatiuncula, in qua omnino dicendum eſſet qua ex bibliotheca deſumti ſint Scholiaſtae tui, etſi quid aliud de iis reſcire poſſimus; rogo igitur quam primum indices quid cenſeas dici poſſe; exſpectant enim Typographi, & illius folii editionem quae alioquin intra paucos dies fieri poſſet, cum jam plus quam dimidia pars typis deſcripta ſit, eo usque procraſtinabunt, donec reſpondere dignatus fueris. &c.* (reliqua enim huc nihil facientia omittimus)

RESPONSUM ISAACI VOSSII AD HANC.

Tardius aliquanto, quam vellem, reſcribo, Vir doctiſſime, quod per plures hebdomades negotiis implicitus moleſtis, & praeterea adverſa adflictus valetudine ex Medicorum praeſcripto Londini haerere fuerim coactus. Dubito itaque an tempeſtive ſatis ad tuas perventurae ſint manus iſtae quas nunc demum ſcribo; praeſertim cum Typographus omnis morae impatiens Lucianum *ſuum in lucem protrudere feſtinet. Doleo quamplurimum* [illegible] *amanuenſes, qui Scholia quae habes deſcripſerunt, adeo male ſuo functi fuerint officio, ut magnum in expurgandis illis laborem tibi exhibuerint. Et ſane aliter fieri non potuit, cum a tribus mercede conductis hominibus iisque ſatis imperitis fuerint expreſſa. Si qua certa & ſecura occurrat occaſio, libenter, ſi ita tibi placuerit, ipſum transmittam exemplum, neque enim dubito, quin hujus beneficio complura poſſis tollere menda, quibus lubrica occurrere conjectura perquam fuerit difficile. Diſplicet, quod more Hollandis typographis ſolemni, adeo minuto Lucianum ediderint charactere, ut oculos meos effugiat. De Simonio tecum ſentio. Vidi & legi cum voluptate prius tuum ſcriptum quod huic oppoſuiſti, placuitque inprimis ſolidum argumentandi genus, quod in adverſario noſtro multum requiro.*

AD

AD

IO. FREDERICUM REITZIUM

VIRUM DOCTISSIMUM CELEBERRIMUMQUE

IO. MATTHIAE GESNERI

EPISTOLA.

MONITUS ab ornatiſſimo viro Wetſtenio noſtro, ſi quid haberem, quo frons operis, quod ab aliquo inde tempore molimur, exornari poſſet, tempus eſſe; jam prodire tandem geſtire Lucianum, & oculos hominum atque manus ſubire: excutere equidem coepi, quae in ſcidas, ut fit, conjecta diverſis temporibus, ſecure deinde repoſueram. Sed mox abjeci illud conſilium, cum obſervarem, quanta tu, Vir Doctiſſime, diligentia & judicio in iiſdem rebus verſatus eſſes, quamque metuendum eſſet, ne aut fruſtra alteruter noſtrum exhauſiſſet illum colligendi ordinandique laborem, aut bis eadem legenda offerrentur lectoribus, quod poſterius tanto magis vitandum erat incommodum, quo magis vela nos contrahere, & brevitati ſtudere juberet ἐργοδιώκτης noſter Wetſtenius. Ne tamen plane ἀσύμβολος ab hoc velut primo miſſu dapum Lucianearum diſcedam, juvat paucis ea vel apud te commemorare, vel tibi commendare, quae illis partibus, quas in hoc opere atque munere adhuc ſuſtinui, videbuntur conjunctiora.

Nam de ipſo Luciano dicere totum tibi relinquo, cum vix aliunde, quam ex ipſius libellis hauriri poſſint, quae ad ipſum pertinent: quos tibi ita notos eſſe, ut domus cuique eſt ſua, apparet. De libellis quibusdam quid ſentirem, paſſim jam, de Philopatride etiam juſta diſputatione, indicavi. Placetne, de aliis quibusdam hic breviter ferre me ſuffragium, quos tu calculos forte ad Catalogum opuſculorum referes. Igitur

AMORES non videntur Luciani eſſe. Sunt certe alterius plane characteris, & multo magis, quam eſt ipſe Lucianus, Sophiſtici.

IMAGINES totum, quantus eſt, Lucianum ſpirant & referunt.

JUPITER CONFUTATUS, & alter ille TRAGOEDUS multum mihi videntur ad evertendam ſuperſtitionem, & fidem Dis illis abrogandam contuliſſe. Referendi hi libelli ad Apologias pro religione Chriſtiana, in quantum harum princeps fere argumentum eſt, deſtruere ſuperſtitionem & cultum Deorum.

DE ASTROLOGIA opuſculum imbecilli hominis & ſuperſtitioſi, non igitur Luciani, niſi tamen imitatione, & velut παρῳδίᾳ ridere voluit ſuperſtitioſum aliquem ſcriptorem, quod etiam Ioniſmi affectatio oſtendit.

DE DEA SYRIA idem, quod de libello de Aſtrologia, exiſtimo.

Aliud velut caput eorum, quae hic a me exſpectari debent, ſunt obſerva-

tiones quaedam, quae, dum percurro miſſas ad me chartas feſtinans plerumque & aliis rebus impeditus, in mentem mihi venere. Has ad te mitto, intexendas, ſi videtur, *Addendis*, quae parari video, reliquis. Habes autem ea tantum, in quae a media fere parte Tomi I. incidi: ſi qua ad priora de interpretatione praeſertim monenda occurrebant, ea ad TIBER. HEMSTERHUSIUM virum clar. pro veteri amicitia jubentem perſcripſi.

* * *

Supereſt, ut, id quod conceditur vulgo ſcriptoribus, de meo conſilio & laboribus meis quaedam apud te diſputem, quae nempe ad ipſos quoque poſteros eadem opera cupiam perferri.

Fuiſſe mihi veterem cum Luciano familiaritatem, oſtendunt ea, quae jam quarto decimo hujus ſaeculi anno, qui aetatis meae tertius & viceſimus erat, in Philopatrin & de Philopatride a me ſcripta, & in Ienenſium Philoſophorum cathedra diſputata ſunt. Jam eo tempore conſilia agitabam revocandi in publicam lucem Sophiſtae doctiſſimi, amoeniſſimi, & ad variam eruditionem, quam adamavi a puero, accommodatiſſimi: quae cauſſa fuit, ut nunquam plane illum deponerem de manibus, etſi illi editionis conſilio multa ſubinde impedimenta objicerentur, quo factum eſt, ut non *nonum* modo *in annum* ex Horatii praecepto, premerentur pleraque cogitata noſtra, ſed fere ad *triceſimum* penes nos deliteſcerent, niſi quod capitalem illam encomii Demoſthenis reſtitutionem, non tantum anno ſaeculi XXI. cum Venerabili jam Collega meo C. A. HEUMANNO, & cum laudatiſſimo viro TIB. HEMSTERH[illegible] communicavi, ſed etiam menſe Julio anni XXXI. in Chreſtomathia Graeca publicavi Lipſiae, unde in Acta Eruditorum illius anni relata eſt.

Inter haec modo cum THO. FRITSCHIO, principe dum vi[illegible] librariae negotiationis, conſilia agitata, modo communicata cum Cl. HEMSTERHUSIO, quae effectu cauſſis hic non commemorandis caruere: donec vir hic doctiſſimus provinciam, quam nemo melius ipſo ornare poteſt, neſcio quibus rebus commotus, deponeret, & bonum Lucianum cum ſexta circiter pars illius praeclare ab ipſo curata eſſet, ſuas ſibi res habere juberet. Hic enim ad me, veterem ſodalem ſuum confugit, &, ſi non aliud, certe Latine paullo commodius diſertiusque loqui ſe docerem rogavit, & impetravit, quantum per alia, in primis per curationem Theſauri Linguae Latinae, licuit. Quintilianus enim & Plinius junior non multum temporis ſibi vindicarunt. Interpretationem igitur plane novam, quod diu eſt cum optarunt eruditi homines, condidi a libello inde de Sacrificiis. Eorum quae praecedunt verſionem emendavit, puto, Cl. HEMSTERHUSIUS. Porro in interpretando eam rationem tenui, ut ex Graeco exemplari Hagenoënſi transferrem omnia, non inſpecta prius alia interpretatione, quam tum demum adhibere ſolebam, ubi aliquid circa lectionem dubitationis offerretur, ut quam ſecutus eſſet ſuperior interpres, liberet exquirere. Igitur non habeo dicere, quatenus mea interpretatio vel conveniat cum vulgata (id eſt ea, quam Benedictus emendatam a ſe & interpolatam dedit, a diverſis auctoribus ſcriptam) vel ab ea diſcrepet, melior illa ſit,

an

an deterior. Hoc tantum ſcio, cum juvenis tractarem Lucianum; ſexcentis locis me offenſum vulgata, quam dixi, interpretatione, & jam tum ſperaſſe melius aliquid a me poſſe dari: quae ſpes ne me falleret, ſtudioſe equidem elaboravi: & illud inter alia dedi operam, ut, quantum ejus per utriusque linguae rationes licere, non diſcederem a ſingulorum verborum ſignificatione, nec ab ordine verborum, & figura dictionis; ſed ipſum quoque genus dicendi eumque quem charactera vocant; exprimerem: quod illis praecipue locis difficultatem habuit, ubi corruptum ſermonem ridendo imitatur, & imitando ridiculum facit auctor. Iniquus ergo fuerit, ſi quis talibus locis offendatur, aut vitia accuſet, quae ultro affectavimus, uti ſimilis eſſet Lucianeae noſtra oratio. Ubi plane nihil difficultatis erat in Graecis, minus ſingulorum rationem verborum habuimus, ſi eo genere charactera, quem dixi, aſſequi facilius nos poſſe ſperabamus, in primis iis in locis, ubi poëticas formulas, aut verſus integros Homeri & aliorum, parodiasque adeo, intexit: quod genus vix ad verbum licet exprimere, niſi putidus fieri velis, & pro jucunda ſalſaque oratione languidum & fatuum ſermonem reddere.

Servile enim illud & *interlineari* ſimile interpretandi genus facilius ad pueros corrumpendos, quam ad ſublevandos juvandosque viros pertinere, judicamus: ut contra illam Gallorum praeſertim quorundam licentiam bonis literis fraudi eſſe dicimus, qua non quid ſibi voluerit Lucianus, ſpectavit, ut hoc potiſſimum hic utar, Ablancurtius, ſed quid a mulierculis & cirratis facile capi & probari adeo poſſet. Voluimus ergo interpretationem noſtram Lucianeae orationi, quantum ejus conſequi potuimus, eſſe ſimillimam. Annotationes adjecimus, non quibus divitias in hoc genere oſtentaremus; ſed quibus vel rationem redderemus interpretationis, ſi ea a vulgata legendi ratione diſcederet; vel conjecturas de emendando contexto, cum argumentis ſicubi opus videretur, proponeremus; vel denique lucem affunderemus locis, quos obſcuros videri etiam his poſſe putabamus, qui in his literis jam aliquo usque progreſſi ſunt. Suſpenſo hic plerumque animo fuimus, cum ſemper metueremus, ne ea poneremus, quae alii jam occupaſſent: quod quidem ſatis ſaepe accidiſſe video, tum in aliis, Elſnerianis, ut hoc utar, cujus viri doctiſſimi obſervationes neſcio qua mea incuria, vel quo caſu alio oculis, cum iſta ſcriberem, a me uſurpatas non memineram; tum frequentiſſime in his, quae Vir Doctiſſimus Moses Solanus commentatus eſt. Hujus viri obſervata adeo ſaepe cum noſtris congruere deprehendi, poſtquam emendata ab illo interpolataque Luciani interpretatio ad me miſſa eſt, ut interdum optaverim pudoris mei cauſſa, ne factum eſſet, quod optimo conſilio factum novi, ut illud monumentum diligentiae viri Clar. ad me mitteretur. Supereſt, ut mihi conſulam qua licet, & primum hoc indicem, perveniſſe ad me e mercatu verno Lipſienſi A. XXXVII. exemplum verſionis Latinae variorum, cum argumentis Micylli, initio & fine truncatum, editionis, ut conjicio, Francof. 1538. f. cum mea interpretatio proceſſiſſet ad finem Hermotimi. Solebam autem, quod ſcis, Vir Doctiſſime, per mercatus modo dicti opportunitatem mittere

 pen-

penſiones velut Luciano debitas. Illud porro exemplum manu *Solani* eleganti & nitidula, quae animum etiam bene compoſitum indicet, correctum & interpolatum eſt eo haud dubie conſilio, uti traderetur typographis: continetque opuſcula Luciani usque ad Anacharſim ſine de Gymnaſiis libellum, cujus tantum initium hic eſt, usque ad columnam 616. Fuit itaque in muſeo meo interpretatio illa diverſorum Solani manu caſtigata, a declamatione inde Herodoti ſ. Actione T. I. p. 831. ad principium libelli de Gymnaſiis T. II. p. 889. niſi quod Amores & Lucium libellos Solanus non attigit. In his igitur libellis, qui ſecundum jam Tomum implent, plerisque, potui conſulere Solani ſententiam, quod aliquoties a me factum, in ipſis meis annotationibus profeſſus ſum. Nimirum inſpexi interdum, quoties cognoſcere cupiebam, quam ille lectionem in locis dubitationem aliquam habentibus ſecutus ſit. Perpetuam collationem neque cum hac, neque cum ulla alia interpretatione inſtitui. Quid enim attinebat, in hac laborioſa praeſertim vita mea, circumſpicere, quomodo alii ea interpretati eſſent, quae recte a me intelligi, recte converſa eſſe, non poteram dubitare? Annotationis plane nihil, literam nullam Graecam, libro huic adſcripſit vir doctiſſimus: quem librum in Bibliotheca Academiae noſtrae publica repoſui, ut ſi qui vel jam viventes vel poſteri adeo requirere velint, in quantum mihi cum Solano conveniat, ſuis poſſint oculis fidem habere. Qui hoc agere volent, illi collatis noſtris annotationibus intelligent facile, non minus ſaepe nobis convenire in iis libellis, quorum ego interpretationem a Solano correctam oculis uſurpare non potui, quam in aliis; convenire nobis ſaepe in annotationibus, quarum ego plane nullam [illegible] ante, quam typis expreſſae ad me venirent: convenire in illa en[illegible] ſthenis reſtitutione, de qua T. III. p. 511. ſeq. convenire tamen [illegible] reat, duo eſſe, qui unum egerint, ambo familiares Luciano, ambo non novicios in hoc genere ſtudiorum, ſed qui ſuam ſibi viam teneant, non opus habeant ſemper alios reſpicere. Apud te quidem, Doctiſſime REITZI, non opus erat haec diſputare, qui conſcius es, qui aliquot locis indicaſti, tibi quoque in mentem venire ſolere, quae vel a me vel ab aliis occupata deinde intellexiſti: qui ipſe aliquot locis hunc ipſum veri charactera prodidiſti, quod inter me & alios, de quorum cogitatis neutris aliquid conſtare poterat, pulchre convenire obſervares. Itaque tota haec oratio ſupervacua apud te & pene inanis eſt: neque, fateor, mihi in mentem veniſſet, ita minute hac de re diſputare, cum conſcientia videri poſſit tam accuratum in tali re ſtudium: niſi hiſce ipſis diebus mihi allatus tandem eſſet liber, in quo a magna me ſpe dejectum, non ſine morſiuncula quadam doloris obſervo. Putabam ita a me adminiſtratam provinciam edendorum *ſcriptorum rei ruſticae*, ut forte in ingenio meo, in diligentia, in doctrina aliquid deſiderari poſſet; candoris quidem, pudoris, honeſtatis ſummam a me habitam rationem, ſcio, ejusque rei animum meum teſtem habeo, ut velim ita mecum agi dum vivo, & cum ero mortuus, ut ego cum viventibus & mortuis egi, quorum mihi lucubrationes commiſſae atque creditae erant.

Ita-

Itaque laetus in manus ſumebam exſpectatum aliquandiu librum JULII PONTEDERAE viri merito ſuo clariſſimi Patavii CIƆ IƆ CC XL editum, cui titulum praeſcripſit, *Antiquitatum Latinarum Graecarumque enarrationes atque emendationes praecipue ad veteris anni rationem attinentis epiſtolis* LXVIII. *comprenſae & tabulis plurimis ornatae.* Cupide evolvebam Epiſtolam LIII, quam agere docebat argumentum *de Lipſienſi ruſticorum auctorum editione.* Non magis, credo, perturbatus eſt Cicero, cum redux a Quaeſtura Sicula & laudibus ſuorum civium inhians, quas meruiſſe ſibi videbatur, obſervaret, eſſe homines Romae, qui ipſum de vultu ac nomine noſſent, qui iidem, fuiſſe ipſum in Sicilia, neſcirent; quam ego miratus ſum, non potuiſſe me humanitatem & fidem meam probare *Pontederae*, ſed eorum poſtulari, quae ego non niſi ab humilis admodum & abjecti animi hominibus admitti poſſe, arbitror. Conjecit ille quidem partem majorem eorum, quae inclementer & inique in me & editionem illam dicuntur, in perſonam amici ſui ANDREAE MARANI, de qua re, fateor, in mentem mihi venit Ciceronis illa expoſtulatio cum Appio, *Tu cum iſtiusmodi ſermones ad te delati de me ſunt, non debuiſti credere. Si autem hoc genere delectaris, ut quae tibi in mentem veniant, aliis attribuas, genus ſermonis inducis in amicitiam minime liberale. — Quare potes — genus hoc totum orationis tollere*, Diſputabant, Ego contra diſſerebam: Dicebant, Ego negabam. *An mihi de te nihil eſſe dictum*, (nihil dici poſſe de epiſtolis tuis) *putas?* cetera. Verum ſit ita. Ita calide amaverit JULIUM PONTEDERAM, dignum profecto amore ob multas res, quas ego vel e tanto intervallo noſſe potui, ANDREAS MARANUS, vir vel hoc nomine a me non contemnendus, quod Pontederae bona videtur intelligere. Sit igitur: ita amarit Maranus Pontederam, ut indulgentiſſima mater ſuos liberos: amarit etiam cum aliena injuria. At a Pontederae ſapientia hoc exſpectari jure poterat, ut bilem amici, quam injuſtam ipſe agnoſcit, quam de *puerorum* impotentia aliquid habere ipſe fatetur *, mitigaret potius privatis literis, &, ut potens eſt herbarum, catharticis quibusdam educeret, quam ut victuris eas chartis mandaret, monumentum futuras, quidquid de cauſſa exiſtiment homines, pudoris alicujus literarum, quibus parum profecto decorum eſt, objecta talia eſſe ruſticarum rerum editori, ſive vera ſint illa crimina, ſive ficta.

Plane & ſimpliciter ficta eſſe ad unum omnia, non auſim equidem dicere. Neque enim otium adhuc fuit indagare omnia: quam rem aliquantum operoſiorem fecit ratio illa, quod non uſus eſt vir doctiſſimus conſuetudine ea, qua ſolemus loca ſcriptorum quae deſignamus accurate indicare, qua ego per totum opus ruſticum non librum modo & caput, ſed minorem etiam particulam laudavi: ſed plerumque ne librum quidem nominavit, verum ſimpliciter unum aut pauca verba, ad quae crimen pertinet, poſuit. Unde fit, ut ſi cu-
jus

* P. 464. med. Hoc ſi dabis (quod nullo modo inficiari potes) PUERI EST credere, quae ex te commemoravimus, ad Geſnerum pertinere.

jus non multum intereſt, ille ne evolvere quidem curet locum, de quo agitur, & ita ne audire quidem alteram partem poſſit. Nondum igitur indagare lubuit omnia: ſuperſunt ſex ſeptem loca ita laxe uti dixi, deſignata, ea praeſertim, ubi argumenta Victorianarum annotationum, id eſt verba ad quae illae referuntur, non recte dicuntur poſita, de quibus nihil niſi hoc dicere poſſum, ſecutos nos eſſe rationem hanc, ut annotationibus tanquam titulos ſive indices praemitteremus, verba ad quae referuntur, qualia ſupra in ipſo contexto ſcriptorum ſunt expreſſa: ita tamen ut ſi vel Victorius, vel Pontedera, vel alius, quid mutandum cenſeret, illud ex ipſa annotatione intelligi ſatis poſſet. Fac autem bis, ter, quater, ſaepius, aliquid hic peccatum eſſe, quod nondum equidem deprehendi: humanorum hominum erat, ut cum tot a nobis commoditatibus auctos ſe ſentirent, ut non jam per plures, raros bonam partem, libros diſcurrendum eſſet, aut bibliothecae Italiae, Belgii, Galliae, Germaniae adeundae; viciſſim aliquid nobis ignoſcerent, homines eſſe tum nos, tum correctores, & typographicas operas, cogitarent, pro millenis κατορθώμασι unum nobis alterumque humanum errorem ſine ſcutica transmitterent. Ingrati enim profecto animi eſt & nimis jejuni, uti aliorum laboribus, ingeniisque dum commodum eſt, ſexcentis inde in ſingulos prope dies commoditatibus frui: & deinde, ubi ſemel aut aliquoties caeſpitatum eſt, clamare, flagella, ſtimulos, faces verborum expedire, ſtigmata inurere hominibus optime meritis. Redeo ad Epiſtolam Pontederae. Non auſim confirmare, plane nihil eſſe in hac Epiſtola veri: ſuperſunt enim, quae nondum invenire potui: fateor aliquot locis omiſſum eſſe, cum ego Gottingae jam eſſem, ultima operis excuderentur Lipſiae, nomen Pontederae: ſed iis in locis, quae vel ſui auctoris alium charactera haberent, vel e quibus nihil, ſi reliqua viri decora ſpectes, ipſi decedere; parum mihi, addendum enim hoc quoque eſt, accedere, ſi quis mihi tribuat, poſſit. Ut enim is eſt vir doctiſſimus, ea illius in his literis exſtant decora, quae nullam profecto jacturam ſentiant, ſi aliquot minutae annotatiunculae operarum typographicarum culpa nomine ipſius careant: ita me non ita abjectum & ignavum hominem terra protulit, ut velim illa aerugine de Pontederae theſauris detrita diteſcere. Nam quod objicitur, „ Noſtra (*i.* Pontederae obſervata) ut abdita eſſent, neque lucem, „ ſi fieri poſſet, aſpicerent, qua potuit diligentia curavit. Huc atque illuc „ diſperſit inhonora atque abſcondidit", illud movere eum forte poteſt, ſi quis opus illud nunquam in manus ſumſit. Nam caeteri vident, nos ſecutos eſſe morem olim receptum, ſuis locis adjiciendi annotationes, unicuique annotationi nomen ſui auctoris, literis quidem majuſculis & ferientibus oculos, adſcribendi; niſi quod noſtras eo ipſo ſatis ſignatas putabamus, ſi nullum nomen adſcriptum haberent. Qua in re moleſtum nobis laborem compendii poteramus facere, & ſumtum Bibliopolae non mediocrem, ſi illo more, quem temere v. g. in Julio Caeſare Jungermannus, Henninius in Juvenale, uno tenore poni juſſiſſemus, primo Beroaldi obſervationes, tum explicationes ſuarum caſtigationum Victorii, & ita Scaligeri, Urſini, Pontederae, lucubratio-

tio-

tiones. Nempe lectoris commoditati iſtuc datum eſt, quos labore, ſumtu, moleſtia, & ut nunc apparet, invidia noſtra adjuvimus. Quod ſi ſeparatim ſua edi juſſiſſet Vir Clariſſimus, a laetis ac triumphantibus hoc ipſi datum eſſet.

Ex eodem fonte eſt, quod ſequitur, „ Tabulas ipſarumque explicationes „ (quae libro tertio Columellae praemiſſae ſunt) *eo animo* diſtribuit, ut non „ noſtra, ſed Geſneriana exiſtimarentur. Non nulla itaque praemiſit, dein- „ de noſtra annexuit nullo intervallo aut indice ſeparata. Quamobrem qui „ meum nomen in extremis legerit, id a nobis tantum; reliqua ſine nomine „ a Geſnero prodita reputabit". Quin qui morem ac legem libri ſupra expoſitam intelliget, is putabit, illam praemiſſam noſtram animadverſiunculam, cui nomen meum apponere neglectum eſt, (quia alias, ultimum locum tenentibus meis obſervationibus, illud apponi, quemadmodum modo monui, non ſolebat) etiam eſſe Pontederae, cujus illum tanto minus pudere debet, quod ea continet, quae ipſe quoque obſervavit. Et ita cohaeret tabularum illa explicatio, ut oporteat non luſcum ſed caecum, non feſtinantem ſed ſtupidum & pene furioſum videri, qui de illa Geſnero aliquid attribuat: quod quidem genus hominibus ego auctor videri tabularum non opto.

Illud plane non intelligo, quod ſequitur, „ de ſuis vero *nihil niſi* ampla „ forma, & magnifice exornatum edendum fuit". Praefatio noſtra ſi huc forte reſpexit, pro more majoribus eſt literis expreſſa, reliqua ita aequalia, ita ſimilia, ut, quid ſibi velit accuſatio iſta, nullo modo comminiſcar. Sequitur grave crimen. „ Tum a magno illo ruſtico apparatu, quae a nobis „ reſtituta ſunt, ad ruſticos auctores intelligendos maxime attinentia, rejecit; „ ubi enim *ſeges*, ut nos explicavimus; ubi *arvum*; ubi *orgia* & *auriga*; ubi „ *focus* & *foculus*; ubi *capiuntur* priſca ſignificatione & *praecipio*; ubi *ſictores* „ & reliqua a *ſica* pro *ſeco*; ubi *ſerarius*; ubi *articularius*; ubi *curia* pro „ *coenaculo*; ubi tot alia"? Cum haec legerem, putabam amiſſum aliquid eſſe, non perveniſſe ad me omnia viri doctiſſimi in ruſticos commentaria. Nam culpa mea nihil ſubtractum, ſatis certus eram. Sed cum de *ſegete* ipſa mihi memoria ſubjiceret, cum ſcirem in ultima Fabri editione laudatum a me illo nomine Pontederam, lubuit quaerere, licet non ſine temporis jactura, cum loca neque hic indicata ſint. Sed inveni ſuis locis praeter unum omnia. Nempe ea, quae ſtatim ad manus fuerant, ſub ipſo contexto orationis, ut de *Segete* & *Arvo* ad Varr. 1, 29, 1. reliqua in Addendis, quae ſerius venerant: *Origa* & *auriga* Varr. 2, 7, 8. *Focus* & *foculus* Cato. 76. 4. *Capiuntur* & *praecipio* Cat. 142. *Sictores* & *ſico* Cat. 144, 3. *Serarius* Cat. 150, 2. *Articularius* Cat. 157, 8. Ubi *curia* pro *coenaculo* lateat, non habeo jam dicere: culpa quidem mea, dolo volebam dicere; culpam enim quis praeſtare omnem poteſt? literam unam Pontederae abeſſe nego. De compendiis quibusdam lectorum in gratiam, vel emtorum potius admiſſis, in praefatione cauſſa dicta eſt, quam aliis me probaſſe, ſat exploratum habeo.

Quod deinde dicitur Hieronymus Lagomarſinius xc. varietates in Columellae lib. 2, 2. notatas e Politiani libro protuliſſe, quibus careat Lipſienſis edi-

tio,

tio, fieri poteſt: neque meum eſt praeſtare quidquam, praeter hoc, quae HENRICI BRENKMANNI ſtudio deſcripta Florentiae & ad Thomam Fritſchium miſſa ſunt, ea diligenter & cum fide repraeſentata eſſe. Adhuc nihil dictum eſt contra Geſnerum, in quo non injuriam illi factam videant, quicumque aperire oculos voluerint. Graviora ſuperſunt. „ Nemini perſuadere „ poterit Geſnerus ”, de Marani ſententia, quam a parte probat Pontedera, „ ea ſe inveniſſe primumque excogitaſſe, quae a Pontedera Lipſiam miſſa in- „ ter manus habebat. Quis enim ante illum de Creſcentio in illa re ſomnia- „ vit unquam? Quis de Catonis libro, Catoniana omnia eſſent an contra, a „ quo eſt ante Pontederam oſtenſum? Quis de Columellae volumine *de ar-* „ *boribus* inſcripto ea, quae tu collegiſti, meditatus eſt”? Quaſi vero mirum eſſet duo homines ab ingenio & literis non deſtitutos, hoc agentes diligenter, cum eadem ſubſidia habeant, videre idem. Quin ille ipſe veri character eſt, ſi idem pluribus videatur. Caeterum viam unumquemque noſtrum ſuam iviſſe, apparebit, ſi quis tanti putet noſtras utriusque commentationes inſpicere & inter ſe comparare. Pauca moneamus de ſingulis. De Creſcentio, ut bona fide & quaſi teſtis circumſpectus agam, non auſim poſt XV. annorum intervallum, neque dicere, neque negare, primam illius notitiam a me deberi vel Pontederae, vel Morgagno. Sed hoc ſcio, me in Bibliotheca quam curabam Vinarienſi reperiſſe exemplar illud ipſum, cujus in Catalogo ruſticis praemiſſo mentionem feci, in quo cum viderem crebram Catonis & Varronis & Palladii mentionem, & ipſe ſatis otii non haberem, dedi librum Io. RUDOLPHO ENGAVIO, diſcipulo tum meo, jam Anteceſſori apud Ienenſes praeclare merenti, ab eoque petii, ut ubicumque triumvirorum alicujus mentionem videret fieri, locum ipſum diligenter quaereret, & quo libro, capite, particula inveniretur, ſcriberet in margine libri, verba autem ex illis ſumta ſubductis lineis ſignaret: quod alacriter, ut erat ardens, ſi gratificare mihi poſſet, ab illo perfectum ſummam mihi commoditatem conferendi illos locos praeſtitit. Porro monumentum illud diligentiae Engavii ſervat adhuc Bibliotheca Vinarienſis; vivit autem, & diu, quaeſo, vivat ipſe ENGAVIUS, quem mendacii mei conſcium habere nolim. De Catone, & Columellae libro qui potuit me fugere, niſi peponem pro corde haberem? qui familiariter per plures annos in illis verſarer, qui in Lexicon illud ruſticum referrem illorum formulas, qui componerem hinc ſcriptores inter ſe, hinc ſecum ipſo unumquemque, hinc omnes cum Plinio: qua in re meis me oculis uſum, docet ipſa illa allegandi ratio, qua nemo ante me uſus eſt, ipſa illa adſcripta loca parallela demonſtrant. Igitur nunquam mihi in mentem venit gloriari, tanquam viderim aliquid in Catone & Columellae de arboribus libro: ſed ſtupidum me putarem, & obtuſum, ſi non vidiſſem Catoniani libri hinc defectus hinc interpolationes, Columelliani autem operis praelectionem repetitam. Si alii ante nos haec non viderunt, non ingenium illis defuiſſe puto, ſed hoc, quod in praefatione ruſticorum memoravi, quod deſultoriam nimis operam navare ſolent libris antiquis plerique, quod non uno tenore legunt, non contrahunt

cum

cum iis penitiorem velut familiaritatem. Haec, tu Reitzi praeſtantiſſime, vere a me dici eo facilius ſenties, quo plura tibi vel hic ipſe noſter Lucianus ſuppeditavit ejus rei ſpecimina. Si tamen ſubdolus hic fui, ſi invadere gloriam alienorum inventorum volui; ſi porro conſilio omittere Pontederae alias obſervationes auſus ſum: quis me ſtupor, aut quae religio tenuit, quo minus ea omitterem, in quibus illa inventa hecatombe digna Pontedera propoſuit? Quis non furem rideat, qui in divitem domum abſente per multa millia paſſuum domino ubi irrepſit, & ſatis temporis habuit ſuo arbitratu optima quaeque eligendi; deinde ſcruta quaedam ſecum auferat, pretioſa monilia, & auri fiſcos intactos relinquat? Talis ego profecto, tam aſtutus Autolyci de gente fur ſum, ſi ea ſubducere volui, de quibus ſupra dictum eſt; publicari autem cum nomine Pontederae curavi, & ad ea inſuper lectorem remiſi, quibus ſuppreſſis mihi tribuere pulchra quaedam inventa in ſolidum poteram. Ad ſummum crimen accedo, in quo commotiorem fuiſſe moderatum alioquin virum, res ipſa loquitur, id eſt verba, quibus utitur p. 465. „ At enim in nos „ *dicaculus* evaſit, noſtraque, ejus fidei tradita & commiſſa ut ederentur, te„ mere habuit, *immiſcuit*, dictis perſtrinxit & carpſit, eorum vim infirmare „ & diſſolvere conatus, quod nemo ſuſpicatus eſſet, quia *ſacra* & intemerata „ eſſe oportebat"? In his omnibus nihil agnoſco niſi illud *immiſcuit*. Nempe, ſi id crimen eſt, fateor, me reliquorum hominum eruditorum, Victorii, Scaligeri, caeterorum annotationibus ea, qua ſupra dictum eſt, ratione cogitata Pontederae *immiſcuiſſe*. Male id factum, ſi invito Pontedera factum eſt. Tu quidem, mi Reitzi, vel non juranti mihi facile credis, me maluiſſe ſimpliciter tradere typographis Pontederae obſervationes, quam curare ſingulatim deſcriptae ut ſuis quaeque locis inſererentur. Reliqua vana ſunt: & poſſem ego, ſi *dicaculo* eſſe mihi luberet, hic pluſcula reponere. Cogita hoc unum Reitzi, ſi mihi in mentem veniret tibi objicere, dolo tuo omiſſa eſſe, quae tu ſuo loco poſita eſſe e veſtigio poſſes demonſtrare; ſi quererer mihi ſubrepta, in quibus tu eadem tibi in mentem veniſſe oſtendis, ſi indignarer a te reprehenſas eſſe annotationes quasdem meas, ſi ea in re ita eſſem diſertus, qualem modo virum clariſſimum audivimus: ecquid de me cogitares, diceres, ſcriberes? Sed nimirum ſatis, ac plus forte quam ſatis erat, datum eſt famae meae, cui obeſſe poterat Epiſtola Cl. *Pontederae*, ſi plane eam ſilentio praetermiſiſſem. Obeſſe autem, ſcio, nihil poterit apud eos, qui conferre inter ſe & meam & viri doctiſſimi rationem voluerint, potuerintque. Examen quidem & judices acerrimos adeo non refugio, ut potius optarim, ſedere Caſſiana quosdam ſeveritate, & ſatis eosdem rerum de quibus agitur peritos. Si caeteroquin in his epiſtolis deprehendero, & ſpero me inventurum pluſcula, quae prodeſſe ruſticis noſtris cenſeam, (majorem quidem partem, praeter laborioſas de anno veteri diſputationes, nos jam habere puto) diligenter curabo, ut illa utilia eſſe queant pluribus, hoc eſt, ut repetendae ruſtici operis editioni inſerantur, honosque habeatur eorum auctori, cui, ſi in me fuit iniquior, non ideo ſubtrahendae ſunt gratiae, & laus, quae ob rem

bene geſtam ipſi debetur. Quin acerbitatis & contentionis omnis adeo ipſa quoque veſtigia tollere conabimur, ſtudebimusque honeſtiſſimam ex hoc certamine palmam aequitatis humanitatisque referre, ut fruantur per nos poſteri utriusque ingenio & induſtria, litem interceſſiſſe ne quidem ſuſpicentur. Hoc Pontederae bellum, hoc ſi quis alius pugnare mecum velit, denuncio.

Verbum hic addere lubet de accuſatione, qua in Commentario ad Lucanum petitus ſum a viro, cujus ego doctrinam & merita ſemper feci, ut merebantur, maximi. Inſimulatus ſum *quaeſiviſſe* in ſummi, dum viveret, viri obſervatis ad Quinctilianum *quod reprehenderem.* Ab hac malignitate cum abeſſe mores meos noverim, etiam famam meam liberari equidem cupio. Sed cum graviter aegrotante, deinde mortuo, contendere indecorum amicis & mihi videbatur. Igitur haec ſilentio contrivi, neque unquam ulciſcar, niſi provocatus ab his, qui Virgilium ipſius curant: tum enim cogar oſtendere, quam non quaeſierim quod reprehenderem, ſed quae ultro ſe obtulerint, ut ſumus homines, *peccata*, ea me ſedulo, uti decebat literas noſtras, uti poſtulabat quam profitemur humanitas, *texiſſe.* Non ego deprecor, quo minus vel Burmannus, aliique acerbam etiam cenſuram in ſcripta a me exerceant, ne iniqua quidem de ingenio, de doctrina, de laboribus meis, judicia deprecor; nunquam, ubi de hiſce agetur rebus, contendam ultra, niſi ſi forte illuſtrari ſententia aliqua mea poſſit: quin beneficio me affectum profitebor ultro, ſi quis meas mihi aberrationes vel placide, vel ſuperbe etiam [illegible]. Beneficium, inquam, interpretabor, quamquam non ex diſciplina Senecae. Magis enim mihi placet Platonici Timaei illud, Ἀλλὰ τῷ τοῦτο ἐλέγξαντι ϗ ἀνευρόντι δὲ μὴ οὕτως ἔχον, κεῖται φίλια τὰ ἆθλα. Sed cum nihil mihi pudore, candore, ingenuo animo, majus videatur aut carius; cum mihi conſcius ſim, quanto laudem illam ſtudio conſecter; non eſt mihi committendum, ut eam quiſquam tacente me mihi ereptum eat; quoties nempe in manu mea eſt, iniquitatem accuſationis oſtendere. Si quis tamen, ubi feci omnia, maledicere, *de animo*, *de conſilio* meo exiſtimare, h. e. divinationem ſibi arrogare injuſtam & ridiculam voluerit: meum erit ea contemnere, & a conſcientia & animi tranquillitate petere, quam aliis obnoxiam non eſſe oportet, felicitatem. Haec galea nobis, hic clipeus, hic thorax erit: gladio enim utemur nunquam, certe non niſi ad repellendum. Caeterum apud te iſta diſputata, REITZI humaniſſime, aegre non feres, arbitrum idoneum talium negotiorum, in fronte operis, quod poteſt hanc noſtri conſilii ſignificationem ferre ad omnes, quibus probari illud cupio, quodque duraturum videtur cum ipſis literis. Haec igitur non dimittenda erat opportunitas. Dixi, quae volebam de Luciano & de me etiam. Quod ſupereſt, te rogo, Vir doctiſſime, ut quae inter nos contracta eſt Luciani occaſione notitia, eam coaleſcere in amicitiam, ſi non indignum me exiſtimas, patiare.

Gottingae XV. a Kal.
Febr. CIↃ IↃ CC XLIII.
1743 A.D.

LECTO-

LECTORI BENEVOLO

S. D.

TIBERIUS HEMSTERHUIS.

Quum primum ad Lucianum expoliendum adgrederer, comparatis rebus neceſſariis, quibus eram haud ſane contemnendis inſtructus, id praecipue mearum eſſe partium duxi, ut doctis peritiſque literarum antiquarum hominibus diligentiae meae fideique adhibitae ratio conſtaret. Verſatus in hoc labore qua poteram adtentione animi notas, easque ſaepe luculentiores, certe ſatis verboſas, perduxi ad paginam usque 525. & finem Ἐπισκοπούντων: qua quidem in re ingenio meo nonnihil indulgere malui, quam multo faciliorem & nimis jejunam brevitatem conſectari. Non itaque refugi voces aliquas paulo retruſiores loquendique formulas uberius explicare, & quaedam paſſim interſerere, quae non nimis videbantur ab inſtituto abhorrere: quod dum ago, haud raro contigit, ut aliis etiam ſcriptoribus qua corrigendo, qua ſenſus eorum ignoratos enodando, prodeſſe fuerim conatus. Quid autem quantumque, & an quicquam ſtudio noſtro Lucianus debeat, judicium aequi lectoris facio. Ad eum, quem ſupra dixi, locum poſtquam perveneram, res ita tulit, ut conſultius exiſtimarem operae ſuſceptae curam deponere, & curſu interrupto aliis lampada non invitus traderem. Ex illo tempore anni plures effluxerunt, quibus equidem, quid Luciano fieret, ad me pertinere non putavi. Nunc, quum fauſto pede in publicum eſt proceſſurus, temperare mihi non potui, quin lectoris in gratiam, ne quid a me commiſſum ipſi officeret, olim ſcripta repeterem, &, quae videbantur emendationis indigere, paucis enotarem. Huc eo magis ſum inpulſus, quod Io. Matth. Gesnerus, Vir ut excellenti doctrina multisque rebus probata praeditus, ſic, quod ego non minoris aeſtimo, omni humanitate perpolitus, literis ad me datis ea perſcripſiſſet, quae Luciani intereſſe arbitrabar, ne privatis chartis premerentur. De verſione vero illius, quam curavi, Lucianeae partis hoc unum admonere reſtat, eam a me fuiſſe confectam in multis prorſus novam: in aliis, praeſertim in Nigrino, Mosis Solani Viri doctiſſimi ſervata eſt paene integra, niſi quid aliud vel ſenſus Luciani manifeſtus, vel verba ejus ex Codd. mutata poſtularent. Timonis tota eſt *Tanaquilli Fabri*, hominis ingenio ſimul & eruditione praeſtantiſſimi, qua melior, ſi univerſam ſpectes, dari vix poterat. Haec ideo non praeterire operae videbatur pretium, ne quis me cogeret ad praeſtandum, quod ab aliis forte fuiſſet admiſſum. Vale.

ADDENDA ET EMENDANDA.

P. 2. v. 3. Ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο] Egregie congruunt illa *Libanii* T. I. p. 804. A. Ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τῆς ἡλικίας καιρὸν λαμβάνει τὰ παιδεύματα, συνεβουλευόμην τοῖς ἐπιτηδείοις, ἥν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον· qualia ſunt in eo permulta, ſi quis ad *Lucianum* diligentius conferre velit. Quum autem ludum literarium reliquerit noſter ἤδη πρόσηβος ὢν, annum egiſſe quartum & decimum manifeſtum eſt; quo ſcilicet expleto puberes fiebant, ut Stoicos ſecuti Proculeiani tradiderunt, obſervante *Merillio* Obſ. I, 22. id enim aetatis ſtudiis liberalibus vacabant pueri, ut intelligi poteſt ex L. 21. §. 5. D. de Ann. Leg. & Fideic. Ceterum verti poterat initium hujus libelli, quod me monuit etiam Vir eruditionis elegantiſſimae *Jo. Matth. Geſnerus*, paulo melius hunc in modum: *Tantum quod deſieram ludum literarium frequentare pubertati jam proximus, quum pater deliberabat cum amicis, quid me tandem doceret:* ubi *docere* ſumendum eſt ea poteſtate, qua reſpondet Graeco διδάξασθαι· velut L. 12. D. de Leg. & Fideic. *ut eum haeres artificium doceat, unde ſe tueri poſſit:* & mox: *ſtatuet, quod potiſſimum artificium haeres docere eum ſumtibus ſuis debeat.* Neque aliter in principio Vitae Terentii *Donatus: a quo, ob ingenium & formam, non inſtitutus modo liberaliter, ſed & mature manumiſſus eſt.*

P. 3. v. 23. Ἐν τοῖς μάλιστα εὐδόκιμος] Simillimum mendum apud *Suidam* in Μεσομήδης Κρής, λυρικὸς, γεγονὼς ἐπὶ τῶν Ἀδριανοῦ χρόνων, ἀπελεύθερος αὐτοῦ, ἢ ἐν τοῖς μάλιστα φίλοις. Lege: *καὶ ἐν τοῖς μάλιστα φίλος.*

P. 28. b. Epigramma venuſtiſſimum, cujus a me facta fuit mentio, non eſt, nec per temporis rerumque memoratarum rationem eſſe poteſt *Callimachi.* Bacchylidem aut Simonidem vetus Codex, teſte *Rich. Bentleio*, auctorem praeſcribit. Simonidi ſine dubio tribuendum, ſi *Stephanum* ſequimur in Ἀκαμάντιον· nam quod ait, καὶ φυλὴ Ἀκαμαντὶς τῆς Ἀττικῆς, ὡς Σιμωνίδης, id in hoc ipſo Epigrammate reperitur.

P. 28. v. 67. Τὰ μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ πεποιθότα] Nunc lectionem, quam ferri poſſe dixi, conjecturae meae praepono: eoque magis, quod illam in partem inclinare ſe ſignificaverit praeſtantiſſimus *Geſnerus.*

P. 29. a. *Agatharchides* bis ſcribendum pro *Agatharcides.*

P. 71. Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας] Ἵνα illud ἐκβατικῶς poſitum hoc ſenſu: Verum dicunt in tabulis ultimarum voluntatum, ſed eo eventu, *ut non fruantur ſua veritate.* Hanc *Jo. Matth. Geſneri* acutam explicationem dignam judicavi, quam cum erudito lectore communicarem.

P. 80. v. 31. Τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται] Νόσῳ vel πυρετῷ λαμβάνεσθαι probum eſt; ut apud *Harpocrationem* Theopompus tradit Artemiſiam Mauſoli mariti ejuſdemque fratris deſiderio contabeſcentem φθινάδι νόσῳ ληφθεῖσαν ἀποθανεῖν· nec quicquam obſtat, quo minus pari modo dicatur θεῷ, τῇ Ῥέᾳ λαμβάνεσθαι, haud ſecus atque ἔχεσθαι χαλεπωτέρῳ δαίμονι *Antonin. Liber.* c. XXX. τῷ αὐτῷ θεῷ κατέσχημαι *Lucian.* Διαλ. Νεκρ. XIX. κατεχόμενοι τῷ Πανὶ in Bacch. Liban. Decl. IX. p. 348. C. ταὐτὸ πέπονθα ταῖς Βάκχαις, αἱ τῷ Διονύσῳ πληγεῖσαι οὐ δύνανται μένειν ἐφ' ἑαυτῶν· aliaque iſtius generis non pauca. *Herodot.* IV, 79. Ἡμῖν γὰρ καταγελᾶτε, ὦ Σκύθαι, ὅτι βακχεύομεν, καὶ ἡμέας ὁ θεὸς λαμβάνει· νῦν οὗτος ὁ δαίμων καὶ τὸν ὑμέτερον βασιλέα λελάβηκε, καὶ βακχεύει τε, καὶ ὑπὸ τοῦ θεοῦ μαίνεται. Quare non temere vulgatam lectionem eſſe ſollicitandam nunc exiſtimo; praeſertim quod colorem a *Platone* traxiſſe Noſter videatur, cujus hic eſt locus in Ione p. 365. E. Οὐ γὰρ τέχνῃ, οὐδ' ἐπιστήμῃ περὶ Ὁμήρου λέγεις, ἃ λέγεις, ἀλλὰ θείᾳ μοίρᾳ καὶ κατακωχῇ· ὥσπερ οἱ κορυβαντιῶντες ἐκείνου μόνου αἰσθάνονται τοῦ μέλους ὀξέως, ὃ ἂν ᾖ τοῦ θεοῦ, ἐξ ὅτου ἂν κατέχωνται, καὶ εἰς ἐκεῖνο τὸ μέλος καὶ σχημάτων καὶ ῥημάτων εὐποροῦσι, τῶν δὲ ἄλλων οὐ φροντίζουσιν. Res adeo mira *Porphyrio* fuit viſa, ut obortam inde difficultatem a

Jam-

Jamblicho ſibi voluerit expediri: τῶν ἐξιςαμένων ἔνιοι τινες αὐτῶν ἀκούοντες ἢ κυμβάλων, ἢ τυμπάνων ἤ τινος μέλους ἐνθουσιῶσιν, ὡς οἱ τε κορυβαντιζόμενοι, καὶ οἱ τῷ Σαβασίῳ κάτοχοι, καὶ οἱ μητρίζοντες· ille autem quid reſponderit, vide de Myſter. p. 69. Dicuntur vero οἱ μητρίζοντες ſive μητρωάζοντες propria ratione τῇ Ῥέᾳ μαίνεσθαι. Phryges mortalium antiquiſſimi, teſte *Arriano* apud Euſtath. ad *Dionyſ. Perieg.* v. 809. μαίνονται τῇ Ῥέᾳ, καὶ πρὸς Κορυβάντων κατέχονται· in *Philoſtrati* Ep. XV. οἱ τελούμενοι τῇ Ῥέᾳ μαίνονται πληγέντες τὰ ὦτα κτύποις ὀργάνων, dubites, utri verbo τῇ Ῥέᾳ jungi debeat, niſi potius utrique ſit aptandum. Hinc perſpici poteſt, quam bene ſit meritus de *Seneca* Cod. Mediceus, ex quo *Jo. Fr. Gronovius* reſtituit in Agam. v. 688. *Quae turritae turba parenti Pectora rauco concita buxo Furit, ut Phrygium lugeat Attin.* Non aliter τῷ Διονύσῳ μαίνεσθαι· *Heraclit.* apud *Clem. Alex.* Protr. p. 30. Διόνυσος, ὅτεῳ μαίνονται καὶ ληναΐζουσι. *Pauſan.* X. p. 812. ἀπὸ ταύτης (Θυίας) δὲ καὶ ὕςερον, ὅσαι τῷ Διονύσῳ μαίνονται, Θυιάδας καλεῖσθαι. Eadem loquendi forma, qua ſolent, κείρεσθαι τῇσι παρθένοισι τῇσι ἐξ Ὑπερβορέων, τῷ ποταμῷ, *in honorem virginum Hyperborearum, fluvii, ritu ſacro crines ponere.* Rem dixit *Julian.* Ep. XLI. p. 421. καθάπερ οἱ τῷ Διονύσῳ τὸν θύρσον κρούσαντι πρὸς τὴν χορείαν ἄνετοι φέρονται· adeundus etiam *Aretaeus* I. p. 33. Quod ſi legeretur in *Luciano*, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ μαίνονται, id omnium minime mutatum vellem: videtur enim tam concinne ad totam orationem reſpondere, ut aliter fuiſſe ſcriptum vix mihi perſuadeam.

P. 111. b. *Ad Mardonii in Atticam expeditionem*] Iſta ut clarius intelligantur, ſic repone: *Haec quin ad Mardonii in Ioniam, Thraciam ac Macedoniam, aut potius Datis & Artaphernis in Atticam expeditionem pertineant* &c. itidemque mox: poſt occupatas a Cyro Sardes; *aut, ſi mavis, ſub initium Olymp. LXX.*

P. 112. b. infima. *Acciendum.* L. acuendum.

P. 113. Διασιαίνειν] Vide quae notavimus ad Schol. p. 372.

P. 142. ad Schol. n. 7. Huic adnotationi pro *M. du S.* ſubjice *T. H.*

P. 167. b. ἁρμόξεσθαι. L. ἁρμόζεσθαι. *Sext. Emp.* adv. Gramm. p. 265. πρὸς τὰ παρόντα ἁρμοζόμενοι πρόσωπα. Ad proverbii, quam dedimus, explicationem confirmandam pertinet illud *Alciphronis* III. Ep. 71. Διονυσίοις τοῖς ἐπιοῦσι, *proximis Liberalibus.* Ceterum emendatio *Zenobii* quanquam valde ſit probabilis, haud tamen adſperner, ſi quis, duce *Suida*, refingi malit: ςενὰς δὲ ἔχει δύο καὶ μακρὰς ἀπὸ τοῦ πελάγους κατάρσεις· ſunt enim κατάρσεις οἱ ἐπιτήδειοι εἰς καταγωγὴν τόποι, καὶ εἰς τὸ προσορμίζεσθαι, ut monet *Schol. Thucydid.* ad IV, 26. παραπλέων δὲ τὴν χώραν, ᾗ κατάρσεις ἀναγκαίας καὶ καταφυγὰς ἑώρα τοῖς πολεμίοις. Vide notata de verbo καταίρειν p. 83.

P. 179. v. 33. L. τῷ ποτε, & additam huic voculae notam dele: vid. p. 207, 75.

P. 184. b. *Plato.* In Phaedonis initio p. 45. E. Xanthippen nominat ἔχουσάν τε τὸ παιδίον αὐτοῦ καὶ παρακαθημένην· non procul a fine p. 86. A. quum jam tempus adpeteret educendi poculi cicuta mixti, ἠνέχθη παρ' αὐτὸν τὰ παιδία, δύο γάρ αὐτῷ ὑιεῖς σμικροὶ ἦσαν, εἷς δὲ μέγας, καὶ αἱ οἰκεῖαι γυναῖκες ἀφίκοντο· & mox: τὰς μὲν γυναῖκας καὶ τὰ παιδία ἀπιέναι ἐκέλευσεν· tum p. 87. A. ἐγὼ μέντοι, inquit Socrates, οὐχ ἥκιςα τούτου ἕνεκα τὰς γυναῖκας ἀπέπεμψα. Ex his clarum, utramque marito vixiſſe ſuperſtitem. Ille natu major filius & μέγας Xanthippes eſt Lamprocles, quem bene reſtituit in Epp. Socrat. p. 57. *Leo Allatius:* ſed monere ſimul debuerat, id nominis abiiſſe violatum librarii culpa in ἅμα Τυροκλῆς· nam illud ἅμα ex priore ſyllaba ΛΑΜ conflatum nullius uſus eſt, & orationi nocet. Idem pejus *ex Myrto prima uxore ſublatum eſſe* ſcribit: etenim apud *Xenophontem* Lamprocles Socratis πρεσβύτατος ὑιὸς a patre commodo monitore caſtigatus, quod matri vehementius ſuccenſeret, quum reſpondet Ἀπομν. II. p. 432. v. 20. οὐδεὶς ἂν δύναιτο αὐτῆς ἀνασχέσθαι τὴν χαλεπότητα, nonne Xanthippen, ejusque notos mores deſignat? De duabus Socratis uxoribus quibus argumentis Panaetius pugnaverit ad convellendam *Platonis* auctoritatem, equidem ignoro.

P. 190. v. 91. Clariſſ. *Geſnerus* non opus eſſe arbitratur emendatione, modo meminerimus ironicum eſſe totum exordium, cujus haec ſit vis: *Quaſi vero opus eſſet longa oratione .... nec ſatis foret ſola capita exponere* &c.

P. 227. b. Oraculum illud Byzantinum extat in *Achill. Tat.* II. p. 93. qui lectus facile deteget incogitantiam *Bourdelotii.*

P. 229. a. Herodoti. L. Herodori.

P. 237. a *malim ἀγόμενος.* Adde: vel propius ἀγμένος.

P. 242. Infra *Luciani* contextum poſt Εὐγλωττίᾳ L. haec ſunt adponenda:

b. Ἄρη] Ita ſola *P.* Reliquae omnes Ἄρῃ, quod prave mutatum a *Bourdelotio.* Quam varie flectatur Ἄρης monet *Sylburgius* ex *Laſcari* Not. ad *Clenard.* p. 572.

P. 281. a. *Ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem.*] Vidit hunc errorem ſcripturae, ſuſtulitque *Cl. Salmaſ.* Plin. Exerc. p. 392. E.

P. 283. b. *Nondum, cur ſcriptura vetus mutari debeat, rationem invenio.*] Mutanda eſt, ſi *Servium* ducem ſequimur ad AEn. III, 12. qui *Varronem* teſtem citat, ex quo praeterea legendum foret, *ante portum ſtatuit.* Vide *G. Cuperi* Obſ. IV, 9. p. 103.

P. 284. b. infima: *quae Urania dicitur.*] Praeter *Lutatium* meminit *Olympiodorus* hiſtoricus in *Photii* Biblioth. p. 112. v. 14. & philoſophus ad *Ariſtot.* Μετεωρολ. I. f. 4. b. Τούτους δὲ τοὺς τυφῶνας καὶ σίφωνας καλοῦσι διὰ τὸ καὶ ὕδωρ πολλάκις ἀνασπᾶσαι· καλοῦσι δὲ αὐτὴν καὶ οὐρανίαν ἰδιωτικῷ ὀνόματι.

P. 300. a. *niſi quis eruditior moretur.*] Moratur, atque adeo me paene retrahit Doctiſſimus *Geſnerus* ita ſcribens: *verba κατὰ τὰς πλεκτάνας decere opinor copiam illam Luciani, qui non ſatis habuit acetabula nominare; etiam cirros memoravit, quorum in articulis ſedent acetabula.*

P. 339. b. *ſingularine libro* &c.] *Athen.* XIV. p. 641. F. Δικαίαρχος ἐν πρώτῳ τῆς Τροφωνίου καταβάσεως· unde conficiendum videtur, ſingulare fuiſſe de deſcenſu in antrum Trophonii volumen, inque libros plures diviſum.

P. 356. v. 11. Non poſſum, quin cum lectore communicem, quae hoc de loco ad me ſcripſit elegantiſſimus *Geſnerus*: *Totum hoc in parentheſi videtur eſſe*, πίνει δ᾽ ἐπιεικῶς ζωρότερον, bibit ſatis meracum. *Duos quaſi gradus facit, primo comparativum in ζωρότερον, qui intendit aliquantum ſignificationem; deinde ἐπιεικῶς iterum moderatur. Poſſis igitur etiam vertere:* bibit aliquanto meracius. *Eo autem totum hoc pertinet, ut facultas admiſcendi veneni indicetur, quod facilius alienus ſapor ſentitur, quo magis dilutum eſt vinum; difficilius autem, quo eſt meracius.*

P. 358. a. *Illa tamen, ni fallor, ab* Archilocho *ſumſerat* Plato.] Fallor; ſumſit ab ipſo Critia, ut loco diligentius inſpecto manifeſte patet.

P. 381. v. 83. Ita *Jo. Matth. Geſnerus* ad me: *Non difficile fuerit crimen depellere a* Luciano, *quaſi neſciverit Hannibalem Graece potuiſſe; modo levi transpoſitione ſic legamus:* Ἐν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὀνάμην ἐνταῦθα, ὅτι καὶ τὴν Ἑλλην. Hoc mihi unum hic prodeſt, quod etiam Graece didici, *cum nempe apud ſuperos eſſem.* Ego *Luciani* patrocinium ſuſcipi, aequiſſime fero.

P. 386. a. Ἄννωνος τοῦ Καρχηδονίων βασιλέως Periplus inſcribitur: eoque modo *Solinus* c. 56. Hannonem vocat *Poenorum regem*, quem *Plinius ducem* vel *imperatorem.*

P. 388. a. De Hannibale Campana luxurie corrupto, tanquam de re vulgo nota loquitur *Cicero* de L. Agr. §. 95. *deinde ea luxuries, quae ipſum Hannibalem, armis etiam tum invictum, voluptate vicit.* Marcellus apud *Liv.* XXIII, 45. quo ſumma vi milites ad pugnam hortaretur, *Capuam Annibali Cannas fuiſſe: ibi virtutem bellicam, ibi militarem diſciplinam, ibi praeteriti temporis famam, ibi ſpem futuri extinctam:* quae non minus ipſum Poenorum ducem, quam milites petere videntur.

P. 390. v. 18. Ὅμοια Praeſtantiſſimus *Geſnerus accipit* ſimilia, *id eſt, conſentientia & convenientia oraculo Hammonis.* Mallem, ſi retineri debeat ὅμοια, παρὰ τῆς Ὀλυμπιάδος· nam paulo poſt, οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον. Sed priſtina conjectura diſplicere mihi nondum poteſt. Uſum vtrborum *volutari* & κυλίεσθαι eximie declaravit *Pricaeus* Not. ad *Apul.* Mileſ. IX. p. 488. Commode vero Alexander & Diogenes apud inferos novitii colloquuntur: utrique enim eodem die, hic Corinthi, ille Babylone, in Orcum ſe penetrarunt, ut teſtantur *Diogen. L.* VI, 63. & *Plutarchus.*

P. 393. v. 69. Si color aliquis vulgatae lectioni poſſit induci, nihil equidem ſpecioſius invenio, quam quod ſuggeſſit *Jo. Matth. Geſnerus: Non puto*, inquit, *hanc vocem eſſe ſilentio tegi volentis dedecus Ariſtotelis: contrarium enim apparet. Sed hoc vult*, ſine me ſcire, *id eſt, concede, ut ego melius quam quisquam ſciam, & dicam adeo, quis fuerit Ariſtoteles, ut noſtri,* Das muſs ich am beſten wiſſen. *Μόνον non excludit alios a cognitione futura, quam omnibus jam impertit; ſed a praeterita.*

P. 415. v. 53. Vide pereruditam & ingenioſiſſimam de Pythagorae κυάμῳ diſputationem in Miſcell. Obſerv. A. 1735. p. 417. quam qui legerit, nihil eſt, cur quicquam amplius a nobis deſideret.

P. 446. a. Graevius *quin felici conjectura ... non dubito.*] Nunc ut dubitem faciunt, quae perquam ingenioſe pro vulgata lectione ſcripſit ad me politiſſimus *Geſnerus:* eummet ipſum audi cauſam hanc agentem. *Certatim viris doctis placuit* ἀπετάκησαν, *quod ipſe ejus reſtituendi auctor* Graevius *vertit*, emarcuerunt, pannoſae factae ſunt. *Sed hic nondum viri character erit, verum vetulae aut aegrotae. Quin retinendam puto ſcriptionem conſtantem omnium, qui usquam ſunt, librorum,* ἀπετάθησαν, extenſae ſunt *non in longitudinem dependentem, ſed crati pectoris intentae, ut nihil ibi laxum, nihil pendens relinqueretur. Ita collis* ἀποτείνεται, *ſive* extenditur, *cum ſolo aequatur: unaquaeque enim linea curva, ſive arcus circumſcribens collem illum extenditur, & fit recta; certe ad rectam magis accedit.* Haec ille, quibus ſi vetuſti ſcriptoris ad uſum eum verbi ἀποτείνεσθαι firmandum auctoritas accederet, jam ſublata foret omnis dubitandi cauſa.

P. 469. b. infima. Extat verſus a *Diacono* prolatus in *Orphei* Εὐχῇ v. 45. ibique legitur, ἐραννήν. Praeferendum arbitror, quod reſtitui.

P. 486. v. 13. Περὶ μηδὲν ἐσπουδακώς.] Plane noſter Tireſias cum Simonide ſenſit, cujus erat praeceptum παίζειν ἐν τῷ βίῳ, καὶ περὶ μηδὲν ἁπλῶς σπουδάζειν. Vid. *Theon.* Progymn. p. 84. Mox autem κλειθρία ſi feneſtra ſit, *clathratam* intelligere oportet. Κλειθρίδια dabit *Euagrius* H. E. I, 14. Πρὸς τῇ ὀροφῇ τοίνυν τῶν λεγομένων ςοῶν κλειθρίδια καθεςᾶσι· θυρίδας ἔνιοι καλοῦσι· pauloque poſt iterum κλειθρίδιον· ibi *Langi* & *Chriſtophorſoni cancellos* repudiat *Valeſius*, & *clathros* mavult vertere. In Onomaſtico, Κλειθριὰ, *rima:* alii ſignatius *januae rimam* interpretantur, ut monuit *H. Stephanus* in Th. L. Gr. nullo alio, quam hoc ipſo Luciani loco adlato. Poſſes foramen januae vel ciſtae pervium, in quod clavis inmittitur, exponere: κλεῖθρον vocat *Numenius* in illa facetiſſime narrata Lacydae hiſtoria, quae delusum philoſophum ad ἀκαταληψίαν adegit, apud *Euſeb.* Εὐαγγ. Προπ. lib. XIV. τὸν δακτύλιον κατεκύλιε διὰ τοῦ κλείθρου· & ſaepius in proximis: ὀπὴν vocavit *Diogen. L.* IV, 59. Κλειθρίον paulo diverſa poteſtate reperies in *Heron.* Autom. p. 251. 262.

P. 491. b. Not. ad Schol. ἐπιθαμῆς. L. σπιθαμῆς.

P. 493. b. La Pogogia.] *Achilles Statius* ad *Catulli* Phaſelum adnotavit, Luſitanos la Poia vocare pedem veli. Hoc ex altero contractum.

P. 496. a. Not. ad Schol. raecum. L. Graecum.

IOHAN-

IOHANNIS BENEDICTI,

De ſua Graeci Contextus, & Latinae verſionis Luciani recognitione, ad candidum & φιλέλληνα Lectorem

PRAEFATIO.

MIRUM tibi videri poſſit, Amice Lector, me poſt viginti celebria Doctorum virorum nomina, recognoſcendis Luciani ſcriptis, & retexendæ maxima ex parte illorum in Latinam phraſim tranſlationi manum admoviſſe: cum veriſimile ſit eos viros, ſui temporis lumina, Graecam linguam ita calluiſſe, ut probe intellectum authorem e Graecia in Latium pede nunquam caeſpitante, animo nunquam dormitante tranſtulerint: me vero, jam primum hoc eruditionis ſpecimine innoteſcentem, nihil melius praeſtare potuiſſe, quam excellentes illi interpretes praeſtiterint: adeo ut huic coepto plus audaciæ ſit tribuendum, quam veræ laudis rependendum. Ego ſane ingenue agnoſco cum eruditionis meæ mediocritatem, tum egregiam virorum illorum praeſtantiam, quam neque ſuſpicere, neque laudare ſatis poſſum: imo cui plurimum deberi ſyncere confiteor. Sed, veluti non raro accidit, ut etiam indoctiores doctiorum inventis non contemnenda ſuperſtruant & addant: ita & mihi contigiſſe, ni fallor, judicabis, ut via, editæ antehac metaphraſeos beneficio, reſerata, plerisque in locis ſcopum authoris clarius & melius attingam. Occaſionem exhauriendi laboris iſtius obtulere mihi ſelectiores & graviores quidam authoris hujus Dialogi, quos dum utile dulci permixturus, publice legebam, & ſingulas ſententias ac voces diligenter expendebam, plerumque non placebat vetus interpretatio, quandoque etiam mendoſa videbatur lectio, unde fiebat ut non plene, planeque ſatis locorum nonnullorum ſenſus caperetur. Idcirco Graecum contextum, vel ex collatione variorum & antiquorum codicum, vel ex proprio judicio emendabam: & ſicubi mentem authoris melius reddere poteram, id ſobrie quidem, & moderate faciebam. Poſt ea mihi ſuccurrit, ſiquidem diverſi diverſorum Dialogorum & Tractatuum erant interpretes, ſingulorum partem ſaltem aliquam attente examinare: quo perſpicerem an Graeca Latinis apprime reſponderent. Hinc variorum interpretum varia ingenia, & quam alius alio foelicior eſſet metaphraſtes, intellexi. Utque, quod ſentio, ingenue pro innato mihi animi candore dicam: comperi Thomam Morum tam fœliciter officio metaphraſtæ functum, ſententias ſingulas ad verbum ſervata latinitate pura reddendo, ut vix aliquid nactus ſim, quod melius redderem: imo potius ipſum hac in mea recognitione imitari voluerim. Ad hanc laudem proxime accedit Eraſmus Roterodamus: in quo quanquam plura quam in illo immutanda judicavi, pauca quidem illa ſunt, ſi cum reliquis compares. Tertius eſt Iacobus Micyllus, Eraſmo fere aequiparandus hoc in negotio. Reliqui interpretes inter ſe ferme pares, tribus illis, me judice, multum cedunt. At omnium infœliciſſimus mihi viſus eſt Vincentius Obſopœus: qui non ſolum ſuperflua verborum luxurie mentem authoris paſſim obſcurat, ſed etiam plerumque vel non capit, vel corrumpit. Atque is eſt qui tertiam ad minimum illius partem Latine exaravit. Cujus interpretationis, quamquam retineo quicquid poſſum, tam obſcura reliqui veſtigia, ut haec prorſus mea non immerito dici poſſit: non ſecus atque [Aſini] ſive [Lucii] verſio, quæ usque adeo miſera prius erat, ut ſuo nomini bene conſuluerit vetus interpres, quum illud reticuit. Caeterum hoc in cœpto ſum verſatus, non ut laudem magnis illis viris ullo pacto praeripiam, praereptam in me transferam, ab iſtiusmodi veſana φιλοτιμίᾳ tantum ſum alienus, quantum virtus a vitio,

tio, jus ab injuria diſtat. Hic animus, hoc conſilium ſolummodo fuit, ut dum otio in aliquo negotio uti licebat, quod eſſet opis meæ (quæ quam ſit tenuis, agnoſco) id in rem literariam conferrem. Velim igitur, Amice Lector, conatum hunc meum boni conſulas, eoque ſic fruaris, ut quod in eo deſiderabis, humaniter toleres: &, ſi ſaltus aſperrimos ſuperaſſe non videbor, clementer condones. Nolim enim tam bene de me ſentire, ut contendam me tibi verſionem iſtiuſmodi exhibere, quæ omnis cenſuræ expers eſſe poſſit: quandoquidem ardua res eſt eadem elegantia, eademque feſtivitate authorem hunc de Graeca phraſi in Latinam transferre: ita proprius eſt unicuique linguæ genius, & inexplicabilis venuſtas. Forte autem objiciat aliquis me debuiſſe eos locos notare, quibus in primis emendandis operam impendi. Id utique facere nolui duabus praecipue de cauſis. Una, quoniam commoda forma, in gratiam eorum qui libros hoſce ſecum circumferre volent, editionem faciendam, & voluminum majorem vel molem vel numerum vitandum putavi. Altera, quoniam confido eum qui veterem verſionem cum hac recognitione, & prius excuſos Graece codices cum noſtro conferet, nullo negotio vel ex ipſa ſermonis ſerie, & locorum ſenſu, noſtræ mutationis rationem deprehenſurum. Quamobrem duxi me ſatis in praeſentia praeſtiturum, ſi, quoad fieri poſſet, purum authorem, & verſionem ante vulgata commodiorem & fideliorem, cum Indice rerum opere illo contentarum exhiberem. Nunc ſupereſſet ut aliqua commendatione Lucianum cohoneſtarem, niſi ſic, actum ab aliis multis, agerem. Et certe quid opus eſt ut poſt illos repetam eum eſſe Atticæ eloquentiæ exemplar ſyncerum, ſumma dicendi feſtivitate, magna rerum varietate, magna ſcientia, multaque doctrina clarere? Hic ſi res ſerias tractat, fit gravis: ſi jocoſas, feſtivus: ſi praecipit, ſi monet, ſi mordet, eſt prudens, eſt lenis, eſt aſper: ſi orator cauſam agit, eſt facundus, acutus, ſolidus. Denique adeo fœcundo, flexilique valet ingenio, ut veluti Proteus omnes formas, veluti Chamaeleon omnes orationis colores ſuſcipiat: varioque ~~ſtyli~~ penicillo varia argumenta explanet, dum in gravibus exurgit ſublimis, in tenuibus incedit humilis, in mediis inter utrumque dicendi genus fertur medius: ſemper ſacrificat perſpicuitati: ſicubi lubet obſcuritatem affectare, dextre id facit. Ex quibus conſtat nullum eſſe authorem, quo commodius uti poſſit, quicumque Graece diſcere ſtudebit. Hic, ſi locos recte deligas, tyronibus eſt facilis; provectioribus accommodus, Graeca lingua jam plene imbutis utilis. Hinc florentiſſimis Europæ gymnaſiis commendatiſſimus, ut ex eo ſtudioſa juventus, tanquam ex fonte, purum Graeciſmum hauriret: illique aliorum, qui in ſcholis praelegi ſolent, authorum fabulis ſcatentium, amplus & planus eſſet commentarius: & ex varietate ſcriptorum πολυτρόπου hominis hujus, apud quem nulla fere res eſt, quæ non veniat in ſermonem, Graece loquendi formularum flores decerperet. Quæ cum citra controverſiam ita ſint, omne punctum tulit Lucianus, qui utile dulci miſcuit: dignus profecto quem omnis φιλόμουσος amet, quem alioqui impium vel pius non dedignetur, ſiquidem puris omnia pura, qui ceu Ponticæ apes, mel dulciſſimum ex amariſſimo abſinthio conficiunt. Age ergo quicumque ſeria, quicumque jocoſa quaeris, hic invenies quod animum tuum quocumque tandem modo affectum refocillet, ſive te domi haerentem, ſive ruri verſantem, ſive peregre euntem, politiſſimi authoris lectione recreare cupies. Hinc inter agrorum ſata laeta, rerum omnis generis ſegetem tibi ſuppeditabit: in horto florido, rhetoricorum florum varias coronas nectet: in viridi & irriguo prato, perenni eloquentiæ ſcaturigine, & limpidis facundiæ rivis te recreabit. Denique magno parvove ſub lare degentem, moribus tuæ ſorti convenientibus, nunc ſalſa dicacitate vitia mordendo, nunc merita laude virtutem extollendo, nunc recta praecipiendo, te informabit.

******

IOAN-

IOANN. GEORGIUS GRAEVIUS

LECTORI

S. P. D.

Vides hic recentem editionem Luciani, quam adornarunt Amſterodamenſes bibliopolae, hoc nomine ſane ceteris meliorem, quod in illam contulerint Bourdelotii, Palmerii, Tanaquilli Fabri, aliorumque politiorum hominum notas: quibus etiam acceſſerunt novae curae nunquam antehac publicatae virorum Clariſſimorum, Menagii, Gujeti, Boivinii, quas mihi miſit Menagius, Iacobi I. F. F. Gronovii, nec nullae meae. Excerpturus plures eram, ſi per temporis anguſtias, & occupationes alias potuiſſem huic negotio maturius & diutius vacare. Uſus ſum editione Florentina anni milleſimi quadringenteſimi nonageſimi ſexti, quam Vir doctus cum optimo codice manu exarato contulerat. Eam primam omnium eſſe perſuaſum habeo. Uſus etiam ſum Aldina anni milleſimi quingenteſimi tertii, nec non duabus Baſileenſibus, altera Graeca anni milleſimi quingenteſimi quinquageſimi quinti, alteri adjecta eſt verſio Latina, quae notiſſima eſt, ut & Salmurienſis Benedicti. Bourdelotianam mihi conſulere nunc non licuit, quamvis olim adoleſcens eam evolverim. Secuti ſunt typographi tam in Graecis, quam Latinis exprimendis, editionem Benedicti, qui vetuſtiorum interpretum verſiones interpolavit. Si quis poſt haec novam Luciani editionem moliri velit, ei ſim auctor, ut novam interpretationem Latinam concinnet, dignam tam culto ſcriptore. Nam ſatis magnus campus patet Graeca docto induſtriam ſuam exercendi. Cum jam omnia typis eſſent deſcripta, miſſus fuit typographis ex Anglia Scholiaſtes Graecus ineditus, quem cum illis communicavit, cum id ab eo petiiſſent, Vir Illuſtris Iſaacus Voſſius. Is enim ex ſuo codice juſſit eum deſcribi, & Amſterodamum perferri. Typographi calci Luciani haec Scholia ſubnecti juſſerunt. Si quid in illis deſiderabis, curis poſterioribus ſperant id emendatum iri. Nunc feſtinantibus multas ob cauſſas ignoſce, & vale.

TESTIMONIA DE LUCIANO.

LACTANTIUS de falſa relig. c. 9. §. 8. Non enim iſta Lucilius narrat, aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit.

Suidas Atheum & blaſphemum vocat, ut vid. deinde, in ejus vita. Ex eo omnes fere deinde certatim Lucianum hoc cognomine ornarunt, quo jure, vid. in Diſſert. ſeq. de ejus aetate ac vita.

Thom. Pope Blount in Cenſura celebriorum auctorum, p. 121. 122. ſequentia etiam congeſſit, quibus nos & nonnulla alia intexuimus.

Joan. Andr. Quenſtedt. Lucian. Samoſat. homo *Atheus*, quippe qui promiſcue riſit omnem religionem; Gentilium *Deos* magna libertate exſibilavit & laceravit, ipſique Chriſto mundi Servatori maledixit & conviciatus eſt, nominans eum *Sophiſtam* de palo ſuſpenſum (ſit venia blaſphemiam repetenti!) unde & *blaſphemi* ſive *dyſphemi*, i. e. maledici & inauſpicati, vel potius impii cognomen ſibi diabolicis ſuis calumniis acquiſivit. Simplicitatem doctrinae coeleſtis riſit hac voce, quam ſaepe contra pios uſurpavit, *omnis doctrina, omnis ſapientia veſtra eſt, Crede.*

Lud. Vives de veritate Fid. Chriſtian. L. 2. p. 126. *Lucianus* hominum & Deorum ſubſannator. — Peſſime *Lucianus Samoſatenus* ſophiſta, qui adimens hominibus veterem ac receptam religionem, non ſaltem reponebat novam aliquam. Quod irrideret antiquas dementias ac inſanias, recte id quidem: ſed alia debebat ſubſtituere potiora. Sublatis enim prorſus religionibus, quid aliud quam hominem ſine humanitate relinquebat?

Idem de Trad. Diſcip. *Luciani* verba ſunt terſa, & *phraſis* dilucida.

Bourdelot. vero in praefat. Luciani: unicum exemplum continentiae LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philoſophiae completae ſectator, cui *Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum.*

Barth. Adv. L. 2. c. 8. *Lucianus* ingenioſus & dicacitati adeo devotus ſcriptor, ut contra omnium *Deorum hominumque* fidem ſuis ſtrophis ſe ſtare poſſe exiſtimet.

Ger. Voſſius de philoſophorum Sectis p. 57. Lucianus Samoſatenſis metuo ne haud ſatis juſta de cauſſa ἄθεος apud *Chriſtianos* audiat. Scio *Suidam* tradere eum ita appellatum, quod in *Chriſtum* debacchetur; verum nuſquam in eum maledicus invenitur, praeterquam in perſona *Peregrini*, ubi *Chriſtum* appellat *Sophiſtam*, quae vox non ſolum *Impoſtorem* ſignificat, ſed etiam in bonam partem ſumitur. *Chriſtiani* vero vocem illam aeſtimarunt, quaſi ex *Luciani*, non ex *Philoſophi*, in quo τὸ πρέπον ſervandum erat, perſona dictum fuerit. Non tamen recte ſcenae ſervitur, cum de *Deo* agitur; eoque culpa *Lucianus* haud plane vacat.

Eraſm. Epiſt. L. 29. Ep. 5. in *Luciani* Somn. *Omne tulit punctum* (ut ſcripſit Flaccus) *qui miſcuit utile dulci.* Quod quidem aut nemo, mea ſententia, aut noſter hic *Lucianus* eſt aſſecutus; qui priſcae comoediae dicacitatem, ſed citra petulantiam referens, *Deum* immortalem! qua vafricie, quo lepore perſtingit omnia, quo naſo cuncta ſuſpendit, quam omnia miro ſale perfricat, nihil vel obiter attingens, quod non aliquo feriat ſcommate, praecipue philoſophis infeſtus, atque inter hos *Pythagoricis* potiſſimum, ac *Platonicis* ob praeſtigias:

Stoicis item propter intolerandum ſupercilium, hos punctim ac caeſim; hos omni telorum genere petit; idque jure optimo: quid enim odioſius, quid minus ferendum, quam improbitas virtutis nomine perſonata? Hinc illi *Blaſphemi*, hoc eſt, maledici vocabulum addidere; ſed hi nimirum, quorum ulcera tetigerat.

Idem ibid. Tantum obtinet in dicendo gratiae, tantum in inveniendo felicitatis, tantum in jocando lepôris, in mordendo aceti, ſic titillat alluſionibus, ſic ſeria nugis, nugas ſeriis miſcet: ſic ridens vera dicit, vera dicendo ridet; ſic hominum mores, affectus, ſtudia, quaſi penicillo depingit: neque legenda, ſed plane ſpectanda oculis exponit, ut nulla comoedia, nulla ſatyra cum hujus *Dialogis* conferri debeat, ſeu voluptatem ſpectes, ſeu ſpectes utilitatem.

Boecler. de ſcriptor. p. 62. Multa eloquentia & varia eruditio ei ineſt.

Turneb. adverſ. p. 542. *Lucianus* feſtiviſſimus & politiſſimus ſcriptor.

Phot. cod. 128. Ad ſtylum quod attinet, longe optimus: dictione uſus ſignificante ac propria, quae efficax dicendi genus decet. Diſtinctionis adhaec, atque puritatis, aeque ut perſpicuitatis, & aptae magnitudinis, ſi quis alius, perſtudioſus eſt. Compoſitionem quoque adeo commode concinnat, ut lector credat, non ſe orationes legere, ſed jucundum aliquod carmen, ſine manifeſto cantu, audientium auribus inſtillari.

Cael. Rhodig. L. 9. Lect. Antiq. c. 19. p. 478. *Lucianus* homo foediſſimus, loquentiae multae, at ſapientiae minimae. Idem tamen L. VI. c. 17. p. 301. conceſſerat eſſe doctiſſimum atque ingenioſiſſimum.

Tan. Fab. in nott. ad L. IV. Phaedri, fab. 7. Quid venuſtius dici aut fingi poteſt? ſed ſolens more ſuo facit *Lucianus.* Neque enim temere quemquam reperias terſiorem, elegantioremque.

Iſ. Caſaub. de Rom. Satyr. L. 2. p. 268. *Lucianum* a *Menippo* non pauca eſſe mutuatum, & in multis aemulatum fuiſſe, non dubito: ſed facies orationis tota diverſa. Quin ipſe gloriatur novum ſcribendi genus ſe inveniſſe: ac ſub comica jocoſitate gravitatem philoſophicam occuluiſſe.

M. V. La Croze in Miſcel. Berol. T. I. p. 27. Inter eos Scriptores qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii Lectori commendet, atque *Lucianus.* Cetera vide in Diſſert. ſeq. de Ejus vita &c.

Tib. Hemſterhuſius in prolegom. notarum ad Luciani Dial. Mortuor. Edit. minor. Ad noſtram certe aetatem nullum ingenioſi hominis monumentum, quod cum Luciani Dialogis poſſit comparari, pervenit.

Alia de eodem judicia vid. in Diſſert. ſeq. de ejus vita.

Luciani Samoſatenſis Dialogi, viz. mors *Peregrini*, & *Philopatris*, prohibentur in *Indice Romae* impreſſo anno 1664. juſſu *Alexand.* VII. Pontif. Max.

I. F. REIT-

I. F. REITZII SYLLOGE
DE AETATE, VITA SCRIPTISQUE
LUCIANI.

PRo exiguo quod mihi conceditur temporis ſpatio, (cauſſam in fine praefationis indicavi) vitam Luciani concinnaturus ab nemine adhuc plene conſcriptam, ſatisque inveſtigatu difficilem, ſi ſingula perſequi velis, ea incedam via, ut prius omnia quae inveſtigare potui ſparſim ab aliis tractata colligam, atque in una tabella, immixtis obſervatiunculis quibusdam, proponam; poſtremo vero meam de Noſtro ſententiam ſubjungam, aetatemque ejus ex ipſius ſcriptis, quantum licebit, eliciam, ibi deſiturus, ubi typographorum efflagitatio manum de tabula tollere juſſerit: quumque plerique, maxime *Zvingerus* & *Bourdelotius*, in ſuis praefationibus nimis amplificatis, quam ut totae repeti mereantur, ſuum de Luciani ſcriptis atque aetate judicium ita conjunxerint, ut aegrius disjungi queant, eundem ſequar morem, de aetate, vita ſcriptisque Noſtri ſimul agendo, & ex amborum praefatt. ea tantum, quae huc pertinent, ante excerpendo, quam ad alios transeam. Praemittimus autem ecce vitam Luciani ex Suida, qualem *Zvingerus* editioni ſuae Baſileenſi tertiae praefixit.

Lucianus Samoſatenſis, cognomento blaſphemus, ſive maledicus, aut atheus potius appellatus, eo quod in Dialogis ſuis ridicula etiam illa eſſe proponit, quae de rebus divinis & ſacris prodita ſunt. Dicitur autem vixiſſe temporibus Trajani Caeſaris, & deinceps. Caeterum fuit ab initio cauſſidicus, Antiochiae, quae in Syria eſt; ſed cum ea res illi non ſatis ex ſententia ſuccederet, ad ſcribendum ſeſe convertit, ſcripſitque adeo infinita. Obiiſſe autem ipſum, fama eſt, a canibus laceratum, quoniam & contra veritatem velut rabiem exercuiſſet. Nam in vita Peregrini Chriſtianiſmum quoque inſectatur, ipſum Chriſtum contumelioſe inceſſit, ſceleſtus ille. Quare & rabiei iſtius poenas ſufficientes in praeſenti vita dedit, & in futurum haeres aeterni ignis una cum ſatana erit. Haec ille. Addit autem Volateranus, neſcio quo auctore: cum ab initio Chriſtianus fuiſſet, poſtea ejusdem religionis deſertorem factum eſſe, dictitantem ſe nihil ex ea conſecutum, quam quod nomen ipſius corruptum eſſet, ex *Lucio*, *Lucianus* factum. Fuit autem Samoſata, ut hoc quoque addamus, urbs non longe ab Euphrate ſita, Commagenes metropolis. Plinius & Stephanus.

Haec partim vera, partim ficta aliquanto melius exſequitur *Bourdelotius*, Luciani vitam hisce verbis conſcribens:

Luciani Samoſatenſis Philoſophi vitam ſcripturum, ope ſumma niti decet, ne temere voluntati & opinioni eorum videatur aſſentiri, qui aggreſſi hactenus falſa veris miſcuerunt, & ex tribus vel pluribus hujus nominis vel rhetoribus vel ſophiſtis, longo inter ſe intervallo viventibus, Luciani noſtri vitam texuerunt. Suidas qui ex antiquis βιογράφοις ſolus Lucianum nobis tradidit, proh Jupiter! quae mendacia blateravit? Satis ad eum refutandum quae nos in contrarium ſcribimus. Volateranus non Suidae contentus nugis alias inſuper de ſuo liberalis adjunxit. Caeteri aut non viderunt viam qua iretur ad illam, aut viſam ſimilibus aliisque mendaciis refarſerunt. Igitur ne ſimili coinquiner audacia, Lucianum de ſe nar-

narrantem exſcribo, ut verus ad oculos legentis accedat. **Lucianus** natione Syrus fuit, urbe Samoſata (*a*), quae juxta Euphratis confluenta ſita eſt: circa Trajani (*b*) tempora videtur natus, cum Epictetus, illud virtutis exemplar, velle eſſe deſineret. Patris ignoratur conditio, ſed tamen ut appareat eum ex hoc genere hominum fuiſſe, qui in extrema paupertate morientes non multum heredem adjuvant. Nam cum deliberandum eſſet de futura Luciani filii conditione, videretque patrem ſuum & uxoris fratrem eximios audiri ſtatuarios, ne deliberavit quidem ut videretur contatus, ſed ſtatim fortunae ſtatuariae filium addixit: qui neſcio an ingenii bona indole, an fato (*c*) quodam, artis ſtatuariae deſertor efficitur, & ad meliorem frugem ſe recipit, atque ſtatim ut ſibi reliquam aetatem a ſtatuaria procul habendam decrevit, meliora pollicitus, rei familiaris inopia, relicta Samoſata, ubi levioribus ſtudiis inſtructus fuerat, Antiochiam petiit, ut cauſis dicendis (*d*) operam daret: ſed cum non illi ad mentem ſuccederet cauſidicinae conditio, videreturque nominis illuſtrior gloria futura, ſi Rhetoricam, qua plurimum pollebat, profiteretur: ut illa noteſceret, varias animo concepit peregrinationes, & ſuſcepit: juvenis in Galliam (*e*) profectus, auditorum frequenti corona, & laudem meruit & retulit: ex Gallia Macedoniam (*f*) petiit, ubi variis diſſertationibus perfectiſſimum dicendi robur exponebat: quales ſunt, Herodotus, Scytha, Harmonides. Sed cum videret, Rhetores inductionibus & fallaciis, divitias & caetera quae prima mortales putant, potius ſibi quaerere, quam verae virtutis mercedem, ea relicta philoſophiam (*g*) aggreſſus eſt: in qua quid profecerit, eſt incredibile memoratu. Sed tamen ipſi etiam philoſophi plus divitiis quam philoſophiae parentabant, auditores invicem ſibi aut vellebant aut vellicabant: & civitates, quibus fucatam illam oſtentabant philoſophiam, factionibus infeſtabant. At Lucianus non fuco cum fucatis, non factione cum factioſo, ſed cum ſtrenuo virtute, cum modeſto pudore, cum innocente abſtinentia certabat (*h*), ſemper ingenio ut conditione liber, tandem ſub Divo Marco Aegypti procurationi (*i*) praepoſitus, &

(*a*) Urbe Samoſata] *Lucian.* T. 2. *Q. Hiſt.* §. 24. τὰ Σαμοσάτα dicit plur. num. ut etiam *Strabo:* itaque *Samoſatis* natus dicendum fuiſſet. Cl. *J. Alb. Fabricius* in Bibl. Graec. L. IV. p. 485. eandem hanc vitam ex Bourdelotio exhibet, additis notulis; ad haec autem verba ait: Lucianum patriam indicantem vid. in *Quom. Hiſt.* l. d. Item in *Scytha* T. I. ad fin. §. 9. τοὺς Σύρους ἡμᾶς. In *Reviviſc.* T. I. §. 19. πατρὶς δὲ τίς; Σύρος — τῶν Εὐφρατιδῶν. Porro Luciani nomen jam Λυκῖνος efferri, jam Λουκιανός.

(*b*) Trajani] *Fabric.* hic *Suidam* indicat, qui ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραϊανοῦ καὶ ἐπέκεινα. Sed conferendum Voſſium II, 25. de *Hiſt. Gr.* Immo c. 15. ubi eum ſerius collocat, quod pluribus referemus deinde, in hac Diſſert.

(*c*) An fato] Quid dubitemus? ipſe cauſſam refert, in T. I. *Somn.* §. 3. ſeq. quod ſcutica percuſſus ab avunculo, ac nimis duriter habitus ſit.

(*d*) Cauſis dicendis] *Fabric.* monet vidend. *Reviv.* T. I. §. 29. ubi *propter fraudes, mendacia ac temeritates, quibus cauſſidicis utendum*, ſe illam artem deſeruiſſe & ad philoſ. tranſiiſſe refert.

(*e*) In Galliam] Vid. Apolog. *pro Merced. Cond.* T. I. §. 15. ubi Sabinum adloquitur. Obſervatque *Fabr.* Eloquentiam & Atticam dicendi ſuavitatem in Luciano praedicat *Photius* Cod. 128.

(*f*) Macedoniam] *Lucian.* T. I. *Herod.* verſ. fin. ſed & in *Ionia* & *Achaja* audiſſe ſe ſcriptores Hiſtoriam belli Parthici (A. C. 165. geſti) recitantes teſtatur lib. *Quom. Hiſt.* T. 2. §. 14. Confer ejus *Bis Acc.* T. 2. §. 27. *J. A. Fabric.*

(*g*) Philoſophiam] Moralem potiſſimum, cujus argumenti ſunt pleraque ejus ſcripta. Ita cum Socrate exiſtimabat, reliquam philoſophiam univerſam parum ad nos pertinere, certe parum eſſe utilem, niſi ad uſum vitae referatur. In *Convivio* philoſophor. T. III. §. 34. ὡς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίστασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις ἄρα καὶ τὸν βίον ῥυθμίζει πρὸς τὸ βέλτιον. Neque philoſophiam ex ſolis libris, ſed & conſuetudine cum honeſtis hominibus hauriendam ratus, prope verum eſſe duxit quod multi dicerent, ὅτι τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγει τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας συνεχὲς ἀφορῶντας. *eruditionem a recto ſenſu boniſque inſtitutis abducere iſtos, qui ſolos libros eorumque ſenſa aſſidue ſpectarent.* Ceterum Epicureum ſe fuiſſe indicat in Pſeudomante, & a Graeco Scholiaſte diſerte fuiſſe τῆς Ἐπικούρου αἱρέσεως traditur, licet ex ſcriptis ejus tantum non omnibus rectius collegeris eum perinde, ut, cujus vitam ſcripſit, Demonactem, Philoſophiae non unam ſectam peculiariter coluiſſe. T. II. *Demon.* §. 5. *Idem.*

(*h*) Abſtinentia certabat] T. I. *Reviviſc.* §. 20. μισαλαζών εἰμι, καὶ μισοψευδής, καὶ μισότυφος — φιλαλήθης δὲ καὶ φιλαπλοϊκός, καὶ ὅσα τῷ φιλεῖσθαι συγγενῆ. *Arrogantiae, impoſturae, mendacii & faſtus ſum oſor — amator veritatis, honeſtatis, ſinceritatis & eorum quaecumque amore digna ſunt omnium.* Idem.

(*i*) Aegypti procur.] *Apol. pro Merced.* T. I. §. 6. Immo potiſſimum §. 11. & ſeqq. ſed hoc *Tilemont.* jam egit.



Ex Columna Antonina Bellorii. Tab. XIII.







Tom. I. pag. 282.







& ſuo & amicorum nomine innotuit. Qui mendaciis ſuis invicem credunt Chriſtianum fuiſſe (*k*) arbitrantur, ſuppoſitiorum pravitate decepti. Ipſa de Morte Peregrini narratio ſatis evincit errorem. Nec ſanior eorum opinio qui a canibus laceratum (*l*) aſſeverarunt. Nam ſenio, vel, quod verius eſt, podagra (*m*) nonagenarius obiit: ſuperſtite unico filio (*n*), qui ſummus ſophiſta Juliani tempore, & ad quem hujus Imperatoris extat epiſtola.

De Luciani autem moribus, vitâ, ſcriptisque haec fere IA. ZVINGERUS loco ſub init. indicato: Primo autem plures Lucianos refert, *Politicum* unum, cujus Suidas mentionem facit, *Philoſophum* alterum, qui hic noſter Samoſatenſis; cui, an quae leguntur in Antholog. tribuenda ſint epigrammata, adhuc ſub judice litem vigere haud umquam decidendam: pergitque *ibid.* Sunt ea quidem σκωπτικὰ nonnulla: at plura, quod notat H. Stephanus, tam elegantis pietatis, ut ne Chriſtiano quidem auctori pudori eſſent.

Theologos quoque Lucianos complures fuiſſe mox commemorat; & apud Cyprianum eſſe, cui IV. & XVII.ma epiſtolarum adſcribatur. Fuiſſe & hoc nomine Antiochenae eccleſ. presbyterum, item Hieroſolymitanae, qui & monumentis literarum poſteris innotuerit, ib. commemorat. Sed quum de his Biographi poſſint conſuli, nihilque ad noſtrum inſtitutum faciant, ſufficiat eos tantum nominaſſe, & potiſſima Zvingeri ad Noſtrum ſpectantia excerpere; de quo ille p. 2. & ſeqq. ait:

Parentes noſtri Luciani tenuis fortunae homines puerum Lucianum praeclara indole ad literarum ſtudia natum, arti ſtatuariae addixere, majus inde certiusque lucrum, quo ſublevarentur, captantes, & ſumptus diſciplinae minores. [Sed vide haec ipſum plenius narrantem in Dial. omnium primo] Nominare quidem eos videtur in Piſcatore, vocans ſe Parrhiſiaſten Alethionis Elenxiclei. At ficta ſunt nomina, quibus ſtudium, quo ducatur, veritatis, & perſonatae ſapientiae odium deſignat.

Patria Samoſata, Syriae civitas, non longe ab Euphrate, ut ſe ipſum Syrum & Aſſyrium non ſemel cognominet: alibi etiam Patrenſem, quae civitas eſt Achajae: tamquam natus hinc, oriundus illinc, ait Beroaldus in octavum Apuleji [locus quem Zvingerus ob oculos habuit, eſt T. 2. in *Aſin.* c. 55. ubi ait: *Patria nobis Patrae, urbs Achajae*; ſed er-

(*k*) Chriſtianum fuiſſe] Confer *Baronium* ad A. C. 171. num. 7. & *Tillemont.* Hiſt. Imperat. T. 2. p. 709. (ſed eum nos totum addidimus) Scholiaſtes Graecus ad T. III. *Mort. Peregr.* §. 13. Οἷα ληρεῖς, ὦ κατάρατε, κατὰ τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ &c. Eidem Scholiaſtae ad Sacras hiſtorias Lucianus alludere videtur, notat *Fabric.* aliaque Scholiaſtae adfert, ubi is Luciano male dicit, quod in S. Prophetas, in virgam Aaronis, in Moſen, & Joſephum ſcommata jacere videatur, ſed Scholiaſten fugiſſe rationem, ut Editor bene obſervarit. Additque: ab Atheiſmi crimine Lucianum abſolvit D. *Jo. Phil. Treunerus* in Diſſ. de Theologia Luciani. Jen. 1697. 4.

(*l*) A canibus lacer.] *Suidas* in Λουκ. nimirum ſolenne fuit multis, horrenda mortis genera comminiſci de iis quorum dogmata improbaſſent. Confer quae de Epicuro idem *Suid.* in Ἐπικ. & quae de Zoilo notavi Lib. 2. c. 7. p. 365. *J. A. Fabr.*

(*m*) Podagra] Podagra laboraſſe Lucianum colligitur ex iis quae in laudem podagrae ſcripſit T. III. fin. Ita Agrippinum Paſonium refert Stobaeus ſolitum rerum quae ipſi adverſae accidiſſent encomia componere, ſi quidem febriret, febris, ſi notaretur infamia, infamiae, ſi exſularet, exſilii. *J. A. Fabr.*

(*n*) Superſtite — filio] Haec verba *Fabricius* a vita Luciani Bourdelotiana reſcidit, ut aliena; ſed p. 488. ea referens merito refellit, dicens: parachroniſmus eſt, cum a M. Aurelii obitu ad primum annum Juliani Imp. intercedat ſpatium annorum amplius CLXXX. Equidem in Juliani epiſtolis trigeſima ſecunda inſcribitur Λουκιανῷ σοφιστῇ — Sed utrum iſte Luciani Samoſatenſis vel nepos fuerit (quos avorum nomine frequentius quam parentum appellabant, licet nec hoc inauditum fuiſſe, Antiſthenis exemplo pateat) vel pronepos, vel utrum ulla eum cognatione attigerit, neutiquam conſtat; nam filium quidem non fuiſſe certos nos facit temporum ratio. Meminit Luciani noſtri etiam *Lactantius* L. I. c. 9. *Non enim iſta Lucilius narrat aut Lucianus, qui Diis & hominibus non pepercit, ſed hi potiſſimum, qui Deorum laudes canebant.* Latinae ſe linguae utcumque peritum fuiſſe teſtatur Lib. de errore in ſalutatione T. I. §. 13. Haec ille, optime. Sed Bourdelotii error forſan inde natus, quod Chronologos conſulens, Didium Julianum, pro altero longe poſteriore acceperit feſtinans.

errare virum doctum, & alium eſſe iſtum Lucium Patrenſem, & Biographi, & noſtri commentatores ſatis indicarunt.]

De tempore nativitatis nihil certi. *Suidas* eum ſub Trajano, ante quem etiam fuerit, floruiſſe dicit: alii de Adriano quoque meminerunt. [aliquanto certiora tamen de Noſtri aetate dabuntur deinde]

Quanta vero fuerit ingenii praeſtantia Luciani, pergit *Zvingerus* p. 3. f. non eſt in dubium vocandum. A prima pueritia emicuerant indicia artificis ingenii, ut eum pater ad praeclaram fingendi artem dexterrimum arbitraretur.

Sed ad majora natus puer, cui non lapidum ſed humanorum animorum ſcabrities erat emendanda; innutritus ergo liberalibus diſciplinis, Rhetor fuit, Poëta; Logicus. Teſtantur id ipſius ſcripta: inprimis quanta dexteritate adverſarios diſputando convicerit: quanta facundia cauſſas in foro peregerit; quanta facilitate Comicorum perſonam non tam ligato quam ſoluto dicendi genere repraeſentarit.

Ad Dei cognitionem & verum cultum ſi ſpectemus; hac parte vel maxime impium fuiſſe eum & παμμιαρὸν, ut ait *Suidas*, libenter fatemur, qui non ſolum Dei providentiam riſui habere, ſed & Chriſtum ipſum humani generis vindicem cavillis & maledictis inſectari fuerit auſus: tam ferali rabie, ut per ludibrium ἀνεσκολοπισμένον σοφιςὴν ſcelerate calumniaretur, & quod *Ponticus Virunius* in quadam epiſtola obſervat, Joannis quoque Euangelium inceſſeret: quod de Philopatre dictum exiſtimari poteſt [At neque *Philopatrin* ab Noſtro ſcriptum, nec *Peregrini* nomine Chriſtum, ſed aliquem *Cynicum* Pario Helleſponti oppido oriundum, de quo *Gellius* aliique diſerte meminerunt, vel martyrum quendam ſub Antonino Vero deſignari, ſatis apertum eſt. Vide *Geſneri* Diſſert. de Philopatr. notasque ejusdem & *Solani Fabrique* T. III. p. 324—5. & quid de Chriſtiana religione ſciverit, ſenſeritque Lucianus, ipſi dicemus ad finem hujus Vitae.]

Deos certe Ethnicos coelo deducit graphice, tantam impietatem, tam profana ſcelera nullo divino honore dignanda arguens. Id quidem hactenus nec indigne nec impie: at quod inde ingratus homuncio, nec ex ſui ipſius quidem, ut alia taceam, vel corporis vel animi mira ſtructura, ad aliquam veri Dei, & vel ſaltem ignoti, Athenienſium exemplo, reverentiam erigere ſeſe vel voluerit, vel potuerit: ſed Epicureorum fatalem neceſſitatem, omni metu Deorum ſublato exoſculatus admiſerit, id vero extremae impietatis eſſe, ipſius gentilis arbitrio, non ignoratur: a qua infame nomen ἀθέου optimo jure promeritus eſt. [Immo nemo magis fatalem illam neceſſitatem riſit; inſpice noſtri *Jov. Confut.* T. II. p. 626. maxime c. 4. f. & c. 7. ubi ſervos Parcarum vocat Deos, ſi fato obnoxii forent. Sed ante omnia c. 18. ubi fatum directe & valide impugnat. De Atheiſmo autem videbimus in fine.]

Quod ſi ad Phyſicam & Mathematicam nos convertamus, pergit *Zvinger.* plus quod laudemus, quam reprehendamus ſeſe objiciet. [Immo in mathematicis parum verſatum fuiſſe, bene aliquoties demonſtravit *Solan.* in notis errores ejus indicans]

In practicis autem, ait *Zvingerus*, habitibus, major eſt ipſius praeſtantia. Ethicus fuit, minimeque deſes veritatis & virtutis ſectator; ſed & alios ſecus agentes re & calamo acerrime eſt perſequutus, ut ab antiquis δύσφημος καὶ βλάσφημος: a *Vive* ſubſannator Deorum & hominum: ab *Eraſmo* mitius, nugator feſtivus: quod ludendo acerbitatem animi ceu velo obducto occultare ſciret, cognominaretur. Hujus philoſophiae (Ethicae) ſe admiratorem fuiſſe & ſectatorem, ipſe fatetur in Dial. *Piſcatoris*, ubi apertis verbis interroganti Philoſophiae profitetur, *duarum artium ſe ſcientem eſſe, Amandi virtutem, & Odio proſequendi vitia.* Saeviſſimus autem adverſus philophos fuit virtutum nomine abutentes, qui ſummi boni vice honorem, lucrum, voluptatem luxurioſe ambirent, effeminati mimi inſtar Achillem vel Theſeum exprimerent, leonina pelle induti, ad Cumani aſini exemplum, bar-

barba nimirum, inceſſu, induvio, philoſophiam mentiri infami ſtudio contenderent.

Vives equidem ad proſcindendam philoſophiam invidia Plutarchi Chaeronenſis impulſum fuiſſe ſcribit, quem in magno honore eſſe apud Trajanum Caeſarem invitus & dolens vidiſſet. [ſed errat *Vives*, ut *Voſſius* poſt paucas paginas adlegandus, oſtendit]

Politiae etiam & Oeconomiae ſtudioſus fuit, quod idem ſcripta ejus teſtantur: ut cum jam ſenior, quod ſcribit *Gilb. Cognatus*, in aulam & familiam Caeſaris ſe contuliſſet, Procuratoris Principis conditionem acceperit.

Quod ad exercitationem, docuit viva voce, & ſcriptis ſimiliter inclaruit. Adhuc juvenem in Gallia, & aliis in locis Rhetoricam profeſſum ſe eſſe, ipſemet teſtatur: quo non ſuccedente, ut *Suidas* vult, ad ſcribendum ſe contulit.

Sunt autem ejus ſcripta quam plurima, quorum cauſſas omnes quanta licebit brevitate enumerabimus. Finis illorum fuit veritas & virtus aſſerenda, & ut vel ſuis ſaltem monitis exorbitans humanum genus in viam rediret, & ſapere diſceret.

Verbis ad hoc uſus eſt, cum Aſianus fuerit, terſis, ingenio ac moribus ſuis congruentibus: tam apta facilitate, ut communem loquendi elegantiam miro ſucceſſu expreſſerit, rebusque dicendis adcommodarit, ut & his ſimul & iis lector magna animi voluptate perfundatur. In forma ſcribendi Platonis exemplum ſecutus, Dialogos ſcripſit, quibus res ipſa ceu geri videatur, magisque audientium & legentium animis imprimi. Comica tamen facilitate & argutia illorum diluit gravitatem tam dextre, ut, ſi quis ullus miſcuit utile dulci, is *Thomae Moro* & *Eraſmo* Lucianus ſit.

Materia ſcriptorum ejus varia eſt, & Hiſtorica, & Philoſophica. Hiſtoriam partim in genere perpendit, quomodo tractanda ſit, praeceptis propoſitis in Dialogo Quomodo Historia scribenda sit: & exemplis, fictis licet, ad praecepta tamen accommodatis, duobus libris de Vera Historia: partim in ſpecie: varia nimirum, quae vel aliis contigerunt, vel ſibi. De ſua ipſius adoleſcentia in Somnio agit: de ſenectute vero, in qua ne tum quidem eloquentiae exercitia deſeruerit, in Hercule Gallico. Quae ad alios ſpectant, diverſa ſunt: Theologica, in dialogo de Dea Syria. Naturalia, de grandaevis, in Macrobiis.

Politicam attinentia, tum ad plures, de amicitia Scytharum & Graecorum, in Toxari. De philoſophis diverſarum ſectarum apud Ariſtaenetum convivantibus, in Convivio: tum ad unum aliquem: ſic Demonactis vitam in Demonacte perſequitur. Lucii transmutationem in Asino: Alexandri cujusdam res geſtas & vitam, qui ſe Podalyrii filium mentiebatur, in Alexandro. Neronis conatus perfodiendi Iſthmi, in Nerone. Peregrini cujusdam mortem voluntariam, in oratione de Morte Peregrini.

Ipſi praeterea Dialogi meras continent narrationes antiquae & gentilitiae religionis, fideique ſuperſtitioſae, quam ſcoptice traducere, & narrando dumtaxat, in contemtum audientium, quibus, modo vellent, facile liceret inter lupinos & aera facere diſcrimen, abripere voluit.

Organica ejus ſunt multiplicia, & quidem Grammatica nonnulla: de literis, in Judicio Vocalium: de Soloeciſmo, in Pseudosophista: de dictionis apophradis proprietate, in Pseudologista: de Oratione adfectata, in Lexiphane.

Poëtica tangit in cavillatione poëtarum, quae inſcribitur, Dissertatio cum Hesiodo. In Tragopodagra & Ocypo dramatum duorum ſpecimen dat.

Ad Rhetoricam pertinent ejusdem Bacchus, de Electro, eamque contra reprehenſores defendit in Zeuxi & Apologia contra eum a quo Prometheus in verbis fuerat adpellatus; tum exemplo orationis in Macedonia habitae illuſtrat in Herodoto. Confirmat in Rhetorum Praeceptis, in quo de corrupta ſuorum temporum eloquentia &

adfectato genere dicendi conqueritur. Orationes ſunt aliquot illuſtres omnium generum. Demonſtrativi, Encomium balnei in HIPPIA: DEMOSTHENIS: PATRIAE: DOMUS: Macedonum quorumdam in SCYTHA: podagrae, in TRAGOPODAGRA: Pulcritudinis in CHARIDEMO: ſtudii ſui erga auditores, in DIPSADIBUS. Deliberativi ſunt: dum ſuadet taurum, ſupplicii genus, dono oblatum nequaquam parvi pendendum eſſe, in PHALARIDE SECUNDO: commendatitia in HARMONIDE. Judicialis generis, ut cum quaeritur, dignus ne ſit praemio Tyrannicidae, qui filium tyranni occidit, in TYRANNICIDA: an receptus in familiam poſſit abdicari, in ABDICATO: an Phalaris taurum aeneum miſſurus Delphos jure ac neceſſitate tyrannidem adripuerit, in PHALARIDE PRIMO.

Ad Philoſophiam in genere pertinent ea, quae tum contra ſectas philoſophorum ſui temporis declamat in BIS ACCUSATO, & HERMOTIMO: tum de auditore philoſophiae, qualis is ſit, eſſeve debeat, lectioni potius quam multitudini deditus, in Dialogo ADVERSUS INDOCTUM: & an eunuchus poſſit eſſe philoſophus, in EUNUCHO.

Contemplatio de Deo & ſpiritibus metaphyſica eſt hic apud noſtrum Auctorem, & poſitiva (verba ſunt Zvingeri) in ALCYONE, ubi de Dei poteſtate, quod illi omnia ſunt poſſibilia, diſſerit, licet ſecundum *Athen.* & *Laërt.* is dialogus ſit Leonis philoſophi Academici. [hujus, non Luciani eſſe, Commentatores etiam noſtri perſuadent ad §. 1. *Halcyonis*, Tom. I. p. 176.] Et negativa, dum feſtive & acriter contra Deos ethnicos eorumque ridiculos cultus invehitur, in CONCILIO DEORUM, JOVE TRAGOEDO, ac ceteris DEORUM DIALOGIS.

Religionem omnem, tum Chriſtianam in PHILOPATRE, tum Ethnicam in CYNISCO, ludibrio habet [ſed Philopatrin ab ipſo non ſcriptum, jam diximus] In Saturnalia invehitur in SATURNALIBUS: in Sacrificia, in Dial. de SACRIFICIIS. Contra incantamenta & ſpectra in PHILOPSEUDE.

Mathematica attigit in ASTROLOGIA.

Phyſica inſeruit ſubinde, ut in Dial. MUSCAE, ALCYONIS, DIPSADUM.

Inter Ethica ſunt, quae de fine, ſummo bono agunt contra philoſophos, in TIMONE MISANTHROPO, NAVIGIO, CYNICO. De virtute ac moribus in ICAROMENIPPO, NIGRINO, VITARUM AUCTIONE, PISCATORE, FUGITIVIS.

Contra libidinem in AMORIBUS & DIALOGIS MERETRICIIS. Contra calumniantes in oratione de NON TEMERE CREDENDO CALUMNIAE. Contra aſſentatores, in Dial. PRO IMAGINIBUS. Pro arte aſſentandi, in PARASITO. De humanitate in ſalutando, in Dial. PRO EO QUI INTER SALUTANDUM VERBO LAPSUS FUERAT: de avaritia, de incommodis divitiarum, & commodis paupertatis in SOMNIO ſ. GALLO.

De amicitia colenda in TOXARI. De Luctus vanitate in Dial. DE LUCTU.

Politica ſunt mere particularia, ut DE GYMNASIIS in quibus adoleſcentes boni cives evadant. De aulicae vitae moleſtiis quas ingenuus ſubire non debeat, in MERCEDE CONDUCTIS: de *Saltatione*, in Dialogo ejuſdem inſcriptionis.

Oeconomicum etiam aliquid tetigiſſe videtur in IMAGINIBUS, deſcribens mulierum virtutes praecipuas, & bona corporis & animi: quae inprimis in domeſtica adminiſtratione ſeſe proferre ſolent.

BOURDELOTIUS eadem ſingulis de Luciani ſcriptis praedicat in praefatione, ſed ordine aliquantum immutato & argumento multum dilatato, Auctorem ſummis ubique laudibus cumulat. Miſſis autem illis ambagibus, ac reſciſſis quae perlonga & ad pompam compoſita oratione de fatis priſcae philoſophiae praemittit *Bourdelotius*, quomodo ab antiqua ſimplicitate ac virtute deſciverit, quam revocare Epictetus, Favorinus, Muſonius, Demonax, Nigrinus, & alii quidam boni, fruſtra tentabant, ac potius exemplo virtutis auſterae invidiam

diam ſui provoçabant; ideoque elephantorum exemplo taciti ſervitutem deplorabant, donec unicum continentiae exemplum LUCIANUS, vitiorum omnium inimicus, unius virtutis & philoſophiae perfectae ſectator, cui (ut ille ait) *Nec viget quidquam ſimile aut ſecundum*, aliam viam ingreſſus, ubi rectum iter vitae coepit inſpicere, cum ipſis ingeniis, ipſo fato, & ipſis, quod ajunt, Diis conflictari, liberrimaque indignatione corruptos totius orbis mores mordaci Vero radere voluit.

Delibemus igitur breviter ea tantum quae de ſcriptis ejus adcuratius quam *Zvingerus*, expoſuit, ne bis eadem propinemus.

Si quis, ait, deſiderio flagret divinam virtutis imaginem ab Luciano depictam intueri, videat Dialogos, quorum tituli IMAGINES, in quibus dum Pantheam Abradatae conjugem effingit, virtutem praebet abſolutam. Sed non ſolum virtutem efformandam decreverat, verum omnia inſuper quibus conjungi Dea, & a quibus disjungi ſolet. Ne igitur incomitata procederet, eximios viros, unicum ornamentum decusque ſeculi, addidit comites & adſeſſores NIGRINUM & DEMONACTEM.

Qui autem veros philoſophos a fictis & ſimulatis diſcernere decreverit, exemplum utriusque rei perfectiſſimum habet in Dialogis VITARUM AUCTIO, PISCATORES, NIGRINUS; quantum enim virtutis comites laudibus extulit, & aemulatione perſequutus eſt, tantum peſſimas illas & execrandas aves in his dialogis inſectatus eſt, vanos & fucatos eos clamitans, qui falſo ſe nomine jactarent, cum veram philoſophiam ignorarent, ac plane diverſa docerent, ob quaedam verbula virtutis nomine intexta non continuo in Heliconem veniſſe; nec ſolum circa res humanas incerta ac ſtulta docere, ſed & de mundo; de Deo, de ſideribus, de providentia divina, falſa, ementita & impia jactare, quae neque viderint ipſi, nec aliunde cognoverint. Quae omnia diligenter exſequitur ſublimis ille ICAROMENIPPUS. Veros philoſophos, qualem *Nigrinum*, *Demonactem* & CYNICUM exhibet, nusquam ſcientia tumuiſſe, Socratis exemplo ſe nihil ſcire profeſſos, cum imperitiae profeſſio ſumma prudentia ſit. Simias vero & mimos ſuos ob quaedam ventoſa & obſcura argumenta, & falſas rerum definitiones ita ferre ſupercilium & elatos incedere, ut vix ſalutatione quemquam dignarentur.

Veros philoſophos amicitiae ſymbolum ſumma conſervaſſe diligentia, ut probat eximiis decem exemplis TOXARIS ſive *Amicitia*.

Nullum eſſe pretium operae, ſi verbis virtutem laudemus, diſciplinas omnes perdiſcamus, omnes artes fuerimus adepti, niſi ſimul vitae ſocietatem, qua nihil melius Divi humano generi quidquam largiti ſunt, profiteamur. Quae omnia diligenter in LAPITHIS, in EUNUCHO & DE SECTIS amplexus eſt. Virtutis adſeſſores modeſtia & frugalitate cenſeri, nihil in vitam, nihil in mores peccare. Elatos illos & tumidos torrenti ambitione vanaeque gloriae adpetitu torqueri, in ſummam interim temeritatem & infamiam praecipitari, nihil intentatum relinquere, nec ſibi nec alteri parcere, ut vel poſt mortem ſuperſtitem nominis gloriam relinquant, Empedoclis duri ſenſuum damnatoris, ſed ſimulati, & inani gloriolae petitoris exemplo, ut patet tractatu DE MORTE PEREGRINI.

Alios dum poëtarum carmina & vaniloquam Theologiam praedicant, non ſolum homines in denſiſſimas tenebras injicere, verum Deos Deorumque principem Jovem: ut patet in DEORUM CONCILIO, PROMETHEO, in JOVE TRAGOEDO, JOVE CONFUTATO, DISSERTATIONE CUM HESIODO. Ineptam etiam & nugacem eſſe de fato perſuaſionem, quale ſcilicet plebecula poëtarum fabulis decepta effingit ſibi, Deos etiam huic fato ſubjici; ut teſtatur JUPITER CONFUTATUS.

Si quis regnandi deſiderio teneatur, videat miſeros tyrannorum caſus, domeſticos luctus, inſidias omnium, ſervilem metum, cum antitheſi vitae paupertinae amplificata exhibent CATAPLUS, TYRANNICIDA, privatorum vitam praeſtantiſſimam ac tutiſſimam eſſe.

Nam divitias, imperia, regna, magiſtratus & cetera prima mortalium, ad quae mundus avidiſſime ſuſpirat, quae ficti philoſophi totis viribus quaerunt, vana, fluxa, caduca.

Eorum animos in pecudes, & praecipue aſinos transire, quorum anteacta vita inerti pigritia langueſcebat, in Lucio ſ. *Aſino.*

Omnium vitam eorumdem judicum ſententiis ſubjici, nullam aeſtimationem cujuscumque fortunae futuram, nullam perſonarum rationem, nullam, potentiae, divitiarum, famae, dignitatum; pro virtute, pro vitiis, praemia & ſupplicia parari: de Mortuis.

Vana eſſe perditorum ſacrificia, niſi vitam virtuti ſacrificent: Jovem non placari donis hoſtiis eorum, qui perjuris linguis minus audientem fatigant: litabilem eſſe hoſtiam, animum purum, rectam mentem, & ſinceram conſcientiam, quae omnia propoſuerunt Vota & tractatus de Sacrificiis.

Denique Lucianum fuiſſe Grammaticum, Rhetorem, Advocatum, Medicum, Hiſtoricum, Philoſophum, Poëtam, Politicum, ex ceteris ejus Dialogis eodem fere more *Bourdelotius* demonſtrat, quo *Zvingerus.* Quare illa non repetentes, haec notabiliora, quibus praefationem concludit, tantum addimus:

„ Scripta haec (Luciani) poſtquam ingenioſorum hominum manibus teri coeperunt, crevit ſcientiarum & virtutis amor, qui usque in hodiernum diem quorumdam pectoribus inſidet. Et ex hac pingui ſegete philoſophicum illud ſemen concretum eſt, cujus progenies & ſurculi Philoſtratum, Eunapium & alios occuparunt. Tantumque potuit aemulatio, ut Syri antea praedae intenti & latrociniis accincti, quibus cum odium virtutis & literarum innatum erat, relicta ferarum & praedonum natura, philoſophiam ſummo deſiderio ſint proſequuti. Nam ab antiquiſſimis Pherecyde & Iſaeo, pauciſſimisque aliis Syris, quibus philoſophia cordi fuerat, usque ad Luciani tempora vix ullum Syrum inter tot philoſophantium ſectas poteris numerare, licet Laërtium, Philoſtratum & alios evolveris. Atqui poſt Lucianum, mirandaque Luciani ſcripta, caetera ſunt philoſophorum Syrorum maria. Haec poſterior aetas uno ſaeculo Lucianum attingens, avis longe melior tulit Jamblichum, Epiphanium, Libanium, Magnum, innumerosque alios Syros, qui ſi cum coaetaneis, qui Juliani Caeſaris tempora illuſtrabant, conferantur, longe a primis erant ſecundi.

Tandem Lucianum ſuum ab obtrectatoribus defendit, in quos acerbiſſime invehitur, eos peſtes hominum vocans, qui nihil poſſunt quam meliores carpere; quumque primum objiciant, caeteros philoſophos, aliam oſtendiſſe viam, qua iretur ad virtutem; tum quod Chriſtum rerum omnium Dominum inſectatus ſit; denique quod amatoriis dialogis adoleſcentulos flagitiis nobilitet. Ad ea reſpondet, Lucianum ipſum ſatis haec refutare ſcriptis ſuis, & accuſationem falſi convincere, ipſumque a principio ad riſum provocaſſe. Fateor (ait) aliud propoſuiſſe philoſophos, nec quidquam ſimile propoſuiſſe. Nam ſi a philoſophiae reſtauratione talem viam fuiſſent ingreſſi, qualem Lucianus; non tam diu, Andabatarum more, de vero virtutis tramite digladiaſſent.

„ Longe acrius pungit (pergit Idem) quod ſequitur, Chriſtum contumelioſis verbis laeſiſſe. Impium, ſceleratum, damnandum fateor, niſi ſuperſtitionum erroribus etiamtum irretito parcatur; poenam in ſe repoſcere, quam Tacitus, Suetonius & alii Chriſtianorum hoſtes acriores paſſi ſunt. Nam eum nunquam Chriſtianum fuiſſe, alibi docuimus.

Reſtant amores meretricii (Dialogum amorum non eſſe Luciani probabimus) in quibus quid aliud deſcribitur, niſi peſſima & ſceleratiſſima meretricum vita, nefanda vitia, corruptelae juvenum, avaritia, gula, ſcelera in unum collecta? Ut enim in ceteris Dialogis ſo-

ſolus Lucianus interiora virorum examinat, ita quarumdam feminarum vaferrimum & praviſſimum ingenium explorat. In haec facinora quaere ſupplicium

Tu qui, naſute, ſcripta diſtringis ſua.

Haec autem *Bourdelotii* promiſſa probatio, *Amores* non eſſe Luciani, huc rediit, ut in notis ad hujus Dial. initium diceret: *Non eſſe Luciani, — ſed alicujus qui Lucianum ſupervixerit, jam monui praefatione ad Lectorem, videtur eſſe Ariſtaeneti.* Interim & mihi aeque ac Kuſtero, non videtur Luciani eſſe, tam ex adfectato & inflato ſtylo, quam ex longioribus digreſſionibus ante quam ad ipſam diſputationem veniatur, aut redeatur; nam ſi Luciano tribuendus ſit, conjicere licet, ſcriptum eſſe, ut Philoſophis παιδεραστία exprobretur, ut vid. §. 35. ejus *Dial.* T. 2. ubi manifeſto pungit eosdem, dicens cum divina philoſophia hunc etiam amorem adoleviſſe. At non mihi ſatisfacit illa conjectura, & peſſimus hic exprobrandi eſt mos, qui nec ſatis ab auctore ridetur, nec ridendo ſanatur, ſed abominatione dignus.

G. I. Vossius de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. Lucianum Samoſatenſem aequalem facit Athenaeo Naucratitae, qui ſub M. Aurelio vixerit, ſed poſt Commodum etiam, imo usque ad Pertinacem & Severum vitam protraxerit. [quod non adeo mirum; ſi enim poſt Commod. vixit, facile Severum attingere poteſt, propter perbreve Pertinacis & Did. Juliani, duorum triumve menſium imperium] paullo majorem natu facit *Suidas;* nam vixiſſe ait ἐπὶ τοῦ Καίσαρος Τραιανοῦ, καὶ ἐπέκεινα. Suntque in hac ſententia *Gilb Cognatus* & *Jac. Zvingerus;* quin *Ludovicus Vives*, vir acris judicii ſuſpicatur eum ad inſectandos philoſophos impulſum fuiſſe invidia Plutarchi Chaeronenſis, quem ſummo apud Trajanum loco eſſe cerneret ac doleret. Mihi ſecus videtur, nec levi de cauſſa; quippe meminit Lucianus Marci Caeſaris, ac belli Marcomannici ab eo geſti, [in *Alex. ſ. Pſeudom.* T. 2. §. 48.] Διαπέμπεται ἐν Γερμανίᾳ πολέμου ἀκμάζοντος, ὅτε θεὸς Μάρκος ἤδη τοῖς Μακρομάνοις καὶ Κουάδοις συνεπλέκετο. Vides ut non tantum belli meminerit cum Marcom. & Quadis; ſed Marcum θεὸν *Divum* vocet, quod arguit eum naturae ceſſiſſe. Quare extra controverſiam poni debet, Lucianum tum Marci Antonini Philoſophi aetate vixiſſe, cum referat ſermones quos habuit ipſe cum Alexandro Pſeudomante, tum ſub Commodi Antonini philoſophi filio. — Meretur locum inter Hiſtoriae ſcriptores, non ob *Ver. Hiſt.* libros, ſed propter tractatum *Quom. Hiſt. ſit ſcrib.* de *Dea Syria*, ac *Macrobios.* Eunapio vero refertur inter vitarum ſcriptores propter unam *Demonactis* vitam. — *Gul. Philander* ad Vitruv. Apollonii vitam Luciano huic adſcribit, & *G. Cognatum* in nott. ad *Pſeudom.* eodem propendere arbitror; ſed Lucianum minime eſſe hujus vitae ſcriptorem, facile probabo; nam Epicurei rident omnes praeſtigias ac vaticinia. Lucianus autem tam Epicureae ſectae addictus erat, quam qui maxime. Quorum neutrum negabit, qui vel ejus Alexandrum oculis percurrerit non conturbatis. [at non ita totus Epicureus fuit, ut ex aliis ejus ſcriptis patebit; & qui etiam Epictetum probarit] Illud quoque valide hanc rem confirmat, pergit *Voſſ.* quod Lucianus oſtenſurus a cujusmodi praeceptoribus hauſerit hoc vitae genus, refert, quomodo eum primo in contubernium receperit ἐραστὴς γόης, — huic ſe eum proſtituiſſe, ac mercedis loco κακίαν, ſeu maleficii artem, reportaſſe: fuiſſe autem doctorem hunc genere Tyaneum, e comitibus Apollonii Tyanei; cujus omnes impoſturas probe calluerit. Sic enim inquit: Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος, καὶ ἐραστὴς, τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ πάνυ συγγινομένων, καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Quae manifeſte indicant, quo loco Apollonium habuerit Lucianus. Quemadmodum & illud, quod mox ſubjicit; Ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω; Haec pluribus commemorare viſum fuit, quo pareat cuivis, quam inanis ſit ſuſpicio eorum, qui libros de Apollonii vita, contra Codicum omnium fidem, contra auctoritatem Eunapii, B. Hieronymi, Photii, Suidae, & tot aliorum, abjudicant Philoſtrato.

Voſſio maximam partem adſtipulatur Cl. Hemsterhusius, in praef. ad Polluc. p. 29. b. ſcribens : „ variis e Luciani locis patet , eum floruiſſe ſub Antoninorum imperio & „ Commodi : hac ſane de re nemo Luciano paululum familiarior addubitet : legendus enim „ ſolus ejus *Pſeudomantis* ſeu *Alex.* qui omnem , ſi quis eſt , ſcrupulum demat : in eo θεὸν „ vocat Marcum Philoſophum , ex quo recte collegit *Voſſius*, l. d. eum de hoc Imperato„ re jam defuncto & in Deos relato loqui : huc accedit , quod oraculum illud Alexandri „ mendax Antonini Pii & Marci aetate ſit exortum , — ea vero de re Lucianus tanquam „ ſibi comperta & explorata , quaeque ſe contigerit vivente & vidente ſcribit , quod recte „ *Marcil.* cum alibi , tum ad Philopatrin obſervavit : de hoc autem oraculo legendum „ ſuadeo prodigiali doctrina virum *Ezech. Spanh.* de Uſ. & Praeſt. numiſm. p. 176. De„ monax , cujus buccinatorem egit Lucianus , iisdem vixit temporibus : inter alia vero „ meminit Herodis Sophiſtae, quem Marci Philoſophi praeceptorem fuiſſe Capitolinus tra„ dit " : cetera de Soſtrato, quae ibi ſequuntur, etiam adlegavit *Solan.* ad T. 2. *Demonactis* §. 1.

Ioan. Ionsius de Scriptoribus Hiſtoriae philoſophicae, L. III. c. 10. §. 6. p. 60. de Noſtro haec praedicat: Lucianus, patria erat Samoſatenſis, teſte ipſo de ſe libro, *quomodo Hiſtoria ſit ſcribenda*, quo libro Avidii Caſſii poſt Lucium Verum defunctum Anticaeſaris ſub Marco occiſi aequalem ſe eſſe indicat : & Vologeſi, Frontonis, Titani & Severiani meminit, ut coaetaneorum , ad Celſum quoque dialogum ſcripſit. Hic vero laudari debet , quod *Demonactis* philoſophi vitam literis prodidit etiamnum ſuperſtitem. Vixit Demonax ille ſub Antonino Pio & M. Antonino , aequalis Epicteti , Luciani , Timocratis Heracleotae, Peregrini, qui & Proteus dicebatur, & ſub Marco flammis ſe devovebat, Herodis, Onocrati Cynici , Favorini, Pollucis, qui nobis Onomaſticum Commodo Imperatori nuncupatum reliquit, Agathoclis Peripatetici, Cethegi viri conſularis, Rufini peripatetici, ut ex Demonactis vita apud Lucianum intelligimus. Laudat illam vitam *Eunapius* prooem. Λουκιανὸς ὁ ἐκ Σαμοσάτων , ἀνὴρ σπουδαῖος εἰς τὸ γελασθῆναι , Δημώνακτος φιλοσόφου κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βίον ἀνέγραψεν , ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ βιβλίῳ καὶ ἄλλοις ἐλαχίστοις δι' ὅλου σπουδάσας. *Lucianus Samoſatenſis, vir ad concitandum riſum factus , Demonactis ſua aetate philoſophi vitam in literas retulit ; atque eo in libro , ut perpaucis aliis , ſeriam operam conſumſit.* Edidit quoque Demoſthenis encomium, Dialogum de Sectis, de moribus Philoſophorum, & Vitarum auctionem, quo dialogo cujuscumque ſectae philoſophos mire exagitat. Fuerunt qui Apollonii Tyanei Pythagorici vitam a Philoſtrato ſcriptam Luciano adſcribere maluerint , quorum ſententiam jure improbat *Voſſius* Hiſt. Gr. II. 15. Diverſus a noſtro eſt *Lucianus* ille , cujus meminit Laërtius L. VI. *Diog.* [i. e. L. VI. Sect. 73. p. 349. ubi ait: ὡς δῆλον ἐν τῷ Θυέστῃ ποιεῖ. εἴ γε αὐτοῦ αἱ τραγῳδίαι, καὶ μὴ Φιλίσκου τοῦ Αἰγινήτου ἐκείνου γνωρίμου, ἢ Πασιφῶντος τοῦ Λουκιανοῦ, ὅν φησι Φαβωρῖνος ἐν παντοδαπῇ ἱστορίᾳ, μετὰ τὴν τελευτὴν αὐτοῦ συγγράψαι. quod nihil mirum , aliquot enim ille ſaeculis antiquior noſtro , qui ante Diogenem etiam, ut ex *Laërt.* patet, vixit, & cujus alia quoque patria ibi commemoratur]

De Theologia autem Luciani, diſſertationem Jenae habitam ſub praeſidio *J. Phil. Treuneri* , idem *Jonſius* prodit, p. 208. L. III. cujus & *Fabricius* meminit in Bibl. Gr. eamque indicat Jenae prodiiſſe 1697. ut ſupra vidimus. Si illius compos fieri potuiſſem, nonnihil inde delibaſſem; ſed quum eam inveſtigare ἀδύνατον ſit, videamus num quid Cl. J. A. Fabric. amplius de noſtro habeat, praeter jam indicata ad vitam Lucian. a *Bourd.* ſcriptam: Concinnavit *Fabric.* catalogum ſingulorum Luciani ſcriptorum, cum breviſſimo eorum argumento; ſed ſatis de his jam actum; ideo pauca, ad aetatem Noſtri facientia, & alia quaedam ſingularia tantum inde exhibeamus : P. igitur 496. de Diſſert. *Quom. Hiſt.* agens, ait: liber ad Philonem , quo Mileſium quendam tum Creperium Calpurnianum Pompejopolitam, Callimorphum Medicum haſtatorum legionis ſextae , Philoſophum Corinthium Antio-

tiochianum Hieronicem Apollinis, Demetrium Sagalaſſenſem, Piſidium alioſque ineptos illa aetate belli Romanor. cum Parthis A. C. 165. commiſſi ſcriptores perſtringit, tum docet hiſtoricum alienum eſſe debere a rationibus encomii & invectivae, nec voluptati conſulere alii lectorum, niſi quae ex veritate conſequatur — res narrare libere, perſpicue, graviter, non paucis illis ad quos ſcribentis amor, odium, metus & ſpes forte ſpectet, ſed omnibus, & poſteris praecipue. T. 2. p. 1-79. Lucianus promittit *ib.* §. 24. ſe in alio opere oſtenſurum prooemia quaedam Hiſtoriarum eſſe, vulgus lectorum latentia. Niſi reſpicit alterum locum §. 52. ſeq. quod mihi non videtur. Sic *Fabric.* Non video tamen commodiorem alium locum, ubi hoc egerit Lucian. quam in eod. tractatu *Quom. Hiſt.* a §. 52. ad 56. ubi prooemiorum virtutes, abſentiam, exempla prodit; niſi dicas promiſſum ejus §. 24. verbis ὡς ἐν ἄλλοις δείξομεν comprehenſum, ſpectare prooemia ſua aliis dialogis praefixa.

De Macrobiis Luciani ad Quintillum ſcriptis notat Idem, alterum librum de Longaevis Romanis [quem promiſit §. ult. *Macrob.*] ad eumdem Quintillum vel intercidiſſe, vel a Luciano non eſſe ſcriptum. Sed unde hi ſuppleri queant, vide ad T. III. in nott. *Maji* ad p. 229.

De Mercede Conductis diſſertationem ad philoſophum *Timoclem* eſſe conſcriptam, qui id vitae genus amplexurus erat, obſervat Idem, nihil vero de tempore quo ſcripta ſit, hinc eliciendo, [forſan quia difficile dijudicatu, Stoicus ne is Timocles, an alius, vid. not. ad T. I. Dial. *Merc. Cond.* c. 2. id ergo diſquiremus deinde.]

Apologiam vero pro Merced. Cond. ad *Sabinum* philoſophum & ipſum, atque amicum ſuum eſſe conſcriptam, qua probet ad ſe non ſpectare quae ſuperiore libro diſſeruit, licet aetate provectus (ἐν γήρᾳ ὑστάτῳ, §. 4.) ſub Imperatore Remp. ſuſceperit tractandam (procurator, ut videtur, in Aegypto conſtitutus a M. Antonino Imp.) notat *Idem.*

Tum de Morte Peregrini diſſerit: eum philoſophum Cynicum Parianum exChriſtianum fuiſſe, qui ſenex ſe ipſum poſt Olympia celebrata A. C. 169. die 16. Julii in Arpina quae viginti ſtadiis Olympia diſtabat, conſcenſo rogo, ſpectantibus omnibus combuſſit, Epiſtola ad Cronium T. III. 325-364. Non integrum ad nos perveniſſe hunc libellum contendit idem *Fabr.* in nott. ad ejusd. *Peregr.* §. 11. [ſed refutatur a *Solano* & *Geſnero*] Peregrinum a Chriſtianis rejectum fuiſſe innuit Lucianus. §. 16. quod de idolothytis comediſſet — ἐσθίων τῶν ἀπορρήτων. Varias hinc inde in Christum & Chriſtianos effutit blaſphemias §. 11. & 13. & per νομοθέτην πρῶτον Chriſtianorum, *ibid.* videtur intelligere Joannem Euangeliſtam, qui in Euangelio & Epiſtolis unus maxime omnium commendat illam de qua Lucianus, ἀδελφότητα. Quae §. 39. de vulture ex rogo Peregrini evolante leguntur, iis cum doctiſſimo *Lemonio* vix crediderim perſtringi acta Martyris Polycarpi: viderint etiam alii, num ad imitationem S. Ignatii fecerit Peregrinus, quod §. 41. traditur ante mortem omnibus fere celebrioribus civitatibus Epiſtolas miſiſſe, διαθήκας ſive praecepta, admonitiones & leges. Fuit haec ſententia magni *Pearſonii* in Vindiciis Ignatii, parte 1. p. 6.

Dein de Rhet. Praec. T. III. pag. 1. ait: hoc libello Jul. Pollucem perſtringi, cujus Onomaſticon habemus, auctor eſt Graecus Luciani Scholiaſt. Sed vide quae adverſus hanc ſententiam diſſerit Cl. Pollucis editor *Hemſterh.* in prolegomenis p. 31. ſeq. qui Dioſcoridem quendam Rhetorem illius aetatis a Luciano exagitari exiſtimat. Idem ex eod. notat *Solan.* noſter l. d.

De Dea Syria, T. III. p. 451-490. haec obſervat: ſcriptus eſt hic liber dialecto Ionica & Luciano hinc abjudicatur a Petro Jurieo in Hiſt. Critica rituum Judaicorum, Gallice non ita pridem edita. Sed Arrianus quoque cum reliqua Attice ſcripſiſſet, nonnulla (ut Indica) ſcripſit Ionice. De Dea Syria conſulendus praeter laudatum Jurieum Seldenus ſyntagm. 2. de Diis Syris cap. 2. Quae de arca Deucalionis §. 12. & columba §. 33. a Lucia-

ciano traduntur, illuſtrat *Octav. Falconerius* in diſſ. ad numum Apameenſem T. X. Antiq. Graec. p. 678.

Timon. nobis T. I. pag. 98-176. de quo ultimo loco agit *Fabric.* qui ad ſeriem alphab. Gr. dialogos diſpoſuerat, fuſius eidem enarratur, quae omittimus, ex nota ejusdem hiſtorica hoc addentes, (quia *Solan.* ait aetatem ejus aſſignari non poſſe) „ Timon Athenien- „ ſis Echecratides e tribu Colytto, clarus fuit circa tempora belli Peloponneſiaci, quod „ geſtum ab Olymp. LXXXVII. 1. ante Chriſt. 432. Timonem ſe ipſum deferentem ob „ Alcibiadis amores finxit *Liban.* Decl. IX. T. 1. p. 343. Callim. in eum Epigr. III. 7. „ Anthol. Ab hoc Antonius ab Auguſto victus regiam ſuam vocavit Timonium, in ea „ deinceps Timonis inſtar procul ab hominum conſortio victurus, teſte *Strab.* L. 17. p. „ 745. Conf. *Plutarch.* in Ant. p. 948. ſeq. qui praeter dicta ejus quaedam & Callimachi „ Epigramma affert Timonis Epitaphium, & ab Ariſtophane & Platone Comicis ob miſan- „ thropiam reprehenſum refert. At Pſeudo Plato philoſophus Ep. 24. inter eas quas Al- „ latius edidit: *συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους οὐκ ἠδύνα- „ το θηρία φιλεῖν.* De hoc Timone & morte ejus Suidas in *ἀποῤῥῶγας.* Hunc inferorum ja- „ nitorem fingit Lucianus, T. II. 2. *Ver. Hiſt.* c. 31. Fuit & alius Timon junior Sillogra- „ phus poëta, patria Phliaſius *ἰδιοπράγμων* & ipſe, teſte Laërtio IX. 112. diſcipulus Pyr- „ rhonis Sceptici, de quo ſupra L. III. c. ult. Praetereo Timonem Aegyptium, memo- „ ratum Ptolemaeo Hephaeſtioni L. 4. & Timonem, quem in Sympoſiacis ſuis colloquen- „ tem inducit Plutarch." *Faber* in nott. quas ſeorſum calci T. I. adjecimus eum ad an. ante Chriſtum 429. refert; ſed *Fabricius* Chronologor. recentiorum calculum videtur ſequutus. Multa de Timone etiam Cl. *Hemſth.* in Ed. Luciani minore, ubi ſummis laudibus hoc ingenii Lucianei monumentum effert, at nihil de ejus aetate, quam curioſius hic inveſtigare nihil opus credo. Addo tantum *Photium*, qui Epiſt. CIV. p. 149. *Timon ille, apud antiquos improbitate hominum fortaſſis intolerabili motus prudenter egiſſe quidem viſus eſt, cum pro Philanthropo miſanthropus haberi volebat.*

Philopatrin demum quod *Fabricius* contra aliorum ſententiam Luciano tribuat, nihil eſſe, jam occupavimus ſupra, ad Diſſ. *Geſneri* de illo, provocantes.

Celebratiſſimus Petr. Baylius in Lex. Hiſtorico Critico, quod miror, de Luciano ſeparatim non agit; in tranſitu tamen ſuum de eo judicium profert in notis ad Tit. Perriers, T. III. p. 678. b. ubi ait: Patres Eccleſiae, qui omnia ridicula falſorum Deorum expoſuere, omnino ſunt laudandi; id enim egere, ut Ethnicis oculos aperirent, fidelesque confirmarent. Non ignorabant, ſe contemtum cultus Ethnici inſpirando efficere ut credentes fortius verae fidei adhaererent, ſimulque bona arma Chriſtianis contra perſecutionis impetum ſubminiſtrare. Sed Lucianus, qui adeo ſubſannavit falſos Ethnicorum Deos, omnique jucunditate perfudit deſcriptionem ineptiarum & fraudum quibus Graecorum religio abundabat, non ideo minus deteſtatione dignus eſt; quandoquidem id non agens utili conſilio, nil aliud quaeſivit, quam ut ad deridendum nato ſuo ſatisfaceret ingenio, & ut liberum evagandi campum aperiret Satyrico ſuo ſtilo, & quia ſe aeque indifferentem, vel aeque averſum a veritate praebet, quam a mendacio.

Idem Bayl. T. I. Tit. Apellis, not. p. 258. b. Anachroniſmum Luciani multis exagitat, quod in *Calumn.* T. III. §. 2. Apellem proditionis accuſatum cum Theodoto Phoenices praefecto, referat, cujus tamen conſpiratio ſpectet regnum Ptolemaei Philopatoris, quae coeperit centum annis poſt Alexandri mortem, adeoque Apelles in vivis eſſe non potuerit. Confudiſſe igitur exiſtimat quamdam conſpirationem ſub Ptolem. Philadelpho, cum proditione Theodoti, quod & mihi haud improbabile videtur.

Idem ibid. p. 653. Tit. Brachmanes, obſervat Lucianum horum ſeſe cremandi intrepidum

dum morem opponere morti Peregrini, medias in flammas ſubito inſilientis; ac velle methodum Brachmanum qui ſeſe tenebant immobiles, dum igne aſſarentur, multo eſſe glorioſiorem, ſuperque his *Baylius* ita judicat: „ Ecce quomodo homo deriſor omnia carpere „ novit. Si Peregrinus iſtos philoſophos Indos eſſet imitatus, Lucianus eum accuſaſſet „ inertiae, ac dixiſſet: *paciſci cum morte quaerit*, *ac ſenſim ſenſimque ſe confirmare ſtudet*: „ *plus enim animi oſtenderet, ubi ſe uno ſaltu in rogum conjiceret.*

At juſtius, ingenioſe Bayli, forſan objiceres, quod eumdem ſubito in ignem inſiliendi actum laudet, ac generoſi animi eſſe praedicet T. I. *pro Merced. Cond.* §. 4. ἑκὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος. Sed & haec ironice, & alterius nomine cum dicat, mihi non videntur contraria. Cumque & Brachmanum dementiam, & Peregrini aeque rideat, omnino licuit ei dicere Brachmanes eſſe fortiores; ſi tamen ea mens eſt Baylii, oportuiſſe Lucianum in Peregrini facto improbando ſubſiſtere intra vanae gloriae exprobrationem, non vero extenuare ejusdem audaciam aut fortitudinem, contra veritatem, recte judicavit.

D. Tillemontius in Hiſt. Imperatorum. Tom. II. part. 2. art. 29. p. 707—10. cujus verba ſic verto: „ Celſus philoſophus Epicureus, (qui Eccleſiam ſcriptis oppugnare adgreſſus eſt) tempore Commodi adhuc vivebat, aeque ac Lucianus, qui ad eum poſt Aurelii exceſſum miſit hiſtoriam Alexandri impoſtoris, quam ejus rogatu conſcripſerat. (vid. T. 2. Alex. ſ. Pſeudomant. §. 1. & 48.) Ille Lucianus & hodie perceleber eſt ſcriptis ſuis, quae ob Linguae Graecae puritatem ſtilumque politum, jucundum, vividum & acuminis plenum, magna cum voluptate leguntur. Sed palam profitetur impietatem, aeque ſubſannans veram religionem, de qua diverſis in locis loquitur, ac ſuperſtitiones Ethnicorum, quas vere ridiculas eſſe demonſtrat. Inde cognomen blaſphemi & Athei traxit, teſte Suida. Namque & philoſophiam Epicuri ſectabatur, ut vid. in ipſius *Lucian.* Pſeud. c. 61. ſive ult. *Phot.* c. 128. p. 309. (quae ab atheiſmo parum diſtat) vel potius neque ulli religioni addictus fuit, neque dogma certum & conſtans fovit, omnia vero ut incerta ac problematica conſiderans, & omnia ridere volens. Quod ipſum adparet ex quatuor verſibus qui tempore Photii ejus operibus praefixi legebantur [jam Epigrammatum primum eſt] Sed quod praeterea ſcripta ejus reddit lectu periculoſa, illud eſt, quod ſaepe non majorem pudori quam religioni reverentiam exhibet.

Oriundus erat Samoſatis in Syria, (vid. T. 2. *Quom. Hiſt.* c. 24.) fortuna tenui, per aliquot tempus cauſſas dixit, (adi T. I. *pro Merced. Cond.* §. ult.) & extrema ſenectute munus Graphiarii praefecti Aegypti accepit, (conf. *pro Merc.* c. 5. 9. & 12.) non aliam forte occaſionem nactus qua paupertatem effugeret (ipſe nos & alia plura ſingularia de ſua vita docet, quae non neceſſaria duximus referre. Vidimus eum ſcripſiſſe canones ſuos hiſtoricos haud ſerius anno Chriſti 166. vitamque Alexandri poſt mortem Marci Aurelii) Itaque non poſſumus ſequi illos, qui ex narratione *Suidae* eum collocarunt in tempus Trajani (Baron. 171. §. 7.) *Suidas* addit referri, eum a canibus diſcerptum interiiſſe, in poenam, quod auſus eſſet cavillari Jesum Christum (quod forſan ne ipſi quidem daemones umquam ſunt auſi. Nos vero optaremus id teſtimoniis melius comprobatum) Creditur etiam nonnullorum dictum quod Chriſtianus fuerit, haud aliunde natum, quam ex verbo Suidae male intellecto, & ex eo, quod majorem Chriſtianiſmi notitiam habuerit quam multi alii Ethnici. (*Bar.* 171. §. 7.)

Non habemus hiſtoriam quam conſcripſerat de Soſtrato Boeotio philoſopho illis temporibus celebratiſſimo, (vid. *Lucian.* T. 2. Demonact. §. 1.) cujus vita maxime dura fuit atque auſtera, & cujus vice alii contra omnem rationem atque auctoritatem eidem tribuunt vitam Apollonii Tyanenſis, quam Philoſtratus reliquit. (*Voſſ.* Hiſt. Gr. L. 2. c. 15. p. 233. 234.)

****

Eu-

Eunapius pr. p. 12. 13. adſeverat hunc, qui tam pauca compoſuit ſeria opera, auctorem eſſe vitae philoſophi Demonactis, cujus per longum temporis ſpatium diſcipulus fuerit. Eum omnium quos noverit maximum nobis philoſophum facit. Interim adparet, eumdem tamen modo fuiſſe Cynicum aliquantum humaniorem ac magis politum quam ceteros. (*Luc.* Vit. Demon. c. 3. 4. &c.) Nullam religionem amplectebatur, aut certe nulli ſatis favebat. [Verba Tillemontii erant; *Il avoit peu ou point de religion*, & ut id demonſtret, adlegat *Demon.* p. 547. Ed. Par. i. e. §. 5. T. 2. p. 377. Edit. noſtrae, ſed locum inſpicienti patebit non id dicere Lucianum, ut ad finem hujus vitae oſtendam] quod tamen in eo melioris notae eſt, in eo conſiſtit, quod claro loco natus, (Dem. c. 3.) opibusque eloquentia ac ſcientia inſtructus (ib. c. 6.) interea duram ac pauperem egit vitam, neminem ſibi adſciſcere volens qui ei miniſtraret aut ſerviret. (ib. c. 5.) Sed finis hujus ſplendidae virtutis fuit, quod videns ſe centeſimum fere annum agentem auxilio alterius indigere, nec ipſum ſibi amplius miniſtrare poſſe, fame interire maluerit (c. 65. & 66.) Natus erat Cypri, (c. 3.) ſed vitam transegit Athenis, (c. 11.) ibique obiit magna cum exiſtimatione Athenienſium, tam in vita quam poſt mortem. (ib. c. 66.)

Narratur de eo, quum Athenienſes pugnam gladiatoriam vellent inſtituere, ne Corinthiis hac in re quidquam cederent, ipſum eos monuiſſe, *ut ante quam hoc agerent, aram, quam miſericordiae conſecraſſent, deſtruerent.* (c. 57.) Quumque Imperator ex eo quaeri juſſiſſet, quaenam optime gubernandi ratio eſſet, reſpondit, *pauca loqui, audire multa, & numquam iraſci.* Nullo caſu commovebatur, praeterquam morbis ac morte amicorum, non majus bonum in vita adgnoſcens quam amicitiam. (c. 10.)

Optaremus, pergit Idem, hic enarrare poſſe complura jucunda quae acciderunt, & ad bene inſtituendam vitam utilia, quae Lucianus ſuis operibus immiſcet, & in primis hiſtorias quae ipſius tempore contigere, quasque in dialogo de Amicitia commemorat; ſed hoc ab inſtituto noſtro longius nos abduceret. In quadam harum hiſtoriarum (T. 2. *Tox.* c. 39.) loquitur de variis bellis Scytharum ad Tanaim habitantium, adverſus ceteros Septentrionis barbaros, maxime contra Boſpori adcolas, quorum Leucanor ac deinde Eubiotus frater nothus eo tempore reges erant. (*Tox.* c. 44. 51. & 54.) Leucanor forſan ſucceſſerat Rhoemetalci, qui erat Rex Boſpori, tempore Antonini. (*T. Ant.* v. p. 20. *Lucian.* Pſeud. c. 57.) Naves quae Lucianum ſervaverant, ut mox videbimus, vehebant Legatos Eupatoris ejusdem terrae Regis, quae in Bithyniam proficiſcebantur ad ſolvendam pecuniam quotannis a ſe debitam, aut ad accipiendam eam quam Romani ipſi ſolvebant: verba enim Auctoris ἐπὶ κομιδῇ, dicto c. 57. *Pſeudom.* [ſed locum diligentius examinanti patebit, non in utramque partem accipi poſſe haec verba] utrumque ſenſum admittunt. Eubiotus in bello contra Scythas dux praeerat omnibus Graecis, ſecundum verba Luciani, (Tox. c. 54.) id eſt, ut exiſtimo, incolis urbium Graecarum Cherſoneſi: idque eorum confirmat ſententiam, qui credunt iſtam regionem paruiſſe imperio Regis Boſpori.

Idem *Tillemontius* eod. T. 2. p. 711. hiſtoriam Alexandri impoſtoris ex Lucian. enarrat, quam ex Noſtro petendam non repeterhus, haec tamen ex p. 713. ſeq. ad aetatem Luciani facientia non omittemus: Fama Alexandri mox in Italiam usque delata eſt, & venerabantur eum etiam in aula *M. Aurelii*, ubi patronum habuit Rutilianum, virum primae dignitatis, ſed admodum ſuperſtitioſum, quique eo dementiae proceſſit, ut aetate valde profecta filiam hujus impoſtoris duceret, credens Lunam ejus eſſe matrem. Falſa quae ediderat oracula *Severiano & Vindici* ducibus exercituum Romanorum, (*Pſeudom.* c. 27.) auctoritatem ejus non minuebant, in mentibus illorum quos daemon captivos tenuit, quique merebant ut ſpiritui erroris relinquerentur, ut crederent mendacio, quod non receperant ac dilexerant veritatem quae eos ad ſalutem perduxiſſet.

Eo porro inſolentiae progreſſus eſt, ut ab Imperatore veniam rogaret monetae percutiendae

ſae quae imaginem ſuam ab altera parte, & Glyconis ab altera referret. Non additur num id obtinuerit. [ſed ex parte obtinuiſſe exiſtimat *Solanus* in nota ad c. 58. *Pſeudom.*]

Fraus tandem deſiit morte impoſtoris — Periit enim ante *M. Aurelium*, (ſi ille idem eſt Alexander) de quo *Athenagoras* p. 29. 30. ait, circa annum 180. conſpici ſepulcrum in area, *grande place* (foro majore) Pariae urbis Helleſponti, in eodemque foro ſtatua etiam erat Alexandri, cui ſacrificabatur ut Deo, feſtaque publica inſtituebantur, ſpe obtinendae ſanationis a variis morbis.

Lucianus tandem accuſare Alexandrum tentavit coram praefecto Bithyniae & Ponti; ſed cum nihil obtineret a praefecto metuente, ne Rutilianum offenderet, non aliam Lucianus de Alexandro vindictam ſumere potuit, quam ejus vitam, poſtquam obiiſſet, ſcribendo. Ibi ſe inimicum ejus profitetur, adeoque accidentia quaedam addidiſſe potuit, quibus hunc impoſtorem magis diffamaret. Ipſius tamen hiſtoriae textus adeo certus atque in vulgus notus erat, ut ſuſpicari non liceat, veritatem ab eo eſſe adulteratam.

Ejusdem Tomi p. 724. *Tillemont.* quaedam de *Lucio Patrenſi* refert, qui auctor fertur Dialogi de mutatione in aſinum, ex quo *Lucianus* aeque atque *Apulejus* ſuam hauſerint narratiunculam. [Sed quum ex *Voſſii* Hiſt. Gr. haec tantum adferat, *Solanusque* & *Geſnerus* in notis ad iſtum Dial. T. 2. p. 566. & 67. hoc aliquanto pluribus dixerint, iſthoc mitto, *Geſneri* ſententiae interim omnino adſentiens, Lucianum iſta ſcripſiſſe; ſtilus enim & ingenium plane reſpondent; ſed fictionem forſan ex altero hauſiſſe, inſertis ſuis jocis, quibus abſurditatem fabulae, & hominum turpes mores ac ſuperſtitionem derideret; licet idcirco laſcivum hoc ſcribendi genus minime probem.]

Biographi ceteri vix quidquam de Luciano ſingulare adferunt; ſed Suidam fere ſolum ſequuntur, vel Bourdelotium a quo circa iter Luciani tamen aliquantum diſcrepat *J. C. Iſelinus* in Lexico univerſali Hiſtorico-Geographico haec referens; quae addere viſum fuit, quia corpus illud Germanice conſcriptum paucorum in manibus eſt: Initio, ait, cauſſidicus evadere ſtuduit; ſed cum lites forenſes ei diſplicerent, philoſophiae ac praecipue oratoriae operam dedit; tumque primo Antiochiam habitatum conceſſit, ac deinde Ioniam totamque Graeciam peragravit, unde in Galliam atque Italiam ſe contulit, ac tandem per Macedoniam in patriam rediit. Ex nonnullorum relatione vitam ad 90. annos produxit, ſcilicet a tempore Imperatoris Trajani, ultra finem imperii M. Aurelii, ſub quo magna in dignitate vixit, praefectusque Imperatorius Aegypti eſt conſtitutus. Fuit quidem ſummi vir ingenii atque eruditionis, ſed nulli religioni addictus, ac ſcurra Chriſtianae Ethnicaeque doctrinae. Fertur quondam Chriſtianiſmum profeſſus, & propter diſſolutam vitam a fide rurſus deſciviſſe. *Suidas* a canibus diſcerptum prodit. Auctores vero unde haec hauſerit *Iſelinus*, adlegat hoſce: *S. Hieron.* in catal. *Phot.* cod. 128. *Suidam*, *Voſſ.* de rhetor. antiq. c. 12. de Hiſt. Graec. L. 2. c. 15. *Ablancourt.* & *Jonſ.* de Script. hiſtor. philoſ. l. 3. c. 10. ac *Fabr.* Bibl. Gr. p. 485.

Hoogstratanus vero in Lexico ejusdem tituli, nulla quidem addita auctoritate, eadem habet; hoc tamen de eodem haud ineptum, ſi ea, quae de Philopatri ab antiquiore Chriſtiano ſcripto praedicat, excipias, judicium addens: non ſolum ex maximis ſui aevi ingeniis fuit, ſed & omnis antiquitatis. In operibus ſuis utile dulci miſcere ſcivit, erudire ſimul ac deridere, doctrinamque cum eloquentia conjungere. Perpetuum in ejus ſcriptis videas jocum contra Theologiam Ethnicorum Deorum, vitamque ac mores philoſophorum. In iisdem ſubinde ingentia praebet virtutis exempla imaginesque philoſophiae repurgatae, ubique contemptum vitiorum inſpirans, quae ita deridicula propoſuit, ut odio digna adpareant. Nonnulli credidere eum Chriſtianum fuiſſe; &, ſi Dialogus de Peregrino revera ab

ab ipſo profectus eſſet, veroſimile foret, eum in myſteriis Chriſtianorum fuiſſe exercitatum: ſed hoc opus eſt antiquioris Chriſtiani, qui Paulum viderat atque audierat, quod Luciano, qui ſub Trajano natus fuit, contingere non potuit. Illi qui Lucianum impium ac ſine religione nobis deſcripſere, recte judicarunt, ſi religionis nomine intellexere Theologiam poëtarum Ethnicorum, aut opinionum philoſophicarum portenta. Sed nullo jure impietatis vel Atheiſmi accuſatur, reſpectu exiſtentiae & cultus veri Dei, quia numquam alterutrum impugnavit.

Henr. Dodwel in Diſſert. de *Iſidoro Characeno*, quae reperitur in Geograph. veteris Scriptt. Graecis minoribus, Vol. 2. pag. 62. & ſeqq. adcuratius quam quiſquam priorum de aetate Luciani egit; quare haec ex eodem ad verbum deſcripta inſerere non pigebit, quando ait:

Athenaeo paulo antiquior erat, ut puto, *Lucianus*, qui noſtrum, ut exiſtimo, advocat *Iſidorum* [*in Macrobiis* T. III. p. 218.] Nam a Parthiae finibus aliena non ſunt, quaecumque ille ab *Iſidoro* mutuatus eſt, de Perſarum novo rege *Artaxerxe*, de *Goſethro* illius fratre, & *Goaeſe Omanorum*, aliiſque *Characis Spaſinis* Principibus. Non alium *librum* intellexit *Lucianus*, quam hunc ipſum quem habemus, quamvis illum ipſum legerit multo, quam habemus, *auctiorem*. Nec alium proinde *Auctorem* quam illum, de quo agimus, *Iſidorum Characenum*. Hinc rurſus intelligimus, *Perſarum* regem, de quo *Iſidorum* teſtem advocat, *Artaxerxem* illum intelligi non poſſe, qui Perſarum regum jura in Parthorum ditionem quaſi e poſtliminio revocavit. Hunc certe ſi intellexiſſet, *Perſiae manſiones*, non *Parthiae* appellaviſſet, & *Perſiae*, non *Parthiae*, Periegeſin. Sic enim loqui ſolent de illo ipſo Romanorum aemulo Imperio, Scriptores *juniores*, jure Imperii ad *Perſas* tranſlato. Imo, ne is intelligi poſſit, obſtat certe hoc ipſum teſtimonium *Luciani*. Se quidem ad *ſenectutem* perveniſſe non uno in loco ipſe teſtatur: T. I. *Apol. pr. Merc. Cond.* ſub init. *πρὸς αὐτῷ ἤδη τῷ Αἰακῷ γενόμενον, καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ* (*Charontis πορθμεῖον* intelligit) *ἔχοντα.* Rurſus ib. c. 4. f. *ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδόν.* Iterum *γῆρας* cauſatur c. 10. Sic etiam in *Baccho*, de *ſenibus*, *οἱ κατ' ἐμὲ*, c. 6. f. Ibid. ſuos de *Sileni* ſenectute jocos in ſe quadrare fatetur c. 8. In *Hercule Gallico*, *Herculem* illum *Gallorum Ogmium*, quem *γέροντα εἰς τὸ ἔσχατον.* T. III. c. 1. ſibi confert *τηλικῷδε ὄντι* c. 7. Vereturque ne ad leviora ſtylum convertens videretur *κομιδῆ μειρακιώδη ταῦτα ποιεῖν, καὶ παρ' ἡλικίαν νεανιεύεσθαι.* ib. Tum *χαλεπὸν γῆρας* c. *eod.* a *junioribus* ſibi exprobratum eſſe fingit, & ſe *ἡλικιώτην τῆς εἰκόνος*, illius nempe, quem dixi, *Herculis* agnoſcit, & *ὑποπόλιον γένειον.* Additque denique: *ὁρᾷς ὅπως παραμυθοῦμαι τὴν ἡλικίαν καὶ τὸ γῆρας τὸ ἐμαυτοῦ.*

Hac demum aetate ſtudiorum ſuorum mercedem reportavit *Lucianus ἀρχὴν* quandam ſub *Caeſare*, de qua hac egit *Apologia*. Eam *Aegyptiacam* fuiſſe teſtatur T. I. *pro Merc.* c. 12. Et T. III. *Soloeciſt.* c. 5. *Procuratoriam* fuiſſe innuunt verba *Apolog.* *οἱ τοιαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες* T. I. c. 11. Jus etiam dixit, *καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν* impoſuit. *ib.* De *fiſco*, ut opinor, quod a *procuratoris* officio alienum non erat. Sed *majorem* praeterea habuit dignitatem quam fuerit illa *Procuratoris*, quaeque a *principis* perſona illum *abeſſe* non pateretur: *τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἁπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι, καὶ τάς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν, καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέςατον ἅμα καὶ ἀκριβέςατον σὺν πίςει τῇ μεγίςῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκειτομένας.* ib. c. 12. Itaque ſtipendium accepit, non *ἰδιωτικὸν*, *ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως.* ib. Et quidem illud *πολυτάλαντον.* Nempe *τῆς μεγίςης ἀρχῆς* quodammodo *κοινωνὸς*, ib. c. 12. p. 721. Quia ſcilicet principis ipſius negotia aulica tractabat. Erat ergo tum etiam in *Aegypto Princeps* ipſe, ſub quo *Commentarios* publicos confecit *Lucianus.* Annus erat, ni fallor, Aerae noſtrae 202. quo *perſecutionem* in *Chriſtianos* decrevit *Septimius Severus*, & quo ſcripſit, hac occaſione in Chriſtianos *Philopatridem* ipſe *Lucianus.* [non ſcripſiſſe, quoties dicendum eſt?]

Edi-

Edidit enim edictum illud *Severus Alexandriae*, teſte *Spartiano*, in Sever. c. 47. quem nos potius credimus fuiſſe *Lampridium*. Nam praevias huic *perſecutionis Chriſtianorum κωμῳδίας* memorat teſtis horum temporum exceptione major *Theophilus Antiochenus* ad *Autolyc.* quod neſcio quorſum commodius retulerimus, quam ad ſcurrae celeberrimi *Philopatridem*, ſi minus *ſolam*, at ſaltem cum aliis *minoris* notae *Comoedis Antiochenis*. Comicae enim laſciviae infamia Urbs utraque inclaruit, tam *Antiochiae*, quam *Alexandriae*: *Antiochiae* in *Julianum* Apoſtatam, *Alexandriae* in *Caracallam*. [ſed non tam ſero collocandum Lucianum mox videbimus]

. Erat certe *Alexandriae*, ut videtur, *Lucianus*, cum ſcriberet *Philopatridem*. (T. III. *Philopatr.* c. 22.) Hoc e nomine menſis colligimus *Meſori Alexandrini*, non *Syri*, non *Graeci*, non *Romani*. Hoſtes quidem *Perſas*, & Regiam *Suſa* nominat *Lucianus* pro *Parthis* & Regia illorum Urbe *Cteſiphonte*. Nempe quia ſtylum affectat *Comicum* e veterum Poëtarum *Atticorum* aliorumque laciniis, quibus ignoti *Parthi* atque *Cteſiphon*. Habet ipſe *Lucianus* exempla ſimilia in Libro, *quomodo ſcribenda ſit Hiſtoria*, coaevorum ſcil. Scriptorum, qui pro *Parthorum* nomine *Perſarum* nomen repoſuerint. Hinc ergo belli *ſedes* vel *tempus* intelligi non potuit. Facitque illa affectatio ut difficillimus fuerit *Lucianus* in *coaevis Hiſtoriis*, quod raro admodum *res* vel *homines* iisdem *nominibus* appellarit, quibus tum *vulgo* appellari ſolebant. Idem autem cum *Arabas* hoſtibus accenſet, facit, opinor, ne quis alius *Princeps* praeter *Severum* intelligi poſſit. Bellum enim deſignavit in *Atrenos Arabes*, quos nemo Principum *Romanorum*, quod meminerim, aggreſſus eſt, a temporibus *Trajani* usque ad *Severum*, uterque autem ſatis infeliciter. Sed melius *Severus*. Et quidem *mala* illa *Chriſtianorum* mundi *finem* in dies exſpectantium de Republ. Romana *auguria*, quae perſtrinxit in *Philopatride Lucianus*, cauſam *Perſecutioni* dediſſe veriſimillimum eſt, quae *Chriſtiani* nominis *hoſtes* pro argumento animi in *patriam* infenſi alienique habuerint. Tanti erant certe hoc ipſo tempore Chriſtianorum metus, ut *Judas* decimum *Severi* annum pro *Danielis συντελείᾳ* habuerit, ap. *Euſeb.* H. E. VI. 7. S. *Hieronymi* de Script. Eccl. in *Jud.* & *Chron.* Non eſt certe cur hoc miremur in Principe *ſaeviſſimo*, eodemque *Aſtrologiae ominumque* ſtudioſiſſimo. Satis autem erat *Luciano* ad illam, de qua loquitur, *ſenectutem*, ſi fuerit *ſexagenario* major. Ea certe aetate ſuum fuiſſe dicit *Hermotimum* T. I. c. 13. & ſeqq. item *ib.* c. 77. Sic autem de eo poſtea: γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα φασὶν ἐν τῇ σορῷ ἔχων. c. 78. f. Verba fere ipſa ſunt quibus *ſuam* ipſe tum *ſenectutem* deſcripſerat. Erat certa aetas illa ὠμογέροντος, illius nimirum qui *primam* ſenectutis metam fuiſſet ingreſſus. Hoc anno *veteranis* honeſta *miſſio* erat. Hoc anno a *muneribus* Reip. gerendis excuſabantur. Ut proinde *ſera* eſſet *honorum* merces, cum alii a *capeſſendis* honoribus *excuſarentur*. Ego tamen illo anno paulo *ſeniorem* exiſtimo *Lucianum*. Illius *aetatem* ita colligo. Erat, ut fatetur ipſe, cum ſcriberet *Hermotimum*, quadragenarius, c. 13. Scripſit autem, ut ſuſpicor, in gratiam *Avidii Caſſii*, ut ſtudium *philoſophiae*, quo flagrabat *Marcus*, viro *principe* indignum oſtenderet. Sic *Marcum Caſſius anum philoſopham* appellaverat, & *Dialogiſtam*, Vit. *Avid. Caſſ.* c. 2. 3. cum aliud praeterea nihil haberet quod objiceret. *Marcus Antoninus*, inquit, *philoſophatur*, *& quaerit de clementia*, *& de animis*, *& de honeſto & juſto*, *nec ſentit pro Republica.* Hunc ergo traducit *Lucianus* in perſona *Hermotimi Clazomenii*, cujus *animam* pro arbitratu ſuo e corpore egredi ſolitam fabulantur *Muſcae Encom.* p. 376. Ed. Graev. Fingit nimirum in *Marco* jam agere illam ipſam *Hermotimi* animam. Et certe perſonam non *ſuam* agit in hoc *Luciani* dramate *Hermotimus*, ſed *Marci*. *Stoicum Hermotimum* facit *Lucianus*, ut fuit *Marcus*. *Sexagenarium* illum facit, *majoremque* natu quam fuerit *Marcus*. Hoc, ut videtur, conſilio, ut perſonam ſenis *elementarii* ſuſtineret, quod *Marco* objectum *ſcholas philoſophorum* frequentanti plus quam quinquagenario. Egit tum annum *aetatis* LIV. Paulo tamen ab exemplo *Marci* in *aetate*

 dis-

diſceſſit, ne illum videretur *dedita opera* deſignare, & quod *aetas* illa, quam dixi, magis ad *ſenectutem* videretur accedere. Sed quod converſus tandem *Hermotimus pallium philoſophicum* exuit, induitque *purpuram*; hoc certe eo ſpectabat, ut ſimiliter *philoſophi* perſonam *Marcus* exueret, indueretque illam, quam *Reſpubl.* contulerat perſonam *Principis.* Sic enim perſonatus *Hermotimus*, (*Hermot.* plane ad fin.) τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν. Spectat eodem, quod in *Hermotimo Philoſophiam* omnem damnat, cum tamen in *Demonacte*, & alibi *abuſum* tantummodo *Philoſophiae* perſtringat, non veram *Philoſophiam.* Nempe quia *cauſa* ipſa quam agebat in *Marcum*, hoc ab eo exigebat, in quo nihil habebat quod reprehenderet *alienum* a praeceptis caſtigatiſſimae *Philoſophiae.* Eodem denique ſpectare cenſeo Dialogum, *de fide calumniis non facile adhibenda.* Nempe ut ſe muniret in illos qui, *Caſſii* cauſſa profligata, *Luciani* illam, quam dixi, ſententiam ex illius *Hermotimo* collegiſſent. Animum certe ſibi *conſcium* ipſa illa arguit *Apologia*, quae verſatur in *univerſalibus*, nec ad *cauſae* meritum penitus examinandum deſcendit. Sic ergo illo ipſo *anno*, quo defecit *Caſſius*, Hermotimum ſcripſerit *Lucianus*, annumque adeo egerit vitae, ipſo teſte, *quadrageſimum.* Itaque poſt *mortem Veri*, *media hyeme* 169. aerae noſtrae *Chriſtianae*, cum *Tribunitiam Poteſtatem* IX^m^. haberet ipſe *Verus.* Et tamen *ante* annum 173. ſi *Marci* gener fuerit *Pompejanus*, quem in *ſequentem* annum Cos. deſignabat *Marcus*, cum de Caſſii cauſa ageretur. Sed alius fuerit oportet. Nam Coss. anni 175. defecit Caſſius, cum, metu *Caſſii*, *Roma* accerſeretur *Commodus* ad *virilem togam* in *limite* recipiendam. Cum *Tribunitiam Poteſtatem* daret pater impetratam a *Senatu.* Hinc enim certe numerantur *Tribunitiae Commodi Poteſtates.* Sic *natus* fuerit *Lucianus* anno aer. Chr. 135. Deſiit ludum *literarium* frequentare ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος. Somn. p. 1. ἀντίπαις p. 11. κομιδῇ μειράκιον, *Bis Accuſ.* p. 231. Eſt autem *Luciano* μειράκιον, qui *annos* natus eſſet XIV. praeter propter, ἀμφὶ τὰ τέτταρα καὶ δέκα ἔτη σχεδόν. *Philopſeud.* p. 333. Ἐξ ἐφήβων autem qui ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη. ib. p. 344. Πρόσηβος ergo qui illa *aetate* paulo *inferior* erat. Sic tamen ut eam *proxime* attigerit: Ἀντίπαις propterea ſeu βούπαις appellandus, quod pueri aetatem nondum *egreſſus* eſſet, quae Romanorum erat *adoleſcentia.* Notae hae in *annum* conveniunt aetatis $\frac{14}{15}$ aerae *noſtrae* 149. quo *patriam* reliquerit *Lucianus*, & *peregrinationes* verſus *occidentem* ſuſceperit, *rhetorices* ſtudiis deinceps initiandus. Tum *barbare* loquebatur, lingua *Aſſyriaca*, *Candyn indutus*, *neſcius quo ſe verteret*, *Bis Accuſ.* p. 231. Conveniunt ſatis accurate cum hac *Luciani* aetate reliqua ejusdem *tempora.* Proximis aderat *Olympiis.* Olympiadis nimirum 233. quae anno aerae *Chr.* 153. celebrata eſt. Prima enim erant *Olympia* eorum quae *quater* tum viderat *Lucianus* cum ſcriberet de morte *Peregrini.* Et quarta proinde *Olympia* ante illa quibus ſe combuſſit *Peregrinus.* de morte Peregrin. p. 583. Tum *comitem* navigationis ipſum habuit *Peregrinum.* Tum venit e *Syria Lucianus* p. 589. Poſtquam evagatus fuiſſet per *Ioniam.* Bis Accuſat. p. 231. Egerit ergo tum *Lucianus* annum vitae $\frac{18}{19}$. Sic *tria*, quibus poſtea aderat, *Olympia* in annos vitae convenient $\frac{22}{23}$ $\frac{26}{27}$ $\frac{30}{31}$ *Chriſti* autem 157. 161. 165. Ante annos, quam ſcriberet Hermotimum, XV. πρὸ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν, ad *Philoſophiam* illum hortatus fuerat πρεσβύτης quidam, quem ille ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος contempſit. *Hermotim.* p. 521. *Aetatis* ſuae anno $\frac{25}{26}$. *Chriſti* 160. Anno autem *aetatis* ſuae $\frac{28}{29}$ *Chriſti* 163. in *Ionia* audit *Hiſtoricos* de rebus primis *Veri* auſpicio geſtis in *Armenia* adverſus *Vologeſum* recitantes: *Quom. ſcrib. ſit Hiſt.* de *peſte Niſibi* orta, ab *Aethiopia* & *Aegypto* ἐς τὴν βασιλέως γῆν πολλὴν progreſſa. Locum autem Ioniae quo praecipue verſatus eſt, Epheſum fuiſſe, colligimus e *Pſeudologiſta.* p. 437. 444. Anno aetatis $\frac{31}{32}$ Chriſti 166. ſcripſit librum *Quomodo ſcribenda eſſet Hiſtoria.* Poſt συνεχεῖς νίκας p. 601. *Lucii* nempe *Veri* Imperatoris, unde *Armeniacus*, *Parthicus* & *Medicus* appellatus eſt, & *Imp.* II. III. IV. ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων. p. 604. Cum tamen nondum triumphaſſet p. 624. Quae *hujus anni* notae ſunt. Jam erat in *Ionia.* p. 611. Πρώην in *Achaja*

ja ib. *Corinthi* p. 614. Quod ſcilicet *Olympiis* ſuperiori anno interfuiſſet. *Peſtis* adhuc τοῖς μὴ τὰ Ῥωμαίων αἱρουμένοις. p. 612. Quae tamen *Verum* redeuntem *Romam usque ſecuta eſt*. Capitolin. *Ver*. c. 9. *Vologeſum* praeterea memorat p. 612. 615. 624. Osroëm. p. 615. *Priſcum* ducem, p. 616. *Hujus* nimirum *Belli* nomina. Hoc *primum Opus* ſcripſit, ni fallor, *Lucianus*. Simili enim argumento eſt uſus, cur etiam *ipſe* manum calamo admoveret, quo & *Juvenalis*, a *multitudine* eorum ducto, qui *Veri* cum *Parthis* bellum deſcribendum ſuſceperant. Nec vero ullum *alterius* generis ſcriptum a ſe editum fuiſſe innuit, aut *novum* ſibi fuiſſe ſcribendi duntaxat *Argumentum*, aut *Hiſtoriam* a ſe illorum exemplo ſcribendam. Imo alienum ſe ab illo Argumento ſatis aperte profitetur. Nam quod *veram*, quam appellat, *Hiſtoriam* pro ſtyli *Hiſtorici* exemplo ſcripſerit, in eo *luſit* tantummodo, & pro more ſuo *cavillatus* eſt. *Satyra* enim illa verius in *Hiſtoricos*, quam *Hiſtoria*, appellanda erat. Cum ſcriberet in *Indoctum divitem*, P. 386. ait quidem fuiſſe quendam, qui χθὲς καὶ πρώην *Peregrini* baculum emiſſet, cum quo in *ignem* inſiluiſſet ipſe *Peregrinus*, quod fieri potuit *multis* a *morte* Peregrini *annis*. Et certe *Regem* tum memorat *unicum* p. 390. duntaxat παιδείαν τιμῶντα, cui *luxus* diſpliciturus erat, qualis certe nullus erat poſt *Marcum* usque ad *Severum*. Tum *pauper* erat ipſe *Lucianus*, p. 380. nondum *ſtipendium* πολυτάλαντον adeptus. Tum adhuc *Syrus* p. 388. necdum, ut poſtea, in illuſtrem aliquam *Graecam* civitatem adſcitus. Certe poſt annum *Aer. Chr.* 169. quo diſceſſit *Lucius*. Forte poſt *caedem Caſſii* A. D. 175. cum in *Orientem* veniret *Marcus*. Hinc ergo ſequitur annum fere 90.^{m} attigiſſe *Lucianum*, ſiquidem *eousque* ſuperſtes fuiſſet, cum iniret *Alexander Severus*. Ea autem certe *aetate* eſſe non potuit, cum ſcriberet de *Macrobiis*, quo opere noſtri meminit *Iſidori*. Alioqui certe *ſuam aetatem* non tacuiſſet, qui *Juniores* ſeſe multos *Macrobiis* accenſuit. Vidit ille ſenem *Demonactem* & cum eo verſatus eſt, qui *Epicteto* familiaris erat liberto *Epaphroditi* ſub *Nerone*, & quem nos alibi ſub *Hadriano* periiſſe probavimus. Diſſ. de Aet. Peripli Mar. Euxin. n. 10. 11. A fine enim *Neronis* A. D. 68. Ad primum *Alexandri* annum A. D. 222. ſpatium eſt annorum plus quam 150. *Pii* certe Imperio non admodum provecto (qui A. D. 138. coepit) *Lucianum inclaruiſſe* multa docent, antea proinde *natum*. Illum ergo *Artaxerxem* non potuit videre *Lucianus*, nedum ſcripta *Iſidori*, quibus mentio fuerat *Artaxerxis*, ſiquidem *Artaxerxi* par aetate fuiſſet non *Iſidorus* ipſe, ſed parentes duntaxat *Iſidori*. Itaque quam certum eſt *noſtrum* eſſe *Iſidorum* quem teſtem advocat *Lucianus*, tam certum etiam eſſe neceſſe eſt alium eſſe ab eo, quem vicit *Alexander Severus*, *Artaxerxem Perſarum* regem, quem in *Iſidoro* reperit *Lucianus*. Huc usque *Dodwellus*, cui ſubjungimus, quae ad illius dicta commentatus eſt M. V. LA CROZE in Miſcell. Berolin. Societatis Regiae, part. I. pag. 27.

Inter eos ſcriptores Graecos qui aetatem tulerunt, vix ullum eſſe ferme contenderim, qui tot ac tantis ſe dotibus ingenii lectori commendet, atque Lucianus, etenim ſive ad rerum varietatem & copiam animum attenderis, ſive ad feſtiviſſimos ſcriptoris elegantiſſimi jocos, & incredibilem in exagitandis vulgi & Philoſophorum opinionibus ingenii & orationis amoenitatem, nihil, opinor, erit, in quo eum ullo veterum inferiorem affirmare poſſis. Itaque non nunquam ſubiit admirari, cur in tanta Criticorum copia, quos ab inſtauratis litterarum ſtudiis floruiſſe novimus, nemo inventus ſit praeter Tanaquillum Fabrum, aliosque oppido paucos, qui in eo ſcriptore adornando ſupra Grammaticas obſervationes aſſurgere conati ſint. Latent haud pauca in Luciani ſcriptis, idonea rebus hiſtoricis illuſtrandis; quod hic brevi & properato ſpecimine demonſtrare conſtitui.

Edidit nuper vir inſignibus eruditionis & humanioris litteraturae monumentis merito celeberrimus, Henricus Dodwellus, diſſertationes in minores Geographos a viro Clariſſimo Johanne Hudſon Oxoniae editos, in quibus de eorum aetate, qui veterem Geographiam ſcriptis ſuis illuſtrarunt, accuratiſſime diſputat. In ea autem quae eſt de Iſidoro Characeno

To-

Tomo ſecundo Geographorum, Luciani aetatem & res geſtas, occaſione data, ex ipſis elegantiſſimi ſcriptoris lucubrationibus, ita illuſtrare aggreditur, ut ea in re ante eum nihil adhuc actum eſſe videatur. Sane licet vir Eruditiſſimus ſemel & iterum fortaſſis (*a*) a vero aberraſſe cenſeri poſſit, multa tamen ſunt quae in medium profert, quibus res & aetas Luciani extra omnem controverſiam temporibus ſuis aſſignantur.

Vereor tamen ut facile eruditis approbet ingenioſiſſimam conjecturam, qua Luciano Hermotimum Dialogum ſcriptum eſſe contendit, ut Avidio Caſſio blandiretur, & philoſophicos Marci Aurelii mores ſale ſatyrico defricaret. Quaecumque ab eo eam in rem afferuntur, ingenio quidem & eruditione Clariſſimi auctoris lectorem alliciunt; at in re ſatis obſcura, vim & evidentiam demonſtrationis non habent. Avidium tamen Caſſium, (*Gallican. pag.* 453.) Luciani popularem, teſte Dione, & a Marco Aurelio Syriacis legionibus praefectum Samoſatenſi noſtro innotuiſſe, per ſe omnino veroſimile videtur: mihi etiam permulta animadverſa ſunt, quae Lucianum inter Avidii Caſſii familiares cooptatum aliquando fuiſſe propemodum perſuadeant. Etſi enim celeberrimi iis temporibus Caſſii nomen raro in Luciani (*legitur in tractatu quomodo conſcribenda ſit hiſtoria, pag.* 624.) lucubrationibus appareat, non nunquam tamen tacito nomine non obſcure Caſſius apud eum ſignificari videtur. Crediderim ſane Lucianum tota illa προσλαλιᾷ quae eſt de lapſu inter ſalutandum (*b*), ipſum Avidium Caſſium adulari, & modeſte excuſare vocem ὑγιαίνειν, apud eum in matutina ſalutatione alieno tempore uſurpatam. Hominem certe in praecipua dignitate conſtitutum arguunt haec Luciani verba: (*pag.* 500. & 501.) Νῦν δὲ καὶ ἕωθεν καὶ μεσούσης ἡμέρας, καὶ νύκτωρ ἀεὶ τὸ ὑγιαίνειν ἀναγκαῖον καὶ μάλιστα ΤΟΙΣ ΑΡΧΟΥΣΙΝ, καὶ πολλὰ πράττουσιν ὑμῖν ὅσῳ καὶ πρὸς πολλὰ δεῖσθαι τοῦ σώματος. *Nunc vero & mane meridie noctuque bene valere ſemper neceſſe eſt: imprimis vero principibus vobis, qui multa negotia geritis, eoque ad multa ſano corpore opus habetis.* Sunt & alia quaedam, quae in eadem oratione Avidium Caſſium innuere videantur, cui, antequam a Marco defeciſſet, jam Lucianus, ut puto, adhaeſerat. Ejusdem praeterea σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν καὶ μεγαλόνοιαν a Luciano (*pag.* 489.) commendari opinor in Apologia pro mercede conductis, quae circa ea tempora ſcripta eſt, quibus jam Avidius cum exercitu ſuo defecerat. Haec enim non abs re mihi colligere videor ex his Luciani verbis, in quibus jactat ſpes ſuas, & mercedem fidei in Avidium, in cujus partes Syros omnes conjuraſſe Dio apud Xiphilinum (*pag.* 491.) teſtatur. Καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες, ΕΙ ΤΑ ΕΙΚΟΤΑ ΓΙΓΝΟΙΤΟ, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι, ἤ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς. *Deinde non a privato, ſed ab Imperatore mercedem accipio, eamque non exiguam, ſed multorum talentorum. Poſtea, ſi quod par eſt contigerit, ſpes non inanis eſt, fore ut alicui provinciae praeficiar, aut imperatorium aliquod mihi negotium demandetur.* Hinc manifeſto ſatis apparet ſtuduiſſe novis rebus una cum Avidio (*Capitol. in Marc. & Volc. Gallic. in Avidio Caſſio.*) ſuo Lu-

(*a*) Clariſſimus Dodwellus Hermotimi nomine Marcum Aurelium vult intelligi, qui tamen in Luciani Dialogo pag. 514. ſe anno aetatis XL. philoſophari coepiſſe profitetur, quod ſane de Marco Aurelio (*Capitolin. in Marco Antonino Philoſ. c.* 1.) *in omni vita philoſophante viro*, dici non potuit. Tribuit praeterea idem Dodwellus Philopatrim Dialogum Luciano, qui tamen Dialogus ab ejus ſcribendi ratione immane quantum abit, & propterea νοθεύεσθαι veteribus Criticis merito annotatur. Credidit poſt alios non paucos Vir incomparabilis Hugo Grotius, (*in Pſalm. CIV.*) ſcriptum fuiſſe Philopatrim imperante Trajano: verum id de eo ſcriptore dici non poteſt qui Artemidori Daldiani Ὀνειροκριτικὰ laudat. (p. 775.) Ego ad Aureliani Imperatoris tempora, adeoque diu poſt Luciani aetatem referendam eſſe ejus Dialogi ſcriptionem aliquando demonſtraturus ſum.

(*b*) Πρὸς Ἀσκλήπιον, id eſt ad quendam Aeſculapium ſcriptam fuiſſe credidit Bourdelotius. At male intellexit ultimam τῆς προσλαλιᾶς periodum, quae non Aſclepium, quem hic ſibi finxit Bourdelotius, ſed ipſum Aeſculapium Medicinae inventorem alloquitur. Neque id obſervarem, niſi nuper Bourdelotii lapſum viro cuidam celebri & erudito fraudi fuiſſe animadvertiſſem.

Lucianum ; nec poſt ejus fata futurum fuiſſe ſuperſtitem , niſi Marcus Aurelius clementiſſimus principum, in quemquam Caſſianorum ſaeviri vetuiſſet.

Laudavit uno & altero eleganti Dialogo Lucianus principem feminam , uxoris Abradatae Xenophontei cognominem , Pantheam videlicet nomine , quam Bourdelotius (*in notis ad imagines Luciani.*) eandem eſſe cum Abradataea, lapſu plane joculari affirmat. Eam ego Avidii Caſſii uxorem fuiſſe conjicio , antiquis quibusdam hiſtoriarum ſcriptoribus memoratam, qui tamen ad unum omnes nomen ejus reticuerunt. Quae mea opinio, hiſce potiſſimum nititur argumentis. Pantheae illius in Dialogo Luciani nomen certe fictitium non eſt, & eam mulierem innuit, quae uxor eſſet Romani Imperatoris. Ita eam *τὴν βασιλεῖ συνοῦσαν* Lucianus (*Tom.* 2. *pag.* 7.) appellat , eamque quam decuit Imperatorem virum bonum & manſuetum inter cetera felicitatis inſtrumenta numerare (*pag.* 15.) *Ἔπρεπε δὲ καὶ τῷ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ χρηστῷ καὶ ἡμέρῳ ὄντι, καὶ τοῦτο μετὰ τῶν ἄλλων ἀγαθῶν εὐδαιμονῆσαι, ὡς ἐπ' αὐτοῦ καὶ φῦναι γυναῖκα τοιαύτην, καὶ συνοῦσαν αὐτῷ ποθεῖν αὐτόν. Conveniebat enim ut Imperator qui vir bonus eſt & manſuetus, hujus etiam boni poſſeſſione una cum aliis quae jam habet , bearetur, ut naſceretur ejus aetate mulier hujuscc modi, quae cum eo matrimonio conjuncta , ejus amore flagraret.* Unde manifeſtum eſt , in utroque horum Dialogorum contubernalem Imperatoris laudari, quae & Panthea dicta ſit, & a pulchritudine & ab animi moderatione merito commendata. Quam Pantheam cum neque hiſtoriarum ſcriptores, neque inſcriptiones ullae, neque numiſmata commemorent , Avidii Caſſii , cujus nulla hujusmodi monumenta ſuperſunt, uxorem fuiſſe prope adducor ut credam. Neque enim ulla fuit Luciani (*pro imag.pag.* 29.) temporibus eo nomine mulier quae Graeca eſſet, Romani Imperatoris conjux, & Abradatae Xenophontei uxoris cognominis. Haud enim facile animum induxerim ut credam Pantheam noſtram eam concubinam fuiſſe Marci Aurelii, (*Capitolin. in Marco Antonin. Philoſ. ſub finem.*) quam ille ſibi poſt Fauſtinae mortem adſcivit , procuratoris uxoris ſuae filiam, ne tot liberis novercam ſuperduceret. Ei tamen ſententiae forte favere videbuntur ſupra memorata verba Luciani, in quibus Imperatorem Pantheae maritum a bonitate & manſuetudine morum commendat ; quae dotes ut Marci Aurelii propriae ſunt , ita ab iis quae de Caſſio ſcriptores antiqui retulerunt, abhorrere videntur. Verum quis neſcit immanes etiam tyrannos enumeratione earum virtutem interdum commendari , a quibus communi hominum ſenſu alieniſſimi judicantur ? At alia ſunt quae impediant quo minus Pantheae nomine, Marci concubinam intelligi putem. Haud puto, vixit in tanta rerum affluentia concubina modeſtiſſimi Imperatoris , neque in eam convenire dixerim & Eunuchos & milites , quos ſe in Pantheae comitatu Lucianus (*pag.* 7. & 24.) vidiſſe commemorat; ut taceam laudatam in ea morum in ſumma rerum amplitudine moderationem ; quae ſane omnia in eam mulierem cadere videntur, quae legitimo connubiorum jure deducta eſſet in torum illius, qui aut Imperator foret, aut imperatoriam ſibi dignitatem vindicare aggrederetur.

Longior fui quam putaram in exigui momenti rebus. Multo plura & forte meliora ſuperſunt commodiori occaſione dicenda. Lucianum tamen dimittere animus non eſt , antequam rem, ni fallor , aliis indictam de Alexandro Pſeudo-Propheta Abonotichitarum attigero. Prolata ſunt jam olim in medium a viris doctiſſimis ea numiſmata quae aetatem tulerunt , in quibus redivivus ille Paphlagonum Aeſculapius Glycon , ad eam plane formam exactus eſt , quam Lucianus in Pſeudomanti deſcripſit. At nemo animadvertit eam fraudem quae, Luciano narrante, Marco Aurelio facta eſt in Germania contra Marcomanos & Quados bellum gerenti, in columna Antoniniana accurate depictam exhiberi. Eam hic ego cum ipſa narratione hiſtoriae ex ipſo Luciano deſumta , a Collega meo conjunctiſſimo harum rerum intelligentiſſimo depictam exhibeo ; [*quam & nos hic excudi , & addi curavimus*] ut inde manifeſtum ſit , tum quanta in rebus hiſtoricis Luciano fides haberi poſſit,

tum quantum utilitatis rei litterariae ſit acceſſurum, ſi quis in criticam hiſtoricam lucubrationum Luciani ſedulus inveſtigator incubuerit. (*Lucian. Pſeudom.* p. 775, 776.)

Cum jam ſibi non mediocrem in Regiam, aulamque Caeſaream aditum patefeciſſet ingreſſumve; ad celebrem virum Rutilianum, vigente Germanico bello mittit oraculum, quo tempore DIVUS MARCUS (θεὸς Μάρκος) *cum Marcomanis & Quadis confligebat. Jubebat autem oraculum ut duo leones cum multis aromatibus magnificisque victimis in Danubium immitterentur.* Sed praeſtat ipſum oraculum referre.

Iſtri gurgitibus celſi Jovis imbribus aucti,
Injiciant binos Cybeles edico miniſtros,
Ortas monte feras, tum quas alit Indicus aër
Flores atque herbas bene olentes; moxque futura eſt
Et victoria, pax & amabilis & decus ingens.

His factis ut praeſcripſerat, leones cum regiones hoſtium enataſſent, barbari tanquam canes peregrinosve lupos fuſtibus confecerunt. Tum protinus noſtrorum magna ſtrages eſt edita, viginti ferme millibus ſimul extinctis. Deinde ſecuta ſunt ea quae Aquileiae contigerunt, quum parum abfuit quin illa urbs caperetur. [Sic la Croze verterat, Graeca etiam praemittens, quae omiſi, quia ex Luciano peti poſſunt]

Voluptati puto erit hic rem uni Luciano memoratam Graphice depictam agnoſcere, tranantes videlicet e ſuperiori narratione leones, & ipſum Marcum Imperatorem ſummi Pontificis officio fungentem, & praecepta in oraculo aromata in ipſa Danubii ripa adolentem. De eo tamen vulnere, τραῦμα vocat Lucianus, Romanorum exercitibus a Germanorum copiis illato, fruſtra aliquid apud eorum temporum ſcriptores quaeſiveris, deperdita jam dudum Dionis ejus aevi hiſtoria, unde procul dubio Luciano maxima lux affunderetur. Verum de his forte alias uberius agam, ut de Chriſtianiſmo & apoſtaſia Luciani, cujus veſtigia quaedam mihi aliquando viſus ſum in ejus ſcriptis obſervare, quae modo inveſtigare non licet, ut & multa alia quae in eo ſcriptore ad veterem hiſtoriam pertinent, nemini adhuc Criticorum memorata.

Huc usque *Crozius.* Tempus eſt noſtram ſententiam paucis addere.

LUCIANI *patria* ſatis conſtat, eamque jam ſatis audivimus. Educationis initia quoque ſatis ipſe refert T. I. *Somn.* Tranſitum ab opificio ad ſtudia liberalia *ibid.* Iter quod eorum cauſſa ſuſcepit, ex vita a *Bourdelotio*, ſubjectaque nota Fabricii; ſatis quoque notum Athenas ſe profectum ad Graeca diſcenda. *Tox.* c. 57. In Macedoniam T. I. *Aët.* c. 7. Qui cauſſidicorum gregem deſeruerit, ob fraudes & mendacia, I. *Piſcat.* c. 29. p. 598. & ad philoſophiam tranſierit, & hoc alios bene obſervantes audivimus. vid. T. I. *pro Merc.* c. ult. De *aetate* nondum confectum negotium; quare hoc experiamur quantum licet ex ipſo elicere; dein de Chriſtianiſmo deſerto & Atheiſmo, quem objiciunt, ingenioque & moribus ejus diſquiramus.

AETAS facilius & adcuratius ex ſcriptis ejus erueretur, ſi Dialogos haberemus hodie eodem ordine ac ſerie diſpoſitos, qua ipſe eos conſcripſit; cum vero ad extremam ſe jam fere ſenectam perveniſſe teſtetur in T. I. Differt. *pro merced. conduct.* c. 1. & 4. ut ſatis jam adlegatum ſupra; in ſequente vero Dial. *Hermotimi* c. 13. ſe quadraginta annos natum diſerte dicat, perverſio ordinis facile patet, aeque atque ex aliis locis, haud aliunde nata, quam quod diverſis temporibus ſinguli libelli prodierint, prout ſcribendi materies ſubnaſcebatur. Juvant tamen ejusmodi aetatis ſuae commemorationes. Potiſſimum autem aetas Noſtri cognoſcitur ex *perſonis* quas ut aequales adloquitur, aut paullo ante ſe defunctas indicat; ex *auctoribus* quos adlegat, quorum catalogum diligenter conſcriptum ſubjunximus, & ex *factis hiſtoricis* quae ſe vivente contigiſſe memorat.

Praecipui autem aequalium aut proxime antecedentium quos memorat virorum, ſunt:

Al-

Alexander impoſtor, *Apollonius Thyanenſ.* T. 2. *Alex.* c. 5. & not. 27. *Arrianus*, (T. 2. *Alex.* c. 2. p. 209.) *Celſus*, (ibid. c. 1. p. 207. & not. *Sol.* item c. 17. & 21.) *Cronius* (de quo *Geſn.* ad *Peregr.* c. 1.) *Demonax*, *Epictetus*, *Herodes Sophiſta*, T. II. p. 384. *Paetus Medicus*, (qui vivus memoratur, *Alex.* c. 60.) *Peregrinus*, (ejus mort. T. III. p. 325. ſeqq.) *Quintillius*, (ad quem Macrobios ſcripſit. T. III. p. 208. ubi conf. not. *Sol.* annum Chriſti CLXXI. indicantem.) *Rutilianus*, (*Alex.* c. 30.) *Sabinus*, (T. I. *Merc. Cond.* 1. & *pro merc.* c. 15.) *Soſtratus*, ut ceteros mittam ab *Jonſio* ſupra jam indicatos. Ex his omnibus liquido adfirmari poteſt, veriſſimum eſſe, quod Cl. *Hemſth.* in praef. Pollucis ſtatuit, floruiſſe Lucianum ſub Antoninorum & Commodi imperio, ob rationes ex vita Alexandri Pſeudomantis jam adlegatas. Ipſum autem annum nativitatis ac mortis Luciani definire eſt ἀδύνατον, illud tamen, quantum colligere ex ipſo potui, propius jam ſtatuere poſſum, vixiſſe Noſtrum ab anno Chriſti CXX. ad CC.

Sed incipiamus ab Epicteto cum noſtri tempore comparando. Hic ſi ad Marci usque tempora vixerit, ut *Menag.* ad Laërt. T. 2. pag. notar. 1. ex *Suida* & *Themiſtio* adſerit, (vid. *Themiſt.* or. XII. ut in Menag. nott. adlegatur, vel or. V. p. 63. Edit. Pariſ. ubi invenio, multa commiſiſſe Epicteto utrumque Antoninum) etiam ſerius collocandus eſt Lucianus, quam adhuc factum; loquitur enim de Epicteto ut jam aliquamdiu defuncto. T. III. *Adv. Indoct.* c. 13. narrans „ ſua aetate fuiſſe, & forte adhuc ſupereſſe, qui lucernam fictilem „ Epicteti Stoici 3000. drachmis emerit". Illa autem verba, *& forte adhuc ſupereſt*, indicium praebent jam aliquod tempus ab Epicteti morte elapſum. Eundem vero libellum *adverſ. indoct.* ſcriptum eſſe paullo poſt Peregrini in rogum inſilientis mortem, docet c. 14. ubi heri & nudius tertius aliquem emiſſe ejus baculum, refert. Cumque *A. Gell.* XII. 11. Peregrini vivi, quicum ipſe collocutus ſit, meminerit, nihil de ejus morte; patet Lucianum & Gellio aequalem, ſed & aliquanto poſteriorem. Peregrini autem hanc mortem contigiſſe *Solanus* exiſtimat T. III. p. 356. anno Chr. CLXV. quod non repugnat ſententiae, nempe Epictetum tum jam aliquandiu ante eſſe defunctum; cum Lucian. *Adv. Indoct.* ſcriberet, adeoque Lucianum eum potuiſſe videre. Falli tamen Bourdelotium putem, qui Lucianum Epicteto mortuo demum natum ſtatuit; ſi hic ſenex ſub Nerone jam vivens Adriano familiaris, (vid. Ael. Spart. adr. c. 16. p. 159.) ad Marc. usque vit. protraxiſſe potuit, ut etiam Caſaub. obiter monet ad l. d. Vixiſſe autem Lucianum aliquamdiu poſt Epictetum, etiam patet ex Lucian. T. 2. *Alex.* c. 2. ubi Arriani Epicteti diſcipuli meminit, & quidem tamquam defuncti, ubi confer not. *Solani*, ac vid. eumdem ad ejusd. *Alex.* c. 48. not. 44. & c. 56. f. p. 260. ubi Alexandri inſidias Luciano ſtructas contigiſſe anno Chriſti circiter CLXX. probabiliter adſerit, quo Lucianus in flore aetatis adhuc eſſet, qui patrem ſuum vivum ibid. commemoret. Unde ego porro colligo, quum Lucianus Alexandro ſupervixerit, eoque demum mortuo librum ſuum contra ipſum ediderit, ut refert T. 2. p. 263. eum miſerrime periiſſe, nondum 70. annos natum, aeque ac Rutiliano, qui ad ſeptuaginta annos vitam produxit, ſuperſtitem ſe vixiſſe teſtatur eod. *Alex.* c. 34. f. quem cum ſexagenarium duxiſſe Alexandri filiam refert, quod Luciano vidente contigit, facile patet, Lucianum non ſolum reliquos X. annos Rutiliani, ſed & plures vixiſſe. Plura alia *Solan.* ad c. 35. p. 242. quem & confer ad ejusd. c. 4. p. 211. N°. 83. & c. 5. N°. 27. & c. 30. & ad ejusd. T. 2. *Demon.* c. 1. ubi Demonactem Luciano partim aequalem, partim anteriorem fuiſſe quadragenarium conjicit, anno Chriſti CXXV. vel CXXX. Adde jam quae T. 2. *Imag.* c. 3. p. 461. habemus, de Panthea Avidii Caſſii uxore, ut Cl. *La Croze* adſerit, & quod *Jonſius* adtulit, de bello Parthico, cujus meminit Lucian. quod *Jonſ.* anno Chriſti 165. contigiſſe retulit, ut ſupra vidimus. Cumque in *Quom. Hiſt.* T. 2. init. Lucianus perſtringat ejus belli ſcriptores, patet, eumdem Noſtrum aliquamdiu poſt id bellum vixiſſe, adeoque, quod & pag. una ſuperius indicavi, aliquanto ſerius vixiſſe,

 quam

quam nonnulli putarunt. Ad ſummam autem ſe ſenectam perveniſſe; ſatis ipſe teſtatur T. I. *pro Merced.* c. 1. qui prope Aeacum eſſet, & alterum pedem in cymba Charontis haberet. ib. c. 5. ἐν γήρᾳ ὑςάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὴν οὐδόν. Quin ad Commodum ſe perveniſſe, ex nomine unius Imperatoris bene judicat *Sol.* ad T. I. *pro merc.* c. 12. p. 721. aeque ac *Hemſt.* in praef. Poll. ſupra indicata, quod Marcum θεὸν vocet Lucianus, adeoque de defuncto loquatur. Conf. quae *Tillemont.* ſupra excerptus, ex pag. 713. T. 2. de Severiano, qui etiam in *Q. Hiſt.* c. 24. commemoratur, ait, eum Priſco jungi, ducemque cum Vindice fuiſſe, & nott. ad Noſtri T. 2. *Alex.* c. 27. & 48. cujus rei & plura habeo indicia; ſed plura nunc addere nequeo; reſtaret enim adcuratius definienda Epicteti vita, de qua diſſident Salmaſius & Menag. ex qua lite diremta adcuratius etiam vita Luciani definiretur, ſed & hoc jam dimittendum (licet ad Menagii ad Laërt. ſententiam paullo ſupra adducti propendeam, ut forſan in praef. Indicis majoris dicam) & nonnihil de Noſtri dotibus addendum.

Eruditionis certe ſumma documenta in ſcriptis ejus elucent, ingenii autem tanti, quantum ejus ſeduli lectores viri docti recte depraedicarunt. Stilus ejus eſt admodum floridus at ſimul ſimplicior, quod non exigui eſt ingenii. Imitatur ſaepe Alciphronem, ut plus decies in notis, praecipue ad *Dial. Meretric.* monuimus, nec ab Longi, qui Paſtoralia reliquit, ſtilo multum ejus dictio abit. In Timone vero & in traducendo Socrate T. I. *Vit. Auct.* 15-18. & alibi imitatur Ariſtophanem, licet & alibi prodat ſe magni facere virum. Ceterum vel millies dictione utitur Homerica, quod nec opus erit monuiſſe. Itaque quamquam non fuit natione Graecus, ingenio ſuo, tempore, atque Athenis verſando Atticiſmi lepores ſibi ita reddidit familiares, ut vel commodius eo idiomate verba faceret, quam hi qui in Attica erant nati. Ter, quater tantum frigidos ejus jocos improbat ſummus ceteroquin ejus admirator Hemſterhuſius, cujus judicio plus tribuo, quam decem aliis; nec ego Lucianum nunquam dormitare, dixero; tamen, quia facile ſe pati in ſua praefat. dixit, Luciani defenſionem ſuſcipi, videndum cenſeo, anne, quando T. I. in *Timon.* c. 52. p. 169. nimis adfectatam illam blanditiam praetermitti potuiſſe ab Luciano ait, ſtudio frigidos adulatoris ſales propoſuerit Lucianus, quo paraſitorum mores eo abſurdiores proponeret, & quia adſentatores plerique re vera tales eſſe ſolent; qui etſi acutiores jocos etiam proferunt, tamen prae dicacitate non poſſunt quin & frigidos, etiamſi vel ingenioſiſſimi eſſent. Conf. Dial. *Paraſiti* fin. T. 2. p. 882. ubi ſimilia abſurda tribuuntur paraſitis, ut ibi paucis indicavi.

Nullam eum religionem profeſſum fuiſſe, ex *Demon.* c. 5. ait *Tillem.* Unde & alii Atheiſmum ejus deducunt. Sed ex iſto Luciani loco nihil aliud conficias, quam eum philoſophum fuiſſe eclecticum, ut hodie dicimus; quare Atheiſmus ejus ex aliis potius locis, vel ex toto ejus libellorum habitu deducendus foret, quem tamen ei non impingendum idem Tillem. & Hoogſtratanus monent, quia atheiſmum nusquam diſerte profiteatur. Mihi tamen diu ſuſpectus fuit Atheiſmi, tum ex charactere laſciviae, quem his miſeris fere proprium eſſe, recte Bentlejus in *Friponnerie Laïque* obſervat, aliique ſaepe monuerunt: tum ex nimio omnia ridendi ſtudio; tum quod & animae immortalitatem rideat. Verum eſt, non ſemper ſufficere, vitiorum tantum turpitudinem proponere; niſi & virtutum laudem ſubinde addas; nam ut avaritiae ſordes, ebrietatis deformitas, rixarum de rebus nauci vel incertis, ſtultitia, ſimiliaque ſatis impugnantur, ſola earum deformitate propoſita; ita tamen impurorum amorum turpitudo non eodem modo ſe erui ex juvenum animis patitur, nuda illorum imagine propoſita, eaque revelando, quae natura ipſa tegi flagitat; quin ii ſic incenduntur potius. Sed & poſtea detegens, non eſſe ab noſtro profectos dialogum illum impuriorem *Amorum*, ſcriptaque cetera diligentius pertractans, benignius de auctore exiſtimare didici; cui tamen & peſſimum illum dialogum *Meretricium* V. abjudicare poſſe

vel-

vellem; in cujus fine aliquam quidem pudoris ſui conſcientiam prodit, nimius tamen fuit ipſe jam turpiculus in ejus pictura, quam longe magis odioſam, omiſſis obſcoenitatibus, potuiſſet proponere, ſi vere ab turpitudine abhorruiſſet; ſed cum naturalia non eſſe turpia male cum perditis Epicureis ſentire videtur, licentius in his ſibi indulſit, qui licet nulli ſectae addictus fuerit, Epicuro tamen prae aliis favebat, cujus continentiam virtutesque amavit, (loca ex Indice peti poſſunt)

Amor autem ejus in veros philoſophos patet ex pluribus locis, ſeque impoſtores tantum traducere, diſerte ait T. I. *Piſc.* c. 15. p. 586. & ſeqq. ac virtutis amatorem ſe profitetur. Vide T. 2. Vit. *Demon.* c. 2. f. & 3. ubi ad virtutem & bonorum exemplorum imitationem hortatur. Adde & *Nigrinum* T. I. aliaque hic non repetenda. Sed & ſinceritas ejus patet ex teſtimonio peſſimo ab Alexandro Pſeudomante in Lucianum pronuntiato, c. ejus Dial. 54. *Noctivago gaudet coitu, inceſtoque cubili.* quod omittere potuiſſet; at proferre non veretur, quia eo non tangebatur; nec verbis refutat, quia ipſa vita id refutabat. Tum & honeſtas Luciani patet ex eo ipſo, quod cauſſidicorum gregem reliquerit ob fraudes & mendacia, T. I. *Reviv.* c. 29. p. 598.

Chriſtianum quondam fuiſſe minime exputo; melius enim eorum dogmata ſciviſſet, nec Judaeorum ritus cum horum confudiſſet, ut qui illis ſacerdotes & ſcribas Judaeorum tribuat, Tom. III. in *Peregr.* c. 11. p. 333. ſcribens: Χριςιανῶν —— τοῖς ἱερεῦσι καὶ γραμματεῦσιν συγγενόμενος, quod bene etiam *Solan.* ad l. d. obſervavit. Nec adeo infenſus fuit Chriſtianis atque alii exiſtimant; charitatem enim eorum mutuam in eod. Peregr. vere praedicat, morumque ſimplicitatem eorumdem ita deſcribit, ut quae ſe falli potius ſinat, quam ut fallat; ſed eosdem praeſtigiis ac ſuperſtitionibus tamen non falli ſe ſiviſſe, ſive ſtudio, ſive caſu, ſincere tamen agit, qui commemoret, in *Alex.* c. 38. ubi impoſtor Chriſtianos etiam arcebat ſuis ſacris, veritus ne hi facilius ipſius fraudes detegerent ac riderent; ſed & idem Atheos arcebat & Epicureos, unde quidem nihil probatur, quod Chriſtianos ibi laudarit Lucianus; ſed ejus integritas tamen adparet; at Chriſtum Sophiſtam vocat idem in *Peregr.* l. d. nec ego confugio ad excuſationem Voſſii, quaſi id alterius nomine dicat, & quod etiam in bonam partem valeat illa vox; nam ſe nihili facere religionem Chriſtianam, ſatis patet aliunde, & licet hoc doleam, non tamen magis miror in Luciano, quam in aliis auctoribus priorum ſeculorum, qui multo pejora in hanc ſcripſere, & quos tamen ferimus, ac propter alia utilia laudamus: quin ſic verum videmus quod Apoſtolus dixit, ſe adnuntiare Chriſtum, qui Judaeis offenſio, Graecis ſtultitia eſſet; quumque Judaeos feramus, Chriſto, pro dolor! maledicentes, quidni hunc feramus neque Chriſto, neque Chriſtianis male dicentem? Riſit autem Epicureorum more animae immortalitatem vitaeque ſempiternae exſpectationem, in *Peregr.* c. 13. quodque hac ſpe freti ſponte ſe occidendos praebeant. Ut autem priorem illius ſententiam merito improbamus, ita & Chriſtianorum iſtorum voluntario impetu ad martyrium ruentium gloriam probare non poſſumus. Num vero & in eo plane cum Epicuro ſenſerit, otioſum Deum faciens, non ſatis indicat; nam T. II. in *Jov. Conf.* c. 10. p. 634. Jovi dicenti: *Tu vis oſtendere nullam nos rerum humanarum curam agere?* reſpondet: *Non meum hoc eſt.* Niſi credas, eo ipſo id tacite exprobrari Jovi, quaſi velit Lucianus: non opus eſt, ut hoc a me probetur; te enim ipſum hoc melius deceret probare tuis actionibus, ſi id a nobis credi velis. Nam Scepticum fuiſſe Noſtrum, ſatis prodit, utcumque Scepticos belle traducat in T. I. *Vit. Auct.* c 27.

Praefecturam Aegypti quod ſpectat, quam ei mandatam alii jam narrarunt ex T. I. *Merc. Cond.* c. 11. p. 719. ſed quam graphiarii munus fuiſſe *Tillemont.* ſtatuit; videmus ejusmodi fuiſſe, ut non omnino Praefectus Provinciae totius fuerit; nam προςασίαις munus ſuum generaliter adnumerans diſtinguit tamen a majore praefectura, *ib.* & in fin. c. 12. ubi fore praeſumit, ut deinde etiam integra gens ei committatur. Et quamvis *non ſervilem ſe conditionem*

nem accepiſſe, ſed publici imperii ſe participem eſſe, *eoque nomine mercedem* ab *Imperatore accipere* c. 11. & 12. declaret, tamen ſe actuarii vel graphiarii partes egiſſe, qui ſub ſe habet ſcribas, ibid. indicat, dicens: *ſe eorum quae aguntur in judiciis commentarios ſcribendos curare, & decreta — tradere reponenda.* Itaque actuarius ſive graphiarius fuerit ac Procurator partis Aegypti: num vero voti campos factus ſit, ut integrae provinciae gubernandae praeficeretur, non proditur. Dignitas autem ac gravitas perſonae quam ſuſtinuit, haud levi eſt indicio, vitae fuiſſe noſtrum compoſitae, laborioſae, & ad magna aptae.

Pauperem ſe tacite fatetur eadem Apologia T. I. *pro mercede conductis* c. 11. Non tamen famelicum; neque enim ita pauperem olim fuiſſe oportet, cui tanta itinera eruditionis adquirendae cauſſa inſtituere licuit; ſed quum ſenectuti ingruenti melius proſpiciendum exiſtimarit, nihil mirandum, ſi mercedem complurium talentorum, ut indicat *ib.* p. 722. praetulit vitae privatae, in qua peculium puſillum conſumendum, & ad graviorem paupertatem potius recidendum fuiſſet, quam ut priſtinis laboribus victum parare potuiſſet.

Matrimonium iniit media aetate; filiique meminit T. II. *Eunuch.* c. 13. f. p. 359.

Periiſſe podagra non adfirmare auſim cum Bourdelotio; licet id non abſimile vero ſit; ſi ipſe auctor eſt tragopodagrae, quod Lucianeo ingenio non indignum drama; ſed verſibus ſaepe adeo claudicantibus, ut potius ſtatuendum ſit, eum tragica licentia & aetatis venia, ſtudio hic uſum, quam ut emendationem centum locis tentemus. A canibus vero laceratum, fabulam eſſe nullis teſtimoniis probandam; ſed ad aetatem provectam ſupra octoginta annorum perveniſſe, ſatis eſt certum.

ΠΙΝΑΞ ΤΩΝ ΤΟΥ ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ.

LUCIANI OPERUM INDEX.

Numerus paginam notat.

T O M. I.

Περὶ τοῦ Ἐνυπνίου, ἤτοι, βίος Λουκιανοῦ.	De ſomnio, ſeu, vita Luciani.	p. 1.
Πρὸς τὸν εἰπόντα, Προμηθεὺς εἶ ἐν λόγοις.	Contra eum qui dixerat, Prometheus es in verbis.	23
Νιγρῖνος, ἢ περὶ φιλοσόφου ἤθους.	Nigrinus, ſive de morib. philoſophorum.	37
Δίκη Φωνηέντων.	Judicium Vocalium.	82
Τίμων ἢ μισάνθρωπος.	Timon, ſive Miſanthropos.	98
Ἀλκυὼν, ἢ περὶ μεταμορφώσεως.	Halcyon, ſive de Transformatione.	176
Προμηθεὺς ἢ Καύκασος	Prometheus, ſive Caucaſus.	185

ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ. — DEORUM DIALOGI.

Προμηθέως καὶ Διός.	Promethei & Jovis.	204
Ἔρωτος καὶ Διός.	Cupidinis & Jovis.	205
Διὸς καὶ Ἑρμοῦ.	Jovis & Mercurii.	207
Διὸς καὶ Γανυμήδους.	Jovis & Ganymedis.	208
Ἥρας καὶ Διός.	Junonis & Jovis.	213
Ἥρας καὶ Διός.	Junonis & Jovis.	216
Ἀπόλλωνος καὶ Ἡφαίστου.	Apollinis & Vulcani.	220
Ἡφαίστου καὶ Διός.	Vulcani & Jovis.	224
Ποσειδῶνος καὶ Ἑρμοῦ.	Neptuni & Mercurii.	227
Ἑρμοῦ καὶ Ἡλίου.	Mercurii & Solis.	229
Ἀφροδίτης καὶ Σελήνης.	Veneris & Lunae.	231
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.	Veneris & Cupidinis.	233
Διὸς, Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἡρακλέους.	Jovis, Aeſculapii & Herculis.	235
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος.	Mercurii & Apollinis.	238
Ἑρμοῦ καὶ Ἀπόλλωνος.	Mercurii & Apollinis.	241
Ἥρας καὶ Λητοῦς.	Junonis & Latonae.	243
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Apollinis & Mercurii.	245
Ἥρας καὶ Διός.	Junonis & Jovis.	247
Ἀφροδίτης καὶ Ἔρωτος.	Veneris & Cupidinis.	249
Θεῶν κρίσις.	Dearum Judicium.	252

Ἄρεως

Ἄρεως καὶ Ἑρμοῦ.	Martis & Mercurii.	267
Πανὸς καὶ Ἑρμοῦ.	Panis & Mercurii.	269
Ἀπόλλωνος καὶ Διονύσου.	Apollinis & Bacchi.	273
Ἑρμοῦ καὶ Μαίας.	Mercurii & Majae.	275
Διὸς καὶ Ἡλίου.	Jovis & Solis.	277
Ἀπόλλωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Apollinis & Mercurii.	280
ΕΝΑΛΙΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.	**MARINI DIALOGI.**	
Δώριδος καὶ Γαλατείας.	Doridis & Galateae.	288
Κύκλωπος καὶ Ποσειδῶνος.	Cyclopis & Neptuni.	291
Ἀλφειοῦ καὶ Ποσειδῶνος.	Alphei & Neptuni.	295
Μενελάου καὶ Πρωτέως.	Menelai & Protei.	298
Πανόπης καὶ Γαλήνης.	Panopes & Galenes.	300
Τρίτωνος, Ἀμυμώνης καὶ Ποσειδῶνος.	Tritonis, Amymones & Neptuni.	302
Νότου καὶ Ζεφύρου.	Noti & Zephyri.	305
Ποσειδῶνος καὶ Δελφίνων.	Neptuni & Delphinum.	307
Ποσειδῶνος καὶ Νηρηΐδων.	Neptuni & Nereidum.	310
Ἴριδος καὶ Ποσειδῶνος.	Iridis & Neptuni.	314
Ξάνθου καὶ Θαλάσσης.	Xanthi & Maris	316
Δώριδος καὶ Θέτιδος.	Doridis & Thetidis.	318
Ποσειδῶνος καὶ Ἐνιπέως.	Neptuni & Enipei.	320
Τρίτωνος καὶ Νηρηΐδων.	Tritonis & Nereidum.	321
Ζεφύρου καὶ Νότου.	Zephyri & Noti.	325
ΝΕΚΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.	**MORTUORUM DIALOGI.**	
Διογένους καὶ Πολυδεύκους.	Diogenis & Pollucis.	328
Πλούτων ἢ κατὰ Μενίππου.	Pluto ſeu contra Menippum.	356
Μενίππου, Ἀμφιλόχου καὶ Τροφωνίου.	Menippi, Amphilochi & Trophonii.	338
Ἑρμοῦ καὶ Χάρωνος.	Mercurii & Charontis.	341
Πλούτωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Plutonis & Mercurii.	343
Τερψίωνος καὶ Πλούτωνος.	Terpſionis & Plutonis.	346
Ζηνοφάντου καὶ Καλλιδημίδου.	Zenophantae & Callidemidae.	355
Κνήμωνος καὶ Δαμνίππου.	Cnemonis & Damnippi.	358
Σιμύλου καὶ Πολυστράτου.	Simyli & Polyſtrati.	359
Χάρωνος καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis & Mercurii.	363
Κράτητος καὶ Διογένους.	Cratetis & Diogenis.	367
Ἀλεξάνδρου, Ἀννίβου, Μίνωος καὶ Σκιπίωνος.	Alexandri, Annibalis, Minois, Scipionis.	380
Διογένους καὶ Ἀλεξάνδρου.	Diogenis & Alexandri.	389

Ἀλε-

Ἀλεξάνδρου καὶ Φιλίππου.	Alexandri & Philippi.	394
Ἀχιλλέως καὶ Ἀντιλόχου.	Achillis & Antilochi.	399
Διογένους καὶ Ἡρακλέους.	Diogenis & Herculis.	402
Μενίππου καὶ Ταντάλου.	Menippi & Tantali.	406
Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Menippi & Mercurii.	408
Αἰάκου, Πρωτεσιλάου, Μενελάου καὶ Πάριδος	Aeaci, Proteſilai, Menelai, & Paridis.	410
Μενίππου καὶ Αἰάκου.	Menippi & Aeaci.	412
Μενίππου καὶ Κερβέρου.	Menippi & Cerberi.	420
Χάρωνος, Μενίππου καὶ Ἑρμοῦ.	Charontis, Menippi & Mercurii.	423
Πλούτωνος καὶ Πρωτεσιλάου.	Plutonis & Proteſilai.	426
Διογένους καὶ Μαυσώλου.	Diogenis & Mauſoli.	429
Νιρέως, Θερσίτου καὶ Μενίππου.	Nirei, Therſitae & Menippi.	431
Μενίππου καὶ Χείρωνος.	Menippi & Chironis.	434
Διογένους, Ἀντισθένους καὶ Κράτητος.	Diogenis, Antiſthenis & Cratetis.	437
Μενίππου καὶ Τειρεσίου.	Menippi & Tireſiae.	445
Αἴαντος καὶ Ἀγαμέμνονος.	Ajacis & Agamemnonis.	448
Μίνωος καὶ Σωστράτου.	Minois & Soſtrati.	450
Μένιππος, ἢ Νεκυομαντία.	Menippus, ſive Necyomantia.	455
Χάρων, ἢ Ἐπισκοποῦντες.	Charon, ſive Contemplantes.	487
Περὶ θυσιῶν.	De Sacrificiis.	525
Βίων πρᾶσις.	Vitarum auctio.	540
Ἁλιεὺς, ἢ Ἀναβιοῦντες.	Piſcator, ſeu Reviviſcentes.	570
Κατάπλους, ἢ Τύραννος.	Cataplus, ſive Tyrannus.	620
Περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	De iis qui mercede conducti in divitum familiis vivunt.	651
Ἀπολογία περὶ τῶν ἐπὶ μισθῷ συνόντων.	Apologia pro iis qui merc. cond. ſerviunt.	704
Ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος.	Pro eo quod inter ſalutandum verbo lapſus fuerat.	724
Ἑρμότιμος, ἢ περὶ αἱρέσεων.	Hermotimus, ſive de Sectis.	739
Ἡρόδοτος, ἢ Ἀετίων.	Herodotus, vel Aëtio.	831
Ζεῦξις, ἢ Ἀντίοχος.	Zeuxis, vel Antiochus.	838
Ἁρμονίδης.	Harmonides.	850
Σκύθης, ἢ Πρόξενος.	Scytha, ſeu Hoſpes.	859

TOM. II.

Πῶς δεῖ ἱστορίαν ξυγγράφειν.	Quomodo hiſtoria ſcribenda ſit.	1
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος πρῶτος.	Hiſtoriae verae liber primus.	70
Ἀληθοῦς ἱστορίας λόγος δεύτερος.	Hiſtoriae verae liber ſecundus.	104

****

Τυραννοκτόνος.	Tyrannicida.	141
Ἀποκηρυττόμενος.	Abdicatus.	159
Φάλαρις πρῶτος.	Phalaris prior.	187
Φάλαρις δεύτερος.	Phalaris alter.	201
Ἀλέξανδρος, ἢ Ψευδόμαντις.	Alexander, ſeu Pſeudomantis.	207
Περὶ ὀρχήσεως.	De Saltatione.	265
Λεξιφάνης.	Lexiphanes.	317
Εὐνοῦχος.	Eunuchus, ſeu Pamphilus.	350
Περὶ ἀστρολογίας.	De Aſtrologia (non videtur Luciani)	360
Δημώνακτος βίος.	Demonactis vita.	374
Ἔρωτες.	Amores (non videntur Luciani)	397
Εἰκόνες.	Imagines.	458
Ὑπὲρ τῶν εἰκόνων.	Pro imaginibus.	484
Τόξαρις, ἢ Φιλία.	Toxaris, ſive Amicitia.	507
Λούκιος, ἢ Ὄνος.	Lucius, ſive Aſinus.	567
Ζεὺς ἐλεγχόμενος.	Jupiter Confutatus.	626
Ζεὺς Τραγῳδός.	Jupiter Tragoedus.	642
Ὄνειρος, ἢ Ἀλεκτρυών.	Somnium, ſeu Gallus.	702
Ἰκαρομένιππος, ἢ Ὑπερνέφελος.	Icaromenippus, ſive Hypernephelus.	751
Δὶς κατηγορούμενος, ἢ Δικαστήρια.	Bis accuſatus, ſeu Fora.	791
Περὶ παρασίτου, ἤτοι ὅτι τέχνη ἡ παρασιτική.	De paraſito, ſive quod ars ſit paraſitica.	836
Ἀνάχαρσις, ἢ περὶ γυμνασίων.	Anacharſis, ſeu de Gymnaſiis.	883
Περὶ πένθους.	De Luctu.	922

TOM. III.

Ῥητόρων διδάσκαλος.	Rhetorum Praeceptor.	1
Φιλοψευδής, ἢ ἀπιστῶν.	Philopſeudes, ſeu Incredulus.	29
Ἱππίας, ἢ βαλανεῖον.	Hippias, ſiue Balneum.	66
Προσλαλιά, ἢ Διόνυσος.	Allocutio, ſive Bacchus.	74
Προσλαλιά, ἢ Ἡρακλῆς.	Allocutio, ſive Hercules Gallicus.	82
Περὶ τοῦ Ἠλέκτρου, ἢ Κύκνων.	De Electro, ſeu Cycnis.	87
Μυίας ἐγκώμιον.	Muſcae encomium.	91
Πρὸς ἀπαίδευτον καὶ πολλὰ βιβλία ὠνούμενον.	Adverſus Indoctum, & libros multos ementem.	99
Περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν διαβολῇ.	De non temere credendo calumn.	125
Ψευδολογιστής, ἢ περὶ τῆς Ἀποφράδος.	Pſeudologiſta, ſive de Apophrade.	161
Περὶ τοῦ οἴκου.	De Domo.	191
Μακρόβιοι.	Macrobii.	208

Πα-

Πατρίδος ἐγκώμιον.	Patriae encomium.	229
Περὶ τῶν διψάδων.	De Dipſadibus.	234
Διάλεξις πρὸς Ἡσίοδον.	Diſſertatio cum Heſiodo.	240
Πλοῖον, ἢ εὐχαί.	Navigium, ſeu vota.	247
ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.	**DIALOGI MERETRICII.**	
Γλυκέρα καὶ Θαΐς.	Glycera & Thais.	280
Μυρτίον, Πάμφιλος καὶ Δωρίς.	Myrtium, Pamphilis & Doris.	281
Μήτηρ καὶ Φίλιννα.	Mater & Philinna.	284
Μέλιττα καὶ Βακχίς.	Meliſſa & Bacchis.	286
Κλωνάριον καὶ Λέαινα.	Clonarium & Leaena.	289
Κρωβύλη καὶ Κόριννα.	Crobyle & Corinna.	292
Μήτηρ καὶ Μουσάριον.	Mater & Muſarium.	295
Ἄμπελις καὶ Χρυσίς.	Ampelis & Chryſis.	299
Δορκὰς, Παννυχὶς, Φιλόστρατος, Πολέμων.	Dorcas, Pannychis, Philoſtratus, Polemon.	301
Χελιδόνιον καὶ Δρόση.	Chelidonium & Droſe.	305
Τρύφαινα καὶ Χαρμίδης.	Tryphaena & Charmides.	308
Ἰόεσσα, Πυθιὰς καὶ Λυσίας.	Ioeſſa, Pythias & Lyſias.	310
Λεόντιχος, Χηνίδας καὶ Ὕμνις.	Leontichus, Chenidas & Hymnis.	315
Δωρίων καὶ Μυρτάλη.	Dorio & Myrtale.	319
Κοχλὶς καὶ Παρθενίς.	Cochlis & Parthenis.	322
Περὶ τῆς Περεγρίνου τελευτῆς.	De morte Peregrini.	325
Δραπέται.	Fugitivi.	365
ΤΑ ΠΡΟΣ ΚΡΟΝΟΝ.	**SATURNALIA.**	
Ἱερεὺς καὶ Κρόνος.	Sacerdos & Saturnus.	385
Κρονοσόλων.	Cronoſolon, id eſt, Saturnalium legumlator.	393
ΕΠΙΣΤΟΛΑΙ ΚΡΟΝΙΚΑΙ.	**EPISTOLAE SATURN.**	
Ἐγὼ Κρόνῳ χαίρειν.	Ego Saturno ſalutem.	401
Κρόνος ἐμοὶ τῷ τιμιωτάτῳ χαίρειν.	Saturnus mihi chariſſimo ſalutem.	407
Κρόνος τοῖς πλουσίοις χαίρειν.	Saturnus divitibus ſalutem.	411
Οἱ πλούσιοι τῷ Κρόνῳ χαίρειν.	Divites Saturno ſalutem.	416
Συμπόσιον, ἢ Λαπίθαι.	Sympoſium vel Lapithae.	418
Περὶ τῆς Συρίης θεοῦ.	De Syria Dea. (abjudicat Geſn. Luciano. Ego nondum audeo)	451
Δημοσθένους ἐγκώμιον.	Demoſthenis Encomium.	491

Θεῶν

Θεῶν ἐκκλησία.	Deorum Concilium.	527
Ψήφισμα.	Decretum.	536
Κυνικός.	Cynicus.	540
Ψευδοσοφιστὴς, ἢ Σολοικιστής.	Pſeudoſophiſta, ſeu Soloeciſta (qui tamen per incuriam Pſeudologiſtes inſcriptus, dubiumque an Luciani)	552
Φιλόπατρις, ἢ Διδασκόμενος.	Philopatris, ſeu, qui docetur (non eſt Luciani)	584
Χαρίδημος.	Charidemus.	618
Νέρων, ἢ περὶ τῆς ὀρυχῆς τοῦ Ἰσθμοῦ.	Nero, ſive de foſſione Iſthmi.	636
Τραγοποδάγρα.	Tragopodagra.	643
Ὠκύπους.	Ocypus.	664
Ἐπιγράμματα.	Epigrammata.	674

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ ΣΑΜΟΣΑΤΕΩΣ

ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

LUCIANI SAMOSATENSIS

DIALOGI.

De Somnio, ſeu, Vita Luciani.

1. NUPER admodum cum deſiiſſem in ſcholas ventitare, jam pubertati proxi-

Περὶ τȣ̃ Ἐνυπνίȣ, ἤτοι, Βίος Λȣκιανȣ̃.

ΑΡΤΙ μὲ ἐπεπαύμην εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτῶν, ἤδη τὴν ἡλικίαν πρόσηβος ὤν· ὁ

Σχόλια.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ.] Οὕτως ἐν τῷ Πῶς δεῖ ἱστορίαν, (c. 24.) καὶ ἐν τῷ * Λȣκιος, ἢ Ὄνος, περὶ πατρὸς αὐτȣ̃ καὶ πατρίδος· καὶ ἐν τῷ τέλει τῆς Ἀπολογίας (A. μισθ. c. 15.) καὶ Ψευδομάντει (c. 55.) Περὶ ἠθῶν αὐτȣ̃ ἐν τῷ Δικαστηρίῳ· περὶ δὲ λέξεως καὶ λόγων αὐτȣ̃ ἐν τῷ Ζεῦξις, καὶ ἐν τῷ Πρὸς τὸν εἰπόντα Προμηθεύς. Ὅρα καὶ περὶ Ἀσσυρίας θεȣ̃ (c. 60.) καὶ ἐν τῷ Ἁλιεὺς ἢ Ἀναβιȣ̃ντες. Collectanea Galei.

2. Φοιτῶν.] Ἀττικῶς ἀντὶ τȣ̃ φοιτᾷν· ὥτω καὶ τὸ † γλύφων, ἀντὶ τȣ̃ γλύφειν. C. G.

* Λούκιος.] In *Aſino* fruſtra Lucianum quæras: quæ enim illic de patria parentibusque Scriptoris traduntur, non Luciano, ſed Lucio Patrenſi conveniunt. *M. du S.*

† Γλύφων] Reſpicit iſta c. 3. εἰ φαινοίμην γλύφων. *T. H.*

ADNOTATIONES.

ΛΟΥΚΙΑΝΟΥ Σ. Δ.] Sic titulum authori meritiſſimo fecimus, meliores Editiones ſecuti. *MSS.* duo e Regis Chriſtianiſſimi Bibliotheca, quos beneficio viri Clariſſimi *Nicolai Rigaltii* videre contigit, nec titulum nec ordinem agnoſcunt. A poſtrema etiam *Editione Baſilienſi* duæ poſtremæ voces aberant. *J. B.*

Mixta cum ſint opera *Luciani*, in ſuas quæque claſſes olim diſtributa fuiſſe omnia, credibile eſt; quæ nullo nunc ordine, neque temporum, neque rerum habita ratione, uti a majoribus edita ſunt, a me quoque traduntur. Iſtarum claſſium præcipua, *Dialogi*; qui titulus ab iis, qui, poſt inventam artem Typographicam, *Lucianum* primi ediderunt, omnibus præfixus manſit. De ordine opuſculorum in præfatione à me dicetur. *M. du S.*

ΛΟΥΚ. Σ. Δ.] Hunc titulum reperio in *Editis. M. du S.*

Περὶ τȣ̃ Ἐνυπνίȣ.] Non dubium eſt, quin προσλαλιὰν iſtam voluerit *Lucianus* operibus ſuis præfigi. Nec tamen perſuaſum habeo ſcribendi exordium eam illi fuiſſe. De ordine, quem in his Dialogis ſervandum putavimus, dictum eſt in Præfatione noſtra ad Lectorem. *J. B.*

Eſt λαλιὰ, vel προσλαλιὰ, ut patet in fine, ubi ait, οὗτος δὲ πρὸς ὑμᾶς ἐπεισελήλυθα. *Th. M.*

Scriptum eſt hoc Somnium a *Luciano* poſt primas in Græciam, Italiam & Galliam peregrinationes, cum, in patriam redux, eloquentiæ ſpecimen editurus, ſe ſuasque fortunas oſtentare ſuis voluit; ne ſibi, foris tam claro, domi noceret generis nota humilitas; eademque opera tenuioris fortunæ adoleſcentulos ad res magnas ſuo exemplo exſtimularet. *M. du S.*

P. 1. l. 1. Εἰς τὰ διδασκαλεῖα φοιτ.] Habet a *Platone*, in quo totus eſt, & a *Xenophonte*, cujus eſt aſſiduus imitator, apud quos εἰς τȣ̀ς διδασκάλȣς φοιτᾷν. Sic in *Hermotimo*, ſive de Sectis: παρὰ τȣ̀ς διδασκάλȣς φοιτῶντα. Sic de Merc. Cond. & paſſim alibi. Inde φοιτηταὶ, ἀντὶ τῶν μαθητῶν. *Heſych. Suid. Poll.*

Diligens Lector monendus eſt, *Lucianum* ſæpiſſime loquendi modos eosdem, easdem parœmias, & citationes uſurpare: qui enim aliter fieri potuit in tam florida & variegata ſcriptura? Quod igitur ſemel monuerimus, illud ſequentibus ſufficiat. Ea ſatis conſtans ratio videbitur, cur paululum in his principiis immorandum. *J. B.*

Εἰς διδασκάλȣ ſolent illi Scriptores uſurpare, non εἰς διδασκάλȣς· & ſic *Noſt.* Ἐρμ. §. 82. & Ἐξ. §. 44. *M. du S.*

2. Τὴν ἡλ. πρόσηβος] Idem eſt prope finem hujus ſcripti ἀντίπαις, ut *Jungerm.* adnotavit ad Polluc. II, 9. n. 51. Vocem, quia rarius occurrat, nudam nullaque auctoritate fultam deſtituunt Lexicographi: habet *Xenoph.* K. Π. I. p. 8. v. 29. *Clearchus* apud *Athen.* XII. p. 548. B. γυμνὴ παιδίσκη πρόσηβος. *Dionyſ. Hal.* A. R. II. p. 125. v. 41. πρόσηβος κȣ̃ρος, & παῖδας πρόσηβοί τε καὶ τȣ̀ πομπεύειν ἔχοντας ἡλικίαν, VII. p. 457.

ὁ δὲ πατὴρ ἐσκοπεῖτο μετὰ τῶν φίλων, ὅ,τι καὶ διδάξαιτό με. Τοῖς πλείστοις οὖν ἔδοξε παιδεία μὲν καὶ πόνου πολλοῦ, καὶ χρόνου μακροῦ, καὶ δαπάνης οὐ σμικρᾶς, καὶ τύχης δεῖσθαι λαμπρᾶς· τὰ δὲ ἡμέτερα μικρά τε εἶναι, καὶ ταχεῖάν [a] τινα τὴν ἐπικουρίαν ἀπαιτεῖν. Εἰ δέ τινα τέχνην τῶν βαναύσων τούτων ἐκμάθοιμι, τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἂν αὐτὸς ἔχειν τὰ ἀρκοῦντα παρὰ τῆς τέχνης· καὶ μηκέτι οἰκό-

mus, tum pater conſilium inire cum amicis, quid me doceret: plerisque igitur eruditio viſa fuit & labore multo, & longo tempore, & ſumtu non exiguo, & fortuna indigere ſplendida; reculas autem noſtras tum tenues eſſe, tum promtum quoddam ſubſidium poſtulare: ſin aliquam vilium iſtarum artium, quae manu conſtant, edidiciſſem, primum me quidem ipſum ſtatim inde habiturum, quo vitam tuear, neque amplius domi

a Τινα] Deeſt in F. in cujus margine notatur ex P.

4. Διδάξαιτό με.] Διδάσκομαί τινα, * εἰς διδάσκαλον πέμπω μαθησόμενον. V.

* Εἰς διδάσκαλον] Leg. διδασκάλου. M. du S.

Hoc quidem ad Atticam normam elegantius: ſed & alterum εἰς διδάσκαλον vel εἰς διδασκάλους φοιτᾶν, praeſertim recentiores, uſurparunt, *Julian.* Miſop. p. 351. A. *Diogen.* L. VI. 69. *Baſil.* Hom. πρὸς τοὺς Νέους (quamquam *H. Stephano* Ep. ad Redinger. Commentario de L. A. Idiom. praemiſſa per ignorationem Atticae dialecti genitivus διδασκάλου in accuſativum depravatus fuiſſe videatur apud Baſilium) Thom. M. in Φοιτᾶν quamobrem vulgatæ lectioni ſua conſtat anctoritas: vid. *Bergler.* ad Alciphr. p. 20. 21. *Hoeſchel.* ad Chryſoſt. περὶ Ἱερ. p. 500. nec tamen *H. Valeſium* culpo, qui, cum apud *Euagr.* H. E. IV. c. 29. legeretur εἰς χαμαιδιδασκάλους φοιτῶντα, reſtituit e MS. εἰς χαμαιδιδασκάλου. T. H.

v. 47. quos *impuberes* in pompis ſolennibus Latini dicunt. *Aelian.* V. H. III, 32. παῖς ὢν οὔπω πρόσηβος. *Liban.* T. II. p. 156. D. 263. C. de Juliano: ἤδη δὲ πρόσηβος ἦν· *Gloſſae*: Πρόσηβος, *proximus pubertati*: formula loquendi ex Romano Jure ſumta, quales ibi multae: L. 111. *D. de Reg. Jur.* & §. 18. *Inſtit. de Obl. quae ex del.* retinuit ergo Latinas voces *Theophilus*: hinc integrandae, quod & Eruditiſſ. *Schultingium* feciſſe video, Gloſſae verb. Jur. Πρόξιμος πουβερτάτι, ὁ ἐγγὺς ἐφηβότητος ſic enim illi vocabulo veteribus ignoto τὴν τοῦ ἐφήβου ἡλικίαν, vel τὴν ἐφηβείαν vocant: *vicinum pubertati*, *Servius* etiam dixit ad Virgil. Ecl. VIII, 39. quae ex antiquo Juriſconſulto videntur deſcripta. Πρὸς τὴν ἥβην προσάγειν apud *Hippocratem* eſt Aph. S. III. Sequentibus iſta *Libanii* ſimillima ſunt T. I. p. 804. A. ἐπειδὴ γὰρ παῖς ἤδη ἦν, ἐν ᾧ τὸν ἡλικίας καιρὸν λαμβάνετε τὰ παιδεύματα, συμβουλευόμενοι τοῖς ἐπιτηδείοις, ἥν τινα αὐτῷ τέχνην δοτέον. T. H.

6. Τύχης δεῖσθαι λ.] *Jac. Micyllus*, vir Doctiſſimus, Interpres hujus λαλιᾶς, autoris mentem ſæpiſſime fruſtratur: *& egere quodam fortunæ ſplendore.* Sic de Merc. Cond. J. B.

Τύχης δ. λ.] *Ariſtot. Pol.* IV. c. 11. πρὸς παιδείαν, ἣ φύσεως δεῖται καὶ χορηγίας τυχηρᾶς· neque ineleganter *Artemid.* IV, 69. ἐφόδιον παιδείας ὁ πλοῦτος. Λαμπρὰν τύχην non aliter hic intellige, quam λαμπρὰν οὐσίαν apud *Alciphronem* I, 38. p. 182. *opes ſplendidas & lautas.* Idem I, 8. p. 30. τὰ ἡμέτερα, ὡς οἶσθα, παντελῶς ἐστιν ἄπορα, καὶ βίος κομιδῇ στενός. ubi *Bergler*us Lucianeum illud, quod ſequitur, adnotare non neglexit. T. H.

7. Τὰ δὲ ἡμ.] *Facultates autem noſtras.* J. Br.

8. Ταχεῖάν τινα τὴν ἐπ.] Secundam voculam omiſit *Ed. Fl.* ſola: ceterae cum *Codd. Mſſ.* tenent, quibus haud invitus accedo. Solennis Atticorum in τὶς pleonaſmi *H. Stephanus* exempla dedit plena manu App. de D. A. p. 80. *Noſt.* in Nigr. §. 33. T. H.

9. Τέχνην τῶν βαναύσων] Generaliter pro qualibet mechanica: ἁπλῶς tamen βαναυσία, πᾶσα τέχνη, ut vult *Heſych. Suid.* vox eſt Peloponneſiaca: in Peloponneſo βαῦνος κάμινον ἢ ἑστίαν δηλοῖ *Interpr.* Ariſtoph. Poll. J. B.

Βαναύσων] Βάναυσος πᾶς τεχνίτης διὰ πυρὸς ἐργαζόμενος· εἴρηται δὲ παρὰ τὸ τοὺς βαύνους αὔειν, τουτέστι τὰς καμίνους καίειν· καταβέβηκε δὲ ἡ λέξις εἰς πάντα χειροτέχνην. A. V.

Ex Etymologo ſumta in V. Βάναυσος. T. H.

11. Μηκέτι οἰκόσιτος] In *MSS.* & *aliis Editionibus* quoties occurrunt duæ vocales in duabus dictionibus, prior ſemper eliditur, quod ſemel monitum volui. J. B.

12. Οὐκ εἰς μακρ.] Brevi, non multum poſt tempus. J. Br.

13. Τὸ γιγν.] τὸν γιγνόμενον μισθόν. J. Br.

Τὸ γιγνόμενον] Artis proventum. *Budæus* vertit *juſtam mercedem.* J. B.

i. e. μισθόν. *A. V.* Vid. Μισθ. c. 23. & Τοξ. c. 18. M. du S.

Τὸ γιγνόμενον] *Quod mercedis ex opera locata naſcitur*: quam Latinam locutionem Graecae formulae comparatione *J. Fr. Gronovius* illuſtrat de P. V. p. 252. *Budaeus* C. L. G. p. 84. interpretatur, *juſtam mercedem*: illa vis aliis in locis apta, hic neutiquam: res eſt manifeſta e *Luciani* Tox. ubi Agathocles, ut amicum Diniam tueretur, in inſula Gyaro purpurariis operam addicebat, καὶ τὸ γιγνόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων ἔτρεφε τὸν Δεινίαν. T. H.

18. Καὶ πρόχ. ἔχ. τ. χορ.] *Quæ paratam opem ferret: quæ promtas præberet ſuppetias.* Ea repetit paſſim. J. B.

22. Ἑρμογ. &c. καὶ λιθ.] Ἑρμογλύφος, ἑρμογλυφεύς, qui ſtatuas ſive hermas fabricat ex quavis, ut ego putem, materia· λιθοξόος, λιθογλύπτης, λιθογλύφος, qui e lapidibus id praeſtat. *Th. Magiſter* in Dict. Att. Ecl. improbat vocem λιθοξόος, ut minus Atticam. Ait, ἑρμογλύφος ἢ ἑρμογλυφεύς, οὐ λιθοξόος &c. Pari ratione, qua hic agit *Th. Magiſter*, poſſet quis impro-

mi coenaturum (paternae menſae gravem) id aetatis: dein non diu fore, quin patrem ſim hilaraturus, allato usque, quod mihi natum erit mercedis.

2. Ergo ſecundae deliberationis initium eſt propoſitum, quae optima ſit artium, & ad ediſcendum facillima, & homini libero conveniens, & expedito ſumtu parabilis, & quaeſtu commodo: alio aliam commendante, ut cujusque ſenſus aut experientia ferebat, pater ad avunculum converſus (aderat enim maternus avunculus, qui optimus eſſe ſtatuarius videretur, & poliendis lapidibus in

στιος εἶναι, τηλικοῦτος ὤν· οὐκ εἰς μακρὰν δὲ καὶ τὸν πατέρα εὐφρανεῖν, ἀποφέρων ἀεὶ τὸ γιγνόμενον.

Δευτέρας οὖν σκέψεως ἀρχὴ προὐτέθη, τίς ἀρίστη τῶν τεχνῶν, καὶ ῥάστη ἐκμαθεῖν, καὶ ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ πρέπουσα, καὶ πρόχειρον ἔχουσα τὴν χορηγίαν, καὶ διαρκῆ τὸν πόρον. Ἄλλου τοίνυν ἄλλην ἐπαινοῦντος, ὡς ἕκαστος γνώμης ἢ ἐμπειρίας εἶχεν, ὁ πατὴρ εἰς τὸν θεῖον ἀπιδὼν, (παρῆν γὰρ ὁ πρὸς μητρὸς θεῖος, ἄριστος ἑρμογλύφος εἶναι δοκῶν, [b] καὶ λιθοξόος ἐν τοῖς μάλιστα

b Καὶ] Abeſt ab F. habuit P. ceteraeque *Edd.*

probare ἑρμογλύφος & ἑρμογλυφεὺς, ut voces minus Atticas, ac probare τὸ λιθοξόος. Quid enim? an non continuo poſt priora *Luciani* ab *Thoma* noſtro producta verba ſequitur λιθοξόος; cur hoc magis quam illa improbari meretur? quin aliquoties τὸ λιθοξόος in hoc brevi dialogo habet *Noſter*: iterum §. 7. ὁ, τι γὰρ πάππος σου λιθοξόος ἦν, & §. 9. ἀγαθὸς περὶ λιθοξόος γενόμενος. *J. J.*

23. Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Non dubito, quin legendum ſit εὐδόκιμος. Sic enim loqui amant Graeci; voces ἐν τοῖς μάλιστα, quae nihil aliud deſignant, quam *cumprimis*, *maxime*, ponunt inter duos ſimiles caſus, quorum alter eſt nominis ſubſtantivi, alter adjectivi. AElian. V. H. I, 31. Νόμος ἐν τοῖς μάλιστα φυλαττόμενος *Lex quae maxime ſervatur.* Idem XIV, 40. Ἀλέξανδρος ὁ Φεραίων τύραννος ἐν τοῖς μάλιστα ἔδοξεν ὠμότατος εἶναι. *Alexander Pheraeorum tyrannus quammaxime truculentus fuit.* Lucian. noſter in *Gallo*: Ἐν τοῖς μάλιστα θαυμάζεσθαι ἄξιος. Plutarch. in *Coriolano* p. 223. Ἄππιος μὲν ὁ Κλαύδιος αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι. Idem in *eodem* p. 232. Ἦν γὰρ ἐν τοῖς μάλιστα δεινὸς εἰπεῖν. Et in *Iſide & Oſir.* p. 364. Ἔτι τὴν Αἴγυπτον ἐν τοῖς μάλιστα μελάγγειον οὖσαν. *Dionyſ. Halic.* lib. I. p. 49. τὸ τῶν Τρώων ἔθνος Ἑλληνικὸν ἐν τοῖς μάλιστα ἦν. Idem pro eo dicit ἐν τοῖς πάνυ. lib. I. p. 15. Τοῦτο τὸ ἔθνος ἦν ἐν τοῖς πάνυ μέγα τε καὶ ἀρχαῖον. *Herodot.* dixit eodem ſenſu, ὁμοῖα τῷ μάλιστα, ut alibi oſtendimus. *L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 18.

Ἐν τοῖς μ. εὐδοκίμοις] Contra Codices ſcriptos & Edd. omnes veriſſimam emendationem probo *L. Bos*, ἐν τοῖς μ. εὐδόκιμος. Origo vitii a librariorum inſcitia, qui poſt ἐν τοῖς illud εὐδόκιμος alio caſu poſitum pati non potuerunt, praeſertim quod crederent cum hoc ipſo vocabulo conjungi debere μάλιστα. Graeci ſolent, inprimis Attici, ἐν τοῖς μάλα, μάλιστα, πάνυ, σφόδρα εὐδόκιμος, ἄριστος, ἀρχαῖος· ubi perſpicuum eſt intelligi, ἐν τοῖς μάλα vel μάλιστα εὐδοκίμοις οὖσιν εὐδόκιμος, ut bene docuit *H. Stephanus* App. de D. A. p. 181. 182. *Thucyd.* VIII, 90. ἀνὴρ ἐν τοῖς μάλιστα καὶ ἐκ πλείστου ἐναντίος τῷ δήμῳ. ubi nulla eſt cauſa, cur *H. Stephanus* miretur, quid venerit in mentem Enarratori Thucydidis, ut ἐν τοῖς μάλιστα exponeret, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις· hoc enim voluit, qui revera loci Thucydidei ſenſus eſt, *vir inter vehementiſſimos, & a longo jam tempore infeſtus plebi*: quemadmodum in *Plutarchi* Coriol. Appius Claudius αἰτίαν ἔχων ἐν τοῖς μάλιστα μισόδημος εἶναι, id eſt, ἐν τοῖς ἰσχυροτάτοις, *praecipuus inter eos, qui vehementiſſime plebem oderant.* Egregius *Platonis* locus ſub initium Sympoſii, quique optime, quomodo locutio ſuppleri debeat, oſtendit: Ariſtodemus Σωκράτους ἐραστὴς ὢν ἐν τοῖς μάλιστα τῶν τότε in Crit. p. 38. E. καὶ οὐχ ἥκιστα Ἀθηναίων σε, ἀλλ' ἐν τοῖς μάλιστα· intellige, ταύταις ταῖς αἰτίαις ἐνεχομένοις· mox: ἅτε ἐν τοῖς μάλιστα Ἀθηναίων ἐγὼ αὐτοῖς ὁμολογηκὼς τυγχάνω· ſimilia, ſi quis deſideret, reperiuntur apud *Dionyſ. Hal.* A. R. I. p. 53. v. 3. *Muſon.* apud *Stob.* p. 166. v. 16. *Aelian.* V. H. II, 38. XIV, 44. *Dion. Caſſium*, imitatorem veterum diligentiſſimum, XLIV. p. 244. C. 249. A. Neque adjectivis tantum, ſed & verbis apponitur: *Dionyſ. Hal.* de Comp. Verb. p. 51. v. 30. ὃν (Demoſthenem) ἐν τοῖς μάλιστα οἴομαι τὴν ποιητικὴν ἐκμιμήσασθαι. *Plutarch. Pyrrh.* p. 391. B. καὶ διετέλει τὸν ἄνδρα τιμῶν ἐν τοῖς μάλιστα καὶ χρώμενος. *Noſter* in Pſeudol. §. 14. τοῦτο ἐν τοῖς μάλιστα τέχνημα διετέλεσεν. Haec qui perpenderit, facile mihi largietur, corruptum *Eunapii* locum in *Chryſ.* p. 194. ſic eſſe corrigendum, δυσκίνητος δὲ ἦν περὶ τὰς διαλέξεις, ταῖς φιλονεικίαις ἐν τοῖς μάλιστα τοὺς ἀνθρώπους ὑπολαμβάνων ἐμβραχύνεσθαι· a quorum mente *Hadr. Junius* prorſus aberravit. Nec diſpar eſt ratio in ſimilibus aliis, quae iſtorum adverbiorum indolem imitantur: *Plato* Crit. p. 32. C. ἣν (ἀγγελίαν) ἐγὼ, ὡς ἐμοὶ δοκῶ, ἐν τοῖς βαρύτατα ἂν ἐνέγκαιμι· *quem nuncium equidem, ut mihi videor, inprimis*, vel, *ut qui maxime feram aegerrime*; credat aliquis explendum eſſe, ἐν τοῖς βαρύτατα φερομένοις· ſed idem, ſi contulerit priora, minime dubitabit, quin rectius intelligatur, ἐν τοῖς β. φέρουσι vel ἐνεγκοῦσι· *Thucydid.* VII, 71. ἐν τοῖς χαλεπώτατα δῆγον· in quo H. Stephanus itidem obhaeſit. Ionibus autem forma non multum diverſa placuit, εὐδόκιμος ὁμοῖα τοῖς μάλιστα, vel, τῷ μ. *Herodot.* VII, 116. ἀνὴρ δόκιμος ὁμοῖα τῷ μάλιστα· parique modo c. 141. quibus in locis equidem, quae ratio *L. Bos* impulerit Obſ. Miſc. p. 57. ut contra fidem *Edd.* legeret

στα [a] εὐδόκιμος,) οὐ θέμις, εἶπεν, ἄλλην τέχνην ἐπικρατεῖν, σοῦ παρόντος· ἀλλὰ τοῦτον ἄγε, δείξας ἐμὲ, καὶ δίδασκε παραλαβὼν λίθων ἐργάτην ἀγαθὸν εἶναι, καὶ συναρμοστὴν, καὶ ἑρμογλυφέα· δύναται γὰρ καὶ τοῦτο, φύσεώς γε, ὡς οἶσθα, ἔχων δεξιῶς· ἐτεκμαίρετο δὲ ταῖς ἐκ τοῦ κηροῦ παιδιαῖς. ὁπότε γὰρ ἀφεθείην [b] ὑπὸ τῶν διδασκάλων, ἀποξέων ἂν τὸν κηρὸν, ἢ βόας, ἢ ἵππους, ἢ καὶ νὴ Δί' ἀνθρώπους ἀνέπλαττον, εἰκότως, ὡς ἐδόκουν τῷ πατρί· ἐφ' οἷς παρὰ μὲν τῶν διδασκάλων πληγὰς ἐλάμβανον· τότε δὲ ἔπαινος εἰς τὴν εὐφυΐαν καὶ ταῦτα ἦν· καὶ χρηστὰς εἶχον ἐπ' ἐμοὶ τὰς ἐλπίδας, ὡς ἐν βραχεῖ μαθησομαι τὴν τέχνην, ἀπ' ἐκείνης γε τῆς πλαστικῆς.

primis laudatiſſimus) fas non eſt, inquit; aliam artem primas tenere, Te praeſente: quin Tu illum ducito, me demonſtrans, tuamque in curam receptum effice lapidum artificem bonum, & coagmentatorem, ac ſtatuarium: poteſt enim, idque ingenio praeditus, ut noſti, dextro. Scilicet argumentum capiebat ab iſtis e cera ludicris: nam dimiſſus a magiſtris, deraſa cera, boves aut equos, aut, ita me Jupiter amet, homines effingebam, ſcitule, ut videbar patri: ob quae quidem a magiſtris vapulabam; at tunc ad ingenii felicis laudem & iſta quoque pertinebant: quare bona tenebantur de me ſpe fore, ut brevi artem diſcerem, idque ex iſta fingendi dexteritate.

3. Si-

a Εὐδόκιμος] Edd. priores εὐδοκίμοις. b ὑπὸ] ἀπὸ P. L. V. 1.

ret ὅμοια τὰ μάλιστα, nequaquam intelligo; repugnat enim iſta ſcriptura non minus Graecae linguae ingenio, quam ipſi *Herodoto* III. c. 8. σέβονται δὲ Ἀράβιοι πίστις ἀνθρώπων ὅμοια τοῖσι μάλιστα. c. 57. θησαυρὸς ἐν Δελφοῖσι ἀνακέεται ὅμοια τοῖσι πλουσιωτάτοισι, ubi intelligendum eſt, πλούσιος ὁμ. &c. Ad hoc exemplum *Thucydides* quam proxime, veteris Ἀτθίδος, quae cum Ionica dialecto fere tota congruebat, unica norma I, 25. Corcyraei χρημάτων δυνάμει ὄντες κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον ὅμοια τοῖς Ἑλλήνων πλουσιωτάτοις. *H. Stephanus* hic parum extricat, nullaque parte lectorem adjutum dimittit: atqui in talibus ὅμοια ponatur, an ὁμοίως, nihil intereſt; *Herodot.* III, 68. Ὀτάνης ἦν Φαρνάσπεω μὲν παῖς, γένεϊ δὲ καὶ χρήμασι ὁμοίως τῷ πρώτῳ Περσέων· qui locus ad Thucydideam ſtructuram aptiſſime quadrat: neque aliter *Pauſanias*, qui ſtudioſe obſoletam quandam orationis compoſitionem ſectatur, II. p. 199. Arriphon Λυκίων τοῖς μάλιστα ὁμοίως δόκιμος· X. p. 825. de Herophila Sibylla: ταύτην ταῖς μάλιστα ὁμοίως ἤσμεν ἀρχαίαν εὑρίσκον atque ita ſcribendum judico, deleto ἐν VII. p. 591. ξόανον δὲ τοῖς μάλιστα ὁμοίως ἐστὶν ἀρχαῖον pro ἐν τοῖς μ. & X. p. 836. forte ὅμοια pro ὁμοίᾳ, quemadmodum IV. p. 364. Ὅμοιον ſimiliter apud *Thucydidem* extat VII, 29. τὸ γὰρ γένος τὸ τῶν Θρακῶν ὅμοιον τοῖς μάλιστα τοῦ βαρβαρικοῦ &c. φονικώτατόν ἐστι· at Scholiaſtes cum vetuſtis Codd. ὅμοια, quam lectionem praeferendam eſſe nullus dubito: vid. *Dion. Caſſ.* XLIX. p. 404. D. Porro, ut operam hanc abſolvamus, pari virtute dicitur, εὐδοκιμῶν ἐν ὀλίγοις, quemadmodum τόλμῃ ἐν ὀλίγοισι μέγας apud *Herodot.* IV. c. 52. πόμπιμον ὀνομαστὴν ἐν ὀλίγαις γενομένην, *Heliodor.* II. p. 127. πλούσιος ἐν ὀλίγοις apud *Long.* IV. p. 123. & τὰ πολεμικὰ συνετὸς ἐν ὀλίγοις, quam Vaticani Codicis lectionem ſecutus eſt jure merito *Hudſonus* in *Dionyſ. Hal.* A. R. IV. p. 237. v. 19. eaedem membranae *H. Stephani* acumen approbant hunc loquendi florem *Dionyſio* reſtituentis Sched. V. c. 27. *Interpretem Aeliani* de Anim. X. c. 50. haec formula fefellit, male a praecedentibus, ad quae pertinebat, divulſa: πατρὶς εὐδαιμονιζομένη ὡς ζηλωτὴ δοκοῦσα ἐν ὀλίγαις· illud ἐν ὀλίγαις ſequentibus adjunctum reddidit, *paucos poſt dies*, cum debuiſſet, *invidendis opibus inter paucas beata:* ſic enim & Latini loquuntur: *Liv.* XXIII. c. 44. *pugna memorabilis inter paucas;* apud quem ſaepius occurrit. *T. H.*

26. Δίδασκε] Διδάσκου *Thom. Mag.* in Διδάσκομαι· atque ita margo Ed. A. 1. Weſſelingii. Probavit hanc lectionem *Pricaeus* ſic proferens ad *Pauli* Ep. II. ad Timoth. II, 15. Utrumvis rectum. *T. H.*

28. Δύναται γὰρ καὶ τοῦτο.] Meo judicio melius erit mutari diſtinctionem: δύναται γὰρ, καὶ τοῦτο φύσεώς γε &c. Felices filii profectus ſibi amicisque pater ſpondet, neque dubitat, quin in formando ad ſtatuariam Luciano opera minime ſit peritura. Formula quaedam legitima, δύναται γὰρ, δύναται γάρ. *Callimach.* H. in Apoll. v. 29. Τὸν χορὸν ὡπόλλων &c. Τιμήσει· δύναται γὰρ, ἐπεὶ Διῒ δεξιὸς ἧσται. in Del. v. 226. Latinis haud minus uſitatum: *Valer. Flacc.* I, 13.

[d] Εἰ μὴ διαλλάττοιτε] Εἰ μὴ διαλλάττετε O. εἰ μὴ διαλλάττοιτε. M.

bon. ad *Theophr.* Ch. Eth. c. I. *T.H.*

Ibid. Ἀττικὸν] Omnium enim Graecorum dicaciſſimi & facetiſſimi habiti ſunt Attici. *J.Br.*

15. Τοῦ Καυκ.] Ubi deligatus Prometheus a vulture manditur. *J. Br.*

18. Τοὺς ἀγῶνας] Nam declamatorum orationes *umbratilem pugnam* vocat *Cicero*. *J. Br.*

Ibid. Ζῶντα οὖν] Haud dubie ἑλληνικώτερον MS. Wittiana Ζῶά γ᾽ οὖν &c. *J.J.*

Ibid. Ἔμψυχα] Vide omnino Leoſthenis de Demoſthene dictum, a *Noſtro* allatum Δημοσθ. c. 14. unde deſumtum hoc credo. *M. du S.*

21. Πλὴν εἰ μὴ διαλλ.] In verſione Lat. hoc modo: *Niſi ſi ſic dirimatis, vos ex luto non fingere, ſed aurea pleriſque veſtris figmenta eſſe.* Tu potius ſic redde: *Niſi in eo tantum differretis* (a Prometheo ſc.) *quod non ex luto fingitis, ſed quod aurea veſtrum pleriſque ſunt figmenta.* Sic pro *Imag.* §. 21. Ἀλλὰ κἀκεῖνα οὐ σμικρῷ διαλλάττουσι. *Sed hac re etiam non exigua a ſe invicem differunt:* & alibi. *Xiphilin. Nerone* p. 189. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα ἐκ τοῦ ὁμοίου πάντα ἔπραττον, ἐν ἑνὶ δὲ τούτῳ διήλλασσον. *Cuncta enim eodem modo faciebant, tantumque diſcrepabant in eo* &c. *L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 19.

Πλὴν εἰ μὴ διαλλάττοιτε] Jure *L. Bos Benedictum* caſtigavit: is, verbis tantum mutatis, errorem *Micylli* fuerat ſecutus: ſed jamdudum ſententiam hujus loci viderat *Budaeus* C. L. G. p. 239. Mox ſcribo, ὅτι μὴ ἐκ πηλοῦ· nihil enim juvat otioſum illud δέ. Merito *Noſter* probatis cauſarum patronis χρυσᾶ τὰ πλάσματα tribuit; tunc enim temporis haec ducebatur ad magnas divitias via compendioſa. *Damaſcius* apud *Suidam* in Σεβηριανός· δίκας λέγειν καὶ χρηματίζεσθαι τὸν ἐπιμίσθιον τοῦτον χρηματισμόν· & in Σαλούστιος· ἡ πολυήρατος δικανική, nimirum ob opes, quas promittebat. Haec illa ſunt *forenſia lucra*, quae ſe contemſiſſe, deſerto patrocinia tractandi ſtudio, *Julius Firmicus* gloriatur Praef. lib. IV. Math. *Manetho*, modo ne falſo nomine, quod ſuſpicor, aetatem mentiatur, commemorat II, 259. Ῥητῆρας μύθωντε, καὶ εἰν ἀγορῇσιν ἀρίστους Νείκεα τ᾽ ἰθύνειν, καὶ τειρομένοισιν ἀρήγειν. Ἔντε δίκας πολίεσσιν ἐριδμαίνοντας ἔπεσσιν, Ὧν ἀπὸ πλοῦτον ἀπειρέσιον τε χρήματ᾽ ἀγείραι· e penultimo verſu maculam obiter eluamus: tali ſtructura, καὶ ἐρ. δίκας ἐπ. ἐν πόλεσι, qualemcunque ſententiam extundere ſibi viſus eſt *J. Gronovius*; & ſane illud ἐν πολίεσσι ſatis frequens v. 238. 233. & 224. Θνητοὺς ἄλλοισι τε ἐν πολίεσσιν ἀγητούς Τεύχει &c. hanc enim eſſe veram corruptiſſimi loci medicinam nullus dubito: ſed quum ſcribit, *judicia vocibus irritantes*, ego quidem, quid ſibi velit, non adſequor: vertiſſet ſaltem, *cauſas agentes*; quamquam ἐριδμαίνειν δίκας inſolens ſit, & plane inauditum. Poſſes itaque non abſurde, Ἔντε δίκαις πολίεσσιν &c. verum, ut quidem arbitror, poëtae manus fuit Ἔντε δικασπολίῃσιν ἐρ. &c. vitii genus in *Manethone* frequens θυμέλεσσι, πενίεσσι, σοφίεσσι pro θυμέλῃσι, πενίῃσι, σοφίῃσι. Fama tamen eorum, qui in foro verſabantur, valde laborabat, quaſi per fraudes ſummamque aliorum injuriam divitias congererent: audi *Syneſium* Ep. 100. p. 240. C. Ἑτέρως δὲ οὐκ ἔστι πλουτεῖν ἐν ταῖς καθ᾽ ὑμᾶς ἀγοραῖς μὴ πάντα μιγνύντα τε θεῖα τε ἀνθρώπινα δίκαια, καὶ κέρκωπα ἀντ᾽ ἐλευθέρου γινόμενον· & Ep. 147. p. 286. B. Hic ſi teſtis videatur parum idoneus, quippe iniquior, quod pluribus in locis non diſſimulat, iſti vitae inſtituto, vide, an potius *Maternum* probes, *quem patrocinia tractantem tenuerunt cauſarum conflictationes, & caninae contentionis jurgioſa certamina:* is ſe *forenſium certaminum depugnationibus liberatum, exutum etiam quodammodo invidiae laqueis* gaudet, *improbis & perfidis hominibus craſſa livoris & rapiendi, immo potius latrocinandi* (indicare nimirum voluit, non plus una litera verbum hoc a *patrocinando* diſtare) *poteſtate permiſſa.* *T.H.*

28. Τοῖς κοροπλάθοις] Vide *Ez. Spanhemium* ad *Juliani* Caeſ. Preuves des Rem. p. 107. ubi perperam hic locus ex Halcyone *Luciani* profertur. *T.H.*

30. Δεῖγμα.] Suſpicabar legendum eſſe δῆγμα. Sed nunc nihil muto. *M. du S.*

ἄλλως, καὶ παιδιὰ τὸ πρᾶγμα. ὥστέ [a] μοι ἐνθυμεῖσθαι ἔπεισι, μὴ ἄρα οὕτω με Προμηθέα λέγοις εἶναι, ὡς ὁ Κωμικὸς τὸν Κλέωνά φησιν· οἶσθα περὶ αὐτοῦ. Κλέων Προμηθεύς ἐστι μετὰ τὰ πράγματα. καὶ αὐτοὶ δὲ Ἀθηναῖοι τοὺς χυτρέας, καὶ [b] ἰπνοποιοὺς, καὶ πάντας, ὅσοι πηλουργοὶ, Προμηθέας ἀπεκάλουν, ἐπισκώπτοντες ἐς τὸν πηλὸν, [c] καὶ τὴν ἐν πυρὶ οἶμαι τῶν σκευῶν ὄπτησιν. καὶ εἴγε σοι τοῦτο βούλεται εἶναι ὁ Προμηθεὺς, πάνυ εὐστόχως ἀποτετόξευται, καὶ ἐς τὴν Ἀττικὴν δριμύτητα τῶν σκωμμάτων, ἐπεὶ καὶ εὔθρυπτα [d] ἡμῖν τὰ ἔργα, ὥσπερ ἐκείνοις τὰ χυτρίδια. καὶ μικρόν τις λίθον ἐμβαλὼν, συντρίψειεν ἅπαντα.

Καίτοι φαίη τις παραμυθούμενος, οὐ ταῦ-

dam ad ſummum, & luſus merus eſt. Ut cogitare incipiam, num ita me Prometheum dixeris, ut Comicus ille Cleonem, noſti ſiquidem. *Cleon*, inquit, *Prometheus ipſe, poſt negotia eſt.* Ipſi etiam Athenienſes figulos ollarum, furnorum conſtructores, & quicunque circa lutum verſantur, Prometheos vocabant olim, alludentes ad lutum, opinor, & ad illam, quæ fit in igne, vaſorum cocturam. Quod ſi hoc ſibi vult Prometheus iſte tuus, admodum directe jaculatus es, & ſecundum Atticam illam mordendi acerbitatem; quoniam & noſtra opera fragilia ſunt, perinde ut illorum ollulæ: & modicum quiſpiam lapillum injiciens, facile contriverit omnia.

3. Atqui, dixerit aliquis, conſolando nos,

a Μοι] με Edd. μοι O. M. *b* Ἰπνοπ.] Edd. ἰπν. in O. ἰπν. *c* Καὶ] καὶ C. L. *P. S.* ἢ καὶ *J.* εἶναι O. M.

31. Ὥστε μοι] Ex O. & M. illud μοι reſtituimus, pro quo in impreſſis με, mendoſe. *M. du S.*

Ὥστε με] Praeter Codd. illud μοὶ revocari poſtulat non minus Graeci ſermonis indoles, quam ipſe *Lucianus*: in Nigr. §. 37. ἐπῄει δ᾽ οὖν μοὶ λέγειν· *Diogenian.* apud *Euſeb.* P. E. VI. p. 264. A. ὥστε μοι θαυμάζειν ἔπεισι. *Cleomed.* K. Θ. II. p. 89. τῷ Ὁμηρικῷ Θερσίτῃ ἔπεισί μοι αὐτὸν ἀπεικάζειν. p. 87. ὥστ᾽ οὐδ᾽ ἐπῄει αὐτῷ ἐκεῖνο. *Plutarch.* Ageſ. p. 603. D. 616. F. parem habet & notionem & ſtructuram ἐπέρχεσθαι. in Amor. §. 23. *Demoſth.* Olynth. I. p. 1. B. Ep. II. ἐπέρχεταί μοι παῤῥησιάζεσθαι· in Macart. p. 1028. B. διαπράττεσθαι ὅ, τι ἂν ἐπέλθῃ τούτοις. *Strabo* XIII. p. 891. B. αἰτίαι, δι᾽ ἃς τοῖς Ἰλιεῦσιν ἐπῆλθε τοὺς μὲν τιμᾷν, τοὺς δὲ μή. *Alciphr.* III. Ep. 12. *Plutarch.* Nic. p. 527. E. plenius *Dion Chryſ.* p. 466. B. σπουδὴ δέ μοι ἐπελήλυθεν μακαρίσαι, Liviana locutione, *ſubiit animum impetus.* Haec ſimul probant in Jud. Voc. §. 2. legendum eſſe: δέος δὲ οὐ μικρόν μοι &c. ἐπέρχεται, non με. Utroque caſu gaudent εἰσέρχεσθαι & εἰσιέναι. Vid. *Priſcian.* XVIII. p. 1178. *Thom. Mag.* in Εἰσῄει. *Platonis*, quae proferunt, loca reperies in Phaed. p. 44. F. 45. A. de Rep. I. p. 573. E. Idem de LL. VIII. p. 916. C. εἰσῆλθε δέ με, οἷον εἰκὸς, φοβηθῆναι. Lyſ. p. 506. E. Ceterum haec tota periodus usque ad τὰ πράγματα quomodo cum iis, quae praecedunt & conſequuntur, apte cohaereat, mihi non ſatis eſt apertum: quid enim huc facit, ſi Cleon ab Eupolide vocitetur Προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα, niſi ut planum, his demtis, ſententiae curſum interrumpat? quare concinnius immitti poſſet ſupra poſt προμήθεια ἐν τοῖς γράμμασιν, ubi vox προμήθεια partem illam hic tam abrupte poſitam pene flagitat; verum ea conditione, ut iſta, ὡς ὁ. ἐκ. εἰ μὴ π. σ. γ. ἐ. μηδὲ κ. ἄξια τοῦ K. ſuperioribus, βόρβορός τις παραμικρὸν, adjungantur. Haec uti pro certis non vendito, ſic paucos tamen arbitror fore, qui tali ratione non fateantur totam orationis ſeriem multo melius procedere. Offendit etiam, οἶσθα περὶ αὐτοῦ· praeferrem, οἶσθα γὰρ αὐτὸ, vel potius Platonicum illud, οἶσθά που καὶ αὐτός. Tum lepore quidem Comico, ſed acerbo ſimul, Cleon dicitur Προμηθεὺς μετὰ τὰ πράγματα, quaſi poſt rem geſtam verus Epimetheus conſiliis abundaret, opportuno videlicet tempore nihil ſapiens. Hanc praepoſteram ineundi conſilii rationem Athenienſibus objicit *Demoſthen.* Phil. IV. p. 99. F. Οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάντες ἄνθρωποι πρὸ τῶν πραγμάτων εἰώθασι χρῆσθαι τῷ βουλεύεσθαι· ὑμεῖς δὲ μετὰ τὰ πράγματα. *Scholiaſtae* credo, *Eupolin* eſſe patrem hujus jambi, adfirmanti: eum etiam κωμικὸν ſimpliciter vocat *Lucian.* in Nigr. §. 7. *T. H.*

33. Ὁ Κωμικὸς] Ariſtophanes. *J. Br.*

34. Κλέων Προμηθεὺς] *Ariſtophan.* verſ. Ἱππ. De eo idem *Ariſtoph* in Pac. & *Thucyd.* *J. B.*

Κλέων . . . .] *Ariſtophanis* eſſe videtur; ſed in fabula a *Bourdelotio* indicata fruſtra hæc verba quaeſiveris. Neque usquam in ſuperſtitibus ejus fabulis reperio. *M. du S.*

35. Μετὰ τὰ πράγματα] Rebus peractis, quique ſero, nec niſi confecto negotio ſapit. Ex Comico quopiam citat hunc verſiculum dictum in Cleonem. *G. C.*

36. Ἰπνοπ.] Scribe ἰπνοποιοὺς, pro ἰπνοποιοὺς, qui furnos facit, quod non monerem, niſi omnes editiones hanc mendam pervaſiſſe viderem. *J. G. G.*

37. Προμηθέας] *Juvenal.* IV, 133. *Debetur magnus patinae ſubitusque Prometheus: Satyrice*, inquit *Schol. figulus*: imo Attice: nec mirum figulos ita vocatos, quum Tragici ipſum Prometheum vulgi fictilis auctorem dixerint πηλουργόν. Eleganter *Dion Chryſoſt.* Or. XXXVII. p. 466. C. ἄδων Προμηθέα, ἄδων πηλοῦ.

Hunc

nos; nequaquam iſta aſſimilaſſe te Prometheo, ſed novitatem hanc, laudans, & ad nullum aliud exemplar effictum opus; quemadmodum ille, cum nondum eſſent homines, ſua ſollertia excogitatos illos finxit, ac talia animantia formavit atque adornavit, quæ & moverentur facile, & aſpectu gratioſa forent; & in ſumma, architectus ipſe erat, ſed cooperabatur tamen etiam Minerva, quæ & lutum inſpirabat, & figmenta illa animata reddebat. Talia quidem ille dixerit, in meliorem partem dictum iſtud exponens. Et fortaſſis hæc ſententia etiam dicti fuit: ſed mihi non ſane ſatis eſt, ſi videar nova finxiſſe, figmentoque noſtro nihil vetuſtius

τα εἰκάσαι τῷ Προμηθεῖ, ἀλλὰ τὸ καινȣργὸν τȣ̃το ἐπαινῶν, ϗ μὴ πρός τι ἄλλο ἀρχέτυπον μεμιμημένον· ὥσπερ ἐκεῖνος οὐκ ὄντων ἀνθρώπων, τέως ἐννοήσας αὐτȣ̀ς ἀνέπλασε. τοιαῦτα ζῶα μορφώσας, ϗ διακοσμήσας, ὡς εὐκίνητά τε εἴη, ϗ ὀφθῆναι χαρίεντα. ϗ τὸ μὲν ὅλον, ἀρχιτέκτων αὐτὸς ἦν. συνειργάζετο δέ [e] τοι ϗ ἡ Ἀθηνᾶ ἐμπνέȣσα τὸν πηλὸν, ϗ ἔμψυχα ποιȣ̃σα εἶναι τὰ πλάσματα. ὁ μὲν ταῦτα ἂν εἴποι, πρός τε τὸ εὐφημότατον ἐξηγȣ́μενος τὸ εἰρημένον.* ϗ ἴσως οὗτος ὁ νȣ̃ς ἦν τῷ λελεγμένῳ· ἐμοὶ δὲ ȣ̓ πάνυ ἱκανὸν, εἰ καινοποιεῖν δοκοίην· μηδὲ ἔχοι τις [f] λέγειν ἀρχαιότερόν τι τȣ̃ πλάσματος,

Edd. ceterae. *d* Ἡμῶν] Ὑμῶν F. *e* Τοι] Τι O. W. *f* Λέγειν] Λέγων O. M.

Hunc *Noſtri* locum uſurpavit **Brodaeus** ad Anth. IV. c. 5. Ep. 7. *H. Stephan.* App. de D. A. p. 196. poſitis *Luciani* verbis addit: *ubi infinitivus* εἶναι *mendoſe ſcribi videtur, &* ϗ *in ejus locum ſubſtitui debere.* *T. H.*

38. Καὶ] Ita P. *S. Coll.* & L. recte. *J.* ἢ ϗ. Reliquæ εἶναι & ipſe *Ox.* vitioſe. *M. du S.*

40. Βούλεται] *Fr. Luiſinus* Par. III. c. 4. *& ſi tibi hoc indicare debet Prometheus:* obſcuriuſcule, nec ſatis convenienter, quamquam de ipſa hac loquendi formula non male ceteroqui commentetur. *Platoni* frequens: βούλεται μὲν ȣ̓δὲν ἧττον ὁ νόμος εἶναι τȣ̃ ὄντος εὕρεσις· in Min. p. 565. B. *Ariſtid.* T. III. p. 421. C. ϗ εἰ μὲν τοῦτο ἐστὶν ἡ παροιμία βούλεται δηλοῦν. *T. H.*

45. Παραμυθούμενος] Paulo reconditiorem verbi venuſtatem non adſecuti ſunt Interpretes: tu cape: *mollius, in meliorem partem interpretatus*, quod ſcilicet duriuſcule dictum videri poterat, atque adeo ipſum illud *Luciani*, quod paulo poſt ſequitur: πρὸς τὸ εὐφημότατον ἐξηγούμενος. Vim illam, quae fluit a propria poteſtate τȣ̃ παραμυθεῖσθαι, *mitioribus verbis flectere*, declaravit *Budaeus* C. L. G. p. 680. 681. nec non *Iſ. Caſaubon.* ad *Strab.* I. p. 63. n. 4. Saepe *Wolfius* in *Ulpiano* non intellexit: quum *Demoſth.* pro Cor. p. 477. E. ſcripſiſſet κλέμμα μὲν Φιλίππου, ita notat: παραμυθεῖται τὰς συμφορὰς, κλέμμα λέγων, ἀλλ' ȣ̓ κατόρθωμα· *calamitates opportuna voce mollit tegitque, furtum Philippi dicens, non factum prudens atque egregium.* Similem in modum θεραπεύειν τὸ σκληρὸν τȣ̃ λόγου apud *Schol. Pindar.* ad Olymp. B. 162. *phraſin duriorem commodo epitheto mitigare.* *T. H.*

47. Ἐπαινεῖν] Ante Salmurienſem omnes ἐπαινῶν· pro quo non abſurde *Benedictus* Infinitivum praetulit. Aliud remedium, veteri lectione ſervata, quodque mihi magis etiam arridet, in promtu eſt: ȣ̓ ταῦτα εἰκασέ σε τῷ Πρ. ἀλλὰ τ. κ. τ. ἐπαινῶν. Poſſes quoque: ȣ̓ ταῦτα εἴκασαι τῷ Πρ. ἀλλὰ τὸ κ. τ. ἐπαινεῖ non eam in partem, quam dixiſti, cum Prometheo comparatus es, ſed ille ſcilicet, qui te Προμηθέα ἐν λόγοις vocavit, novitatem inventionis laudat &c. Quum nullum ſit in hoc loco librorum veterum auxilium, reduxi priorem ſcripturam; cujus vice quin, quod maxime placuerit, quisque reſtituat, non intercedo. *T. H.*

49. Τέως ἐννοήσας] Benedictus *ſuo marte commentus.* Non cepit vim & elegantiam. Verte *hactenus comm.* *J. G.*

Τέως ἐνν.] Pravam diſtinctionem, quae planiſſimae ſententiae nitorem obfuſcabat, mutavi. Id licet ſaepius a me factum, ſemper tamen admonere operae non fuit. *T. H.*

53. Συνειργάζετο ἡ Ἀθηνᾶ] Omnia, in quibus mentis ἀκμὴ ἐστὶ τὸ θειότερον τῆς ψυχῆς deprehenditur, Minervæ ſolent adſcribi. *J. B.*

Συνειργ. δέ τοι] Melius Mſ. συνειργάζετο δέ τι ἡ Ἀθηνᾶ. *J. J.*

55. Πρός τε τὸ εὐφ. &c.] Aut delendum τε, aut lacunae ſignum addendum poſt καὶ hoc modo: *cum in optimam partem interpretatus dictum, tum etiam* * * *Et fortaſſe hic eſt ſenſus:* τὸ εἰρημένον ϗ * * * ϗ ἴσως αὐτὸς ὁ νοῦς. Nam poſt τε ſequi debet καί. *J. C.*

Πρός τε] Scribi jubet norma linguae Graecae πρός γε· tantilla mutatio omnem lacunae ſuſpicionem demit. Τοι & τι ſaepe in Codd. alterum alterius occupavit locum: illud malebam in Somn. §. 16. hic prae vulgata Wittiani libri auctoritatem ſperno. Minerva Prometheo fuit in fingendis hominibus adjutrix, idque juſſu Jovis: *Stephan.* in Ἰκόνιον· ubi *Luciani* locus hic a *Berkelio* prolatus: quin Minervae auxilio in coelum eſcendit, adhibita facula ad rotam Solis, ignem furaturus, teſte *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VI, 42. *T. H.*

59 Ἀρχαιότερον] Si quis pertendat, video ſatis, quemadmodum defendi poſſit: mihi tamen perſuaſum eſt, vix potuiſſe *Lucianum* aliter ſcribere, quam

ματος, οὐ τοῦτο ἀπόγονόν ἐστιν· ἀλλὰ εἰ μὴ καὶ [a] χάριεν φαίνοιτο, αἰσχυνοίμην ἂν, εὖ ἴσθι, ἐπ' αὐτῷ, καὶ ξυμπατήσας ἂν, ἀφανίσαιμι. οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ, παρά γε ἐμοὶ, ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ συντετρίφθαι ἄμορφον ὄν. καὶ εἴγε μὴ οὕτω φρονοίην, ἄξιος ἂν μοι δοκῶ ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι, οὐ συνιεὶς, ὡς πολὺ ἀμορφότερα τὰ μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ [b] πεποιθότα.

Πτολεμαῖος οὖν ὁ Λάγου δύο καινὰ ἐς Αἴγυπτον ἄγων, κάμηλόν τε Βακτριανὴν παμμέλαιναν, καὶ δίχρωμον ἄνθρωπον, ὡς τὸ μὲν ἡμίτομον αὐτοῦ, ἀκριβῶς μέλαν εἶναι, τὸ δ' ἕτερον, ἐς ὑπερβολὴν λευκὸν, ἐπίσης δὲ μεμερισμένον, ἐς τὸ θέατρον [c] συναγαγὼν τοὺς Αἰγυπτίους, ἐπεδείκνυτο αὐτοῖς ἄλλα τε

afferri poſſit, cujus progenies cenſeatur. Sed niſi elegans videatur, pudeat me ſane (ſat ſcias) illius, & conculcans comminuerim. Neque illi profuerit apud me novitas, quo minus conteratur, ſi non & formoſum videatur. Ac niſi ita ſentiam, dignus mihi videor, qui a ſedecim vulturibus arrodar: ut qui non intelligam, longe deformiora ea eſſe, quæ cum peregrinitate conjunctam habent turpitudinem.

4. Ptolemæus igitur Lagi filius, cum duas res novas in AEgyptum adduxiſſet, Camelum Bactrianam totam nigram, & hominem bicolorem, cujus dimidia pars plane nigra, altera autem ſupra modum candida erat; congregatis in theatrum AEgyptiis, exhibuit illis cum alia multa ſpecta-

a Χάριεν] καὶ χάριεν P. *J. S. A.* χάριέν τι C. L. καὶ χαρίεντα *F. A. H. P.* καὶ abeſt in O. M. b Πεποιθότα.] Πε-

ἀρχέτυπον, vocem in hac re propriam, & jam modo ſic uſurpatam: Imag. §. 15. εἰκὼν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον μεμιμημένη· & quod huic ſimillimum extat §. 17. εἰ μηδὲν ἀρχέτυπον ἐπιδεῖξαι ταύτης δυναίμην τῆς γραφῆς· at nihil accedit propius, quam illud *Lucilii* apud *Atil. Fortunat.* in Art. p. 2686. *Veteres lege, id eſt, ut ait* Lucilius, *Archetypa, unde haec ſunt omnia nata·* ſic τὰ ἀπὸ τῶν ἀρχετύπων κατεσκευασμένα. *Dionyſ. Halic.* Ind. de *Dinarcho*. *Oneſicritus*, teſte *Diogen. L* VI, 84. operum argumentis *Xenophontem* aemulatus, ſtyli quoque genere proximus accedit, πλὴν ὅτι ὡς ἀπόγραφος ἐξ ἀρχετύπου δευτερεύει. Ceterum hanc de ſcriptis ſuis hominum opinionem ſaepius indignatur, & qua virtute maxime cenſeri velit, docet *Lucianus:* vid. Zeuxin. *T.H.*

60. Ἀλλὰ εἰ μὴ χαρίεντα φαίνοιτο] Fortean *Luciani* ſtilo fuit, ἀλλὰ εἰ μὴν ἐστὶ χαρίεν τι. *Th.M.*

Ibid. Χάριεν] Sic P. & Ed. *J.* recte. Præter *Salm.* & quæ eam ſecuta eſt *A.*, omnes χαρίεντα cum ipſis Mſſ. Ox. & M. præferunt. Coll. χαρίεν τι. *M.du S.*

63. Αὐτῷ] Emendationem *Jenſii* in textum recepimus, quamvis omnes editi & Ox. Mſ. habeant αὐτό. De reliqua phraſi vide Κρον. Ep. I. c. 2. *M du S.*

Αὐτὸ] Typorum, opinor, vitio legitur apud *Jenſium* αὐτῷ· ὠφελεῖν quidem utrumque recipit caſum, ſed accuſativum frequentiſſime: *Thom. Mag.* in Ὠφελεῖ σε. Particula γὰρ incommode poſita: melius transferri poteſt: οὐδὲ γὰρ ἂν ὠφ. αὐτὸ παρά γ' ἐμοὶ &c. quod & *Clerico* veniſſe in mentem video: γ' ἐμοὶ certe ſine controverſia rectum eſt: nam γοῦν *Brodaeo* & *Marcilio* probatum talem orationis ordinem poſtularet: παρὰ γοῦν ἐμοὶ, vel παρ' ἐμοὶ γοῦν ἡ καιν. οὐδ' ἂν (ſeu οὐδὲν) ὠφ. αὐτὸ, μὴ οὐχὶ &c. *T.H.*

Ibid. Παρὸν ἐμοὶ] Lege παρὰ γοῦν ἐμοί. *J. Br.*

Παρὰ γάρ ἐμοι] Παρὰ γοῦν ἐμοι *apud me quidem.* *Th.M.*

Παρὰ γὰρ ἐμοὶ] Aut delendum γὰρ, aut loco movendum: οὐδὲ γὰρ ἂν ὠφελήσειεν αὐτὸ παρ' ἐμοὶ ἡ καινότης· *neque enim quidquam ei prodeſſet apud me novitas.* *J.C.*

Παρὰ γὰρ ἐμοὶ] Pro γὰρ *Marcilius* γοῦν. atque ita legendum, monuerat jam *Brodaeus* IX. Miſcellan. cap. 5. Aliquid ſane eo ipſo adfertur: ſed ita hic locus, ſublata prava diſtinctione, legendus videtur. Οὐδ' ἂν ὠφελήσειεν αὐτῷ παρά γε ἐμοὶ ἡ καινότης, μὴ οὐχὶ ἐπιτετρίφθαι ἄμορφον ὄν. *Neque ſane prodeſſet illi novitas apud me quidem, quo minus contereretur, ſi eſſet deforme.* Vides ſenſum planiſſimum, immo ipſam, ſi eam conſideres, *Luciani* mentem; quam quoque vulgata verſio eſt adſequuta, quare ea ſumus contenti. *J.J.*

Παρὰ γὰρ ἐμοὶ] Ed. *J.* γοῦν rectius; ſuſpicor tamen ſcriptum fuiſſe tantum παρὰ γ' ἐμοί. *M. du S.*

67. Ὡς πολὺ ἀμορφότερα] Vult *Lucianus* deformiora ea eſſe, quibus accidit, ut cum novitate diſpliceant. *J.B.*

Ibid Μετὰ τοῦ ξένου] Μετὰ τῆς καινότητος. *J. Br.*

Τα μετὰ τοῦ ξένου αὐτὰ πεποιθότα] Αὐτὸ πεπονθότα. Ex ſequentibus pateſcit. *Th M.*

68. Αὐτὰ] Alii Codices: ταὐτὸ πεπονθότα. *J. Br.*

Αὐτὰ πεπονθότα] *Marcilii* emendationem, confirmantibus collectaneis G. neceſſario admiſimus, pro πεποιθότα (quod in omnibus, quas quidem videre licuit, Edd. & ipſis Mſſ. Ox. & M. legitur) hoc reponentis. *M. du S.*

Αὐτὰ πεποιθότα] Vellem *Brodaeus* veteres illos Codd. quos nonnunquam laudat, accuratius paulo deſignaſſet. Ferri quidem poteſt, ταὐτὸ πεπονθότα, nimirum τὸ ἀμορ-

ſtacula, tum inter poſtrema, hæc quoque, camelum & ſemialbum hominem: putabatque, ſe magnam admirationem iſto ſpectaculo concitaturum eſſe. At illi ad cameli quidem conſpectum perterriti ſunt, & parum abfuit quin exilientes profugerent, quanquam tota ea auro exornata, ac purpura inſtrata erat, frenum etiam gemmis diſtinctum habebat, ex Darii, aut Cambyſis, aut etiam ipſius Cyri theſauris depromptum. Homine autem viſo, plerique ridebant: quidam etiam ut monſtrum ſunt averſati. Quare Ptolemæus intelligens ſe parum laudis capere, neque novitatem apud AEgyptios in admiratione eſſe, ſed præ ipſa concinnitatem juſtamque formam probari, abduci ea juſſit; hominemque non amplius eodem honore habuit, quo antea. Camelus neglecta mortua eſt:

πολλὰ θεάματα, καὶ τὸ τελευταῖον καὶ ταῦτα, τὴν κάμηλον, καὶ τὸν ἡμίλευκον ἄνθρωπον· καὶ ᾤετο ἐκπλήξειν τῷ θεάματι. οἱ δὲ, πρὸς μὲν τὴν κάμηλον, ἐφοβήθησαν, καὶ ὀλίγου δεῖν ἔφυγον ἀναθορόντες· καίτοι χρυσῷ πᾶσα ἐκεκόσμητο, καὶ ἁλουργίδι ἐπέστρωτο, καὶ ὁ χαλινὸς ἦν λιθοκόλλητος, Δαρείου τινὸς, ἢ Καμβύσου, ἢ Κύρου αὐτοῦ [d] κειμήλιον. πρὸς δὲ τὸν ἄνθρωπον, οἱ μὲν πολλοὶ ἐγέλων· οἱ δέ τινες, ὡς ἐπὶ τέρατι [e] ἐμυσάττοντο. [f] ὥστε ὁ Πτολεμαῖος συνεὶς ὅτι οὐκ εὐδοκιμεῖ ἐπ' αὐτοῖς, οὐδὲ θαυμάζεται ὑπὸ τῶν Αἰγυπτίων ἡ καινότης, ἀλλὰ πρὸ αὐτῆς τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ εὔμορφον κρίνουσι, μετέστησεν αὐτά· καὶ τὸν ἄνθρωπον οὐκέτι διὰ τιμῆς ἦγεν ὡς πρὸ τοῦ· ἀλλ' ἡ μὲν κάμηλος ἀπέθανεν ἀμελουμένη·
τὸ

πονθότα C. *c* Συναγαγὼν] Ἀγαγὼν O. P. *d* Κειμήλιον] Καμήλου O. *e* Ἐμυσάττοντο] M. & Ox. Excepta *S.* & *A.* priores Edd. omnes ἐμυσάττ. *f* Ὥστε] Ὁ μέν τοι *J.* Margo *A.* 2. *W.*

ἄμορφον, quibus accidit, ut deformia ſint, adjuncta inſuper inventionis novae peregrinitate, qua fiat, ut multo etiam videantur inelegantiora: nec tamen diſſimulare volo, quid mihi blandiatur maxime: legendum hariolabar: τὰ μόνου τοῦ ξένου ἀντιποιηθέντα, *quae ſolam ſibi novitatem vindicant, nihilque, quo placeant, aliud habent:* hoc, niſi fallor, ad *Luciani* mentem apte quadrat. Si quid ad veterum exemplar male ſit compoſitum, ac venuſtate careat, id quidem ineptum & ἄμορφον· veruntamen quae ſola nituntur inuſitata quadam novitate, neque χάριτος & εὐρυθμίας ullam habent commendationem, illa ſane multo deformiora. Haec poteſtas eſt in ἀντιποιεῖσθαι. *Plutarch.* Symp. II. p. 637. D. οὐ μὴν ἀλλὰ τὸ σπέρμα μὲν ἄλλως γέ πως ἀρχῆς τινὸς ἀντιποιεῖται. *Syneſ.* Ep. 116. δεῖ γὰρ ἀντιποιηθέντα σοῦ πρότερον &c. Clem. Paed. II. p. 208. D. φιλοκοσμίαν σώματος ἀντιποιουμένην. Vid. *Suid.* in Ἀντιποιηθέντα. *T H.*

69. Πτολεμαῖος] Ptolemaeorum inſigne fuit in veſtigandis rarioribus naturae miraculis ſtudium: ſi quae animalia reperirentur inviſitata, Alexandriam ad eos mitti ſolebant. Philadelphum praeſertim, propter corporis infirmitatem φιλιστοροῦντα ab hac ſedulae curioſitatis laude commendat *Strab.* XVII. p. 1138. B. Vid. *AElian.* de Anim. III, 34. VI, 10. XVII, 3. *Agatharcides* initio lib. I. refert Πτολεμαῖον τὸν μετὰ τὸν Λάγου πρῶτον ἐλεφάντων θήραν συστήσασθαι· ἀλλὰ γὰρ ἐκ τῶν ὁμοιοτρόπων id *Plotius* miratur, quandoquidem diu ante Porus adverſus Alexandrum elephantos in aciem eduxerit. nos minime, quibus ex dicto *Strabonis* loco atque Adulitano monumento ſatis conſtat, quemadmodum *Agatharcides* ſit intelligendus. Ad Ptolemaeos & Syriae reges eidem ſtudio deditos pertinere puto, quae canit *Manil.* I, 41. Κάμηλον Βακτριανὴν memorat *Lucianus*; nam duo camelorum genera Bactriani & Arabici, qui quomodo differant docet *Ariſtot.* περὶ Z. atque ex eo *Plin.* H. N. VIII, 18. *T. H.*

80. Ἀναθορόντες] Vox poëtica. Ἑρμ. c. 71. ἐκθορεῖν. reperitur tamen etiam apud *Plutarch.* Vorſtius, ſcholii loco, ἀναπηδῶντες. *M. du S.*

Ἀναθορόντες] *Heſychio* debetur, quod ſcholii vice *Vorſtius* appoſuit: neque aliter exponunt *Suid. Schol. Euripid* ad Oreſt. v. 1416. Eorum ſaepe, qui ſtupefacti ſunt & ſubito caſu perculſi, repentinos impetus atque exſiliendi vehementiam ſignificat. Habent *Plato*, aliique veterum, ſed parcius: recentiores frequentant: *Heliodor.* I. p. 5. ἡ μὲν τῆς πέτρας ἀνέθορεν· & pluribus in locis: itidem *Achill. Tat.* IV. p. 341. ἀνέθορεν ὑπ' ἐκπλήξεως. p. 343. &c. *Dion Caſſ.* p. 625. B. ἐξ ἀνδριάντος τινὸς καπνὸς πολὺς ἀνέθορεν *Apollod.* I. p. 11. rariore forma *AElian.* de Anim. XI, 32. ἐκ τοῦ λέχους ἀνεθόρνυτο. & XVII, 46. ὑποθορνύμενοι quamquam hoc de libidine venerea ponatur: ut ἐπιθόρνυσθαι in Amor. §. 22. utriſque carent Lexica. Similiter ἐκθορεῖν apud *Noſtrum Philoſtr.* V. A. T. I. c. 5. *Appian.* de B. C. III. p. 938. ἐκ τῆς εὐνῆς ἀΐξας ἐς αὐτοὺς ἐξέθορε· de infantibus uſurpatur, quum ex utero in lucem erumpunt: falſus *Hippocr.* Ep. ad Damag. ἐκ μητρώων γὰρ λύθρων τοιοῦτος ἐξέθορεν *Callimach.* H. in Del. v. 255. idem eſt προθορεῖν, ἐκπροθορεῖν. *Maneth.* VI, 33. 100. *Proſilire* Latinis: *Arnob.* II. p. 70. *Feminarum ex genitalibus proſilirent.* *T H.*

87. Ἡ καινότης] Antea illam vocavit τὸ ξένον. *J. B.*

90. Ὡς πρὸ τοῦ] Ut antea. *J Br.*

94. Αἰ-

τὸν ἄνθρωπον δὲ τὸν διττὸν Θέσπιδι τῷ αὐλητῇ ἐδωρήσατο καλῶς αὐλήσαντι παρὰ τὸν πότον.

Δέδοικα δὲ μὴ καὶ τοὐμὸν, κάμηλος ἐν Αἰγυπτίοις ᾖ. οἱ δὲ ἄνθρωποι, τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζωσι, καὶ τὴν ἁλουργίδα. ἐπεὶ δὲ οὐδὲ τὸ ἐκ δυοῖν τοῖν καλλίστοιν συγκεῖσθαι, διαλόγου καὶ κωμῳδίας, οὐδὲ τοῦτο ἀπόχρη εἰς εὐμορφίαν, εἰ μὴ καὶ ἡ μίξις ἐναρμόνιος, καὶ κατὰ τὸ σύμμετρον γίγνοιτο. ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον τὴν ξυνθήκην εἶναι, οἷον ἐκεῖνο τὸ προχειρότατον, ὁ ἱπποκένταυρος. οὐ γὰρ ἂν φαίης ἐπέραστόν τι ζῶον τουτὶ γενέσθαι, ἀλλὰ καὶ ὑβριστότατον, εἰ χρὴ πιστεύειν τοῖς

hominem autem illum duplicem Theſpidi cuidam tibicini, cum in convivio belle ceciniſſet, dono dedit.

5. Vereor itaque ne & mea, camelus in AEgypto, ſint, cujus homines adhuc frenum & purpuram admirentur: neque enim ad elegantiam ſufficit, quod ex duobus optimis conſtat, Dialogo & Comœdia, niſi & ipſa compoſitio inter ſe conſentiens, juſtaque proportione temperata fuerit. Ex duobus pulchris certe compoſitio abſurda fieri poteſt, quale illud vulgatiſſimum eſt Hippocentaurus. Non enim amabile hoc animal eſſe dixeris, ſed potius contumelioſiſſimum, ſi modo convenit pictoribus credere,

94. Δέδοικα δὲ μὴ] Cum viderem hæc omnia eſſe confuſa, non auſus ſum ex ingenio ſolo meliorem lectionem aſſerere, quam nec agnoſcebant ullæ editiones, nec Mſſ. Hæc omnia ſic puto poſſe legi: παρὰ τὸν πότον. οἱ δὲ ἄνθρωποι τὸν χαλινὸν ἔτι αὐτῆς θαυμάζουσι, καὶ τὴν ἁλουργίδα. δέδοικα δὲ, &c. *J. B.*

95. Οἱ δὲ ἄνθρωποι &c.] Hoc vult: Vereor ne, quemadmodum cameli nigrae magis mirabantur AEgyptii fraenum & ſtragulam veſtem, quam ipſam camelum; ita etiam in meo opere aliena ornamenta lectores mirentur, ipſo ſpreto: hoc eſt: pergamenam, καλλιγραφίαν librariorum, aliaque ſimilia. Sic miramur chartam & elegantiam typorum in multis libris, quos ceteroqui ſpernimus, ad rem ipſam quod attinet. Nihil ergo hic mutandum. *J. C.*

96. Θαυμάζουσι] Θαυμάζωσι. *Th. M.*

Ibid. Ἐπεὶ δὲ οὐδὲ] Ἐπειδὴ οὐδὲ O. ſuſpenſum ex antecedente. *Th. M.*

Ἐπεὶ δὲ] Non me fugit, quos uſus habeat ἐπεὶ tum in probationibus, tum ſi quid objiciatur: ſed iſta nihil ad hunc locum. Legendum omnino videtur: ἔτι δὲ, Porro ne hoc quidem, ſi quid ex duobus pulcherrimis conflectur, ad venuſtatem ſufficit. Ab argumento priore diſcedens *Noſter* aliud ingreditur ac diverſum; quo in genere commodum eſt & uſitatum ἔτι de Conſcr. Hiſt. §. 8. ἔτι ἀγνοεῖν ἐοίκασιν οἱ τοιοῦτοι §. 10. ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον nec pluribus in re clara indigemus. Creberrimo Codd. antiquorum vitio ἔτι, ἐπὶ & ἐπεὶ confunduntur. Interpretes non moror, qui male haerentem ſententiam obſcuriore verſione incruſtare fruſtra ſunt conati. In proximis *Bourdelotio* res peſſime ſucceſſit, ut ſatis manifeſtum eſt, ſi *Lucianum* ipſum conferas in Zeux. §. 12. ἄρα τοίνυν μοι σκοπεῖν, μὴ καὶ τοὐμὸν ὅμοιον ᾖ τῷ Ἀντιόχῳ. &c. *T. H.*

98. Διαλόγου καὶ κωμῳδίας] De quibus in dial. Δὶς κατηγ. *J. B.*

99. Μίξις ἐναρμ.] Vide *Horat.* de Arte Poët. ipſo limatiſſimi carminis initio, tredecimque illos verſus, ni memoriter jam tenes, perlegito. *M. du S.*

1. Ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν ἀλλόκοτον, τὴν ξυνθήκην εἶναι] Ἔστι γοῦν ἐκ δύο καλῶν, ἀλλοκότον. *Th. M.*

2. Ἀλλόκ. τὴν ξυνθ.] Hoc eſt, rerum natura diverſarum compoſitione abſurdum, quemadmodum *Humano capiti cervicem pictor equinam Jungere ſi velit, & varias inducere plumas, Undique collatis membris, ut turpiter atrum Deſinat in piſcem mulier formoſa ſuperne. Horat.* in A. P. Etymologicum Magnum: Ἀλλόκοτον, τὸ ἀνόμοιον, ἢ ἐξ ἀνομοίων συνεστώς· ἀλλότοκον, καὶ καθ' ὑπερβιβασμὸν ἀλλόκοτον· *diſſimile, vel ex diſſimilibus conſtans: dictum eſt primum* ἀλλότοκον (quaſi ex alio genere natum) *deinde transpoſitione literarum* ἀλλόκοτον. Poſtea: σημαίνει οὖν ἐξηλλαγμένον, καὶ ἰδιότροπον· *ſignificat ergo in aliam formam mutatum & moroſum.* *J. C.*

3. Ὁ Ἱπποκένταυρος] Hippocentauri ex homine & equo ſunt conflati, & propterea διφυεῖς ab *Iſocrate* appellantur. Compoſitio diverſa & varia Hippocentaurus vocatur. *G. C.*

Ὁ Ἱπποκένταυρος] Duplici fere ſenſu veteres uſurpant: primum ad ſignificandam rem ſive inſolitam & portenti ſimilem, ſive fictam & vera natura vacuam adhibetur: *Euſtath.* ἀνυποστάτους ἐννοίας, καὶ ἃς οὐκ οἶδε φύσις τελεσφορεῖν ad Il. A. p. 102. *quis enim hippocentaurum fuiſſe, aut chimaeram putat?* ut ait *Cicer.* de N. D. II. c. 2. *Noſter* in Hermot. §. 72. quum chimaeras & gorgonas adjungit, in animo certe *Platonis* habuit locum in Phaedr. p. 1211. B. qui ἀμηχάνους πλήθει τε καὶ ἀτοπίᾳ τερατολόγους φύσεις vocat. *Cicer.* de N. D. I, 38. *quid intereſt, utrum de hippocentauro, an de Deo cogitemus?* Ad hanc normam ſomniorum interpretes hippocentauros, atque ejuſmodi alia ſomniantibus oblata exigunt. Vid. *Artemid.* II, 49. IV, 49. Sic illi veteres: nunc naturae miraculorum periti diſpiciant, an major habenda ſit fides *Plinio*, qui H. N. VII, 3. hippocentaurum ex AEgypto in melle Romam allatam ſe vidiſſe adſeverat. Deinde poni ſolet haec vox de iis, quae diſſimili genere in unum congregantur ac coaleſcunt. Sic Chaeremon Hippocentaurum fecerat, μικτὴν ῥαψῳδίαν ἐξ ἁπάντων τῶν μέτρων. teſte *Ariſtot.* de Poët. p. 224. v. 24. *Victorius*, eumque ſecutus

dere ; temulentiam & cædes illorum exhibentibus. Quid ergo ? an non rurſus ex duobus optimis compoſitum fieri poteſt pulchrum ? Ut ex vino & melle commiſtum & temperatum ſuaviſſimum ? Poteſt ſane. Meas vero compoſitiones contendere non auſim tales eſſe ; quin potius vereor, ne utriusque pulchritudinem ipſa mixtura corruperit.

6. Neque enim omnino conſueta inter ſe atque affinia ab initio Dialogus & Comœdia fuere. Siquidem ille domi & ſeorſum, mehercle, in ambulacris cum paucis quibusdam diſputationes ſuas habebat: Hæc vero, Baccho ſe totam tradens, in theatris

ζωγράφοις ἐπιδεικνυμένοις τὰς παροινίας, καὶ σφαγὰς αὐτῶν. τί οὖν οὐχὶ καὶ ἔμπαλιν γένοιτ' ἂν εὔμορφόν τι ἐκ δυοῖν τοῖν ἀρίστοιν ξυντεθὲν, ὥσπερ ἐξ οἴνου καὶ μέλιτος τὸ ξυναμφότερον ἥδιστον; Φημὶ ἔγωγε· οὐ μὴν περί γε τῶν ἐμῶν ἔχω διατείνεσθαι ὡς τοιούτων ὄντων, ἀλλὰ δέδια μὴ τὸ ἑκατέρου κάλλος ἡ μῖξις συνέφθειρεν.

Οὐ πάνυ γοῦν συνήθη καὶ φίλα ἐξ ἀρχῆς ἦν ὁ διάλογος, καὶ ἡ κωμῳδία· εἴγε ὁ μὲν, οἴκοι, καὶ καθ' ἑαυτὸν νὴ Δία ἐν τοῖς περιπάτοις μετ' ὀλίγων τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο· ἡ δὲ, παραδοῦσα τῷ [a] Διονύσῳ ἑαυτὴν, θεάτρῳ

a Διονύσῳ] Ita O. C. W. Edd. Διονυσίῳ.

tus D. Heinſius Κένταυρον dederunt, quia eum in modum Athenaeus proferat XII. p. 608. E. addens, ὅπερ δρᾶμα πολύμετρόν ἐστι. & XV. p. 676. E. ego nihil in Philoſopho movendum cenſeo, ut qui minime dubitem, quin titulus ab hac metrorum varietate ſit petitus: quo pacto Hippocentaurum dixeris an Centaurum, perinde erit. Ad idem ſcriptum pertinet, quod tradit *Ariſtot.* de Poët. c. 24. p. 252. ἔτι δὲ ἀτοπώτερον, εἰ μιγνύοι τις αὐτὰ (de metro heroico, jambico & tetrametro fuerat locutus) ὥσπερ Χαιρήμων· illa μῖξις ἄτοπος, qualis eſt Hippocentauri, opinionem de titulo meam confirmat. Simili modo *Noſter* in Bis Accuſ. §. 33. Dialogum querentem facit: ἱπποκενταύρου δίκην σύνθετόν τι καὶ ξένον φάσμα τοῖς ἀκούουσιν δοκῶ. & in Fugit. §. 10. ſeu *Lucianus*, ſive quis alius, non infacete quidem Sophiſtas traducit, velut Hippocentaurorum genus quoddam, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον de quibus quae notat *Lud. Creſollius* Th. Rh. II. c. 1. ſi ad haec adjungas, nihil erit magno opere, cur plura deſideres. *T. H.*

4. Ἐπίφαστον] *Ovid.* Met. XII. 394. de Centauro:

Si modo natura formam concedimus illi. *M. du S.*

5. Ὑβριστότατον] Placet ὑβριστικώτατον. *J. Br.*

Ὑβριστότατον] *Brodaeus* loco citato pro ὑβριστότατον legit ὑβριστικότατον debuit ὑβριστικώτατον. Fateor, me neſcire, num Graeci dicant ὕβριστος, unde deberet oriri ὑβριστότατος neutiquam tamen ὑβριστότατος rejiciendum eſſe, convincat vel unus *Ariſtophanis* in Veſpis locus ubi v. 1294. legitur:

Τούτων ἁπάντων ἦν ὑβριστότατον μακρῷ.

Vides verſum jambicum. Adde *H. Stephanum* (qui & hunc ex *Ariſtophane* producit verſum) ὑβριστότερον quoque ex idoneis auctoribus probantem. Vocem ὕβριστος *Dukerus* V. Cl. eruit ex Etymol. Magno. V. Πυστις. *J. J.*

Ibid. Χρὴ πιστεύειν τοῖς ζωγράφοις] Hac de re copioſe *Philoſtrat. Liban. Greg. Nazianz.* *J. B.*

9. Τὸ ξυναμφ.] Τὸ οἰνομέλι. *J. Br.*

Τὸ ξυναμφ.] Utitur hoc loco *Fabrot.* ad *Theophil.* Inſt. de Rer. Div. §. 25. Vid. L. 9. D. de Trit. vino vel ol. leg. ubi *mulſum* & *oenomeli* quaſi diverſa. *T. H.*

13. Ἡ μῖξις συνέφθειρε] De induſtria τὸ συμφθείρειν, cujus ſignificatio ſit ambigua, *Lucianum*, ut erat perquam eruditus, poſuiſſe, credo. Pictoribus, unguentariis ac tinctoribus propria φθείρειν, φθοραὶ & συμφθείρεσθαι de colorum unguentorumque diverſi generis mixtura: hac quidem temperatione ſua cuique perit pulchritudo, & corrumpitur; ſed arte tamen alius exiſtit color, qui naturalem ſaepe vincat. Iſtas voces illuſtravit *L. Kuſterus* ad *Ariſtoph.* Plut. v. 530. quarum tamen haec virtus jamdudum explicata fuerat a *Caſaub.* ad *Perſ.* S. II. v. 64. *Gataker.* ad *Marc. Antonin.* VI, 30. & *Fr. Junio* de P. V. III. c. 3. §. 3. Ea mente *Dionyſ. Halicarn.* quem certe Interpres non intellexit, ſcripſiſſe puto de tribus Graecorum literis duplicibus, διπλᾶ δὲ λέγουσιν αὐτὰ ἤτοι διὰ τὸ σύνθετα εἶναι τὸ μὲν ζ διὰ τοῦ σ καὶ δ. &c. συνεφθαρμένων ἀλλήλοις, καὶ ἰδίαν φωνὴν λαμβανόντων περὶ Συνθ. Ὀνομ. p. 22. v. 23. Neque aliunde ductum eſt illud *Statii* Ach. I, 307. *Lactea Maſſagetae veluti cum pocula fuſcant Sanguine puniceo, vel ebur corrumpitur oſtro:* ubi *fucant N. Heinſii* pro *fuſcant* nequaquam mihi probatur: noti ſunt *Homeri*, verſus quorum ſuaviſſima venuſtate capti & *Hic*, & *Virgil.* AEn. XII, 67. & alii poëtae Latini certatim eos exprimere contenderunt. *T. H.*

18. Τῷ Διονυσίῳ] Sacris Libero patri ludis. *J. Br.*

Τῷ Διονυσίῳ] Nempe Dionyſiis, ſeu die feſto Bacchi, populo ſolebant dari ludi ſcenici. Vide *Ariſtoph. Schol.* ad Nub. v. 11. & alibi ſaepe. *Horat* Epp. lib. I. Ep. I, 139. & ſequ. vide & Artem Poëticam a v. 220. Sic nata Comoedia, quod pluribus perſecuti ſunt Iſ.

τρῳ ὡμίλει, καὶ ξυνέπαιζε, καὶ ἐγελωτοποίει, καὶ ἐπέσκωπτε, καὶ ª ἐν ῥυθμῷ ἔβαινε πρὸς αὐλόν. ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον ἀναπαίστοις μέτροις ᵇ ἐποχουμένη, τὰ πολλὰ τοὺς τοῦ διαλόγου

verſabatur, ſimulque ludebat, & riſum movebat, gaudebatque ſalibus, & dicacitate, & ad numeros tibiæ incedebat. Interdum etiam anapaeſticis verſibus prorſus vecta, Dialogi ſectatores utplurimum

a Ἐν ῥυθμῷ] Ἐν deeſt in P. notatur quoque in margine *A.* 2 *W.* b Ἐποχουμένη] Ἐπηχουμένη *B.* 2. *P.*

Iſ. Caſaubonus de Satirica Graecorum Poëſi, & *G. J. Voſſius* in Art. Poët. *J. C.*

Τῷ Διονυσίῳ] Pro Διονυσίῳ Mſ. uti oportet, habet Διονύσῳ neque vero Bacchus Διονύσιος, ſed Διόνυσος Graece dicitur. *J. J.*

Τῷ Διονυσίῳ] Sic omnes, quas vidi, editiones; quum tamen vel infans in his literis videat Διονύσῳ legendum. Baccho nempe ſe tradidit Comoedia, &c. Res notiſſima. Errorem tamen non animadverterunt, nec *Coelius Rhodiginus*, qui Antiq. Lectionum lib. IV. c. 17. haec *Luciani* Latine reddens, τῷ, *Dionyſio*, etiam Latine retinet; nec *Brodaeus*, qui eamdem ſcripturam retinet Miſcell. IX. c. 5. Infra in Deor. Dial. XVIII. ubi de Baccho agitur, idemtidem in verſione *Dionyſius*, *Dionyſii*, intruſum vides, ubi Graece recte id nomen Διόνυσος ſcribatur. *J. J.*

Τῷ Διονύσῳ] Sic legendum recte monuit *Jenſius*. Emendationem, per ſe liquidam, firmant Codd. Ox. Coll. & W. Impreſſi omnes corrupte Διονυσίῳ. *M. du S.*

20. Ἐν ῥυθμῷ] Sic Dial. περὶ ὀρχήσ. Angl. ῥυθμῷ ἔβαινε. *J. B.*

21. Ἐνίοτε καὶ τὸ ὅλον &c.] Verſio Lat. *Interdum etiam anapaeſticis verſibus plerumque in ſublime evecta, dialogi ſocios ſubſannabat.* Prava haec verſio a prava diſtinctione eſt orta. Quid *interdum* & *plerumque* in uno membro? Diſtinguenda ſunt verba hoc modo: Ἐ. καὶ τὸ ὅ, ἀ. μ. ἐποχουμένη, τὰ π. τ. τοῦ δ. ἐ. ἐχλ. nam τὰ πολλὰ pertinet ad membrum poſterius: verte igitur: *Interdum etiam omnino anapaeſticis verſibus vecta, multa in Dialogi ſocios ſcommata conjiciebat.* Sic πολλὰ λοιδορεῖσθαι dixit *Noſter* in Somnio §. 4. & πολλὰ κατηγορηθῆναι in Tim. §. 38. τὰ πολλὰ ἐπισκώπτειν in Dial. Mor. I. Πολλὰ καταρᾶσθαι ἀνδράσι πονηροῖς dixit Comic. in *Lyſiſtr.* v. 816. Similiter Latini, *multa invehi in aliquem. L. Bos* Obſ. Crit. c. V. p. 19.

Ibid. Ἀναπ. μ. ἐποχουμένη] Secutus ſum *L. Bos* recte diſtinguentem: idem monuit de Ell. Gr. p. 142. Miror Interpretum, *in ſublime evecta*, quaſi anapaeſtis vecta Comoedia tanquam Pegaſo quodam in altum evaſiſſet. Singularis eſt quaedam atque elegans in iſta loquendi formula poteſtas: *Plato* de LL. IV. p. 818. E. ἐπὶ δὲ τῆς ἐλπίδος ὀχούμενοι ταύτης, *illa ſpe vecti & confiſi:* nitide *Alexand. Aphrodiſ.* de Fat. p. 119. ἐποχεῖσθαι τοῖς ἀπορουμένοις, *dubiis inniti non aliter ac ſi certiſſima forent.* Sic igitur comoediam puto μέτροις ἀναπαίστοις ἐποχεῖσθαι, quando confidentius in ſcenam procedit, in philoſophis irridendis modum pene non ſervans. Illud inſuper, quo magis vis phraſeos eluceſcat, animadvertendum videtur, verſus quaſi vehiculum aliquod orationis ſpectari: *Empedoclis*, *Parmenidis* aliorumque carmina λόγοι εἰσὶ κεχρημένοι ὥσπερ ποιητικῆς, ὥσπερ ὄχημα, τὸν ὄγκον καὶ τὸ μέτρον, ἵνα τὸ πεζὸν διαφύγωσι ita *Plutarch.* de Aud. Poët. p. 16. C. de Pyth. Or. p. 406. E. κατέβη ἀπὸ τῶν μέτρων, ὥσπερ ὀχημάτων, ἡ ἱστορία. Porro *Daviſius* utitur hoc loco ad defendendam *Ciceronis* vulgatam lectionem T. D. III. c. 24. *potentiſſimi regis anapaeſtum*; ubi *Lambino* placebat *anapaeſticum*; ſine cauſa. *Dionyſ. Halic.* A. R. I. p. 20. v. 24. ἀνάπαιστον ὑπὸ τοῦ Χοροῦ λεγόμενον. *Noſter* Symp. §. 18. ἀνάπαιστα συγκροτῶν, quod *Berglerus* opportune notat ad *Alciphronis* ἀνάπαιστα σύγκροτα ἐπιλέγοντες III. p. 368. *Ammian. Marcellin.* XXIV, 6. p. 441. *velut pedis anapaeſti praecinentibus modulis:* ibi vide *H. Valeſium.* *T. H.*

22. Ἐποχουμένη] Ἐπηχουμένη. *Th. M.*

23. Φροντ.] Socratem ac reliquos philoſophos. *J. Br.*

Φροντιστὰς καὶ μετεωρολέσχας] Socratem proculdubio innuit ab *Ariſtophane* in Nebulis ſubſannatum, & φροντιστὴν & μετεωροφένακα vocatum. *J. P.*

Φροντ. καὶ μετεωρ.] Apud *Ariſtoph.* l. c. dicuntur μεριμνοφροντισταί, & alio in loco μετεωροφένακες. Sed quia variant hae voces a Lucianeis, videtur aut alias ejusdem poëtæ reſpexiſſe fabulas, aut aliorum Comicorum. Ego Eupolidem reſpexiſſe crediderim, qui & ipſe a *Noſtro* narratur in Socratem fabulas ſcripſiſſe. Nihil tamen ea de re *Diogenes Laërtius*. Sed *Xenophontem* adi in *Sympoſ.* p. Ed. St. 520, 35. ubi diſces eo nomine ſolitum fuiſſe vocari Socratem. Ἆρα σύ, ὦ Σώκρατες, ὁ ΦΡΟΝΤΙΣΤΗΣ ἐπικαλούμενος; ſed & ſequentia in ipſo Xenophonte legito, ut & rationem illius cognominis diſcas, & ipſum Socratem ea de re audias opprobria in ſe jacta diluentem. *M. du S.*

25. Μίαν τ. προέλθοιεν] Hoc eſt, illa ſola de cauſa procedebat in publicum, ut eos irrideret. Ad *Ariſtophanis* Nubes reſpicit, quae in eum ſolum finem factae erant, ut infamaretur Socrates, una cum diſcipulis. Προέλθοιεν, τὸ προελθεῖν, inquit *Heſychius*, hoc eſt, *in ſcenam prodire, procedere.* *J. C.*

Προέλθοιεν] Angl. προαιρεῖσιν. *J. B.*

Προαιρεῖσιν] Veriſſima lectio quam præfert Ed. *J.* & agnoſcunt Codd. P. L. & Galæi Collectanea; nec longe abludit Angl. Mſ. Eadem voce alibi utitur. προέλθοιεν, quod alias Edd. inſidet, & ipſum M. Cod. & Ox., nihili eſt. *Vorſtius* margini adſcripſit i. e. ὁδόν. *M. du S.*

Προέλθοιεν] Recte *J. Clericus* exponit, cui prorſus adſentior. Quid ſibi voluerit *H. Stephanus* in Theſ. T. I. p. 1273. ſane non video. Quanquam προαιρεῖσιν ingerant *C. A.* & *Ed. J.* plus tamen apud me valet meliorum membranarum & Ed. Fl. auctoritas; quam ne me temere ſecutum putes, dum paucis ago, illa mihi video tradenda, quae, quando occurrunt ſingula,

mum; ſubſannabat; *meditatores*; ac *vanos ſublimium rerum diſceptatores*; & id genus alia vocitando. Eique id cordi erat, ut eos

ἑταίρους ἐχλεύαζε, φροντιστὰς, καὶ μετεωρολέσχας, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύουσα. καὶ μίαν ταύτην [c] προέλευσιν ἐπεποίητο ἐκείνους ἐπι-

c Προέλευσιν] προαίρεσιν C. P. L. *J.* margo *A.* 1 *W.* προαιρ. A.

23. Μετεωρολέσχας] Οἱ φλυαροῦντες τὰ μετέωρα *V.* * ἐν ταῖς Νεφέλαις Ἀριστοφάνης addit *M.*

* Ἐν ταῖς Νεφέλαις] Ex eadem *Ariſtophanis* fabula μετεωρολέσχας produxit *Suid.* in Μετεωροσοφιστής. Ibi tamen hodie nulli reperiuntur μετεωρολέσχαι, ſed μετεωροφένακες v. 332. μετεωροσοφιστής v. 359. Apud *Scholiaſten* extant ad v. 223. 330. *T. H.*

la, non difficilia quidem pleraque, ſed, quo communi nexu inter ſe cohaererent, parum videntur intellecta. Qui domo in publicum prodeunt, προέρχονται· ἔξω προελθεῖν *Antonin.* de R. S. XI. §. 28. προελθεῖν ἐς ἀγορὰν *Philo Jud.* p. 793. C. ſic in *Dione Chryſ.* XXXII. p. 392. D. οὔτ' ἂν ἴσως προέλθοι, *& ne domo quidem ad emendum aliquid ſe moveat*, capi poteſt: ſed ibi malo προσέλθοι. προϊέναι εἰς τὸ δημόσιον, *Plutarch.* Cat. Min. p. 762. C. ea mente *Luciano* in Somn. §. 9. εὐτελὴς τὴν πρόοδον, qui nullo ſtipatus amicorum comitatu, quemadmodum homines nobiles & clari ſolent, (vid. Necyom. §. 12.) ſed ob vilitatem vitae contemtus ac ſolus in publicum prodit: tales quoque potentium feminarum πρόοδοι, vel, qua voce frequentius appellantur, ἔξοδοι, de quibus alio loco dicam. Deinde προέρχονται, qui magna cum pompa, eaque publica & quaſi triumphali procedunt. Conſulum ſolennes proceſſus vel proceſſiones προόδους *Juſtinianus* Nov. CV. προελεύσεις *Theophilus* Inſt. de Rer. Div. §. 48. vocant; illud enim apud hunc multo, quam προσελεύσεις, malo. De ſacris Eccleſiaſticorum feſtisque proceſſionibus vide *J. Meurſii* & *Caroli du Freſne* Gloſſ. in Προέλευσις· recentioribus idem vocabulum pro triumpho in uſu fuit: *Euſtath.* ad Il. Ψ. p. 1292. v. 16. ἐντεῦθεν γὰρ παρὰ τοῖς ὕστερον ἡ πομπὴ καὶ τὸ πέμπειν ἐπὶ θριαμβικῆς προελεύσεως & ſignatius ad Il. I. p. 762. qui locus *C. Fabrottum* non fugit: ὅθεν καὶ πομπὴ ὁ θρίαμβος, ὃν προέλευσιν ἡ κοινὴ γλῶσσα λαλεῖ. πρόοδον dixit *Thom. Mag.* in Πομπή. Tum porro alia quaedam huic verbo addita eſt poteſtas in concionem prodeundi, orationem in ſenatu vel cum populo habendi: *Dionyſ.* A. R. VIII. p. 507. v. 28. προελθὼν ἐπὶ τὸ βῆμα· quod cum *Sylburgio* in παρελθὼν mutatum nolim: ſimiliter enim *Plutarch.* in Craſſ. p. 550. E. ἀναβὰς ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ προελθὼν· ipſumque hoc in Cat. Min. p. 780. E. ἐπὶ τὸ βῆμα τοῦ Κάτωνος προελθόντος· nec major eſt cauſa, cur quicquam novetur VIII. p. 465. v. 28. τοσαύτην νεότητα ἐξ ἑνὸς ἔθνους διαφόρου σφίσιν ἐπὶ τὴν θέαν προελθεῖν· quam lectionem quum ipſa tueatur ſtructurae forma, repudiandum cenſeo προσελθεῖν V. C. & *Porti*. Apud *Iſidor. Peluſ.* Epaminondas εἰς ἐκκλησίαν καλούμενος παρῃτήσατο προελθεῖν &c. II. Ep. 146. In *Socratis* H. E. III, 25. ſervandumne ſit προελεύσεις ποιεῖν τῷ βασιλεῖ, an cum *H. Valeſio* praeferendum προσελεύσεις, non ſatis habeo conſtitutum· ſi retineas, recte de ſectarum inter Chriſtianos principibus eo ſenſu dicetur, quaſi nunc e latebris, quibus ſe Juliani metu continuerant, proreperent, Jovianum Imperatorem quisque precibus adituri, ſuis ut partibus potiſſimum faveret. Eadem plane forma πρόοδον, πρόσοδον vel πάροδον ποιοῦνται apud Atticos, qui ad Senatum, aut pro concione cum populo agunt, apud Chriſtianos, qui ſacras conciones habent: utrumque erudite declaravit *H. Valeſius* ad *Euſeb.* V. C. IV, 29. σχολῇ δὲ λογογραφῶν συνεχεῖς ἐποιεῖτο τὰς παρόδους &c. 55. συνηθὲς δὲ τὰς προόδους ποιεῖσθαι. Moris autem erat Athenis, ut, qui Senatus adeundi vel populi poteſtatem ſibi fieri petebat, nomen & rem, de qua ſit dicturus, in tabella perſcripta profiteretur: hoc fuit τὴν πρόσοδον ἀπογράψασθαι· *Iſocr.* Or. Ar. p. 142. E. ſive etiam ſimplici verbo γράψασθαι· id quidem legas in Timocratea *Demoſth.* p. 781. A. πρόσοδον γράψασθαι πρὸς τὴν βουλὴν *referre ad Senatum* laxe nimis *Wolfius* interpretatur: hoc Timocrati Orator crimini vertit, quod tulerit legem οὐκ εἰς τὴν βουλὴν, οὐκ εἰς τὸν δῆμον εἰπὼν περὶ τούτων οὐδέν. Si copia dicendi non concederetur, λόγου εἴργεσθαι, ἐκκλείεσθαι, οὐ τυχεῖν dicebantur: ſin contra, λόγου τυγχάνειν, προσέρχεσθαι τῷ δήμῳ *Demoſth.* pro Cor. p. 474. D. παρέρχεσθαι εἰς τὸν δῆμον, & ſingulari quodam modo πρόσοδον ποιεῖσθαι· *Iſocr.* in initio Areop. & ad finem p. 157. τήν τε πρόσοδον ἐποιησάμην, καὶ τοὺς λόγους εἴρηκα τούτους· *AEſchin.* in Tim. p. 11. v. 43. τῆς γὰρ βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρόσοδον ποιουμένης πρὸς τὸν δῆμον· idemque περὶ τῆς Παραπρ. p. 35. v. 38. 37. commemorat τὰς εἰς vel πρὸς τὴν βουλὴν τῶν πρέσβεων προσόδους. *Libanius* etiam de eo poſuit, qui damnatus a judicibus ad populum provocat, cauſamque ſuam apud cives agit: in Προθ. Declam. XXX. p. 689. reperias, οὐ γὰρ ἐπ' ἀδήλοις τοῖς ἀδικήμασι ὁ λέγων ποιεῖται τὴν πρόοδον· at in oratione prima: οὔτ' ἂν ἐδεήθην προσόδων. Pari virtute Sophiſtae οἱ εἰς τὰ πλήθη παριόντες ſupra §. 2. οὔτε εἰς τὰ πλήθη παριὼν τοὺς βουλομένους ἀκούειν ἀργύριον εἰσπράττω in Ep. *Socrat.* p. 2. & ſimpliciter οἱ παριόντες apud *Demoſth.* Olynth. III. p. 38. A. quod recte *Scholiaſtes* interpretatur, οἱ δημηγοροῦντες. Jam ſcenicis actoribus haec eadem non diſpari ratione conveniunt: *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 608. τοῦ ὑποκρίτου προερχομένου, *actore in ſcenam prodeunte*. *Plutarch.* Nic. p. 524. E. λέγεται δὲ ἔν τινι χορηγίᾳ παρελθεῖν οἰκέτης &c. *Andronic* Paraphr. Eth. Nic. IV. c. 3. p. 210. τοῖς κωμῳδοῖς χορηγῶν παριοῦσι· quorum pravam *D. Heinſii* verſionem jure caſtigavit *Salmaſ.* de Uſ. p. 57. ipſe viciſſim merito caſtigatus a *Deſ. Heraldo* An. in O. ad J. A. & R. VI. c. 8. paulum quidem illud *Syneſii* diſcrepat de Prov. II. p. 128. D. ἐν τοῖς θεάτροις καὶ δεῖ τινα προσελθόντα διαλεχθῆναι τῷ δήμῳ, τί μετὰ μικρὸν ὄψεται· nam hae prologi ſunt, aut ejus, qui nuncii perſonam ſuſtinebat, partes, antequam ad ipſam fabulam actores aggrediantur: ſed quod mox ſequitur, plane congruit; περιμένειν δεῖ καταπεμπόμενον τὸν πρόοδον τὸ

ἐπισκώπτειν, καὶ τὴν Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν καταχεῖν αὐτῶν· ἄρτι μὲν ἀεροβατοῦντας δεικνύουσα, καὶ νεφέλαις ξυνόντας· ἄρτι δὲ, ψυλλῶν πηδήματα διαμετροῦντας, ὡς δῆθεν τὰ ἀέρια λεπτολογουμένους. ὁ διάλογος δὲ σεμνοτάτας ἐποιεῖτο τὰς συνουσίας, Φύσεώς τε πέρι καὶ ἀρετῆς φιλοσοφῶν· ὥστε τὸ τῶν μουσικῶν τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν, εἶναι τὴν ἁρμονίαν, ἀπὸ τοῦ ὀξυτάτου ἐς τὸ βαρύτατον· καὶ ὅμως ἐτολμήσαμεν ἡμεῖς τὰ οὕτως ἔχοντα πρὸς ἄλληλα ξυναγαγεῖν, καὶ ξυναρμόσαι,

ſugillaret, & Dionyſiacam iſtam libertatem in eos effunderet; nunc *in aëre ambulantes*, & *cum nubibus verſantes* illos exhibens; nunc *pulicum ſaltus metientes*, ut qui de aëreis & ſublimibus iſtis rebus nimis exiliter argutarentur. Dialogus vero graviſſimas diſputationes habebat de natura rerum, deque virtute philoſophans: ita ut Muſicorum illud, bis per omnes chordas, ab acutiſſimo ad graviſſimum usque, inter eos eſſet. Et tamen auſi fuimus nos, hæc ita ſeſe habentia, inter ſeſe conjungere & coapta-

30. Ὁ διάλογος] Ὥσπερ * Ἀρίστων Πλάτων. *M.*

* Ἀρίστων] Adde ὁ Ἀρ. ut Ariſtonis filius Plato. *T. H.*

τὸ σύνθημα· ἡ πρόοδος nihil aliud, quam ἡ προέλευσις, quando ſigno dato in ſcenam procedunt actores. Atque ob has quidem rationes gradum, ut puto, tuebitur ἡ προέλευσις· non quin recte dici poſſit comoedia μίαν ταύτην προαίρεσιν πεποιῆσθαι τοὺς φιλοσόφους ἐπισκώπτειν, quemadmodum *Chryſoſtom.* T. VII. p. 422. E. καὶ μία σπουδὴ (mulierum ſcenicarum) πᾶσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαι τὴν σωφροσύνην· ſed quod illud eruditius ſit, & magis accommodatum. *T. H.*

26. Διονυσ. ἐλευθ.] Hoc eſt, libera dicteria, quibus licebat uti feſto Dionyſiorum: quae *libertas* vocatur ab *Horatio* & *licentia*. Eleganter conjungit cum hisce *Lucianus* verbum καταχεῖν, *perfundere*. *Horatius* de homine dicteriis acriter proſciſſo lib. I. Sat. VII, 32. *At Graecus poſtquam eſt Italo perfuſus aceto Perſius.* *J.C.*

Διονυσιακὴν ἐλευθερίαν] De qua copioſè *Philoſtr.* dico ad *Heliod.* *J.B.*

27. Ἀεροβατοῦντας] Ex *Ariſtoph.* Neb. ut hæc tota narratio: ſic in Charont. & Icarom. *J.B.*

Ἀεροβατ.] *Ariſtoph.* νεφ. v. 4. Sc. III. A. I. ἀεροβατῶ καὶ περιφρονῶ τὸν ἥλιον. Socrati tribuit. Adde Plat. Ἀπολ. p. 7. C. *M. du S.*

28. Νεφέλαις] Inde titul. *Ariſtoph.* Νεφέλαι, ex quibus hic locus integer deſumptus. *J.B.*

Ibid. Ψυλλῶν πηδήματα] Reſpicit procul dubio hos verſus Comici in Nebul. Act. 1. Sc. 2.

Ἀνήρετ' ἄρτι Χαιρεφῶντα Σωκράτης
Ψύλλαν ὁπόσους ἅλλοιτο τοὺς αὐτῆς πόδας.

Hoc alibi ſæpe tangit, dum Socrati, Platoni, & aliis inſultat. *J.B.*

Ψυλλῶν...] A. I. Sc. II. Introducitur Socrates dimetiens ὁπόσους ψύλλα τοὺς αὐτῆς πόδας ἅλλοιτο. *A.V.*

Eandem calumniam tangit etiam *Xenoph.* loco ſupra citato. *M. du S.*

Ψυλλῶν πηδ.] Notarunt *L. Bos* Obſ. Crit. c. 12. p. 64. & *L. Kuſter* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 145. Adde *Eunap.* in AEdes. p. 38. ψυλλῶν πηδήματα καταμωκώμενος· ubi plura. *Syneſius* iſtos Comici verſus praecipue, quaſi rotundiſſime decurrentes, laudavit in Dion. p. 40. B. *T.H.*

33. Δὶς διὰ πασῶν] *Eraſmus* in Proverbio: δὶς διὰ πασῶν. *J. Br.*

Δὶς διὰ πασῶν] Proverbium a muſicis mutuo ſumtum, quo maximum diſcrimen & longiſſimum intervallum ſignificatur. Vid. *Eraſm.* Chil. Hoc uſus eſt *Lucian.* in lib. de Conſcr. Hiſt. & in ſermone, qui eſt de Mercede ſervientibus. *G.C.*

Δὶς διὰ πασῶν] Utitur paſſim hac comparatione. *J.B.*

Δὶς διὰ πασῶν] Vetuſtiores muſici, uti ex hoc proverbio patet, ſcalam ſuorum tonorum non ultra duas, quas hodie dicimus, *octavas* extendebant. V. *Eraſm.* Chil. ſæpius uſurpat Noſter, ut ἀ. μισθ. c. 11. συγγρ. c. 7. & ἀπαιδ. c. 21. *M. du S.*

40. Τὸ θῆλυ τῷ ἄρρενι] Hac de re *Phædrus* fine Fab. & ibi interp. *J.B.*

Τὸ θῆλυ τῷ ἀρ. ἐγκ.] Miſcet hic *Lucianus* duo figmenta: Poëtarum nimirum figmentum de Prometheo, quem homines e luto formaſſe dicebant, & *Platonis* de primis hominibus, quos primum ἀνδρογύνους fuiſſe ait in *Sympoſio*, deinde in duas partes ſectos. *J.C.*

Τὸ θῆλυ] Hac de re *Phadrus* IV, 14. *A.V.*

41. Ἐγκαταμίξας] Recte, ne quis conjectet συγκαταμ. *Noſter* de Conſc. Hiſt. §. 13. τὸ λευκὸν ἐγκαταμίξῃ πολὺ τῷ φαρμάκῳ *Achill. Tat.* IV. p. 261. Pari modo Scriptor de Mund. p. 13. v. 8. χρωμάτων ἐγκεραννυμένη φύσεις, pro συγκερ. *T.H.*

42. Τοιοῦτο φανείην] Neſcio quid ita cunctas Edd. inſederit vitioſum illud φανοίην pro φανείην aut φανοίμην, quod vel Grammaticae leges expelli jubeant. Praeterea legendum ſine dubio τοιοῦτος, id eſt, ὅμοιόν τι τῷ Προμηθεῖ πεποιηκώς· *magis etiam eo metu commoveor, ne alia quadam in re talis videar, qualem ſe Prometheus praebuit.* *T.H.*

44. Ὅσα π.] AEſchylus in Prometheo. *J. Br.*

Ibid. Κεκαλυμμένα τῇ πιμελῇ] Sic in Prometh. & Dial. Prom. & Jov. ex *Heſiod.* 1. Oper. *J.B.*

45. Ἀλλ' οὐδὲ τ. ἀρ. α. εἶναι διωμ.] * Λουκιανοῦ εἰς τύχην ἐπίγραμμα,

† Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτε * *V.*

* Λουκιανοῦ] Eſt inter Epigrammata Luciani inſcriptum εἰς τύχην· unde mendoſiſſime hic deſcriptum emendavimus: ſed & debuit poſt ποτ' addi καὶ τὰ ἑξῆς, *& caetera*, cum deſit finis hexametri verſus & totus pentameter. *J. C.*

† Ἀγρὸς] In *C. V.* erat ἄκος & γνώμην. recte vero πάλιν. *T. H.*

45. Τὴν ἀρχὴν] Scopulus Interpretum, quem, qui monuerant ipſi, ſaepius vitare non potuerunt. Vid. *Perizon.* ad *AElian.* V. H. III, 14. n. 4. *L. Bos* Obſ. Crit. p. 59. inprimis accuratiſſimum *Sylburgium* Praef. *Pauſan.* p. 928. *T.H.*

46. Αὐτοῦ εἶναι] Sic apud *Euripid.* Phoen. 557...

Οὔτοι τὰ χρήματ' ἴδια κέκτηνται βροτοί.
Τὰ τῶν θεῶν δ' ἔχοντες ἐπιμελούμεθα.

Grot. Flor. 381.

Non poſſidemus propria mortales bona.
Sed jus Deorum noſtra diſpenſatio eſt.

Horat. Lib. II. Sat. II.

Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus, erit nulli proprius; ſed cedet in uſum
Nunc mihi, nunc alii. *A.V.*

Αὐτοῦ εἶναι] Unde & II. Carm. Od. XIV, 24. eleganter admodum *brevem Dominum* vocat. *M. du S.*

47. Τούτων μὲν φ. οὐδενὸς &c.] Aut ſimilia prorſus cogitarunt, aut ex eodem fonte hauſerunt *Horatius* & *Lucianus.* Ita claudit *Venuſinus* vates Sat. II. libri II. ut nihil poſſit ſimilius Lucianeis dici:

Nam propriae telluris herum natura neque illum,
Nec me, nec quemquam ſtatuit. Nos expulit ille;
Illum aut nequities, aut vafri inſcitia juris,
Poſtremo expellet certe vivacior haeres.
Nunc ager Umbreni ſub nomine, nuper Ofelli
Dictus erit, nulli proprius; ſed cedit in uſum
Nunc mihi nunc alii: quo circa vivite fortes,
Fortiaque adverſis opponite pectora rebus. *J. C.*

48. Νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ] Sic in Timone, ſive Miſanthr. μετοικισθῆναι δέῃ παρ' ἑτέρου πρὸς ἕτερον. & in Charonte, ſive Contempl. τὴν οἰκίαν δὲ, καὶ τὸν ἀγρὸν, καὶ τὸ χρυσίον, ἀεὶ ἄλλων εἶναι, μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας· hæc apud *Lucianum* paſſim. *Lucianus* ſive is ſive alius poëta:

Ἀγρὸς Ἀχαιμενίδου γενόμην ποτὲ, νῦν δὲ Μενίππου,
Καὶ πάλιν ἐξ ἑτέρου βήσομαι εἰς ἕτερον.
Καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἔχειν μέ ποτ' ᾤετο, καὶ πάλιν οὗτος
Οἴεται, εἰμὶ δ' ὅλως οὐδενὸς, ἀλλὰ τύχης. *J. B.*

Ibid. Τὴν χρῆσιν &c.] Noſtra ſunt *uſu* non *mancupio*, ut loquebantur Juriſconſulti. *Vitaque mancupio nulli datur, omnibus uſu.* *J.C.*

49. Ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται] Ea paſſim in *Luciano* ſed præcipue in Charont. ſive Ἐπισκοπ. *J.B.*

51. Παραλαβὼν ἄλλος] *Cicer.* ad *Attic.* XII. Ep. 19. *in omni mutatione dominorum, qui innumerabiles fieri poſſunt in infinita poſteritate.* *T. H.*

53. Παρέχει] Nigrinus, ut ex orationis ſerie manifeſtum

agendi tempus prorogarent, ut multis ſolenne eſt, certum ſibi tempus præfinientibus, aut feſtos dies, aut ſolennes conventus, quibus auſpicentur non mentiri, & recte agere. Moræ enim expertem eſſe illum ad honeſta impetum debere volebat. Oſtendebat etiam, ſe philoſophos illos damnare, qui ad virtutem formare ſe adoleſcentes putant, ſi multis tormentorum neceſſitatibus atque laboribus ſuſtinendis exerceant; vincire plerique jubentes, alii flagris cædentes, & ſi qui elegantiores, etiam ferro cutim perradentes.

28. Putabat enim ille multo prius in animis duritiem iſtam & firmitatem contra dolores ac perturbationes parandam eſſe; eumque, qui homines optime inſtituere

λεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὥσπερ τοὺς πολλοὺς ποιεῖν, προθεσμίας ὁριζομένους ἑορτὰς, ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τοῦ μὴ ψεύσασθαι, καὶ τοῦ τὰ δέοντα [b] ποιήσειν. ἠξίου γὰρ ἀμέλλητον εἶναι τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμήν. δῆλος δὲ ἦν καὶ τῶν τοιούτων καταγνωκὼς φιλοσόφων, οἳ ταύτην ἄσκησιν ἀρετῆς ὑπελάμβανον, ἢν πολλαῖς ἀνάγκαις, καὶ πόνοις τοὺς νέους ἀντέχειν καταγυμνάσωσι· τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ἄλλοι δὲ, μαστιγοῦντες· οἱ δὲ χαριέστεροι, καὶ σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες.

Ἡγεῖτο γὰρ χρῆναι πολὺ πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς κατασκευάσαι, καὶ τὸν ἄριστα παιδεύειν ἀνθρώ-

b Ποιήσειν] ποιῆσαι Margo *A.* 2. *W.* Vulgatam retinere malim ea conditione, ut modo ſcribatur ψεύσεσθαι.

feſtum eſt: lapſi ſunt Interpretes, dum conjungunt, ἐκεῖνα παρέχει. *T. H.*

58. Μηδ' ὑπερτίθεται] Reſtituo ὑπερτίθεσθαι ac προθεσμίαις. *J. Br.*

62. Ἀμέλλητον εἶναι] Dignum philoſopho praeceptum, quod & *Perſius* tractavit V, 66. ubi a *Caſaubono Luciani* locus hicce eſt adductus, nec non a *Gatakero* ad *Marc. Antonin.* II. §. 4. *Epictet.* Ench. c. 75. ἂν ἀεὶ προθέσεις ἐκ προθέσεων ποιῇς, vel, ut *Simplicius* ait p. 323. προθεσμίας ἐκ προθεσμιῶν, καὶ ἡμέρας ἄλλας ἐπ' ἄλλαις ὁρίζῃς, μεθ' ἃς προσέξεις σεαυτῷ· hoc *Epicteto* dicitur ἀναβάλλεσθαι τὴν προσοχήν. Idem vitium in Chriſtianis corrigendae vitae curam ad ſolennia feſta differentibus graviter increpant Patres, quorum loca nihil attinet adſcribere. Hoc eſt ψυχῆς κάθαρσιν ταμιεύεσθαι ſcriptoris incerti apud *Suid.* in Ταμιεύω, *animae purgandae, & recte vivendi*, ut ait *Horat.* I. Ep. II, 41. *horam prorogare.* Atque ita fere contingit, ut, qui ad conſtitutum vitae deterioris emendationem rejiciunt, vitiis ſuis blandientes nunquam ad meliorem frugem veniant: elegantiſſime *Manilius*, etſi in re non prorſus eadem IV, 5. — *dum quaerimus aevum Perdimus, & nullo votorum fine beati Victuros agimus ſemper, nec vivimus unquam.* *T. H.*

67. Τοῦτο μὲν δεῖν] Exponere licet διὰ τοῦτο, eam ob rem, ut dolores & incommoda tolerare diſcant: quomodo §. 37. τοῦτο τοι· ſed tum oratio eſt paululum impeditior, & habet neſcio quid inconcinni, tum τοῦτο μὲν ita ſolet poni plerumque, ut τοῦτο δὲ vel ſemel vel ſaepius etiam ſequatur: exemplum mox ipſe *Lucianus* praebet, *Demoſth.* Ἐρωτ. p. 253. A. B. *Dion Pruſ.* p. 214. A. quare parum abeſt, quin ſcribendum putem. καταγυμνάσωσιν, τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες. Philoſophi vero ac Sophiſtae verberibus diſcipulos ac flagellis caſtigabant: *Xenoph.* Ἀπομν. I. p. 415. v. 44. οἶδα δὲ κἀκείνω σωφρονοῦντε ἔστε Σωκράτει συνήστην, οὐ φοβουμένω μὴ ζημιοῖντο ἢ παίοιντο ὑπὸ Σωκράτους· eoque pertinet, quod in *Ariſtoph.* Nub. v. 440. Strepſiades Socratis adſcriptus contubernio τὸ σῶμα παρέχει τύπτειν, πεινῆν, διψῆν, Αὐχμεῖν, ῥιγοῦν, ἀσκὸν δέρειν. *Libanius* etiam Or. περὶ τοῦ Ταπ. p. 577. C. ἐγὼ γάρ τοι τὸ μὲν διὰ πληγῶν καὶ μαστίγων πειρᾶσθαι νουθετεῖν ἔφυγον. & περὶ Συνθηκῶν p. 613. C. Verum praeterea haec flagrorum aliorumque cruciatuum tormenta, praeſertim apud philoſophos, genuinis auditoribus fuerunt injuncta, quo durato per haec ſupplicia corpore ad τὴν καρτερίαν firmarentur, atque inſitae libidinis intemperantiam extirparent: ſane Pythagoras βασάνους τε ποικιλωτάτας καὶ κολάσεις καὶ ἀνακοπὰς πυρὶ καὶ σιδήρῳ συντελουμένας διαθεσμοθετῆσαι dicitur a *Jamblicho* S. 68. Xenocratem laudat *Diogen. L.* IV, 7. οὕτως εἶναι ἐγκρατῆ, ὥστε καὶ τομὰς καὶ καύσεις πολλάκις ὑπομεῖναι περὶ τὸ αἰδοῖον. Mos, ut videtur, a myſteriorum ritu deductus, quibus initiari neminem fas erat, niſi probata per multos ἀναγκῶν, βασάνων & καύσεων, ſic vocant, gradus animi conſtantia experimentum ſui certum dediſſet. Meminit etiam *Arrian.* in Epict. iſtius philoſophicae probationis. *Superianus*, ut inertiam ac tarditatem ingenii excitaret, flagra ſibimet ipſe admovere non dubitavit, teſte *Damaſcio* apud *Suid.* in Σουπηριανός. Chriſtiani aſcetae, poſtquam veſtitum philoſophorum veterum adſciverant, haec quoque, quae *Lucianus* merito deridet, praepoſtera formandae pietatis inſtrumenta non ſpreverunt; quo de genere non pauca reperies in Vitis Patrum & *Caſſiani* Inſtitutionibus. Multa notant, ſed admodum perturbate, *Creſoll.* Th. Rhet. V. c. 6. 7. *Boilav.* Hiſt. Flag. c. IV. p. 78. quorum errores perſequi non juvat: neuter hunc ipſum *Luciani* locum praetermiſit. *T. H.*

Ibid. Δεῖν] Venit hic in mentem, quod de fibulis alicubi legere me memini; an eo tamen reſpiciat pro certo affirmare non auſim. *M du S.*

 76. Παρα

θρώπους προαιρούμενον, τοῦτο μὲν ψυχῆς, τοῦτο δὲ σώματος, τοῦτο δὲ ἡλικίας τε καὶ τῆς πρότερον ἀγωγῆς ἐστοχάσθαι, ἵνα μὴ τὰ παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων ἐλέγχηται. πολλοὺς γοῦν καὶ τελευτᾶν ἔφασκεν οὕτως ἀλόγως ἐπιταθέντας· ἕνα δὲ καὶ αὐτὸς εἶδον, ὃς καὶ γευσάμενος τῶν παρ' ἐκείνοις κακῶν, ἐπειδὴ τάχιστα λόγων ἀληθῶν ἐπήκουσεν, ἀμεταστρεπτὶ φεύγων ὡς αὐτὸν ἀφίκετο, καὶ δῆλος ἦν ῥᾷον διακείμενος.

Ἤδη δὲ τούτων ἀποστὰς, τῶν ἄλλων αὖθις ἀν-

velit, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis, & prioris educationis rationem habere debere, ne, ea quæ vires excederent imponendo, reprehenſionem incurrat. Multos itaque & mortuos ex eo eſſe dicebat, dum præter rationem ita ſupra vires intenderentur. Unum autem etiam ipſe vidi, qui cum jam ea apud illos mala deguſtaſſet, audita ſtatim vera doctrina, irrevocabili curſu aufugiens inde, ad ipſum venit, quem mox ab eo refectum cernere erat.

29. Jam vero ab iſtis ad alios digreſſus, urbis

76. Παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων] Talis eſt βδελυρὸς ille apud *Theophr.* Charact. περὶ βδελυρίας, qui ſolet τῷ ἀκολούθῳ ἐπιθεῖναι μεῖζον φορτίον ἢ δύναται φέρειν. *J.B.*

78. Ἐπιταθέντας] Caſtiga ἐπιταχθέντας. *J.Br.*

81. Ἀμεταστρεπτὶ] Sic Horatius

Oculo irretorto
Spectat acerbos. *M. du S.*

85. Καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν] Hæc παραγκωνίσματα tangit de Merced. cond. & multis aliis locis, in quibus hac de re proverbium explicamus. *J.B.*

86. Τὸν ἱππόδρομον] Hanc ἱππομανίαν multis verbis deſcribit Autor de cauſis corruptæ eloquentiæ. *Juvenal. Achill. Tat.* lib. 2. Tangit *Longus* lib. 3. *Liban.* paraſ. omnes paſſim. *J.B.*

Ibid. Τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας] Putavi aliquando hunc locum debere aliter legi. Reponebam ſcilicet τοὺς τῶν ἡνιόχων ἀγῶνας. Nam & mihi hæc lectio magis convenire videbatur antecedentibus, ubi ait ταραχὰς διεξίει, & ne diſſimulem, vix ab ea ſententia diſcedo. Notum eſt, quantas turbas olim fecerint agitatorum certamina, quantas ſeditiones excitarint, adeo ut ſæpe milite opus fuerit, ut ſedarentur rixæ & tumultus, quos aurigarum factiones & faventium cunei excitabant. Ideo nihil fuit Romæ magis celebre, nihil in circulis, hominum ſermonibus, magis agitatum, quam Circenſium eventus, & Praſinorum, Venetorum, Ruſſatorum, & aliorum victoriæ vel infortunia. Non poſſum tamen damnare lectionem vulgatam. Nam *Martialis* lib. 5. epigr. 96. ubi de Scorpi nobiliſſimi agitatoris imaginibus loquitur, ſic ait:

Hoc, rogo, non melius, quam rubro pulpita nimbo
Spargere & effuſo permaduiſſe croco?
Quam non ſenſuro dare quadringenta caballo,
Aureus ut Scorpi naſus ubique micet?

Et *Capitolinus* in Vero teſtatur equo Circenſi, cui nomen erat *Volucris*, ab Ælio Vero Imperatore factum aureum ſimulachrum. Itaque non mirum, ſi agitatoribus quoque nobilibus id honoris genus impertiebatur. Fuiſſe autem in circo poſita ea ſimulachra ex hoc loco conjicere licet, & rationi conſentaneum videtur. *J.P.*

87. Εἰκόνας] Vide Inſcript. *Sponii.* *M. du S.*

Ibid. Τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα] De quibus quam cupide ſermones habuerint, egregius oſtendit *Joh. Chryſoſtomi* locus T. V. Ed. Et. p. 315. καὶ οἱ μὲν πρὸς τὴν θεωρίαν τὴν τῶν ἵππων ἁμίλλης ἐπτοημένοι καὶ ὀνόματα καὶ ἀγέλην καὶ γένος καὶ πατρίδα καὶ ἀνατροφὴν τῶν ἵππων ἔχουσιν εἰπεῖν μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης, καὶ ἔτη ζωῆς καὶ ἐνεργείας δρόμων. Equi praeſtantiores ſuis nominibus inſigniti jam inde ab heroicis temporibus; neque per curioſam veterum diligentiam nos fugit, quemadmodum primi Hippodamiae proci Marmacis equae fuerint appellatae: vid. *Pauſan.* VI. p. 507. Plura dabunt *Lindenbrog.* ad *Amm. Marcellin.* p. 385. *J. Gothofred.* ad Cod. Theodoſ. XV. Tit. X. *J. A. Fabric.* ad *Sext. Empir.* p. 19. Equus Hadriani Boryſthenes eſt apud *Dion. Caſſ.* p. 792. D. & in *Epigr. Pith* p. 121. Phoſphorus *Auſonii* Epit. 35. *T.H.*

90. Ἐπιλήπται] Hæc ultima verba male vertit *Micyllus.* Vertendum erat: *multos, qui graves eſſe videntur, occupavit.* *J.P.*

Ἐπιλήπται] Male Micyllus: *Jam & multos eorum, qui pro ſtudioſis ac gravibus habentur, reprehendebat:* pari lapſu *Benedictus: Quin etiam multos qui pro gravibus haberi volunt, reprehendebat.* Nam & verſio Lucianum non adſequitur, & male periodum hanc majore diſtinctione ab præcedente ſeparant. Sed nec bene *Palmerius: multos, qui graves eſſe videntur, occupavit.* At mens Luciani eſt. *Multus enim profecto eſt in equis furor, & multos, qui graves videbantur eſſe, redarguit;* eos quum graves videri vellent, probavit vanos, & quum deberent contemptores horum eſſe, in iiſdem nugis inſanire oſtendit. Quia autem in præcedentibus ait *Lucianus* de equorum nominibus, non potui quin ad ejus illuſtrationem hic apponerem inſcriptionem, quam ex ſchedis Peireſcianis depromptam publicavit excellens antiquitatis vindex *Jac. Sponius*, quum ad auctores interpretandos hæc vetuſtatis imago vivam fere vim afferat. Ea ſic habet:

..II PRAEMISIT ET C. T.
OCCUPAVIT ET CIT. CCCV
INTROIUGIS VICIT

SANIPPO CINIS.	X	HILARO AF.	I
AEGYPTO PE.	I	MACUL. AF.	I
PEGASO AF.	I	AQUILIN. AF.	I

EU-

urbis tumultus, & turbæ conflictus, perſequutus eſt, & Theatra, & Circum, & aurigarum ſtatuas, & equorum nomina, deque iis ipſis in angiportis colloquia; frequentiſſimum enim revera equorum inſanum ſtudium, quod jam & multos ſummæ exiſtimationis viros invaſit.

θρώπων ἐμέμνητο, καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει, καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῆς, καὶ τὰ θέατρα, καὶ τὸν ἱππόδρομον, καὶ τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας, καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα, καὶ τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους. πολλὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἱππομανία, καὶ πολλῶν ἤδη σπουδαίων εἶναι δοκούντων ἐπείληπται.

30. Poſt hæc quaſi alteram fabulam orſus eſt, notando ea, quæ circa funera & teſtamenta agitantur, hoc addens, unam hanc vocem Romanos per omnem ætatem

Μετὰ δὲ ταῦτα, ἑτέρου δράματος ἥπτετο τῶν ἀμφὶ τὴν νεκυίαν τε καὶ διαθήκας καλινδουμένων, προστιθεὶς, ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐεν-

EUTONO AF.	I	PEGASO AF.	I
ADVOLA. AF.	I	COTYNO AF.	I
DROMO HISP.	I	SICA AF.	I
PASSER AF.	I	CIRPATO AF.	I
LUPO AF.	I	MELISS. AF.	I
SILVANO AF.	I	DELICAT. MAV.	I
LUCIN AF.	I	PARATO AF.	I
EUTONO AF	IV	BALLIST. AF.	VIII
PYRAL. AF. SE.	IV	ANDREM AF.	VIII
PARDO AF.	IV	SPICULO GAL.	VIIII
ROMULO LAC.	V	ROMULO AF.	VIIII
RAPACE AF.	V	LUPO AF.	VIIII
BAETIC. AF.	VI	PALUMB. AF.	VIIII
CAMM. AF.	VI	ROMULO AF.	VIIII
DAEDAL. AF.	VI	GLAPHYRO SPH.	VIIII
GAETUL. AF.	VI	BALIST. XIII.	III
ALCIMO	VI	MEMNO LAC.	XI
HILARO HIS.	I	BARB. AF.	I
SMARAGD. AF.	I	CALLID. CYR.	I
DRAUCO AF.	I	THELO AF.	I
ARANIO AF.	I	ARIONE AF.	I
EXACT. MAV.	I	HELIO AF.	I
PISTO CIR.	I	HIRBINO HEV.	II
PUGIO AF.	I	PALMAT. AF.	II
ANDRE. AF.	I	PASSER. TH.	II
ROMAN. GAL.	I	CATTA AF.	II
CANDID. AF.	I	PUGIO AF.	II
ABASC. THE.	XX	EXCELL.	
ARCAD. AET.	XVI	ARACIN.	
LUPO HISP.	XXII	CALLID.	
SAGIT. AF.	XI XIIX	AQUILA.	
AIACE AF.	XXX XXII	PECUL.	
AETHER AF	XXX XXX	....	
INGEN. ING.	XXIIX	HILAR.	
ARGO APH.	XXX		
VICTORE. AF.	XXXII. XL		
INNOCE. AF.	XXVIII		

PALMAS SIBI COMPLEVIT
C̄ CALLID. AF. BALLIST. AF. ∞
QUOS EQUOS C.

J. G.

Ἐπείληπται] Vere aſſeruit *Palmerius* hujus vocabuli ſenſum. Metaphora eſt a morbis aliisve irruentibus malis ducta. Sic ἀλ. c. 23. ἤν ποτε κεφαλῆς πυρετὸς ἐπιλάβηται. & συμπ. c. 47. quo fere ſenſu etiam inferius uſurpat καταλαμβάνομαι· συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ κατειλημμένος. c. 21. V. etiam de hac ipſa re, Ἐν. Δ. IX. *Tacit.* An. XIII. 25. Conſule etiam, ſi lubet, Σκ. c. 5. & Θ. Δ. XVII. *M. du S.*

93. Μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες] Hic cogor inſtituti mei brevitati fraudem facere, quod locum obſcurum, ut multi, ita ego judicem. *B. Briſſon.* vir clariſſ. longe hoc de loco diſſerit, & poſtea vir doctiſſimus *Guther.* lib. de Jure man. Horum interpretationem æquiſſimo Lectori relinquo. Ait Nigrinus, ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ παρ' ὅλον τὸν βίον προΐενται, τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. *Jacob. Micyll.* interpres, *quod unam hanc vocem Romanorum pueri per omnem ætatem veram emittant, eam intelligens, quæ in teſtamentis uſurpatur, qua petunt, ne a ſua veritate depellantur.* Quibus verbis, ut equidem ſentio, vult interpres *Lucianum* intelligi de liberis exhæredatis, variis modis patris teſtamentum infirmare nitentibus, & petentibus, ut patrem liceat arguere dementiæ, prodigalitatis, & luxuriæ. Quam licentiam non ſolum in exhæredatis ſed in omnibus olim Solon, eumque ſequuti, legibus ſuis inhibuerant; ſcilicet τὸν τεθνηκότα μὴ κακῶς ἀγορεύειν. Hanc interpretis mentem eſſe facile quivis judicaverit. Aliud tamen fortean voluit ἀλισμὸς Nigrini, & Ῥωμαίων παῖδας accipi de ipſis Romanis. Ingemiſcunt Romani quod ſe ſentiunt prohibitos veritate ſua & voce libera frui, ſcilicet prohibitos legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis teſtamenti quicquam elogii alterius famam læderet, niſi ſuorum, quos exhæredare leges permittebant cum elogio. Solebant autem Græci Romanique κακοήθεις, vitam & mores eorum, cum quibus graviora odia & ſimultates habuerant, teſtamento laceſſere, & hac licentia nullius exiſtimationi & famæ parcere. & ita in Codicillis Petronii *flagitia Principis ſub nominibus exoletorum, fœminarumque, & novitate cujusque ſtupri praſcripta & obſignata miſſa* Neroni apud *Tacit.* annal 16. hanc tamen antea teſtamentorum licentiam ſenatus ſæpe in Principum gratiam inhibuerat. *Sueton.* Aug. c. 50. *Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne ſenatus quicquam conſtitueret interceſſit.* Hujus loci cum mentem quærerem conſului viri Clar. *Iſaaci Caſaub.* Animadverſiones, in quibus hunc Luciani locum acceptum, ut nos interpretamur, deprehendi, quod gaudeo. *J. B.*

προΐενται, ἣν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, 95 veram emittere, ea intelligens, quæ in teſta-

, 96. Ἵνα μὴ ἀπολ. &c.] *Ne e veris ſuis ſermonibus quidpiam incommodi capiant:* nam *veritas*, juxta *Terentium*, *odium parit.* *J.Br.*

Ἵνα . . . . . .] Senſum hujus loci, quem interpres adſecutus non eſt, explicat *Briſſonius* form. l. VII. mox ab initio. *A V.*

Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας] Non melius profecto hunc locum intellexit *Bourdelotius*, quam *Micyllus*, quem deſerit ac refutat. Quid enim? an hic dicitur ingemiſcere Romanos, quod ſe ſentiunt prohibitos veritate ſua & voce libera frui, eaque prohibitio in eo conſiſtit, quod prohibiti ſint legibus illis, quibus cautum, ne in tabulis teſtamenti quicquam elogii famam alterius læderet, niſi ſuorum, quos exhaeredare leges permittebant cum elogio? Quæ ſpecies prohibitionis in Græcis, nedum talis? immo quæ fortaſſe nunquam contigit? Nam quod de conſenſu *Iſ. Caſauboni* jacit, vereor, ne aliter omnibus videatur, qui modo inſpexerint lucubrationes magni ejus viri. Sed neque *Benedictus* bene, *ne ex ſua veritate damnum capiant.* Plane enim *Lucianus* vult contrarium, nempe Romanos tota vita quum ſimulate egerint, veram unam vocem edere in teſtamentis, ne ex hac ſua veritate voluptatem capiant: hoc eſt, ne poſt eam veritatis vel mentis ſuæ veriſſimam profeſſionem patefactam (quod fit aperiendo teſtamento, neque id contingit niſi poſt mortem teſtatoris, ut non videat, non ſentiat, quid animi ſit illis, quibus laqueum aut infamiam legavit) laetari poſſint eo facto, quod inimicum ulti ſint ac læſerint malo voto, neque ſi ille propterea doleat, illi eum dolentem ſpectare poſſint. Hæc ſimplex & ipſa *Luciani* ſententia. Nam cur ἀπολαύειν ſumunt in malam partem? Neque hinc abire libet, quin alium locum per eandem hanc jactationem ambiguum tangam, qui eſt in Timone §. 2. qui ſic ad Iovem. οὕτω δῆλόν τινα ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι, μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλησθήσονται τῆς ἀσβόλου ubi Eraſmus, *verum hoc ſolum vulneris inferri poſſe judicent, ut fuligine compleantur.* Tan. Faber, *hocque unum ex vulnere malum ſibi accidere exiſtiment, quod fuligine operiantur atque inquinentur.* Quam interpretationem eſt alius, qui præter duas poſtremas voces repetit, & ſub titulo obſervationis negat τὸ τραῦμα hoc loco convenire, quum fuliginis fiat mentio, unde etiam ſtatim ſe legere ait καύματος, fulmenque & fulgur adurere & uſtulare dici notat. Sed mirum, ſi vel ſententiam vel elegantiam hujus loci ullo genere adſequatur. Cur enim & ille & priores ἀπολαύειν accipiunt in malum, & ad homines fulminatos applicant, non in propriam notionem voluptariamque, ut paſſim ſolet, ac mox vidimus, & rurſus in ipſo hoc Timone, ubi pari modo ἐκεῖνον ἀπολαύσειν οἰόμενος, atque ipſi Iovi attribuunt, ut prorſus debebant? ſic enim elegantiſſima ironia accipiendum; *hactenus autem* (vel *in hoc ſolo, ad hoc ſolum*) *exiſtimant te frui vulnere* (voluptatem capere ex jactu fulminis, quo ſtolide putas, o Jupiter, illis grave vulnus a te inferri) *ut operiantur fuligine*, videas modo eos nigredine obduci, quam tu male interpretaris vulnus, quum ſit ſimplex & ridicula fuligo, velut fulmine in carbones & fumum reſoluto, quum ad homines deveniat. Qui perfectiſſimus ſenſus. *J.G.*

Ἵνα . . .] Locus difficilis, ſed minime corruptus. De teſtamentis ſermo eſt, deque codicillorum Romæ licentia; quæ, aliis omnibus per dominationem ſuppreſſis, integra ſemper manſit. Cujus rei apud *Tacitum* aliosque luculenta extant exempla. Sed unicum afferre ſufficiat, Fulcinii Trionis (*Ann.* VI. 38.) qui accuſatus, & mori jam certus, *ſupremis tabulis multa & atrocia in Macronem ac præcipuos libertorum Cæſaris compoſuit; ipſi* (Tiberio) *fluxam ſenio mentem, & continuo abſceſſu velut exſilium objectando. Quæ ab hæredibus occultata, recitari Tiberius juſſit: patientiam libertatis alienæ oſtentans, & contemptor ſuæ infamiæ; &c.* Nigrini ergo jam facilè mentem perſpicis, *omnia Romæ præter teſtamenta, adulatione aut metu falſa. Sueton.* etiam in *Aug.* LVI. *Et tamen de inhibenda teſtamentorum licentia, ne ſenatus quicquam conſtitueret interceſſit.* Vide etiam apud *Valerium Max:* quomodo illuſerint ea ætate hominibus Romani, hæredes ſe eos ſcripſiſſe per totam vitam profeſſi; quos aut præterierant, aut probris, ut ex *Tacito* abunde conſtat, laceſſebant VII. extremo. Conf. *Guth.* de jure manium III, 27. De ἀπολαύω vide H. Δ. X. XXI. & Τιμ. 1. &c. *M. du S.*

Ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφ. ἀλ.] In his verbis eorumque ſenſu difficultas haeret praecipua. Sed operae pretium erit, qua fortuna locus hic fuerit conflictatus, lectori breviter ob oculos poni. *Barn. Briſſonius* de Form. lib. VII. poſtquam monuerat, accuratam fuiſſe veterum in teſtamentis ſcribendis diligentiam, teſtamenta ſpecula eſſe morum cujusque, teſtamenta denique ex Quinctiliani Declam. 332. eſſe, quibus omnem affectum fatemur, haec ſubjungit: *Quod & ſenſiſſe videtur Nigrinus apud Lucianum, cum ait:* Ὅτι μίαν φ. &c. *Quibus verbis, quorum ſenſum interpres adſecutus non eſt, hoc ſignificabat, Romanos veras demum voces tum cum ſuprema ſua ordinant mittere, nudaque eorum pectora in teſtamentis patere, nec, dum vivunt, ſua ipſos veritate uti frui, ſed ad alios ejus fructum pervenire.* Aliam omnino viam eſt ingreſſus *Jac. Gutherius* de Jur. Man. III. c. 27. is, prolatis & *Luciani* verbis & *Micylli* interpretatione, hunc in modum pergit: *Non praetermittam, quod hic dicitur, liberos a parentibus petere, μὴ ἀπ. τῆς σφ. ἀλ.* ne veritatis ſuae detrimentum patiantur. *Nam ἀπολαύειν in malam quoque partem uſurpari Grammatici docent. Vertit Interpres* Luciani, ne a veritate ſua depellantur, *quem auctoris ſenſum non aſſecutum* Briſſonius *Praeſes aſſerit.* Hoc enim ſignificabat, *inquit*, Romanos veras demum voces &c. *Quae mihi a Luciani mente longe remotiora videntur, quam quae reddidit Interpres. Ego quidem veritatis ſuae damnum capere, idem puto, ac bonis avi-

ſtamentis ſcribuntur, (quia verentur dum in vivis ſunt) ne ſibi veritas noceat. ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. ἃ

avitis, aut juſta haereditate privari, quae lege obvenit, & jure quodam naturae liberis defertur. Tum probat ἀληθὴς pro δικαίῳ, *verum* pro *juſto* poni: quibus an quid excogitari potuiſſet abſurdius, equidem neſcio: ſed *Gutherius* erroribus graviſſimis obnoxius plerumque, & caute, ſi quisquam, legendus, nihil eſt cauſae, cur nos magno opere moretur. Majorem utroque longe major lucem attulit *Iſ. Caſaubonus*, ad *Suetonii* Aug. notans: *Romanorum mos fuit in teſtamentis increpare alios, maledicere aliis, & liberam de quibuscunque vellent vocem edere: ideo dicebat Nigrinus apud* Lucianum: Μίαν φ. &c. ex quibus Virum Magnum illud ἀπολαύειν non aliter ac *Brodaeum* accepiſſe pro incommodum aut detrimentum pati, non obſcure colligitur. Fruſtra conſenſum, ut recte notatum *Gronovio*, jactat *Bourdelotius*, qui neſcio quam obſervationem ex lecto *Torrentii* ad eundem *Suetonii* locum commentario conflavit, quam vereor valde, ut ipſe ſatis intellexerit. Tandem mirifica quaedam eſt oratio, quam *Gronovius* confixit. *Romani, tota vita quum ſimulate egerint, veram unam vocem edunt in teſtamentis, ne ex hac ſua veritate voluptatem capiant, neve poſt eam veritatis vel mentis ſuae veriſſimam profeſſionem laetari poſſint eo facto* &c. (poſt mortem opinor) qualem ſententiam ab homine, qui, quid ſcribat, cogitet, nedum a Luciano potuiſſe proficiſci, ego mihi non perſuadeo. Ad me quod attinet, ſi vera eſt, quam cuncti Codd. tuentur, recepta lectio, τοὺς ἀμφὶ τὴν νεκύαν τε καὶ τὰς διαθήκας καλινδουμένους captatores intelligo tam graviter a *Luciano* praeſertim exagitatos, quorum ſane ſtudium omne in funerum juſtis & teſtamentorum tabulis verſabatur. De iſto inſidiatorum genere quum ageret Nigrinus, hoc quin adderet inſuper, praeterire non potuit, unam Romanos tota vita veram vocem emittere, (tum nimirum, quando corvis hiantibus deluſis pro haereditate ſperata reſtim cum digniſſimis elogiis relinquunt) quam non libere quidem & palam expromant, ſed abditam ultimae voluntatis teſtimonio conſignent: cur hoc autem? ne ſcilicet ex apertis animi veris ſenſibus, quos commodi cauſa diſſimulare cogebantur, magnum ad eos malum redundaret: nam haeredipetae non omnes vilis quaedam hominum faex, ſed potentiores quoque & in principum aulis gratioſi, qui, ſi vera eorum, quorum bonis inhiabant, de ſe judicia ſcirent, pro blandiſſimis adſentatoribus inimicos ſe gererent infeſtos: erat igitur cauſa ſatis juſta, quare patefactionem arcani, ſi, dum in vivis erant, in publicum efflueret, damnoſi, poſt mortem differendam putarent. Momentum aliquod accedit ab ipſo καλινδεῖσθαι, cujus uſus fere frequentiſſimus in rebus inhoneſtis ac turpibus: exempla petere licet a *Budaeo* C. L. G. p. 828. *Berglero* ad *Alciphr*. p. 95. Hoc autem modo fieri plane non poteſt, quin ἀπολαύειν τῆς σφετέρας ἀληθείας in deteriorem partem ſumatur. Verumtamen nexu orationis expenſo inducor pene, ut in aliam plane ſententiam diſceſſionem faciam. Primum exigua mutatione ſcripturae vulgatae ſubveniendum putem: ἵνα μὴ ἀπολαύουσι τῆς σφετέρας ἀληθείας, *ubi*, id eſt, *quibus in teſtamenti tabulis nullum capiunt veritatis fructum*: quinam? οἱ Ῥωμαίων παῖδες οἱ ἀμφὶ τὴν νεκύαν τε καὶ διαθήκας καλινδούμενοι, quos tum interpretor *Romanos, qui ſollicitam curam ac diligentiam condendis teſtamentis adhibebant*, ea propemodum virtute, qua de Cyro *Xenophon* ſcripſit Κ. Π. I. p. 8. v. 38. ἀλλ' ἐκαλινδεῖτο ἐν τῷ πειρᾶσθαι αὖθις βέλτιον παίειν. *Iſocrat*. περὶ τῆς Ἀντιδ. p. 316. B. τῶν περὶ τὰ δικαστήρια κυλινδουμένων. *Alciphr*. I. p. 108. οἱ περὶ τὰς ψήφους καὶ τῶν δακτύλων τὰς καμψεις εἱλινδούμενοι. Deinde μίαν φωνὴν ἀληθῆ προΐεσθαι ita fere, quomodo fecit *Briſſonius*, accipio, *veros animi affectus, remotis utilitatibus, cunctisque ad ſeverum examen adductis profiteri*: cum *Lucretio* dicas, quanquam ille alia paululum in re III, 58. *Nam verae voces* (φωναὶ ἀληθεῖς) *tum demum pectore ab imo Eliciuntur, deripitur* (ſic legendum arbitror) *perſona, manet res.* Eximius inprimis *Senecae* locus, quem *Briſſonius* quoque advocare non praetermiſit, de Benef. IV. c. 11. *Quid cum ipſo vitae in fine conſtitimus, cum teſtamentum ordinamus, non beneficia nobis nihil profutura dividimus? quantum temporis conſumitur, quamdiu ſecreto agitur, quantum & quibus demus? Quid enim intereſt, quibus demus, a nullo recepturi? Atqui nunquam diligentius damus, nunquam magis judicia noſtra torquemus* (hoc eſt illud καλινδεῖσθαι, & modo, *quantum temporis conſumitur*) *quam ubi remotis utilitatibus ſolum ante oculos honeſtum ſtetit: tamdiu officiorum mali judices, quamdiu illa depravat ſpes ac metus, ac inertiſſimum vitium voluptas. Ubi mors intercluſit omnia, & ad ferendam ſententiam incorruptum judicem miſit, quaerimus digniſſimos, quibus noſtra tradamus, nec quicquam cura ſanctiore* (vides μίαν ἀληθῆ φωνὴν) *componimus, quam quod ad nos non pertinet.* Nihil ad hunc *Luciani* locum accommodatius proferri poteſt: ſic autem continua ſerie cohaerebit oratio tota, dum teſtamentorum diligentiam ab hac quidem parte laudat Nigrinus, quod veritas, cujus cultus omnem vitam debuerat ornare, hic tandem excuſſo ſinu & nudato pateſiat; ab altera vero multo magis vituperat, quia ſtuporem mentis & rerum inaniſſimarum ſtudia voluntatis ultimae chartis mandata teſtificentur. Ἵνα μὴ ἀπολαύουσι vero pro ἐν οἷς οὐκ ἀπολαύουσι non eſt, ut multis apud Graecae linguae peritos probem. Recte porro veritatis in teſtamenta reconditae fructum capere dicuntur nullum, qui ſervientes utilitati ſuae ſub perſona vivunt, & ſaepe, ne aliorum in offenſionem incurrant, cariſſimos affectus procul a ſe habent. Haec qualiacumque lectoris eruditi arbitrio permitto, tam non ipſe conjecturae meae fidens, ut ſuſpicer etiam impoſitum eſſe gravius aliquod vulnus huic loco, cui medicina ſine meliorum Codicum ope non ſit parata. De teſtamentorum licentia praeter alios *Lipſius* egit ad *Tacit*. Ann. VI, 38. XIV, 50. *Micyllus* vel legit, neſcio quo pacto deluſus, vel legendum putavit, ἵνα μὴ ἀπολαύων) τῆς σφετέρας ἀληθείας. *T. H.*

6. Ἐσθῆ-

ἃ δὲ καὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ γελᾶν προήχθην, ὅτι καὶ συγκατορύττειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας, καὶ τὴν ἀναλγησίαν ἔγγραφον ὁμολογοῦσιν· οἱ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαταφλέγεσθαι, οἱ δ' ἄλλο τι τῶν παρὰ τὸν βίον τιμίων· οἱ δὲ καὶ παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις· ἔνιοι δὲ καὶ στέφειν τὰς στήλας ἄνθεσιν, εὐήθεις ἔτι καὶ παρὰ τὴν τελευτὴν διαμένοντες.

Εἰκάζειν οὖν [a] ἠξίου, τί πέπρακται τούτοις παρὰ τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα περὶ τῶν μετὰ τὸν βίον ἐπισκήπτουσι. τούτους γὰρ εἶναι τοὺς τὸ πολυτελὲς ὄψον ὠνουμένους, καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμ-

Quæ vero dum ab eo dicebantur, riſum tenere non potui, (haec nimirum ſunt) quod & ſecum ſepeliri ignorantiam ſuam velle eos ajebat, & ſtultitiam ſuam aperte ſcripto etiam teſtari, dum hi veſtes, alii aliud quid eorum, quae per vitam fuerant cariſſima, comburere eodem rogo ſecum mandant: alii & ſervos certos ad ſepulchra adſtare: alii etiam cippos ſertis coronari præcipiunt, ſtolidi videlicet etiam in ipſa morte manentes.

31. Conjecturam igitur inde fieri volebat, quid in vita ab illis actum ſit, quando talia de iis, quæ poſt mortem ſecutura ſint, teſtamentis mandant. Hos enim illos eſſe, qui cara obſonia emunt, vinumque in conviviis

a Ἠξίου] Edd. priores ἠξίουν.

1. Ἐσθῆτας ἑαυτοῖς] Cætera hujus paginæ copioſe exequitur μελέτῃ de Luctu: & dixere nuper viri doctiſſimi. *J.B.*

2. Συγκαταφλέγεσθαι] De funebribus ceremoniis & earum irriſione plura reperies in *de Luctu* & in *Charonte*. Has funebres expiationes ſubmovit *Lycurgus*, nec conceſſit, ut quicquam una cum cadavere ſepeliretur, (nam aliae nationes, ſi quid fuiſſet vivo chariſſimum, id mortuo addebant in ſepulchrum, damnoſa ſimul & ridicula ſuperſtitione, quaſi mortui ſentiant aliquid) ſed in puniceo amictu & oleae foliis ex aequo poſitos omnes ſepeliri juſſit. *G.C.*

Ibid. Οἱ δ' ἄλλο τι] Hæc verba, quæ in reliquis deerant ex Ed. *J.* & *V.* 2. ſupplevimus. Agnoſcit etiam *Briſſon.* de form. VII. teſte *Vorſtio*. *M.du S.*

6. Παρὰ τὴν τελευτὴν] Ut in Tyrannic. §. 1. ubi perperam interpretati ſunt: πρὸς τῇ τελευτῇ *Chryſippus* apud *Athen.* IV. p. 159. B. Rectum hoc quidem, ac non plane abjiciendum: at longe praetulero πέρα τῆς τελευτῆς, *ultra mortem*, quod ſi ſubjeceris, convenient utique multo melius ἔτι καὶ & διαμένοντες & mox μετὰ τὸν βίον. *Perſ.* VI, 41. *Haec cinere ulterior metuas?* ibi vide *Iſ. Caſaubonum*. Haec duo vocabula ſaepe confuſa: pro παρὰ τὸ μέτριον apud *Sozomen.* VI. c. 1. in Cod. Fuketiano *H. Valeſius* invenit πέρα τοῦ μετρίου, quod ſolum ſine controverſia verum eſt: *Strab.* XIV, p. 942. B. παῤῥησιαστικὸς πέραν τοῦ μετρίου, vel πέρα, quod ἀντιγράφοις in Mſſ. extat. Prave legitur in *Heſych.* Βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ, τοὺς παρὰ τοῦ δέοντος παῤῥησιαζομένους reſtituendum ex *Zenobio* πέρα. *T.H.*

7. Ἠξίου] *Vorſt.* ἠξίουν. Ego vero ἄξιον a *Luciano* ſcriptum fuiſſe exiſtimem. *M.du S.*

Ἠξίουν] Veriſſime *Vorſtius* ἠξίου quod reponere non dubitavi. Ad Nigrinum ipſum pertinet, ut ſupra §. 25. 27. *T.H.*

Ibid. Τί πέπρ. τούτοις] Qui vana haec & ridicula eſſe omnia nunquam didicerunt. *J.Br.*

10. Καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρότων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας] Sic Dialogo Panopes & Galenes, τῶν μὲν πινόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων. *Th.M.*

Τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρότων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας] Hæc male convenire videntur. Quid enim commune habet plauſus cum aromatibus? Ergo non dubito debere legi μετὰ κρόκων vel κρόκου καὶ ἀρωμάτων ea enim optime conjunguntur, ut & crocus vino. Nam ea miſcere ſolere, & in deliciis fuiſſe eam mixtionem teſtis eſt *Plinius* lib. 21. cap. 6. ubi de croco loquitur: *Uſus ejus in coronis nuſquam, herba enim eſt folio anguſto pene in capillamenti modum. Sed vino mire congruit, præcipue dulci tritum* &c. Hæc *Plinii* verba omnino firmant noſtram conjecturam. *J.P.*

21. Μετὰ κρότων] Sic legit interpres, quod ex fide Mſſ. & impreſſorum Codd. retinendum cenſuimus. Monebat tamen Cod. Florent. meus, in cujus margine docti cujusdam manu ſcriptum κρόκων: quod etiam reperi in amiciſſimi mei viri clariſſimi *Petri Golmani* Cod. Angl. his accedebat nobiliſſimi Senatoris Burdigalenſis *Godofredi Maluyni Primetii* calculus: ſed quoniam hoc ipſum ſæpe *Lucianus* repetit, non auſus ſum tolerandam lectionem movere; monere ſufficiat. Et, ut libere fatear, raro Græci plurative κρόκους efferunt. Cur vino miſcuerint, rationem reddit *Dioſcor.* cap. 25. l. 1. Hac de re viri doctiſſimi ad *Propert.* & *Martialis* Amphitheat. *J.B.*

Μετὰ κρόκων] P. etiam. Vide *Plutarch.* συμπ. *Probl.* III, 1. Ed. *St.* 1150, 1. quo loco croci vires in vino ſumpti narrat. Adi etiam eundem VI, 7. 1253, 2. quibus confirmantur quæ de hoc more *Palmerius* habet. *A. Gell.* X, 144. Vide etiam *Sueton.* *Ner.* 25. Mox pro ἀρωμάτων, in L. eſt ἀκροαμάτων. prave. Itali etiamnum adhibent, præſertim Romæ. *M.du S.*

Μετὰ κρότων] Nihil erat, cur *Bourdelotius* κρόκων reſcribere vereretur: audi *Creſollium* Th. Rhet. III. c. 20. §. 9. *De conviviis* (ibi plauſus dari conſueviſſe) *probare* Luciani *forte locus videatur in Nigrino, cum luxum & divitum profuſiones deſcribit.* Hos, *inquit*, illos

viviis cum croco & odoribus effundunt: qui media etiam hyeme roſis opplentur, quas, dum raræ ſunt & intempeſtivæ, amant: tempeſtivas & a natura (nullo cogente) datas tanquam viles faſtidiunt. Hos illos eſſe, qui & unguenta bibunt: &, quo nomine vel maxime eos carpebat, qui ne uti quidem cupiditatibus ſcirent, ſed & in hiſce peccarent, fineſque earum confunderent, animum voluptatibus undique conculcandum permittentes, & quod in Tragœdiis atque Comœdiis dicitur, alia quavis parte potius quam per patentem januam, ir-

ποσίοις μετὰ [b] κρόκων τε καὶ [c] ἀρωμάτων ἐκχέοντας, τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων, καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ τὸ παράκαιρον ἀγαπῶντας, [d] τὸ δὲ ἐν καιρῷ, καὶ κατὰ φύσιν, ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας· τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας· ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ κἀν ταύταις παρανομοῦσι, καὶ τοὺς ὅρους συγχέουσι, πάντοθεν τῇ τρυφῇ παραδόντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς πατεῖν, καὶ τοῦτο δὲ τὸ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ παρὰ θύραν εἰσβια-

b Κρόκων] κρόκον A. P. Edd. priores κρότων. c Ἀρωμάτων] ἀκροκωμάτων L. d Τὸ δὲ ἐν καιρῷ] τὸ δ᾽ ἐν κ. . . . ὡς εὐτελῶν ὑπερφρονοῦντας J.

illos eſſe, qui pretioſa ac cara opſonia emere ſolent, καὶ τὸν οἶνον ἐν τ. σ. μ. κρότων τε κ. ἀ. ἐκ. *vertunt*, vinumque in conviviis cum plauſu & odoribus effundunt. *Mihi dubium nullum eſt, quin mendoſus ſit iſte locus, & legendum* μετὰ κρόκων: *intelligit enim Lucianus quam* ſparſionem *vulgo vocant*, *ſive* imbrem odoratum, *qui ex croco fiebat, vino vel aqua diluta, non modo in theatris, verum etiam in conviviis*: κρόκον ῥανόμενον *Graeci vocant*, *Ovidius* liquidum crocum, Corycium imbrem *Martialis*. *De hujusmodi croco & aromatibus vino mixtis eſt ſplendidus locus Plutarchi in* Sympoſiis VI, 2. VII. *qui Lucianum maxime illuminare poteſt: ſic enim ille*, τὸν οἶνον οἱ μὲν ἀλόαις χρωτίζοντες, καὶ κινναμώμοις ἢ κρόκοις ἐφηδύνοντες, vinum aloe aut cinnamomo vel croco inficiunt. &c. *Sed hoc obiter, ut plauſum, qui Luciani crocum omnem ebiberat, leviter emendaremus.* Viden ut *Plutarchus* κρόκοις extulerit plurative. In lautioribus autem conviviis frequens aderat crocus: *Liban.* Decl. XXXVII. p. 803. C. de nuptiis: λαμπτήρων δεῖ τούτων, ... οἴνου πολλοῦ, μύρου, κρόκου. *Ariſtoph.* Nub. v. 51. *Longolius*, quem nulla vitii in κρότων ſuſpicio tetigerat, ut huic congruens vocabulum adjungeret, ἀρωμάτων mutandum cenſuit in ἀκροκωμάτων: eſt enim haec nuda tantum conjectura, non libri cujusdam ſcripti lectio: inepte vero: explicare perquam erit difficile, quid ſit οἶνον ἐκχεῖν μετὰ ἀκροκωμάτων. Potes autem vel ſejungere οἶνον, κρόκον & ἀρώματα, vel οἶνον μετὰ κρόκων τε καὶ ἀρωμάτων intelligere vinum croco atque aromatibus imbutum paratumque: familiare Medicis non ſolum οἶνος διὰ, ſed & μετὰ ῥόδων pro ῥόδινος. *T. H.*

12. Μέσου χειμῶνος] *Mamertin.* Grat. Act. c. 11. *Quin etiam prandiorum & coenarum magnitudines populus Romanus ſanciebat, cum quaeſitiſſimae dapes non guſtu, ſed difficultatibus aeſtimarentur, miracula avium, longinqui maris piſces, alieni temporis poma, aeſtivae nives, hibernae roſae.* Ibi *J. Livinejus* iſta *Luciani* non praetermiſit ab aliis etiam eandem in rem ſaepe producta. Conſimilis *Pacati Drepanii* & elegans locus a *Laev. Torrentio* notatur ad *Horat.* I. Od. 38. v. 3. ſed *guſtu* calami vitio ſcriptum pro *ſumtu*. Plura dabit *Deſ. Herald.* ad *Martial.* V. Ep. 66. *T. H.*

13. Καὶ τὸ σπάνιον] Invehitur ſapienter in prodigos & voluptuarios illos Sybaritas, τὸ ἐν καιρῷ ἢ κατὰ φύσιν, ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας, qui communia naturæ munera faſtidiunt, μόνον ἀγαπῶντες παράκαιρον. Tangit hoc *Horat.* in Satyr. Sic apud *Juvenal.* Sat. II.

Magis illa juvant quæ pluris emuntur.

Sic apud *Petron.*

Quidquid quæritur, optimum videtur.

Coripp. lib. 4.

Quidquid latet extat honorum. *J. B.*

Ibid. Παράκαιρον] *Capitolinus* in Vero 5. *Alieni temporis floribus coronæ* intertextæ. quo forſan *Lucianus* reſpexit: nam nobile hoc fuit convivium. *Menander* γνωμ. p. 161. Ed. *Hemſt.* ea voce utitur. ἡ γὰρ παράκαιρος ἡδονὴ τίκτει βλάβην. *M. du S.*

16. Τὰ μύρα π.] *Vinum unguento perfuſum.* *J. Br.*

Τὰ μύρα π.] Οἶνον μυρίνην. Vide *Heſych.* *Ælian.* V. H. XII, 31. & Comm. *T. H.*

22. Παρὰ θύραν] *Neglecto per fores apertas ingreſſu, alio in aedes aditu perrumpunt.* Cum enim liceat vino aut aqua ſitim explere, quid aromata aut unguenta potui miſcere convenit? *Eraſm.* in Prov. *Ita fugias, ne praeter caſam.* hoc aliter explicuit. *J. Br.*

Παρὰ θύραν] *Lucianus Eraſmo* reſpexiſſe viſus eſt ad hoc adagium Demiphonis Terentiani in Phormione: *Ita fugias, ne praeter caſam*: quo quidem admonemur, ne ſic aliquod vitium fugiamus, ut in aliud majus incauti devolvamur. *G. C.*

βιαζόμενοι. Σολοικισμὸν οὖν ἐκάλει τὸ τοιοῦτο τῶν ἡδονῶν.

Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνα ἔλεγεν, ἀτεχνῶς τοῦ Μώμου τὸν λόγον μιμησάμενος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τοῦ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεόν, οὐ προθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ᾐτιᾶτο τῶν στεφανουμένων, ὅτι μὴ ἴσασι [a] τοῦ στεφάνου τὸν τόπον. εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφε-

ruentes. Solœciſmum igitur vocabat tale voluptatum genus.

32. Ceterum & hoc ex eadem ſententia dicebat, prorſus Momi dictum imitatus. Ut enim ille reprehendebat tauri artificem deum, quod cornua ante oculos non poſuiſſet: ita & ipſe inſcitiæ arguebat eos, qui corollas in capite geſtabant. Nam ſi odore, inquiebat, violarum, roſarumque delectantur, ſub naribus potiſſimum eas collocari oportebat,

a Τοῦ στεφάνου] στεφ. τινας. Margo *A* 1 *W*.

Παρὰ θύραν] Quid de hoc adagio ſentiat *Eraſmus* jam alii monuerunt. Ego vero legendum putarem περὶ θύραν, ut ſimilitudo ducta ſit ab his, qui in aliquem locum ingredi cupientes vel inde egredi, in ipſo limine ita ſeipſos premunt, ut ſibi ipſis ſint impedimento. Hos ſic videtur deſcribere *Phædrus* Fab. 5. lib. 2.

Eſt ardelionum quædam Romæ natio
Trepide concurſans, occupata in otio,
Gratis anhelans, multa agendo nihil agens,
Sibi moleſta, & aliis odioſiſſima. *J.B.*

Παρὰ θύραν] *Lucan.* II. (p. 44. B.)

——— *Non tam portas intrare patentes*
Quam fregiſſe juvat.

V. *Plutarch.* συμπ. προβλ. II, 2. 1096, 1. μὴ δοκῶμεν τῇ αὐλείῳ τὸν τῦφον ἀποκλείοντες εἰσάγειν τῇ παραθύρᾳ. Ex quibus verbis emendandus hic locus & legendum τῇ παραθύρῳ, quam vocem in lexicis fruſtra quæras, quinquam proba eſt, & *poſticum* notat. *M. du S.*

Παρὰ θύραν] *Eraſmus* vertens, *jam & praeter caſam incitati*, Terentianum illud adagium, *Ita fugias, ne praeter caſam*, quo Lucianum reſpexiſſe opinatur, minime percepit: ejus enodati laudem debemus, cui tot alia, *J. Fr. Gronovio* Obſ. III. c. 9. nihil ergo inter iſtud proverbium & *Luciani* verba eſt commune. Quamobrem recte quidem *H. Stephanus* animadvertit: *vereor, ut nimis violenta ſit* (Eraſmi) *interpretatio, & hic* Luciani *locus obtorto, quod ajunt, collo ad Latini proverbii ſenſum trahi videatur*: ſed ipſe, quum haud ſcire ſe teſtatur, *an referri poſſit ad id, quod ſaepe legitur apud hiſtoricos, qui deſcribentes magnam hominum turbam certatim properantium irrumpere in aliquem locum, dicunt eos ὠθίζεσθαι περὶ τὰς θύρας vel τὰς πύλας*, vehementer fallitur: nam quod addit, *fateor quidem non περὶ θύραν hic legi, ſed παρά· verum niſi errorem librarii hic eſſe ſuſpicabimur, παρὰ θύραν hic ita accipere poterimus, ut apud* Ariſtophanem παρὰ τὴν εἴσοδον *pro* κατά, nequaquam reſpondet ad illam, quanta erat in *H. Stephano*, literarum Graecarum cognitionem: hoc tamen a *Bourdelotio* recoctum. Veriſſime *Brodaeus* explicuit, nec quicquam omnino eſt mutandum. De *Plutarchi* τῇ παραθύρᾳ *Torrentium* vide ad *Horat.* I. Ep. V, 31. Nos hoc de toto loco alias pluribus agemus. *T.H.*

23. Σολοικισμόν] *Soloeciſmus* per translationem late accipitur, ut quicquid perperam fit, nec recte nec ordine peragitur, dicatur *ſoloeciſmus*. De hoc affatim ad *Lucian.* de Saltat. ſcripſimus. *G.C.*

Σολοικισμὸν] Solœciſmus non ſolum in verbis, ſed etiam in factis, & ſic aliquando uſurpat *Ariſtotel.* unde miror *Gellium* c. 20. lib. 5. ſcribere ſe apud Græcos hanc vocem non legiſſe. *J.B.*

Σολοικισμὸν] Sic *Plutarch.* II. p. 520. B. σολοικισμὸν βίου dixit. *L.K.*

Σολοικισμὸν] Vide etiam Ὀρχ. c. 80. & quæ ibi a me notata ſunt. *M. du S.*

26. Τοῦ Μώμου] *Ariſtot.* de Part. Anim. III. c. 2. meminit Momi, qui naturam incuſarit, quod bobus cornua in capite, ac non in armis potius addiderit; videlicet, quo vehementius poſſint ferire. Ad quod alluſiſſe videtur idem *Lucianus*, quum in II. Ver. Narr. libro ſcribit, ſe vidiſſe boves quoſdam, quibus cornua ineſſent non in fronte, quemadmodum reliquis, ſed ſub oculis, idque ita viſum eſſe Momo. *G.C.*

Τοῦ Μώμου] Hanc Momi accuſationem ſæpe repetit. In quibuſdam Codd. vice hujus orationis liberæ legitur hic Jambus:

Μέμφετο τοῦ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεόν. *J.B.*

27. Τοῦ τ. τὸν δ. θ.] Neptunum. *J.Br.*

Τοῦ τ. τὸν δ. θ.] Neptunum. Fabula notiſſima eſt ex ejuſdem *Luciani* Hermot. quam compendio recenſet: is enim Momi dentes in tauro effigiando non vitavit. *G.C.*

30. Στεφάνου τὸν τόπον] Utebantur quidem veteres coronis, ſeu ſertis, collo circumdatis; quod abunde evincunt *Plutarch.* & *Athen.* loca a *Palmerio* citata; ſed non iis

bat, juxta ipſum, quam proxime fieri poteſt, ſpiraculum, ut quamplurimum inde voluptatis attraherent.

33. Eos quoque irridebat, qui miram quandam diligentiam in apparandis cœnis adhibent, dum condimentorum varietatem, & cupediarum bellariorumque curioſam compoſitionem ſectantur. Nam & hos brevis ac momentaneæ voluptatis amore multa negotia ſuſtinere aiebat. Indicabat autem, quatuor illos digitorum

σθαι, παρ' αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοὴν, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς.

Καὶ μὴν κἀκείνους διεγέλα, τοὺς θαυμάσιόν τινα τὴν σπουδὴν περὶ τὰ δεῖπνα ποιουμένους, χυμῶν τε ποικιλίαις καὶ πεμμάτων περιεργίαις. καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ἔφασκεν ὀλιγοχρονίου τε καὶ βραχείας ἡδονῆς ἔρωτι, πολλὰς [b] πραγματείας ὑπομένειν. [c] ὑπέφαινε γοῦν τεσσάρων δακτύλων αὐτοῖς εἶνε-

b Πραγματείας] πρ. ὑπ' ἀμαθίας C. *c* Ὑπέφαινε] ἀπέφαινε Margo *A* 1 *W*.

39. Τῆς ἡδονῆς] Περὶ ἡδονῆς, καὶ ἐφ' ὅσον τις τὸν ἀπὸ ταύτης καρπὸν δρέπεται, καὶ ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος, καὶ τούτου μηδ' ἐπὶ τεσσάρων δακτύλων μῆκος * ἐκτεινομένου. *V.*

* Ἐκτυνομένου] Ἐκτινομένου ſcriptum fuit, ſed legendum ἐκτεινομένου. Confudit librarius hic ſonum τοῦ I & EI. *J. C.*

iis ſolis. Nam & caput coronare Græcis etiam uſitatiſſimum. Ne longius abeam *Anacreon* ipſe, quem ab *Athenæo* laudatum in *Palmerii* nota legas, apud ipſum *Athenæum* p. 674. C. & in *Odario* XXI. Ed. *Tan. Fabri*, morem hunc Græcum fuiſſe teſtis eſt luculentus:

Δότε δ' ἀνθέων ἐκείνων
Στεφάνους δ' οἵους (*Caſaub.* in ſuo Cod. legit ὅπως) πυκάζω
Τὰ μέτωπά μου 'πικαίει.

Sic apud *Lucianum* ipſum διχ. c. 16. *Polemo* deſcribitur τὴν κεφαλὴν τοῖς στεφάνοις διηνθισμένος. Vide Præfecti ad M. Aurelium apud *Volcat.* in *Caſſ.* 5. epiſtolam; *flores de CAPITE, collo, & ſinu militi excutit.* ubi hi ipſi milites *Græcanici* dicuntur. Plura, in re usque adeo obvia, deſcribere piget. Conſule *Paſchal. de Coronis.* Carpit ergo non *Græcus*, ut hic *Palmerio* viſum, ſed *Philoſophus*, morem Græcis æque ac Romanis familiarem; cujus originem aſſignat *Athenæus*, quod potu nimio cum incaluiſſet caput, primo redimiculis, deinde hedera, aliisve refrigerantibus mederi cœperint; quæ omnia tandem floribus mutata ſunt, odore, præter uſum primarium, etiam inſuper gratis. Idem autem ſentiebat Nigrinus cum Diogene, qui *non caput unguento, ſed pedes delibutus*, ajebat odorem inde ſurſum ad nares ferri, qui a capite in aërem fruſtra abiret. *Diog. Laert.* p. 147. B. quam in rem adducit ad eum locum *Menagius Minutii Felicis* & *Septimii* verba coronas e floribus capiti aptatas ridentium. *M. du S.*

32. Ὑπὸ τῇ ῥινὶ] Octavius apud *M. Felic.* hujus loci erit commentarius. *J. B.*

Ὑ. τ. ῥ.] Ex Apophthegmate *Diogenis.* *Th. M.*

Ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι] Suggillat homo Græcus Romanorum imperitiam. Nam Græci & præcipue Æoles & Iones coronas circa collum in pectus pendentes gerebant in conviviis. Id nos docet *Plutarchus* Sympoſ. 3. cap. 1. & tales coronas vocabant ὑποθυμίδας vel ὑποθυμιάδας, ut melius cenſere videtur *Athenæus* lib. 15. pag. 678. his verbis: ὑποθυμὶς καὶ ὑποθυμιάδες στέφανοι παρ' Αἰολεῦσι καὶ Ἴωσιν, οὓς περὶ τοὺς τραχήλους περιετίθεντο, ὡς σαφῶς ἐστὶ μαθεῖν ἐκ τῆς Ἀλκαίου καὶ Ἀνακρέοντος ποιήσεως, id eſt, *hypothymis & hypothymiades coronæ ſunt apud Æoles & Ionas, quas circa collum circumponebant, ut aperte licet diſcere ex Alcæi & Anacreontis verſibus.* Scilicet *hypothymiades* dicebantur ἀπὸ τοῦ ὑποθυμιάζειν a ſuffitu vel ſuffumigatione, quoniam infra naſum poſitæ cerebrum ſuo ſuffitu juvabant, ut ait *Plutarchus* dicto loco. *J. P.*

Ὑπὸ τῇ ῥινὶ] *Menagii* locus eſt ad *Diogen. L.* VI, 39. adde *Wouwer.* ad *Minuc. Fel.* p. 43. Ὑποθυμιάδας Graeci vocant corollas collo circumplexas: in *Heſychio* pro Ὑποθύμιος propius repones Ὑποθυμίας, quam, quod alii voluerunt Ὑποθυμίς. Vid. *Athen.* XV. p. 678. D. *Plutarch.* Symp. II. p. 641. E. ὑποθυμίδες cur dictae fuerint, exponit. *T. H.*

34. Ἵν' ὡς πλ. ἀνέσπων] Ἀντὶ τοῦ ἀνασπῷεν, inquit *Bud.* C. L. G. p. 46. 953. eamque ſtructuram in ἵνα, qua Indicativum rarius adſciſcit pro Subjunctivo, exemplis probat: adſentitur *H. Stephan.* App. de D. A. p. 137. Quidni vertas? *ubi quamplurimum attraherent voluptatis*, ſervata vulgari forma. Utrum malis, haud ſane multum intereſt. *T. H.*

41. Τεσσ. δακτ.] Quo ſpatio e cibo ex ore in ſtomachum delabente voluptatem capiunt homines. *J. Br.*

Τεσσάρων δακτύλων] Sermo eſt de voluptate gulæ, καὶ ἐφ' ὅσον τὶς ἀπ' ἡδονῆς καρπὸν δρέπεται καὶ ὅτι μέχρι τοῦ φάρυγγος, καὶ τούτου μηδὲ ἐπὶ δ' δακτύλων μῆκος ἐκτεινομένου. Breve iter hujus voluptatis tangit ſæpe alibi, ut *Suet. Athen.* alii. *J. B.*

42. Πε-

ἕνεκα πάντα ποιεῖσθαι τὸν πόνον, ἐφ' ὅσους ὁ μήκιστος ἀνθρώπου λαιμός ἐστιν. οὔτε γὰρ, πρὶν ἐμφαγεῖν, ἀπολαύειν τι τῶν ἐωνημένων, οὔτε βρωθέντων, ἡδίω γενέσθαι τὴν ἀπὸ τῶν πολυτελεστέρων πλησμονήν· λοιπὸν οὖν εἶναι τὴν ἐν τῇ παρόδῳ γιγνομένην ἡδονὴν τοσούτων ὠνεῖσθαι χρημάτων. εἰκότα δὲ πάσχειν ἔλεγεν αὐτοὺς, ὑπ' ἀπαιδευσίας τὰς ἀληθεστέρας ἡδονὰς ἀγνοοῦντας, ὧν ἁπασῶν Φιλοσοφία χορηγός ἐστι τοῖς πονεῖν προαιρουμένοις.

Περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις δρωμένων πολλὰ μὲν διεξῄει, τὸ πλῆθος τῶν ἑπομένων, τὰς ὕβρεις, τοὺς ἐπικειμένους τοῖς οἰκέταις, καὶ μικροῦ δεῖν ἐκφερομένους. ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἐῴκει, πολὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο καὶ τοῖς βαλανείοις ἐπιχωριάζον. προϊόντας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾶν, καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἢν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑποβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτοὺς, τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζουσι. δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο, εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου δειπνοῦντες μὴ δέονται, μηδὲ χειρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων ἀκούοντες, ὀφθαλμῶν δὲ ὑγιαίνοντες ἀλλοτρίων δέονται προοψομένων, καὶ ἀνέχονται φωνὰς ἀκούοντες δυστυχέσιν ἀνθρώποις πρεπούσας, καὶ

cauſſa totum hunc ſuſcipere laborem ſolere, quorum menſuram vix longiſſimum hominis guttur æquet: neque enim antequam edant, ullam ex emptis tanto pretio cibis voluptatem eos capere: nec devoratis, ſuaviorem, quam quæ ex ceteris vilioribus fit, repletionem reddi. Reſtare igitur, ut illam, quæ velut in tranſcurſu percipitur, voluptatem, tam grandi pecunia mercentur. In hæc autem abſurda delabi eos minime mirum, utpote qui imperiti veriorumque voluptatum ignari, quas omnes Philoſophia iis ſuppeditat, qui laborare volunt.

Qui ſaepius aliquo dolore perculſi & caput plangant, & pectora pugnis obtundant: Firmicus V. c. 6. *T. H.*

41. Κολοκύνθης] Κολοκύντης enim quidam ſcribunt. *F. G.*

Καὶ τῆς κολοκ.] Ed. *J.* & *Coll.* *M. du S.*

Τῆς κολοκύνθης] Quum Graecis uſurpetur κολόκυνθα, Ἀττικοὶ μόνως καλοῦσιν αὐτὴν κολοκύντην, ut monet *Athen.* II. p. 59. C. Vid. *Phrynichi* Ecl. p. 80. & *Nunneſ.* p. 82. *Petr. Pantinum* ad *Mich. Apoſtolii* C. IX. n. 73. *Maittair.* Alphab. Dial. ad *Aretaeum* in T. Notum proverbium Ὑγιέστερος κολοκύντης *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 163. *AElian.* Ep. X. *Corinthus*, vel potius *Gregorius* de D. A. Τὰς μυρσίνας μυῤῥίνας λέγουσι, καὶ τὸ συρίζειν, συρίττειν, καὶ τὴν ἐνδελέχειαν, ἐντελέχειαν, καὶ κολόκυνθαν, κολοκύντην· ita legendum. Hunc unicum extare puto, qui ἐνδελέχειαν & ἐντελέχειαν ſolo dialecti discrimine ſepararit: ſequitur eam ſententiam *Joſ. Scaliger* Anim. ad Euſeb. p. 1186. *T. H.*

Ibid. Τὸ συρίζειν καὶ σαλπίζειν] Συρίττειν, σαλπίττειν. *F. G.*

Τοῦ σ.] In quibusdam τὸ, in aliis omnino deerat. Sola *J.* τοῦ. *M. du S.*

48. Τουτονὶ τὸν τρόπον] Sententiam non admodum juvat. An ſcriptum fuit? μεταβέβληκε τουτονὶ τὸν τρόπον, ad humanum genus laedendum convertit iſtos mores violentos ac feroces · quae contra phraſin moveri poteſt difficultas, eadem premit vulgatam lectionem. Tum animadverte μᾶλλον δὲ usque ad πλημμελεῖ medium interjeci, curſu orationis inſtitutae interrupto ad reprehendendum, quod ante memoriae non ſuccurrerat: eſt autem μᾶλλον δὲ, *immo hoc etiam, o judices, priusquam pergam, cujus me mentio illatae hominibus injuriae commonefacit:* alias hunc in modum procedere debuiſſet incepti ſermonis ordo: κατ' εὐθὺ φέρεσθαι ταῖς γλώσσαις, ἀλλὰ δεσμοῖς τισι στρεβλοῦν &c. *T. H.*

54. Ὦ γλ. ἀλ. νόσημα] Ἀκόλαστον ἔχε γλῶσσαν, αἰσχίστην νόσον de Tantalo *Euripid.* Oreſt. v. 10. ad notiſſimum verſum reſpexit, puto, *Lucianus:* quod magis etiam pateret, ſi ſcriberetur, ὦ γλώσσης αἴσχιστον νόσημα Ταῦ. *T. H.*

57. Δεσμοῖς] Permutatio illa τοῦ K, in T. Doribus frequens, uti a *Moſchopulo* aliisque priſcis Grammaticis obſervatum eſſe notat *Spanhem.* 350. *M. du S.*

60. Παρεισπεσὸν] Mſ. παρεὶς πεσόν. Cetera hujus dialogi interpretantur autores libri de cruce. *J. B.*

66. Ὢ καὶ γῆν καὶ θαλ.] Hoc veterum aliquis ſcriptorum, forte *Dinon* in Perſicis, de Cyro dictum retulerat,

lare velit, hoc ταῦ ex tranſverſo irruens ταλὸν ipſum dicere cogit: adeo cupit in omnibus primas ſedes obtinere. Rurſum alius quiſpiam dicit, περὶ κλήματος (id eſt, de palmite:) hoc vero, eſt enim re vera τλῆμον, (id eſt, miſerum) τλῆμα facit, quod erat κλῆμα. Nec plebejos tantum homines injuria afficit, ſed jam etiam magno illi regi, cui fama eſt ipſam terram & mare ceſſiſſe, atque naturam ſuam mutaſſe, inſidiatur, & ex ipſo, cum Κῦρος ſit, τῦρον (caſeum) quendam efficit.

πεῖν βούλεται· τὸ δὲ παρεισπεσὸν ταλὸν εἰπεῖν αὐτοὺς ἀναγκάζει, ἐν ἅπασι προεδρίαν ἔχειν ἀξιοῦν. πάλιν ἕτερος περὶ κλήματος διαλέγεται· τὸ δὲ (τλῆμον γάρ ἐστιν ἀληθῶς) τλῆμα πεποίηκε τὸ κλῆμα. καὶ οὐ μόνον γε τοὺς τυχόντας ἀδικεῖ, ἀλλ' ἤδη καὶ τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ, ᾧ καὶ γῆν καὶ θάλασσαν εἶξαι φασὶ, καὶ τῆς αὐτῶν φύσεως ἐκστῆναι, τὸ δὲ καὶ τούτῳ ἐπιβουλεύει· καὶ Κῦρον αὐτὸν ὄντα, Τῦρόν τινα ἀπέφηνεν.

12. Atque in hunc modum vocem hominum lædit. Quomodo vero re ipſa & opere eoſdem lædat, audite. Plorant homines, atque ſuæ fortunæ vices deflent, atque ipſum ſæpe Cadmum execrantur, quod ταῦ in Elementorum genus invexerit: ajunt enim Tyrannos ejus literæ corpus ſecutos, atque figuram imitatos, poſtea ſimili figura cruces fabricaſſe, quibus homines affigerent: atque ex hoc huic tam pernicioſæ fabricæ peſſimum nomen obvenerat, rege ſummo & ad omne genus virtutum admirabili;

Οὕτω μὲν οὖν ὅσον ἐς φωνὴν ἀνθρώπους ἀδικεῖ· ἔργῳ δὲ πῶς; κλάουσιν ἄνθρωποι, καὶ τὴν [g] αὐτῶν τύχην ὀδύρονται, καὶ Κάδμῳ καταρῶνται πολλάκις, ὅτι τὸ ταῦ ἐς τὸ τῶν στοιχείων γένος παρήγαγε. τῷ γὰρ τούτου σώματι φασὶ τοὺς τυράννους ἀκολουθήσαντας, καὶ μιμησαμένους αὐτοῦ τὸ πλάσμα, ἔπειτα σχήματι τοιούτῳ ξύλα τεκτήναντας ἀνθρώπους ἀνασκολοπίζειν ἐπ' αὐτά. ἀπὸ δὴ τούτου καὶ τῷ τεχνήματι τῷ πονηρῷ τὴν πονηρὰν ἐπωνυμίαν συνελθεῖν.

g Αὐτῶν] Edd. priores αὐτήν. αὐτῶν quoque ad marginem *AiW.*

nam apud eorum, qui nunc quidem ſuperſunt, ullum extare non recordor. Cyro tribuerunt, quaſi naturam ipſam in poteſtate haberet, quod de ſe Deus Cyrum deſignans praedicat in vaticiniis *Jeſaiae* XLIV, 27. XLV. De ingentis animi viris atque heroibus, quorum audacibus inceptis rerum natura cedere videtur & morigerari, locutio non ſolis Orientalibus propria: notiſſimi ſunt *Claudiani* verſus de III. Conſ. Honor. v. 97. — *cui militat aether, Et conjurati veniunt ad claſſica venti:* iſtam habuerunt adulandi anſam Sophiſtae: vid. Liban. T. II. p. 141. C. Hinc, ſi quid difficillimo tempore praeter ordinem naturalem eveniſſet, ad omen proſperrimi ſucceſſus rapiebant: velut in minore Cyro, ut pluribus ſuperſedeam, quum praeter ſpem Euphrates vias nunquam ante humano veſtigio initas aperuiſſet, ἐδόκει θεῖον εἶναι, καὶ σαφῶς ὑποχωρῆσαι τὸν ποταμὸν Κύρῳ ὡς βασιλεύσοντι. *Xenoph.* K. A. I. p. 151. v. 29. Quid autem in eo, quod pro καλῷ nonnulli ταλὸν, alii pro Κύρῳ ſatis ridicule τῦρον dicerent, maxime Lucianus ſpectaverit, me non plane pervidere fateor: de Dorica dialecto eum cogitare potuiſſe vix credo, quippe quae certis legibus circumſcripta mutationem literae κ in τ in quibusdam ſemper, in aliis, quorum in numero has utraſque voces reponere licet, nunquam admiſit. An vitium linguae ſignificavit? quale in infantibus ſaepe, rarius in adultis animadvertitur, ut ob pronunciandi difficultatem a Κάππα deflectant ad Ταῦ. id mihi probabile videtur. Ceterum obſervat *Schol. Sophocl.* ad Oedip. in Col. v. 1316. qui aliis fuerit Talaus, eundem alios appellaſſe Calaum: ἔνιοι οὐ τὸν Ἀταλάντης Παρθενοπαῖον φασὶ στρατεῦσαι, ἀλλὰ τὸν Ταλαοῦ, ὃν ἔνιοι διὰ τοῦ κ Καλαὸν προσαγορεύουσι, καθάπερ Ἀρίσταρχος ὁ Τεγεάτης καὶ Φιλοκλῆς ἱστοροῦσιν· συγγραφέων δὲ Ἑκαταῖος ὁ Μιλήσιος. *T. H.*

68. Κῦρον αὐτὸν ὄντα] Et cum ei Cyrus nomen inditum ſit, in τῦρον quendam ferum animal transformare nititur. G. C.

71. Αὐτῶν] Coll. pro αὐτὴν, quod in Impreſſis eſt. *M. du S.*

74. Τῷ γὰρ τούτου σώματι] Apud eos, qui de Cruce ſcripſerunt, nobiliſſimus locus: ita vertit *Lipſ.* I. c. 8. *Hujus enim corporis filum tyrannos ajunt ſecutos, ejusque ſpeciem imitatos, ſimili deinde figura ligna fabricaſſe & homines in iis fixiſſe.* Vid. *Iſidor.* I. c. 3. & *J. Grialum*, *Dougtaei* Anal. Sac. P. II. p. 156. *Tertulliani* locum, *ipſa eſt enim litera Graecorum Tau, noſtra autem T ſpecies crucis*, tetigit Salmaſ. de Cr. p. 239. *T. H.*

Ibid. Σώματι] Hinc eſt, quod Maro Epigr. in Tullium Cimbrum ταῦ Gallicum pro cruce feſtive dixit & ſymbolicῶς· Galli enim aſſueti ſunt cruces & patibuli in ſimilitudinem ταῦ literae formare. *G. C.*

Σώματι] An σχήματι. *F. G.*

79. Ἐπωνυμίαν] Id eſt, σταυρὸς, σταυρῶσαι. *F. G.*

θεῖν. τούτων οὖν ἁπάντων ἕνεκα, πόσων θανάτων τὸ ταῦ ἄξιον εἶναι νομίζετε; ἐγὼ μὲν γὰρ οἶμαι δικαίως τοῦτο μόνον ἐς τὴν τοῦ ταῦ τιμωρίαν ὑπολείπεσθαι, τὸ τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν· ὃ δὴ σταυρὸς εἶναι ὑπὸ τούτου μὲν ἐδημιουργήθη, ὑπὸ δὲ ἀνθρώπων ὀνομάζεται.

niſſe. Propter iſta omnia, quot mortibus ipſum *ταῦ* dignum eſſe cenſetis? Ego quidem exiſtimo merito hoc ſolum ad ſupplicium ipſius *ταῦ* relinqui, ut pœnam in ſua illa figura ſuſtineat, quæ ſane ut crux eſſet iſtius opera effectum eſt, nomenque etiam apud homines ſortiretur.

Ἐπωνυμίαν συνελθεῖν] Veriſſima vocis σταυρὸς originatio: ταῦ, ταυηρὸς, hoc eſt, in modum *tau* efformatus: & per contractionem ταυρὸς: & præpoſito ſigma ut fieri ſolet, σταυρός. *Æ.E.M.*

Ἐπωνυμίαν] Volueritne Ταῦ Græcis *Crucem* notaſſe, an vocem σταυρὸς ex Ταῦ deductam, mihi non liquet; nec tanti res eſt. De *Tau* figuram crucis referente, vide apud *Span.hem.* 73. *Hieronymus* eam ſimilitudinem myſticam alicubi facit. *M. du S.*

83. Τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ] *Baronius* ad A. Ch. 34. §. 93. *T enim litera, quod crucis figuram exprimat, notari conſueviſſe fures, apud* Lucianum (Jud. Vocal.) *teſtatum habetur.* Video, quid voluerit Annalium conditor: ſcilicet in hoc libello T literam furti rapinaeque ream τῷ σχήματι τῷ αὐτοῦ τὴν δίκην ὑποσχεῖν, id eſt, quomodo ille intellexit, *ſua figura inuſtam notatamque poenas luere debere.* Haec ſane ſunt abſurdiſſima, & a *Luciano* longe diſtant: ſed obſcuram ejus mentem ne Caſaubonus quidem cepit Exerc. XVI. c. 76. *T.H.*

84. Ὃ δὴ σ. εἶναι] Τὸ εἶναι abundare videtur. *F.G.*

Ὃ δὴ σταυρὸς . . . .] Mens *Luciani* ſatis aperta; verborum compoſitio neſcio quomodo intricatior eſt. *M. du S.*

Ὃ δὴ σταυρὸς εἶναι] Nihil hic intricati, quantum video. Verum eſt, quod ſcribit *Guyetus*, εἶναι abundare, ſed Attico more. *Plato* in Protag. p. 221. D. ἐγὼ δὲ τούτοις ἅπασι κατὰ τοῦτο εἶναι οὐ ξυμφέρομαι· apud eum ſaepe. *Ariſtot.* Polit. VII. p. 219. v. 29. νῦν δὲ τοσοῦτον ἡμῖν εἶναι πρὸ ὁδοῦ γέγονεν· plura praebebit Index *Luciani.* Uſus eſt hoc loco *S. Petitus* Miſc. III, 9. p. 153. *T.H.*

Τίμων, ἢ Μισάνθρωπος.

Timon, ſive Miſanthropos.

ΤΙΜΩΝ. ΖΕΥΣ. ΕΡΜΗΣ. ΠΛΟΥΤΟΣ. ΠΕΝΙΑ. ΓΝΑΘΩΝΙΔΗΣ. ΦΙΛΙΑΔΗΣ. ΔΗΜΕΑΣ. ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ.

TIMON. JUPITER. MERCURIUS. PLUTUS. PAUPERTAS. GNATHONIDES. PHILIADES. DEMEA. THRASYCLES.

ΤΙΜΩΝ.

Ὦ Ζεῦ φίλιε, καὶ ξένιε, καὶ ἑταιρεῖε, καὶ ἐφέστιε, καὶ ἀστεροπητὰ, καὶ ὅρκιε, καὶ νε-

TIMON.

II. O JUPITER Philie, & Xenie, & Hetæreie, & Epheſtie, & Aſteropeta, & Horcie, & Nephe-

ΤΙΜΩΝ] AEtas hujus unde certo aſſignetur nihil eſt. Sed inter *Luciani* optima merito cenſeatur. Comœdiam habes elegantiſſimam; in qua adulatorum non unius generis mores artesque graphice admodum depicti, cum aliis multis ad divitias ſpectantibus, miro artificio exhibentur. Hoc opuſculum qui cum *Ariſtophanis Pluto* contulerit, palmam, ſi mecum ſentiat, huic *Noſtro* multis de cauſis, quas hic enarrare nimis longum foret, deberi facile concedet. *M. du S.*

1. Ζεῦ φίλιε] Exordium ab attonitis poëtis. οἱ συνοικοῦντες colunt τὸν Ἐφέστιον, φίλοι Φίλιον, οἱ ἐν τῇ μιᾷ τάξει Ἑταιρεῖον, ξένοι Ξένιον, ἐν ὅρκοις συμφωνίας ποιοῦντες Ὅρκιον, οἱ δεόμενοι Ἱκέσιον, οἱ ἀδελφοὶ Ὁμόγνιον. *Interp. Sophocl.* ad Ajac. Maſtig. nomina collecta ex variis Jovis officiis, de quibus alius locus dicendi. *J.B.*

2. Ὅρκιε] Poëticarum harumce vocum exempla adducere ſupervacaneum, cum pleraeque tales ſint, ut nulli, qui poëtas Græcos vel a limine ſalutarit, ignotæ eſſe poſſe videantur. Sola hæc mihi negotium aliquandiu faceſſivit de Jove dicta, adeo ut de emendatione cogitarem, crederemque ἑρκεῖε vel ἕρκιε, legendum; (V. *Suid.* & *Euripid.* *Τρῳ.* v. 17.) at nunc ex *Euripidis Med.* 169. video nihil mutandum. Adde *Schol.* ad *Hecub.* ejusdem v. 345. *M. du S.*

Ὅρκιε] Ut omnis vinculi naturalis, quod vitam humanam continet, ſic & jurisjurandi, cujus ſumma fuit apud veteres religio, curator & praeſes Jupiter: ab hoc munere ducta ſunt cognomina non tantum Φιλίου,

phelegereta, & Erigdupe, & ſi quo te alio vocant nomine attoniti poëtæ, idque adeo cum in verſu faciundo hærent impediti; (tunc enim magno nominum agmine ſuſtines verſum labantem, & rhythmum hiantem reples,) ubi nunc fulgur illud tuum tanto ſtrepitu erumpens? ubi tonitru tanto fremitu boans? ubi illud flammans, candens, ac terribile fulmen? Cuivis ſane conſtare poteſt, ea omnia nil eſſe aliud quidquam præter nugas ſonoras, ac fumum

φεληγερέτα, καὶ ἐρίγδουπε, καὶ εἴ τι σε ἄλλο οἱ ἐμβρόντητοι ποιηταὶ καλοῦσι, καὶ μάλιστα ὅταν ἀπορῶσι πρὸς τὰ μέτρα· τότε γὰρ αὐτοῖς πολυώνυμος γινόμενος ὑπερείδεις τὸ πῖπτον τοῦ μέτρου, καὶ ἀναπληροῖς τὸ κεχηνὸς τοῦ ῥυθμοῦ· ποῦ σοι νῦν ἡ ἐρισμάραγος ἀστραπὴ, καὶ ἡ βαρύβρομος βροντὴ, καὶ ὁ αἰθαλόεις, καὶ ἀργήεις, καὶ σμερδαλέος κεραυνός; ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος ἤδη ἀναπέφηνε, καὶ καπνὸς ποιη-

10. Ἅπαντα γὰρ ταῦτα λῆρος] Ἀντὶ τοῦ οὐδὲν, εἰ μὴ μόνον ψόφος * ποιητικῶν ὀνομάτων. V.

* Ποιητικῶν] C. G. ποιητικὸς τῶν ὀνομ. M. du S.

λίου, Ξενίου, Ἑταιρείου, Ἐφεστίου, Ὁμογνίου, Γαμηλίου, ſed & Ὁρκίου eſt autem in iſta forma vocabulorum, quando Diis aptantur, praeſidii ac tutelae ſignificatio. Ita cultus Jupiter ὅρκιος & dedicatus in Eleorum curia, teſte *Pauſania* V. p. 441. ea ſpecie, quae ἐς ἔκπληξιν ἀδίκων ἀνδρῶν erat comparata; nam fulmen utraque manu tenebat: quare exiſtimandum eſt *Lucianum* infra §. 4. ubi δεκάπηχυν κεραυνὸν memorat, non de Phidiaci Jovis ſigno (hoc enim pleniſſima propitiae majeſtatis facie altera manu praeferebat ſceptrum, victoriam altera) ſed de hoc ipſo Διὸς ὁρκίου cogitaſſe: idque tanto argutius, quod Timon Jovem irrideat tanquam vetulum, & viribus effoetis jam non amplius commiſſorum impune ſcelerum vindicem, nihilque minus adeo, quam qualem ſimulacrum illud oſtentabat. Plura protulit *J. H. Meibomius* ad Jusjur. Hippocr. c. II. §. 4. ubi Ζεὺς ὅρκιος reperiatur. Apud *Phurnutum*, quem *Cornutum* dicere malim, c. 9. p. 150. pro ὅρκιον e Mſ. notavit, ſi recte capio, *Th. Galeus* ὅρκιος & ἑρκεῖος ut, quin illae voces inter ſe commutentur, dubitari non poſſit: in *Luciano* tamen ὅρκιε plane retinendum, utpote quod ceteris Jovis cognominibus, quae Timon coacervat, multo magis ſit conſentaneum quam Ἑρκεῖος ea *Cornutus* pleraque, quo dixi loco, explanavit, & inprimis ex philoſophi perſona *Dion Chryſoſt.* Or. XII. p. 216. Haec *Luciani* attigit *Ez. Spanhemius* ad *Callim.* H. in Dian. v. 7. ubi de Deorum πολυωνυμίᾳ vere *Xenophon* in Symp. p. 522. Ζεὺς ὁ αὐτὸς δοκῶν εἶναι πολλὰς ἐπωνυμίας ἔχει. Hymnus in Jovem, quem ſub Cleanthis nomine vulgavit *H. Stephan.* in Poëſ. Philoſ. Κύδιστ' ἀθανάτων, πολυώνυμε, παγκρατὲς αἰεὶ Χαῖρε Ζεῦ. —— Vide *B. Martini* V. L. III, 13. *Stanl.* ad *Æſchyl.* P. V. v. 210. *T. H.*

4. Ἐμβρόντητοι] Ἔνθεοι, θεόληπτοι, μουσόληπτοι, ὑπὸ Μουσῶν κάτοχοι, & voce Comica, μουσοπάτακτοι ſunt poëtae: eos facete Noſter in Jovialium tonitruum mentione vocavit ἐμβροντήτους, quaſi iiſdem illis telis, quae tam liberaliter Jovi donant, ipſi tangerentur. In re diverſa ſimilem elegantiam adhibuit *Dion Chryſ.* p. 286. C. ἅτε διθύραμβος ὢν ὁ Διόνυσος καὶ ὑπὸ κεραυνοῦ καὶ βροντῆς γενόμενος, ὥς φασιν οἱ ποιηταὶ, τοὺς ἀμαθέστερον χρωμένους ἀτεχνῶς πυρὸς πιμπλᾶσι, καὶ τῷ ὄντι πολλοὺς αὐτῶν ἐμβροντήτους ἐποίησεν. *Heſychius* quidem, Κεραύνιος, ἐμβρόντητος (male legitur ἐμβρόντιστος) ſed proprie tamen diſtinguuntur, ut patet e *Xenoph.* E. IV. p. 312. v. 42. πίπτει κεραυνὸς εἰς τὸ στρατόπεδον, καὶ οἱ μέν τινες πληγέντες, οἱ δὲ καὶ ἐμβροντηθέντες ἀπέθανον interpretis vicem agat *Pauſan.* III. p. 217. καί τινες καὶ ἀπώλοντο τῶν στρατιωτῶν κεραυνωθέντες, τοὺς δὲ καὶ ἔκφρονας ἐποίησαν αἱ βρονταί. Hinc pro ſtupido, inſano, & cui communis ſenſus eſt excuſſus: ſimul hunc in modum non noluit intelligi Lucianus, quum Timonem ita facit poëtas appellare. *T. H.*

6. Ὑπερείδεις τὸ πῖπτον τοῦ μέτρου] In Virgilii vita, quem *Tan. Faber* indicavit, hic eſt locus: *quippe qui, dum ſcriberet, ne quid impetum moraretur, quaedam imperfecta reliquit; alia leviſſimis verſibus veluti fulſit, quos per jocum pro tigillis & tibicinibus interponi a ſe dicebat ad ſuſtinendum opus, donec ſolidae columnae advenirent.* Haec *Suetonio* non ſunt indigna: apparet autem non plane commode tibicines iſtos ad eum ſenſum, quem volebat *Faber*, quadrare. *Ariſtoph.* in Ran. v. 1209. eleganter στοιβὴν vocat ἔξω τοῦ λόγου, qualem ſtipatores, qui merces in navibus componunt, infulcire ſolent: recte *Schol.* περιττὸν καὶ παρέλκον ἐν τῷ λόγῳ, ἀπὸ τῆς στοιβῆς τῶν φορτίων· ibi haec Lucianea *Kuſterus* non praetermiſit. Par eſt ratio, quando παραπληρώματα dicunt: *Schol.* ad Med. v. 665. notat, Euripidem eſſe valde proclivem ad uſurpandam vocem σοφὸς, etiam quum nihil ad ſenſum ornandum prodeſt: ὥσπερ παραπληρώματι χρῆται τῇ λέξει· utriusque propriam vim diſcere licebit ab *H Valeſio* ad *Harpocrat.* p. 150. *Apollon* Alex. de Synt. III. p. 264. ubi de conjunctionibus agit, quibus nomen eſt παραπληρωματικοῖς, veram eſſe negat eorum ſententiam, qui cenſuerunt μόνους αὐτοὺς ἀναπληροῦν τὸ κεχηνὸς τῆς ἑρμηνείας· ipſam vides *Luciani* phraſin. *T. H.*

8. Ἐρισμάραγος] Epith. Jovis ipſius apud *Heſ.* Θεογ. Annotatum margini Timonis a *Tan. Fabro* editi penes Doctiſſ. Virum *Joh. de la Faye:* manus annotantis ignoratur, ideoque *Anonymum* deinceps in hoc Opuſculo vocabo. *M. du S.*

9. Βαρ. βρ.] Reſpicit hic inter alia locum *Euripidis* quem margo indicat· Ἰὼ Νέμεσις, καὶ Διὸς βαρύβρομοι βρονταὶ κεραύνιόν τε πῦρ αἰθαλόεν. Αἰθαλόεντα κεραυνὸν habet *Heſ.* Θ. 504. *M du S.*

11. Καὶ καπνὸς ποιητικὸς ἀτεχνῶς ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνο-

ποιητικὸς ἀτεχνῶς, ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομάτων. τὸ δὲ ἀοίδιμόν σου, καὶ ἑκηβόλον ὅπλον, καὶ πρόχειρον, οὐκ οἶδ' ὅπως τελέως ἀπέσβη, καὶ ψυχρόν ἐστι, μηδὲ ὀλίγον σπινθῆρα ὀργῆς κατὰ τῶν ἀδικούντων [a] διαφυλάττον.

plane poëticum, nominum ſtrepitum ſi demas. Telum autem illud ita decantatum, & longe feriens, & expeditum, neſcio quo pacto plane reſtinctum eſt, & refrixit, ne tantillulam quidem iræ ſcintillam adverſus ſceleratos retinens.

2. In-

a Διαφυλάττον] διαφυλάττων. F.

ὀνομάτων] Recte Cl. *Faber ac fumum plane poëticum, nominum ſtrepitum ſi demas.* ultra quod tentare quidquam error eſt. *J.G.*

12. Ἔξω τοῦ πατάγου τῶν ὀνομ.] *Nugæ canoræ, Horat.* *M. du S.*

Ἔξω τοῦ πατάγου] Imperfectam orationem ſupplendam putavit *Barlaeus*: nihil hic imperfectum; vertendum enim, ut *Faber* rectiſſime convertit. Is uſus particulae ἔξω familiaris apud optimos ſcriptores: *Tim.* περὶ Ψ.Κ. οὔ ποκα φθαρησόμενον ὑπ' ἄλλω αἰτίω ἔξω τῶ αὐτὸν συντεταγμένω θεῶ. *Demoſth.* περὶ Παραπρ. p. 309. A. τίνα ἀνθρώπων ἐλύπησεν ἂν ἡ εἰρήνη ἔξω τοῦ ἀδόξως γεγενῆσθαι; *Longinus*, ſtructurae non minus, quam verborum locutionumque diligentiſſimus S. 24. §. 2. Ὑπερίδης πρὸς τῷ πάντα, ἔξω γε τῆς συνθέσεως, μιμεῖσθαι τὰ Δημοσθένεια κατορθώματα· vid. *Thom. Mag.* in V. Concinne poſitum ὁ πάταγος τῶν ὀνομάτων, quia πάταγος ut aliarum rerum, ſic praecipue tonitruum fragorem interruptum exprimit: §. 3. ἡ βροντὴ ἐπαταγεῖτο· & ſaepius in *Ariſtophanis* Nub. Jam quod fulminis eſt proprium, ipſis poëtarum epithetis tribuit, tanquam ſi ſenſu prorſus vacua inanem tantummodo ſtrepitum ederent. Lucrifecit eorum ex veteribus opinionem *Lucianus*, qui cavillabantur apud Homerum pluribus in locis epitheta velut injecta temere manu correpta ſic inferciri, ut nullum inde ſententiae lumen accederet novum; quin ſaepius etiam epitheto praepoſtere collocato proximorum obſcurari nitorem & corrumpi: quod crimen objectum ut diluerent poëtarum principis admiratores, ea nonnunquam fuerunt comminiſcenda, quae tacuiſſe fuiſſet melius. Haec ſane perquam ſunt venuſta, & ingenium *Luciani* in hoc elaboratiſſimo ſcripto elucens ſummo opere commendant: quae ſingula tironum in gratiam explananda ſi ſumerem, grandi commentariorum mole foret opus. *T.H.*

13. Ὅπλον] *Fulmen.* *J. Br.*

16. Σπινθῆρα ὀργῆς] Proprie *Dionyſ. Halic.* A. R. II. p. 103. v. 41. ἐκ τῆς κατεψυγμένης πρὸ πολλοῦ, καὶ οὐδένα φυλαττούσης σπινθῆρα τέφρας. Facete *Ariſtoph.* de bello Peloponneſiaco a Pericle parvis ab initiis ſuſcitato: ἐξέφλεξε τὴν πόλιν Ἐμβαλὼν σπινθῆρα μικρὸν Μεγαρικοῦ ψηφίσματος. Quaſdam vitae reliquias exiguas σπινθῆρα τῆς ψυχῆς vocat *Philoſtr.* de V. A. T. IV. c. 45. *Cornuto* de N. D. c. 20. p. 189. opem feramus: primum, inquit, genus humanum e terra natum probabile eſt fuiſſe violentum, & mutuis in ſe invicem odiis ſaeviiſſe, διὰ τὸ μηδέπω δύνασθαι διακρίνεσθαι, μηδὲ ῥιζῶσθαι τὸν ἐνόντα αὐτοῖς σπινθῆρα τῆς κοινωνίας· debuerat quidem ἐῤῥιζῶσθαι vel ῥιζοῦσθαι· ſed concoquat, qui ſtomacho ſit tam ferreo, duriſſimam ἀκυρολογίαν, σπινθῆρα ῥιζοῦσθαι, dum legam μηδ' ἐῤῥιπίσθαι· nota ſunt ῥιπίζειν, ἀναῤῥιπίζειν, ἐκριπίζειν· alterum illud verbum ſi ſcripſiſſet, addidiſſet utique τὸ ἐνὸν αὐτοῖς σπέρμα τῆς κοινωνίας. *T.H.*

18. Θᾶττον γοῦν &c.] Profert *Adr. Turnebus* Adv. XXV. c. 9. itaque vertit: *Itaque eorum, qui pejerare aggrediuntur, citius quiſpiam extinctum ellychnion formidaverit, quam fulminis iſtius omnium domitoris flammam.* Docet ibi a *Virgilio ſancire foedera fulmine* dici Jovem, *qui fulmine vindicat id, quod contra formulam & religionem juris jurandi commiſſum eſt.* Similem in modum *Diotogenes* Pythag. apud *Stob.* p. 332. Jovem eſſe oſtendit eundem & χρηστὸν & δεινὸν διὰ τὸ κολάζειν τὼς ἀδικέοντας καὶ κρατὲν καὶ κυριεύεν πάντων· ἔχει δὲ καὶ τὸν κεραυνὸν μετὰ χεῖρα σύμβολον τᾶς δεινότατος. *T.H.*

19. Θρυαλλίδα] Copioſe de hac voce doctiſſimus *Chriſtian.* ad veſp. *Ariſtoph.* *Pollux.* *J. B.*

Θρυαλλίδα] Vid. *Ariſtophan.* *A.V.*

20. Δαλόν τινα] *Manifeſte declarat titionem in Timonis Lucianei principio: Jer. Hoelzlin.* ad *Apollon.* III, 291. videtur ſane: ſed propria vis eſt, quam origo vocabuli poſtulat, titionis ardentis & accenſi. Grammatici veteres ad Od. E, 488. διάπυρον ξύλον, & pluribus *Heſychius*: δαλὸς ἀπὸ τοῦ βωμοῦ *Antonin. Liber.* c. XVIII. *ambuſtum torrem Chorineus ab ara Corripit: Virgil.* AEn. XII, 298. Δαλόν Gloſſae *titionem* & *torrem* exponunt. *Titionem vulgus appellat extractum foco torrem ſeminſtum, extinctum: Lactant.* IV. p. 394. Vid. *Pric.* ad *Apul.* Met. p. 392. Ludit *Arnob.* VI. p. 209. *riciniatus Jupiter, atque barbatus, dextera fomitem ſuſtinens perdolatum in fulminis morem.* *T.H.*

23. Ἀπολαύειν τοῦ τραύματος] Sunt qui haec verba, μόνον καὶ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, intelligunt de iis, in quos Jupiter ignes ſuos intentet; eos nimirum dici exiſtimare, ſe in eo tantum affici ab immiſſo igne, quod oculi fuligine impleantur. At non ego certe detrecto accedere optimo meo quondam doctori, *Jac. Gronovio* (cui pro digno & juſto διδάκτρῳ nihil majus reponere habeo, quam aeternas gratias, pectusque ejus nomini devotiſſimum) haec verba ad ipſum Jovem referenti. Liceat tamen nobis varios τοῦ ἀπολαύειν uſus in medium proferre. Τὸ ἀπολαύειν pro *frui re grata & accepta*, atque adeo pro *delectari fructu alicujus rei*, paſſim ſumi, res eſt notiſſima. Eſt tamen non ſemel, ubi ἀπολαύειν de malo uſurpatur. Apud *Noſtrum* in Deorum dial. X. Sol que-

2. Inde eſt quod perjuri potius metuerint heſternum aliquod ellychnium, quam fulminis cuncta domantis flammam. Ita videris illis titionem jaculari, ut ignem ejus vel fumum haud timeant: hocque unum ex vulnere malum ſibi accidere exiſtiment, quod

Θᾶττον γοῦν τὸ ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων ἕωλον θρυαλλίδα φοβηθείη ἄν, ἢ τὴν τοῦ πανδαμάτορος κεραυνοῦ φλόγα· οὕτω δαλόν τινα ἐπανατείνασθαι δοκεῖς αὐτοῖς, ὡς πῦρ μὲν ἢ καπνὸν ἀπ' αὐτοῦ μὴ δεδιέναι· μόνον δὲ τοῦτο οἴεσθαι ἀπολαύειν τοῦ τραύματος, ὅτι ἀναπλη-

querens multa incommoda ex trinoctio Jovis cum Alcumena concubitu oritura; viam tam diu non tritam, equis Phoebeis fore difficiliorem, hominesque in tenebris confeſſuros; tandem ait, Τοιαῦτα ἀπολαύσονται τοῦ Διὸς ἐρώτων. Reſpondet paullo poſt Mercurius, Σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων. Clariſſime quoque D. D. XXI. Οὐ γὰρ ἀσφαλὲς λέγειν τὰ τοιαῦτα, μή καί τι κακὸν ἀπολαύσωμεν τῆς φλυαρίας. In Necyomantia §. 17. de Mauſolo, qui dicitur τοσοῦτον ἀπολαύων τοῦ μνήματος, παρ' ὅσον ἐβαρύνετο τηλικοῦτον ἄχθος ἐπικείμενος. Hic ſicuti non plane in malam, ita nec omnino in bonam partem ſumitur ἀπολαύω; at ironice potius. Tantum, ait facetus *Noſter*, Mauſolus ab ſuperbo ſibi poſito monumento adficitur, quantum gravatus eſt, tanto ponderi ſuccumbens. In Phalaride de Perilao, aenei bovis fabricatore, inque illum primo incluſo, ὁ μὲν δίκαια ἔπαχεν, ἀπολαύων τῆς αὐτοῦ εὐμηχανίας. Acerbiſſima profecto haec & lethifera ἀπόλαυσις. In Pſeudologiſta: Οἷς ἱκανὰ ἦν ἐκεῖνα μόνα τὰ κακὰ τοῦ σοῦ σώματος ἀπολαύειν. In malum quoque clare habet *AElianus* II. Ποικιλ. c. 34. Ὥρα πᾶσιν ἡμῖν τὴν ταχίστην ἀνάγεσθαι, πρὸ τοῦ τινος ἀπολαῦσαι κακοῦ πρεσβυτικοῦ.

Eſt ergo τὸ ἀπολαύειν plane ἀδιάφορον, & in bonum & in malum, ſimpliciter notans *affici ab re aliqua*, ſeu id, quod ex re quapiam proveniat, ſive gratum, ſive minus, percipere. Idcirco videntur accuratius loquentes, maluiſſe ſaepe aliquid addere, unde bonum vel malum, quod quis ἀπολαύῃ, intelligeretur. Sic κακὸν ἀπολαύειν τῆς φλυαρίας, *Lucianus*: κακοῦ πρεσβυτικοῦ ἀπολαῦσαι, *AElianus*. *Ariſtophanes* in Pluto vſ. 236. adjicit ἀγαθόν·

Ἀγαθὸν γὰρ ἀπέλαυσ' οὐδὲν αὐτοῦ πώποτε.

Ellipſin amant Graeci in uſu τοῦ, ἀπολαύειν, ut in plerisque locutionibus. Ubi enim ἀπολαύειν τινος, dicunt, ſubauditur τί, vel ἀγαθὸν, vel κακόν. quae, ut vidimus, aliquando adſunt. Sed nec vel tunc, ubi dicunt ἀπολαύειν ἀγαθόν τινος, plena eſt oratio; intelligitur autem ἀπὸ, unde pendet genitivus; ſine quo genitivo vix utuntur τῷ, ἀπολαύειν. Ἀπὸ, inquam, ſupprimitur; quam praepoſitionem reperio additam apud *Noſtrum* in Mortuor. Dialogis p. 224. C. ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. ubi iterum τὶ relinquitur intelligendum. *J. J.*

Ἀπολαύειν τοῦ τραύματος] Vulgatam retinui, quia in *Dial. Xanthi & Maris*, τολύμαξα iterum vocat quae igne inuſta fuerant: ἀπολαύειν etiam ſatius viſum eſt ad *homines* referri quam ad *Jovem*, quia ad eos reliqua pertinebant, & vox eo ſenſu apud *Noſtrum* non infrequens, uti ſupra obſervatum a me eſt, ad Νιγρ. c. 30. Vide & *Arrian.* Epict. p. 286. A. ἀμήχανον, τὸ συνανατρεφόμενον τοῖς ἠσβολημένοις μὴ καὶ αὐτὸν ἀπολαῦσαι τῆς ἀσβόλης. *Virgil.* VI. 593. — *non ille faces nec fumea taedis Lumina* &c. de vero Jove. *M. du S.*

Ἀπολαύειν τοῦ τραύματος] Haec quicquid eſt Interpretum ad contemtores Jovis pertinere cenſuerunt: diverſus abit ſolus fere *J. Gronovius* ad Nigr. §. 30. rogatque ſatis confidenter, *cur accipiant in malum, non in propriam notionem voluptariamque atque ipſi Jovi attribuant?* reſpondebo pro aliis, quia ipſa Luciani mens explanatiſſime propoſita, & ſtructura verborum, huic explicationi palam refragatur: quare per me non ſtabit, quominus ſemper ſolus hanc cauſam defendat *Gronovius*. Ἀπολαύειν verbum apud Graecos in utramque partem ambiguum eleganter uſurpari ſolet & per ſe ſimpliciter & conſtructe. *Ariſtoph.* Av. v. 1358. Ἀπέλαυσα γὰρ ἐλθὼν ἐνθαδί· quod ludendo perinde eſt poſitum, atque ὀνάμην vel ὀναίμην ἂν *praeclare enimvero mecum agatur*. Addunt nonnunquam ἀπολαύειν κακόν τι, τι φλαῦρον, *Iſocr.* Συμμ. p. 175. B. ſaepius omittunt. At frequentiſſime genitivus accedit ejus vel perſonae vel rei, unde bonum malumve aliquod vel incommodum nobis proficiſcitur, plerumque ἀπὸ vel ἐκ intellecto, rarius expreſſo: *Dionyſ. Halic.* A. R. I. p. 74. v. 16. τοῦτο μόνον ἀπολαύσαντες ἐκ τῶν πολλῶν ἐπιμιξιῶν· ubi mediae ſignificationis eſt. *Plato* Phaedr. p. 1227. F. ἀλλ' οἷον ἀπ' ἄλλου ὀφθαλμίας ἀπολελαυκὼς, *qui ab alio oculis laborante vitium contraxit*: eleganter *Syneſ.* p. 18. C. ταρίχη ἀπολελαυκότα τοῦ χρόνου, *quae a vetuſtate vitium contraxerunt*: *Euripid.* Iph. in T. v. 526. Ἀπέλαυσα δή τι κἀγὼ τῶν κείνης γάμων· *nonnihil ad me quoque mali ex Helenae nuptiis pervenit*. Sic ἀπολαύειν συμφορᾶς, *alienae calamitatis eſſe participem*, *Plutarch.* T. II. p. 837. A. Apud *Platon.* de LL. p. 961. D. καὶ πᾶσα οὕτως ἡ πόλις ἀπολαύῃ τῶν ἀσεβῶν τρόπον τινὰ δικαίως, *Serranus* vim phraſios *Ficino* longe melius expreſſit: *atque ita impiorum hominum ſuppiicia in univerſam civitatem quodammodo juſte redundent.* *Platoni* ſine dubio Heſiodeum illud in mente fuit E. καὶ H. v. 240. Πολλάκι καὶ ξύμπασα πόλις κακοῦ ἀνδρὸς ἀπηύρα· ubi ut rem ipſam & ſenſum recte, ſic naturam locutionis ſecus intellexit Eruditiſſ. *Graevius*. *Ariſtot.* Polit. V. p. 135. v. 5. αἱ τῶν γνωρίμων στάσεις συναπολαύειν ποιοῦσι καὶ τὴν ὅλην πόλιν, *nobilium ſeditiones contagione quadam totam civitatem corripiunt*: parum diſtat, quod legimus in *Mich. Apoſtolii* C. XV. n. 78. ἔμελλε συναπολαύσειν τῷ Παμφίλῳ τῶν κακῶν· quod, niſi fallor, ex vetuſtis Scholiis excerptum ad *Ariſtoph.* Plut. v. 174. *Maxim. Tyr.* D. II. p. 24. ſi quis, inquit, cum homine μαρίλης ἐμπεπλησ-

79881

πλησθήσονται τῆς ἀσβόλου. ὥστε ἤδη διὰ ταῦτά σοι καὶ ὁ Σαλμωνεὺς ἀντιβροντᾶν ἐτόλμα, οὐ πάνυ τοι ἀπίθανος ὤν, πρὸς οὕτω ψυ-

fuligine operiantur, atque inquinentur. Hinc adeo eſt quod Salmoneus ille, te contempto, contra tonare auſus eſt, vir qui hanc de ſe opinionem in animis hominum

πληγμένῳ colluctetur, eum maculari neceſſe eſt, οὕτω καὶ ὅστις ἀδίκῳ ἀνδρὶ συμπλέκεται καὶ συγκυλινδεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀνάγκη τοῦτον συναπολαύειν καὶ τοῦ κακοῦ, καὶ συναναπίμπλασθαι τῆς μαρίλης· ibi junctum a *Luciano* verbum itidem apparet, ſimiliter atque in Amat. *Plutarchi* p. 765. B. ἔνιοι φίλων καὶ οἰκείων σβεννύναι πειρωμένων βίᾳ καὶ ἀλόγως τὸ πάθος, οὐδὲν ἀπέλαυσαν αὐτοῦ χρηστὸν, ἀλλ' ἢ καπνοῦ καὶ ταραχῆς ἐνέπλησαν ἑαυτούς. Vid. *Suid.* in Ἀπολαύειν *Iſocratis*, quem profert, locus, quanquam verba parumper varient, is idem eſt, qui ſupra fuit a me indicatus. Quemadmodum autem hac in parte fruſtra fuit *Gronovius*, ita jure optimo *G. Cuperi* (hunc enim deſignat) conjecturam repellit, qui Obſ. III. c. 2. quum elegantiam opportuniſſimae vocis τραῦμα nullus adſequeretur, legebat καύματος: *huic loco*, verba ſunt *Cuperi*, τὸ τραῦμα *minus videtur convenire cum* ἀσβόλου *ſeu fuliginis fiat mentio: quare lego* καύματος, *id eſt*, aduſtione; *quomodo fulmen & fulgur adurere, uſtulare dicuntur: ita ante dixit* φλόγα κεραυνοῦ. Haec pluma leviora: melius eſt, ut *Lucianum* audiamus in Jove Conf. §. 15. οὐδὲ γὰρ τὸν κεραυνὸν αὐτὸν φαίην ἂν αἴτιόν μοι γενέσθαι τοῦ τραύματος. Perquam appoſite *Euripides*: Πολλοὺς δὲ βροντῆς τραῦμ' ἄναιμον ὤλεσε· iſtum verſum *Theon Smyrnaeus* περὶ Μουσικῆς c. 2. p. 75. quum poneret, nihil aliud praemittit, quam ὥς τις ἔφη· pro beneficio patefacti auctoris veram lectionem in ſolutum accipiat *Plutarch.* Symp. IV. p. 666. C. apud quem perverſe ſcribitur, πνεῦμα ἄναιμον· quanquam Latinis uſitatum *adflari fulmine*, at Graecis, ut puto, plane eſt inſolens πνεῦμα βροντῆς· deinde, quod rem extra controverſiam ponit, optime cohaeret ἄναιμον cum τραῦμα, prorſus ineleganter cum πνεῦμα. Obſervationem eximiam mecum vir & amicus, dum fuit, ſummus *L. Kuſterus* communicavit. Denique *Lucretius* VI, 419. ubi, dum Jovi fulminis miſſionem ereptum it, multa reperies, quae cum *Luciano* comparari poſſunt: *cur ſuis Demit imaginibus violento volnere honorem.* Quid porro congruentius, quam ut fulmina vulnus faciant, quandoquidem *tela* dicuntur & βέλη ſaepe *Lucretius* eo, quem dixi, loco: —— *patris cur telum perpetiuntur Obtundi — teli determinet ictum. Herodot.* IV, 79. εἰς ταύτην θεὸς ἐνέσκηψε βέλος· VII. c. 10. §. 5. εἰς οἰκήματα τὰ μέγιστα &c. τὰ τοιαῦτα ἀποσκήπτει τὰ βέλεα· cujus apud multos praeter *Lucretium* imitationem loci invenire licet. *Sophocl.* Trach. v. 1103. Ἔνσεισον, ἄναξ, ἐγκατάσκηψον βέλος, Πάτερ, κεραυνοῦ. notavit ad eum locum *H. Stephanus.* T. H.

26. Ἀπίθανος ὤν] Olim arridebat: οὐ πάνυ τοι ἀπιθάνως, ὡς πρὸς οὕτω ψ. nunc nihil muto. *Plutarch.* T. II. p. 595. A. ἐξενηνοχέναι πιθανὸν ὄντα τὴν πρᾶξιν ὑπὸ δέους. *Arrian.* A. A. II. c. 12. εἴτε πιθανὸς δοκεῖ τοῖς ξυγγράψασιν Ἀλέξανδρος, ὡς καὶ ταῦτα ἂν πράξας &c. *Porphyr.* de A. N. p. 250. ὅτι δὲ πλάσσων ἄντρον ἀπίθανος ἦν *Homerus.* *Plutarch.* T. I. p. 91. E. T. II. p. 291. A. ὥστε μὴ παντελῶς ἀπιθάνους εἶναι τοὺς λέγοντας. *Aeſchines* ſub initium orationis περὶ Παραπρ. κατηγόρηκε δωροδοκίας, ἀπίθανος ὢν πρὸς τὴν ὑποψίαν ταύτην. Haec oſtendunt, quomodo cum perſonis vox iſta conjungatur. Salmonei neſcio quam bene *Noſter* meminerit in hac ſcena: in eo certe ſui contemtus Jupiter exemplum ſtatuerat ſatis grave; qualia ſi adverſus alios ſceleribus ac flagitiis inſignes edidiſſet plura, non erat profecto, cur tanto opere Timon inertiam vetuli Jovis incuſaret. De Salmoneo verſus ſunt *Manilii* V, 91. poſt multiplicem hominum eruditiſſimorum curam nondum, ut mihi quidem videtur, perſanati: quid molitus ſit vir primarius *J. Fr. Gronovius* Obſ. III, 15. non me fugit; hunc tamen in modum ſi conſtituantur, propius ad priſcam poëtae manum accedi poſſe cenſeo: *Hinc mihi Salmoneus (qui coelum imitatus in orbe, Pontibus impoſitis* (niſi malis, *Pontibus ac poſitis*) *miſſiſque per aera quadrigis Expreſſiſſe ſonum mundi ſibi viſus, & ipſum Admoviſſe Jovem terris de fulmine finxit: Senſit at immenſos ignes; ſuper ipſe ſecutus Morte Jovem didicit) generatus poſſit haberi.* Senſum, quo erat admirando ingenii acumine, pervidit *J. Scaliger*: *de fulmine* capiendum eſt ea fere poteſtate, quam *Salmaſius* explicuit ad *Tertullian.* Pall. p. 139. etiam ipſum ſe Jovem terris admoviſſe finxit, quod ad fulmen adtinet, jacto fulmine: *Euripid.* apud *Dicaearch.* B. E. p. 22. — ὅστ' ἐπ' Ἀλφειοῦ ῥοαῖς Θεοῦ μανεὶς ἔρριψε Σαλμωνεὺς φλόγα· plura, quae ad firmandam conjecturam valent, perſequi non vacat. Ceterum Salmoneum & Tantalum pro hominibus impiis & Deos oppugnantibus poſuit *Heraclit.* Alleg. Hom. p. 408. Vid. *Maxim. Tyr.* D. XXXVI. & *Hadr. Junii* Adagia in *Salmoneus alter*, ubi quod ex *Eunapio* profert, legitur apud *Suidam* in Εὐτρόπιος & Χρῆμα. T. H.

28. Πῶς γάρ] Omnino legendum πῶς γὰρ οὔ; quod Graecis frequens. V. *Eurip. Rheſ.* p. 472. C. *M. du S.*

Πῶς γὰρ] Interpretes ita verterunt, ac ſi legiſſent, quod volebat Doctiſſ. *M du Soul*, πῶς γὰρ οὔ; eum in modum ſane legendum foret, ſi tali ratione ſententiam expleres: πῶς γὰρ οὐκ ἀντιβροντήσειέ σοι ὁ Σαλμωνεύς; *quidni enim Salmoneus adverſum te fulmina jacularetur?* vel, *quid enim obſtet, quominus tuum fulmen Salmoneus aemuletur* (nam utramque explicationem recipit ἀντιβροντᾶν, ut alio loco dicam) *ubi tu, velut perducta mandragorae potione altum ſtertis.* Verum nihil moveri debet, intelligendumque, ſi ad ſuperiora velis connectere, πῶς γὰρ φοβηθείη ἂν τῶν ἐπιορκεῖν τις ἐπιχειρούντων τὴν τοῦ κεραυνοῦ φλόγα· ſin ad proxima, πῶς γὰρ ἀπίθανος ἂν εἴη ὁ Σαλμωνεύς· utrumvis ad ſententiam *Luciani* aeque commodum. Πῶς γὰρ οὔ, addita negatione, ut Grammatici loquuntur, καταφατικόν ἐστι, aut, κατάφασιν δηλοῖ· contra πῶς γὰρ, ἀποφατικόν. *Lucian.* Ἀλεκτρ. §. 14. οὗτος ζῶν μὲν οὐδὲ ὀβολὸν ἔδωκε τῷ Σίμωνι· πῶς γάρ; ὃς οὐδὲ αὐτὸς ἥπτετο τῶν χρημάτων. *hic, dum vivebat, ne obolum quidem dedit Simoni: neutiquam*

num facile tueretur, audax quippe & ardens animo, adverſum Jovem tam frigidum. Quidni enim? cum tu veluti ſub mandragoris recubans perju-

χρὸν τὴν ὀργὴν Δία, θερμουργὸς ἀνήρ, [a] καὶ μεγαλαυχούμενος. πῶς γάρ, ὅπουγε καθάπερ ὑπὸ μανδραγόρα καθεύδεις; ὃς οὔτε τῶν ἐπιορκούν-

a Καὶ] Al. κανὼ· vel ſolum καὶ dele. Margo AIW.

27. Θερμουργὸς] Θερμουργὸς ὁ * παρακεκινημένος καὶ πάντολμος. V.
29. Ὑπὸ μανδραγόρα] Παροιμία † ὑπὸ τῶν ἀνειμένων καὶ ῥαθύμων, παρόσον οἱ τὴν μανδραγόραν φαγόντες ἀνέγερτοι ὑπνώττουσιν. V.

* Παρακεκινημένος] Blandiebatur παρακεκινδυνευμένος· ſed non valde opus eſt hac mutatione. Noſter περὶ τοῦ μὴ P. Π. Δ. S. 5. ὑπόθερμον καὶ παρακεκινημένον. Vid. Suid. in Θερμὸς & Παράθερμος. *T. H.*
† Ὑπὸ] Lege ἐπί. *T. H.*

quam ſane, ut qui ne ipſe quidem divitias ſuas attingeret. *Lyſ.* p. 94. v. 17. πῶς γὰρ ἂν, ὅστις &c. p. 178. v. 31. πῶς γάρ, οἷς οὐδὲ ταῦτα &c. *Iſaeus* p. 72. v. 11. πῶς γάρ; οἱ μὲν γὰρ ὀνομάζον) συγγενεῖς. *Gorg.* pro Palam. p. 189. v. 35. nam ſub initium ejus orationis p. 187. v. 32. *H. Stephano* adſentior pro πῶς γάρ, ὅσγε σώζει πατρίδα &c. reponenti πῶς γὰρ οὔ; ὅσγε σώζει. *Alciphr.* I. p. 92. πῶς γὰρ ἢ πόθεν; ibi vide *Steph. Berglerum.* *Athen.* VI. p. 265. E. πῶς γάρ; ὁπότε &c. In his, minimis quidem, ſed ad nativam Graeci ſermonis indolem permagni ſane momenti, mirum eſt, quam ſaepe fuerit offenſum. *T.H.*

29. Ὑπὸ μανδρ. καθ.] *Sub mandragora dormis*: qua etiam epota ſomniculoſi ſunt homines: *Demoſth.* Phil. Δ. ἀλλ' οὐδὲ ἀνεγερθῆναι δυνάμεθα, ἀλλὰ μανδραγόραν πεπωκόσι, ἤ τι φάρμακον ἄλλο τοιοῦτον, ἐοίκαμεν ἀνθρώποις. *J.Br.*

Ὑπὸ Μανδραγόρα] De hoc Proverb. parœmiogr. de Mandragora, *Dioſcorid. Heſych.* *J.B.*

Ὑπὸ Μανδραγόρα καθεύδεις] *Ubi tu perinde ac ſub mandragora ſtertis.* Ita vertit *Eraſmus*, bene ſecundum vulgatam lectionem; male ſecundum rationem. *Henr. Stephanus* in V. Μανδραγόρας videtur legiſſe ὑπὸ μανδραγόρου, non multo melius. Faceta ſatis eſt ſententia verſionis *Eraſmi*, qui mandragoram herbam lactucae non abſimilem, ut ex *Theophraſto* & *Plinio* patet, in arborem, umbram dormientibus facientem, transformat. Certe non ita ſcripſit, non ita intellexit *Lucianus*. Lege meo periculo ἀπὸ μανδραγόρου, id eſt, *poſt mandragoram ſumtam*, vel, *poſt mandragorae potionem*. Sic & ad eundem ſenſum infra in Demoſth. Encom. οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας, id eſt, *a mandragorae potu* vel *eſu*. Sic etiam loquuntur medicorum filii, ἀπὸ πλησμονῆς, ἀπὸ φαρμάκου, id eſt, *ſtatim poſt repletionem, ſtatim poſt pharmaci potionem*. Mandragoram vero eſſe ναρκωτικὸν φάρμακον, & ſomnum inducere, notum eſt vulgo. *J.P.*

Ὑπὸ μανδραγόρα καθεύδεις] Viderit *Palmerius* in Eraſmo lapſum; ſed an non majore ignorantia ipſe corrigit ἀπό? An non millies ὑπὸ apud Lucianum notat cauſam efficientem: utque idem ſit prorſus voculæ ἀπό? Vertit ſane Eraſmus *ſub mandragora*: an ideo ille adſpiciendus erat transformator herbæ in arborem, quæ dormientibus umbram faceret. Sed opinor ſcribebat nobilis ille Gallus hæc, quum comes *Luciani* venit ad Ἀλεκτρυόνος ἱερὸν, viditque illic ὕλην ἀνεστηκυῖαν, ἧς δένδρα ἦν μήκωνες ὑψηλαὶ καὶ μανδραγόραι in libro 1. Veræ hiſtor. & tam vere nunc in Eraſmo ſic divinando conjicit, ac illi, qui vaticinari ſolebant tenentes os animalis, quod alligari debebat ad radicem mandragoræ, in qua ſimilitudinem ſomniabant corporis humani. Sic igitur & quum ſub corona vendi aliquem dicet, credetur interprete *Palmerio* ex cœtu militum circumſtante vel ſerto facere arborem; & ſpecioſius cum veles dicitur ſub vitem ſumicere haſtas, ſtare cenſebitur in vinea. Iocoſa hominum ingenia! an *Eraſmo* unquam exciderit illud ὑπνωτικὸν ὁ μανδραγόρας? Lenius ſodes. *J.G.*

Ὑπὸ μανδραγόρα] Jam diu hoc in loco intricata quaedam, ut putabant, difficultas eruditos advertit: quicquid in *Luciano*, ubi mandragorae fiat mentio, ſtudioſe collectum ab *H. Stephano* Sched. VI. c. 6. operae pretium eſt ejus verba proferri. Poſtquam hunc ipſum poſuiſſet locum, & alterum ex *Demoſth.* Encom. §. 36. ἀλλ' ἀνίστησι μὲν ἄκοντας οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας τοὺς αὐτοῦ πολίτας, ita pergit: *Quid? an aliud uno quam altero in loco ſignificare voluiſſe* Lucianum *dicemus? Haud crediderim: ſed quemadmodum dicuntur hic καθεύδειν ἐκ μανδραγόρου illi*, *quos* Demoſthenes *μανδραγόραν πεπωκότας dicit*, *idem & de illis, quorum illic ſit mentio, eſſe intelligendum. Sed quomodo ὑπὸ μανδραγόρα in dandi caſu legendo intelligi illud poterit? Ego vel retinens μανδραγόρα non ſubſcribam ι literae α, ut talis ſit genitivus, qualis* Πυθαγόρα· *vel in μανδραγόρου mutabo, ut in poſteriore loco ἐκ μανδραγόρου habemus. Sive autem hoc ſive illo modo genitivus ſcribatur, dixerim ὑπὸ μανδραγόρου ſonare*, prae mandragora, *pro eo quod eſt*, prae nimio mandragorae potu: *ſicut dicitur ὑπὸ οἴνου & ὑπὸ μέθης. Denique nullo modo interpretationem illam admiſerim*, ſub mandragora dormis. *Mirum eſt autem apud Eraſmum eo ipſo in loco, ubi male hunc locum interpretatur (ejus enim illa eſt interpretatio) & tanquam lectionem illam vulgarem ſequens ὑπὸ μανδραγόρα tamen recte (meo quidem judicio) legi ὑπὸ μανδραγόρου. Haec enim lectio cum in aliis editionibus extat, tum vero in duabus Frobenianis anni* 1533. & 1540. Illas eaſdem Editiones ſecutus etiam *Leo Allat.* ad *Euſtath.* Hexaem. p. 57.

Ste-

κούντων ἀκούεις, οὔτε τοὺς ἀδικοῦντας ἐπισκοπεῖς· λημᾷς δὲ, καὶ ἀμβλυώττεις πρὸς τὰ γιγνόμενα· καὶ τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι, καθάπερ οἱ παρηβηκότες.

Ἐπεὶ νέος γε ἔτι, καὶ ὀξύθυμος ὢν, καὶ ἀκμαῖος τὴν ὀργὴν, πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων καὶ βιαίων ἐποίεις, καὶ οὐδέποτε ἦγες τότε πρὸς αὐτοὺς ἐκεχειρίαν, ἀλλ' ἀεὶ ἐνεργὸς

ſcoros non audias, neque injuſtos adſpicias; contra autem lippis & luſcioſis oculis ea quæ fiunt videas; neque acriores habeas aures, quam qui ætatis ſunt jam provectioris.

3. Nam cum adhuc juvenis eras, ardenti animo, & iracundia gravi, multa quotidie adverſus injuſtos ac violentos deſignabas, ſublataque omni induciarum ſpe, bella cum iis gerebas, neque unquam otioſum erat

44. Πολλὰ κατὰ τῶν ἀδίκων] * Εἴ ποτ' ἄλλοτε μάλιστα νῦν τούτων χρεία τῶν ἀποδυσπετημάτων. Καταλλήλως ἄγαν καὶ προσφυῶς ἑκάστῃ πληγῇ τὴν ἔκβασιν ἐπιφέρει. V.

* Εἴ ποτ' ἄλλοτε] Per haec Scholiaſtes, quisquis ille eſt, nequiſſimam aetatis ſuae conditionem perſtringit, cujus gravia delicta nunc non minus atque olim iratum Jovem & fulmina vibrantem depoſcant. Mox ἑκάστη πληγὴ ſunt ὁ κεραυνὸς, ἡ αἰγὶς, ἡ βροντὴ, ἡ ἀστραπὴ &c. quibus ſtatim ἡ ἔκβασις ἐπιφέρεται, ἐνεργὸς ἦν, ἐπεσείετο, ἐπαταγεῖτο, ἀπηκοντίζετο &c. Quam hic πληγὴν, ictum orationis dixit *Quintilianus*. *T. H.*

Stephani obſervata *Palmerium* fugerunt, quando *Eraſmi* verſionem tam ſalſe irridet, ipſe propterea viciſſim a *J. Gronovio* irriſus: cujus equidem rationes *Eraſmum* defendentis me non capere lubens profiteor: hoc ſaltem recte, quod ὑπὸ mutari vetet in ἀπό· quanquam enim nihil alienum dixerit *Palmerius* (eſt ſane is uſus, quem vult, voculae ἀπὸ non apud Graecos tantum, ſed & apud Latinorum Medicos in *a* vel *ab* perquam receptus, ut *J. Rhodii* Lexicon Scribonianum oſtendit) minime tamen iſto auxilio indigemus: plane autem ipſi non concedendum, quod in Demoſth. Encom. ſimiliter ἐκ μανδραγόρου accipiat. Miror *Fabrum*, qui dederit, *veluti ſub mandragoris recubans*, quaſi non arborem quidem mandragoram cogitaſſet, ſed Jovem mandragorae foliis, ut roſarum delicatuli ſolebant, contectum, quorum vim ſomnificam intimis penitus medullis hauſerit. Neque admodum probo *Stephani prae mandragora*, vel, *prae nimio mandragorae potu*: rectius vim locutionis perſpexit *J. Tollius* in Notulis *Rondelii* Expoſitioni Vet. Signi ſubjectis p. 294. a cujus ſententia non diſcrepat *J. Gronovius*. Sane καθεύδειν ὑπὸ μανδραγόρου non aliter dicitur, ac frequentiſſimum illud, ἀποθανεῖν ὑπό τινος. Eam ob cauſam fieri omnino non poteſt, quin ſecundum caſum praeponamus. *Stephani* ὑπὸ μανδραγόρᾳ, demto ι, Florentina liquido praefert: id ſequentes Editores videntur immutaſſe pro ſuo quisque captu, hic in μανδραγόρᾳ, quod jam in utraque Veneta & Aldina prima reperitur, alius in μανδραγόρου neque diffiteor eam eſſe formam longe uſitatiſſimam, ſic ut alterius exemplum adhuc mihi in promtu ſit nullum: non tamen idcirco ſpernenda videbatur principis Editionis auctoritas, praeſertim quum & *Stephanus*, haud parvum in hoc literarum genere momentum, accederet, & analogia formandi par in multis aliis nequaquam refragaretur. De mandragorae virtute ſoporifera complures: *Seren. Samon. Nec non mandragorae guſtu ſopor additur altus*: ibi vide *Rob. Keuchen.* p. 282. & *Sebirum* ad *Poll.* V, 132. n. 73. *Xenoph.* Symp. p. 512. v. 28. ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει· ἀνθρώπους ſervant *Athenaeus* & *Stobenſis*: *Artemidorus* I. c. 68. ἀνδρὸς, vel, ut *Tollius* etiam poſuit, ἄνδρας· pro quo *Cornarium* animadvertimus in verſione longe aliud expreſſiſſe, nimirum ἀνίας vel ὀδύνας. *T. H.*

31. Λημᾷς] Haec illuſtrat *Eraſm.* Adag. in *Saturniae lemae.* Proxime ſequitur, τὰ ὦτα ἐκκεκώφωσαι de Jove, cui prae ſenio aures obſurduerunt: ipſa locutio Platonica, ſed paulo diverſa poteſtate, quando quis frequenti & moleſta pene rei commemoratione alium obtundit atque exſurdat: in Lyſ. p. 497. E. ἡμῶν γοῦν ἐκκεκώφωκε τὰ ὦτα, καὶ ἐμπέπληκε Λύσιδος· quae quum imitaretur *Ariſtaen.* I. Ep. 24. p. 110. ſcripſit ἐκκεκώφηκας ἡμῶν τὰ ὦτα. Nihil intereſt utram formam uſurpes, ἐκκωφᾷν an ἐκκωφοῦν· prior in *Ariſtoph.* Equ. v. 312. ubi prorſus diſplicet *Suidae* lectio ἀνακεκώφηκεν, quippe, niſi fallor, linguae Graecae genio contraria: poſteriorem *Athenaus* habet V. p. 188. C. πρὸς τὸ περιόσιον (τῆς Ἑλένης) ἐκκεκωφωμένοι κάλλος *attoniti & ſtupore capti, dum celebratiſſimam illam Helenae formam ſpectabant.* Ingenioſiſſime *Salmaſius* apud *Achill. Tat.* III. p. 195. reſtituit, τοσοῦτον ἡ λύπη με τῆς συμφορᾶς ἐξεκώφωσε, vel, ἐξεκώφησε, quod vulgo legitur ἐξεκούφισε. *Clem. Alex.* Str. V. p. 551. C. ἐκκωφούμενοι πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Adde Stephani Ind. Theſ. in Ἐκκωφέω. *T. H.*

36. Οὐδέποτε ἦγες &c.] Ad ea ſine dubio reſpexit, quae fabulantur de Lycaone, filiisque ejus improbiſſimis, quos fulmine Jupiter percuſſit, καὶ τὴν Ἀρκαδίαν συνεχῶς ἐκεραύνωσεν, ἕως ἡ γῆ παρακαλοῦσα τὸν Δία τὴν χεῖρα ἐξέτεινε· διὸ φασὶ πρώτως ἐν Ἀρκάσιν ἐκεχειρίαν γενέσθαι *Tzetz* ad *Lycophr.* v. 481. ibi plura, quae ex *Apollodori* Bibl. III. p. 201. 203. deſcripſit. Eorumdem etiam ſcelera impuliſſe dicuntur Jovem, ut diluvio Deucalioneo, cujus mox meminit *Lucianus*, genus humanum obrueret. *T H*

38. Ἡ αἰγὶς] Sic in Dial. Jovis & Cupid. & Θεῶν. κρισ. & Bis accuſ. paſſim denique. *J. B.*

39. Καὶ ἡ ἀστρ. συνεχὲς &c.] Interp. *Jaculorum in morem*

erat fulmen ; ægis concuſſa illis intentabatur, tonitru remugiebat, fulgur in morem velitaris pugnæ usque & usque mittebatur: terræ autem motus ita frequenter fiebant, ut cribri agitationem plane referrent : nix acervatim ruebat, grandinem autem ſaxa diceres ; & ut violentius dicam & elatius paulo, imbres ῥαγδαῖοι & vehementes deferebantur in terras ; ſingulæ guttæ fluvium æquabant. Quamobrem puncto temporis

πάντως ὁ κεραυνὸς ἦν, καὶ ἡ αἰγὶς ἐπεσείετο· καὶ ἡ βροντὴ ἐπαταγεῖτο, καὶ ἡ ἀστραπὴ συνεχὲς, ὥσπερ εἰς ἀκροβολισμὸν, προηκοντίζετο. οἱ σεισμοὶ δὲ, κοσκινηδὸν, καὶ ἡ χιὼν, σωρηδὸν, καὶ ἡ χάλαζα, πετρηδόν. καὶ ἵνα σοι φορτικῶς διαλέγωμαι, ὑετοί τε ῥαγδαῖοι, καὶ βίαιοι, ποταμὸς ἑκάστη σταγών. ὥστε τηλικαύτη ἐν ἀκαρεῖ χρόνου ναυαγία ἐπὶ

morem denſiſſime ex edito loco devolantium. ***Barlaeus*** dicit alios reddere: *in morem levis & velitaris pugnae*; additque vocem utrumque ſignificare ; non tamen affirmat, utro hic ſumendum ſit modo. At poſteriore omnino hic intelligendum videtur : vult enim ***Lucianus*** fulgur ita praemitti, ante tonitru, quemadmodum velitatio praecedit pugnam : atque ita ſimiliter infra in Abdicato §. 3. ταῦτ' εἶναι νομίζοντες ἀκροβολισμὸν σὺν εἰς μακρὰν ἐπιπεσουμένου τοῦ κακοῦ. *H.V.*

41. Κοσκινηδὸν] *Cribri inſtar frequentes.* *J.Br.*

Κοσκινηδὸν] Hoc apud *Suidam* extat & πετρηδὸν, σωρηδὸν apud *Heſychium*. Praeceps autem & abruptus vocum illarum ſonitus artificioſam quandam rerum, quas exprimunt, imitationem in auribus efformant. Intra paucos verſus ſimilia *Philo Jud.* jungit in Flacc. p. 978. πανταχόθεν σωρηδὸν προεκομίζοντο. . . συνδεδεμένων δοράτων φορμηδὸν . . . ἁρμαμάξαι στοιχηδὸν ὑπὸ μίαν ὄψιν. Pari modo *Apul.* Met. IV. p. 146. *Eſtur ac potatur incondite : pulmentis acervatim, panibus aggeratim, poculis agminatim ingeſtis.* Acutum illud ***Fabri*** de Luciano ὑετὸς ῥαγδαῖος in oratione proſa φορτικῶς dici judicante non laudo : quid probabilius, quam, quod ſuſpicatus eſt Eruditiſſ. *Jenſius*, haec eſſe e veteri poëta Tragico deſumta ? ſunt ſane verba Tragica, & grande quiddam ſonant : ſed praeterea horridum aliquid ac pene inſulſum in iſtis, ποταμὸς ἑκάστη σταγὼν, qualia *Longinus*, ut puto, in caſtigato ſcriptore nunquam ferret: neque abhorret utique, ſi haec de ipſo diluvio Deucalioneo a quocumque demum fuiſſe poſita credamus. Poterant eadem ridicule quidem & per jocum a Comico quopiam videri dicta : eamque in partem potiſſimum inclinarem, niſi me retineret illud *Luciani* φορτικῶς, quod quin παρ' ὑπόνοιαν pro ποιητικῶς vel τραγικῶς ſit poſitum, vix dubitandum videtur. Jam mihi cum illis compara dictum *Baſilii Seleuc.* Or. I. de Noe, & diluvio ſacro : ἄνωθεν οὐρανὸς χειμάρρους ἠκόντιζε &c. hoc ſcilicet vel *Lucianus* vel *Longinus* probare potuiſſent : non lubet alia proferre plura, ubi in hac ipſa re boni patres, nimis ſaepe in tumorem orationis indecorum proni, paratragoediant. Jure merito *Photius* in Eunapio reprehendit ποταμώδης δάκρυον, quod in dithyrambo vix ac ne vix quidem condones, p. 100. ubi rectiſſimam, qua erat optima judicandi facultate, de ſcriptoris hujus ſtylo fert ſententiam. *T.H.*

43. Ὑετοί τε ῥαγδαῖοι] In his verbis *Faber* delet τε, nec certe ad ſenſum requiritur, quum praecedat καί; debuiſſet etiam poſt ῥαγδαῖοι eſſe collocatum. Sed ſuſpicor haec verba ex antiquo aliquo Tragico eſſe deſumpta, & quamvis ſuperfluum, maluiſſe Noſtrum retinere illud τε. & certe ſi adſit, verba grandius ſonant; ac propter eamdem cauſam exiſtimo, idem illud τε ita initio orationis poſitum, ac legimus ſtatim cum principio opuſculi de Aſtrologia, Ἀμφί τε οὐρανοῦ, ἀμφί τε ἀστέρων ἡ γραφή. Caeterum ῥαγδαῖοι ὑετοὶ iterum leguntur apud *Noſtrum* Philop. §. 24. *J. J.*

Ὑετοὶ . . .] Cujus hæc verba ſint neſcio. Certe Tragici eſſe non obſcure innuit. *M du S.*

45. Ἐν ἀκαρεῖ] *Temporis momento.* *J. Br.*

Ἐν ἀκαρεῖ χρόνου] Ita *Noſter* ſaepe §. 23. ad Atticorum elegantiam magis convenit ἐν ἀκαρεῖ χρόνῳ, quod *Ariſtophanes* habet in Plut. v. 244. ibi vide *Ez. Spanhemium*. Ἐν ἀκαρεῖ χρόνου *Ariſtid. Quinctil.* de Muſ. III. p. 162. *T.H.*

Ibid. Ναυαγία] Vide Συρ. c. 12. ubi fuſe deſcribit inundationem ſub *Deucalione* factam. *A.V.*

Ναυαγία ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο * προσοκεῖλαν τῷ Λυκωρεῖ] Mirifice hæc illuſtrant Marmor Arondelianum & viciſſim inde lucem capit *Lucianus*, ΒΑΣΙΛΕΥΟΝΤΟΣ ΑΘΗΝΩΝ ΚΡ. . . ΟΥΑΦΟΥ ΚΑΤΑΚΛΥΣΜΟΣ ΕΠΙ ΔΕΥΚΑΛΙΩΝΟΣ ΕΓΕΝΕΤΟ ΚΑΙ ΔΕΥΚΑΛΙΩΝ ΤΟΥΣ ΟΜΒΡΟΥΣ ΕΦΥΓΕΝ ΕΓΛΥΚΩΡΕΙΑΣ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΣ ΠΡΟ. . . ΟΝΚΑΙΤΟΥΔΙΟ. . ΥΟ. . . ΔΔ. . . ΜΤΟΥΤΟΙΡ. . ΟΝΙΔ. . . . . Ο. . ΤΑΣΩΤΗΡΙΑ ΕΘΥΣΕΝ. Ubi ſic ſupplet *Palmerius* πρότερον καὶ τοῦ διὸς πανομένου δι' ἑαυτοῦ τὸ ἱερὸν Ἀπόλλωνι δομήσατο καὶ τὰ σωτ. Ubi miror illum Δία παυόμενον in chronico & ſermone pedeſtri poni pro ὄμβρων παυομένων. Primo ipſa rei ratio non patitur. Quid enim ? quum ipſe eſſet Athenis, cur Δία παυόμενον exſpectare debuit ? & eo ceſſante demum ædificavit templum ? Deinde non Græcus ſermo admittit, nec ante dixit Ζεὺς ἐγένετο, ſed κατακλυσμὸς adeo licet dicatur Jupiter pro imbre, non poterit hic bono ſenſu dici pro caraclyſmo : nec cataclyſmus ceſſavit ceſſante pluvia. Sed nec per pluviam contigiſſe cataclyſmum auctor ante ſuppoſuit. Et quod ad ΠΡΟΤΕΡΟΝ poteſt ea ſuppletio ferri, licet ipſe videns Seldenum, quum id ponit charactere communi, facere ſex puncta, conjecerim ΠΡΟΣ ΚΡΑΝΑΟΝ. dein ſuppleo ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΥΟΝΤΟΣ ΚΑΙ ΟΛΥΜΠΙΟΥ ΤΟ ΙΡΟΝ ΙΔΡΥΣΑΤΟ ΚΑΙ ΤΑ. De templo Jovis Olympii erecto ab Deucalione teſtatur clare *Pauſanias* in Atticis pag. 32. *J.G.*

ἐπὶ τοῦ Δευκαλίωνος ἐγένετο, ὡς ὑποβρυχίων ἁπάντων καταδεδυκότων, μόγις ἕν τι κιβώτιον περισωθῆναι προσοκεῖλαν τῷ Λυκωρεῖ, ζώπυρόν τι τοῦ ἀνθρωπίνου σπέρματος διαφυλάττον εἰς ἐπιγονὴν κακίας μείζονος.

Πόθεν γὰρ] Priores Interpretes, quaſi cum ſequentibus una ſerie cohaereret, πόθεν γὰρ ἢ ἐπικουροῦντες. Rectius disjunxit *Faber*, ſed parum accurate vertens. Diſtinguendum, ut bene in Ed. P. πόθεν γάρ; ἢ ἐπικουροῦντες, intelligendumque haud aliter, atque apud *Demoſthenem* creberrime, *non amplius agnoſcentes illum, aut adſpicientes (nihil illi quidem minus: vel, nequaquam ſane) aut opem ferentes.* Ita ſolet interponi, praeſertim apud Atticos πόθεν; πόθεν γάρ; quando non ſimpliciter ſed oratione morata negant. Saepe fefellit Interpretes; ut apud *Liban.* Declam. XIV. p. 418. C. τί οὖν; ἠδυνήθη με ῥύσασθαι; πόθεν; *quid ergo? valuitne ad me liberandum ara? neutiquam*; ubi pejus inſuper tentatur: *Dion. Chryſoſt.* p. 395. D. 421. C. ad quem optime monuit *Caſaubon.* Diatr. p. 49. Grammatici exponunt οὐδαμῶς· *Schol.* ad *Euripid.* Phoen. v. 1614. ad *Ariſtoph.* Ran. v. 1503. quem *Suidas* deſcripſit: *Euripid.* apud *Plutarch.* T. II. p. 107. B. Corruptus *Heſychius*: Πόθεν, ἀπό τινος μέρους, ἢ μεθ᾽ ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὔτοι· lege: Πόθεν, ἀπό τινος μέρους· ἢ μεθ᾽ ὑποκρίσεως ἀντὶ τοῦ οὔτι· vel οὔτοι· hoc poſterius ad πόθεν pertinet; nam accentus ſignificandi facit diſcrimen: illud autem μεθ᾽ ὑποκρίσεως eſt, quod diximus, in oratione morata. Vide *Etymol.* in Πῶ, qui perinde Atticis notat uſurpari πώμαλα. Haec ſatis eſt tetigiſſe; nam ubivis obvia ſunt exempla. Adde, ſi lubet, *Perizon.* ad *AElian.* V. H. XIII, 2. *Kuſter.* ad Ecclez. *Ariſtoph.* v. 968. *T. H.*

39. Ἐν τῷ μέρει] *viciſſim.* *J. Br.*

41. Τὸ ἄστυ] *Urbem, Athenas.* *J. Br.*

42. Μελαγχολῶν τοῖς κακοῖς] *Micyllus*, *Benedictus*: *adverſus ingratos atra bile ſtomachatur*: hoc ſi verum foret, ſcribi debuerat, omiſſo οἱ, ὅτι πλουτοῦντες παρ᾽ αὐτοῦ &c. Sed multum ſudabunt, dum probent Graecos uſurpare μελαγχολεῖν τινι pro, *atra bile percitum ſtomachari alicui.* Recte *Faber*: τοῖς κακοῖς eſt ὑπὸ τῶν κακῶν neque aliter *H. Stephan.* Theſ. T. IV. p. 555. A. quem dum deſcribit *Earlaeus*, invitum onerat adſumento deterioris verſionis, *ob mala* vel *malos.* *T. H.*

46. Ἠγανάκτει] Duo hic mutat *Tanaq. Faber*, ἀγανακτοῖ pro ἠγανάκτει, & ποιήσαιμεν pro ποιήσαιμεν. quae utraque mutatio ex non ſatis perſpecto Graecae linguae, hoc in caſu, genio orta eſt. Verba autem, ſicut recte vulgo leguntur, ita interpretanda, *At vero homo hic neutiquam faſtidiendus & negligendus; jure enim indignaretur ſuam infelicitatem, quum & nos ſimiles foremus execrandis illis adulatoribus, obliti virum, qui nobis*, &c. Ἠγανάκτει tritiſſimo Hellenismo poſitum eſt pro Fabri ἀγανακτοῖ, *indignaretur.* ποιήσαιμεν vero itidem pro ποιήσαιμεν vel ποιήσαιμεν; plane ut in Reviviſcent. §. 10. ubi Socrates reliquos Reviviſcentes Philoſophos perpellere ſtudens, ut Lucianum, ad quem lapidibus obruendum, paulliſper

ἐπεὶ ſu-

ἐπεὶ καὶ ὅμοια ποιήσομεν τοῖς καταράτοις κόλαξιν ἐκείνοις, ἐπιλελησμένοι ἀνδρὸς, τοσαῦτα [a] μηρία ταύρων τε, καὶ αἰγῶν πιότατα καύσαντος ἡμῖν ἐπὶ τῶν βωμῶν. ἔτι γοῦν ἐν ταῖς ῥισὶ τὴν κνίσαν αὐτῶν ἔχω. πλὴν ὑπ' ἀσχολίας τε, καὶ θορύβου πολλοῦ τῶν ἐπιορκούντων, καὶ βιαζομένων, καὶ ἁρπαζόντων, ἔτι δὲ καὶ φόβου τοῦ παρὰ τῶν ἱεροσυλούντων, πολλοὶ γὰρ οὗτοι, καὶ δυσφύλακτοι, καὶ οὐδὲ ἐπ' ὀλίγον καταμῦσαι ἡμῖν ἐφιᾶσι, πολὺν ἤδη χρόνον οὐδ' ἀπέβλεψα

ſi eadem faceremus ac ſceleſti illi aſſentatores, virum talem negligentes, qui nobis tot caprarum, totque taurorum femora in altaribus cremaverit; eorum certe nidorem etiam in naribus habeo. Ceterum propter negotia, quibus diſtrictus fui, ingentemque pejerantium turbam, nec non eorum, qui per vim rapiunt; tum vero propter metum ſacrilegorum (ii enim bene multi ſunt, & quos haud facile quis vitet, neque nobis connivendi ſpatium relinquunt) jamdiu in Atticam oculos non con-

a Μηρία] Hac voce, quam R. habet, caruerunt priores Edd. Pro ἐπιλελησμένοι Margo *A1W.* ἐπιλελησμένοις. male.

νεκρῶν κευθμῶνα καὶ σκότου πύλας λιπόντες, veniſſent, cauſam ſuam dicere ſinerent, ait, Παρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κατηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. Rotundior namque hic ſenſus eſt, ſi παρέξομεν intelligatur pro παρέξοιμεν, *praebuerimus.* Manifeſtiſſime iterum apud *Noſtrum* de Saltatione §. 3. Ὅπερ οὐ σὸν ἂν ἔγκλημα εἴη μόνον, ἀλλὰ καὶ ἡμῶν, εἰ μή σε κατὰ τὸν Ὀδυσσέα τοῦ λωτοῦ ἀποσπάσαντες, ἐπὶ τὰς συνήθεις διατριβὰς ἐπανάξομεν, &c. ubi recte Interpres, *Quae non modo tua, ſed etiam noſtra foret culpa, ſi non Ulyſſis in morem te a loto abstractum, ad conſueta literarum ſtudia reduxerimus.*

Sed nec ſolus *Faber* in hanc uſitatiſſimam, ſi quaequam, loquendi impingit formulam; Interpres *Luciani* Latinus, ubi tamen alibi bene ſe in eo gerat, labitur in Hermotimo §. 3. dum ὅσῳ γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ, πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς, vertit, *Etenim quantum ad illius operam attinet, jam dudum trahor ſurſum, & cum ipſis verſor;* quum debuerit; *Dudum attractus fuiſſem ſurſum, cumque iis* (Virtute & Magiſtro, quique praeterea ἐν τῷ ἄκρῳ fuerint. Vide ſuperiora) *verſarer.* Idem errat in Scytha §. 3. ubi in verbis, Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, vertit ἔγνω *agnovit* pro *noviſſet*, ut jam animadvertit Cl. *Graevius.* Inſulſa quoque eſt interpretatio, qua haec verba ibidem §. 8. [καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν οἶμαι ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε] vertuntur, *Sed neque, ut puto, niſi mortuo Solone, rediit ad Scythas* Anacharſis. Tu verte: *Quin ne revertiſſet quidem, puto, in Scythas, ſi non mortuus fuiſſet Solon.* Nec minus inſulſe vertitur & hoc in Phalaride I. §. 5. Ταῦτ' οἶδ' ὅτι συνεβουλεύσατ' ἂν, *hoc, ſat ſcio, conſilium mihi dediſtis. Lucianus* voluit, *Id, ſat ſcio, conſilium mihi dediſſetis.* At quid diutius his Interpretis inficetiis immoror, quae paſſim & in aliis locutionibus vertendis, inquinatiſſimam terſiſſimi ſcriptoris verſionem exhibent. Vel hinc etiam diſcimus, quam tuto ſtetur ſaepe verſionibus. Non perſpexit hunc Helleniſmum etiam *Corn. Tollius;* qui ubi in *Palaephati* Incredibilium c. VI. poſt memoratam ſationem dentium Draconis a Cadmo factam, unde homines armati exſtiterunt, legitur, Εἰ δὲ αὐτὸ ἦν ἀληθὲς, οὐδεὶς ἂν τῶν ἀνθρώπων ἔσπειρεν ἄλλο τι ἢ ὀδόντας δρακόντων, vertit, *Illud autem ſi verum eſſet, nullus quidem hominum aliud conſevit, quam draconum dentes.* Sed debuit, *nullus hominum quidquam aliud quam dentes draconum ſereret*, vel *ſeverit.* Non debuit in hac ſola hujus loci mente fluctuari eruditus ad *Palaephatum* commentator; quum ea ſit ſimplex, nec alia huic loco affingi queat. Video hunc interpretis errorem correctum in Mythologorum Graecorum faſciculo, quem typis Wetſtenianis edidit *Th. Gale.* *J. J.*

47. Ὁμ. ποιήσ.] *Eorum ingratitudinem imitaturi ſumus.* *J. Br.*

48. Τοσαῦτα ταύρων τε καὶ αἰγῶν πιότατα] Barbarum hic pronunciat *Faber* τοσαῦτα πιότατα, legitque ex Cod. Reg. Τοσαῦτα μηρία ταύρων τε, &c. Nec certe aliter videtur ſcripſiſſe *Noſter*, qui & eadem haec habet in de Sacrificiis §. 3. Τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τῶν βωμῶν. & in Philopatride §. 8. Ἀλλὰ τοῖς σῳζομένοις μηρία καίομεν ταύρων, ἤδ' αἰγῶν. Nimium tamen immite videtur *Fabri* dictum, τὸ, τοσαῦτα πιότατα, eſſe barbarum; quum ferme ſimili modo legatur in Demonacte: Πρὸς τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων σφᾶς αὐτοὺς ῥυθμίζειν. *J. J.*

Τοσαῦτα τ. τε καὶ αἰγῶν πιότατα] Vocis μηρία ex Regio C. reſtitutae gratiam habemus *Tan. Fabro:* ſine hoc enim adjumento oratio vitioſa male claudicat. Priores Interpretes ſecutus eſt inconſiderate *Barlaeus*, in iſtis αἰγῶν πιότατα pro αἶγας πιοτάτας etiam conſtructionem Atticam nobis imputans. Quin rectiſſime dicantur αἰγῶν πιόταται, nemo dubitabit: αἰγῶν πιότατα, hoc quidem ſenſu, multum vereor, ut pro *Barlaeo* quiſquam idoneis exemplis confirmet; nam ſi proferat τῶν κολάκων τὰ πρῶτα, τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων & ſimilia, de quibus alibi exponam, operam omnino ludat. Errorem plane geminum, qui fuerat commiſſus ad *Salluſt.* B. C. c. 52. ubi *effoeta parentum* pro *parentibus effoetis* nonnulli capiebant, caſtigavit acutiſſimus Latinae proprietatis judex *J. Fr. Gronovius* Obſ. I. c. 2. p. 21. 22. Nihil huc faciunt *ſtrata viarum*, & quae plura praeter alios collegit *de la Cerda*

conjeci; maxime poſtquam Philoſophia, & verboſæ illæ concertationes inter eos exortæ ſunt. Cum enim inter ſe ſe digladientur, perpetuoque vociferentur, non eſt ut quisquam noſtrum preces & vota hominum poſſit exaudire; quare vel obſtructis auribus otioſe ſedendum eſt, aut ab iis moleſtia confici neceſſe, Virtutem neſcio quam, & Incorporea, & meras nugas magna voce connectentibus. Hanc ipſam ob cauſam evenit, ut hic Timon, vir ſane neutiquam contemnendus, a nobis usque adhuc fuerit neglectus.

εἰς τὴν Ἀττικήν· καὶ μάλιστα ἐξ οὗ φιλοσοφία, καὶ λόγων ἔριδες ἐπεπόλασαν αὐτοῖς. μαχομένων γὰρ πρὸς ἀλλήλους, καὶ κεκραγότων, οὐδὲ ἐπακούειν ἐστὶ τῶν εὐχῶν. ὥστε ἢ ἐπιβυσάμενον χρὴ τὰ ὦτα καθῆσθαι, ἢ ἐπιτριβῆναι πρὸς αὐτῶν, ἀρετήν τινα, καὶ ἀσώματα, καὶ λήρους μεγάλῃ τῇ φωνῇ ξυνειρόντων. διὰ ταῦτά τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη πρὸς [b] ἡμῶν, οὐ φαῦλον ὄντα.

Ὅμως

b Ἡμῶν] Priores Edd. ἡμᾶς. Reſtituta lectio eſt in R. L. Marg. *AtW.*

da ad *Virgil.* AEn. I, 426. Verum eſt, hunc ſtructurae morem, ut adjectivis ſecundos adjungant ſubſtantivorum caſus, libenter uſurpare Graecos, idque tum potiſſimum, quum res aliqua poteſt in varias ſeparari ſpecies, ut οἱ σπουδαῖοι τῶν γονέων, οἱ μεγαλοφυεῖς, οἱ πολύπειροι, οἱ ἀρχαῖοι τῶν ἀνθρώπων, οἱ πρακτικοὶ τῶν λόγων, τὰ δημόσια τῶν πραγμάτων, αἱ τοιαῦται τῶν ἀκροάσεων apud *Noſtrum* in Πρ. εἶ ἐν λ. §. 2. cujus generis, ſi quaeras, plura contulit *J. Jenſ.* ad Tragop. v. 9. illamque formam, quam nulla non lingua facile ferat, Latinos etiam fuiſſe imitatos, qua de re notant *Salmaſ.* ad *Tertullian.* Pall. p. 311. *Drakenborch.* ad *Sil. Italic.* I, 564. ſed oſtende vel unum, qui genere mutato ſcripſerit τὰ σπουδαῖα τῶν γονέων, τὰ ἀρχαῖα τῶν ἀνθρώπων. Aliquantulum diſcrepat, quando ſingulari numero frequentant, τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐντεῦθεν ἐποιοῦντο. *Thucyd.* I, 5. τὸ πολλὸν τοῦ χρόνου διατρίβοντα, *Herodot.* I, 24. τὸ ἥμισυ τοῦ χρόνου, *Demoſth.* in Leptin. p. 542. B. πολλὴν τῆς Ἀσίας, *Plutarch.* T. II. p. 211. A. quomodo ſaepe πολλὴν τῆς γῆς, τῆς ἱερᾶς χώρας apud *Thucydidem* & *Diodorum Siculum*, πολλὴν τῆς στρατιᾶς ἀπολέσας *Joſeph.* A. J. XI. c. 8. §. 3. Ex his autem necdum mihi ſatis eſt apertum, an vulgata *Zoſimi* lectio I. p. 7. Τιβέριος. . . . . εἰς ἐσχάτην ὠμότητα ἐκτραπεὶς, adverſus *Stephanum* defendi poſſit ſcribentem ἔσχατον ὠμότητος vel ἐσχάτην ὠμότητα. Porro, ſi dicere licet, quod ſentio, non nimis videtur immite *Fabri* dictum ad ſolos relegantis barbaros τοσαῦτα πιότατα· huc minime quadrat, quod *Fabro* Doctiſſ. *Jenſius* oppoſuit, τὰ ἀρχαῖα μόνα τῶν παραδειγμάτων. *T. H.*

49. Μωρία] Hanc vocem, quæ in omnibus editis deerat, cum in Mſſ. inveniri teſtetur *Tan. Faber*, in textum lubens recepi. *M. du S.*

Ibid. Ταύρων τε καὶ αἰγῶν] Ex *Homer.* 1. Iliad. quæ repetit multoties. *J. B.*

59. Καὶ λόγων ἔριδες] Sic in omnibus dialogis. hæc enim *Luciano* ſubjecta materies. *J. B.*

Ibid. Ἐπεπόλασαν] Nullum verbum æque *Luciano* frequens. Sic Catapl. §. 1. de Merc. Cond. §. 23. & paſſim. ἐμπολὴ τὸ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων ἀναγόμενον, ἐπεμπολῶν, κερδαίνειν. *Interp. Sophocl.* ad Ajac. Flag. *Heſych. Suid. Poll.* *J. B.*

Ἐπεπόλασαν] Abſurdiſſima adnotatio, quam conſuetum *Bourdelotio* feſtinanter & inconſiderate ſcribendi dicam, an vix tenui cogitatione informata profundendi cacoëthes peperit. Eum in modum commentatur, ac ſi extaret in *Luciano* ἠμπόλησαν, ἐπημπόλησαν, vel ἀπημπόλησαν· haec verba occurrunt illis in locis, quae adduxit. Multa ſunt in obſervatiunculis ejus haud ſane magni pretii peccata; quae quidem ſingula mihi notare non lubet, neque operae eſt pretium. *T. H.*

60. Μαχομένων] τῶν φιλοσόφων. *J. Br.*

62. Ἐπιβυσάμενον] *Procopio* verbum hoc reddidit *D. Hoeſchel.* de AEdif. Juſtin. p. 17. v. 18. attulitque hanc ipſam *Luciani* noſtri locutionem. *T. H.*

63. Ἀρετήν τινα] Hic Stoicos pungit Lucianus. *J. Br.*

64. Μεγάλῃ τῇ φωνῇ] Sic paſſim inducit Pſeudophiloſophos ſuos μεγάλῃ τῇ φωνῇ κεκραγότας, magna & tragica voce ſibi invicem obſtrepentes. *J. B.*

66. Πρὸς ἡμᾶς] Potuit *Tan. Faber* oportuniorem locum reperire invehendi in lectores incurioſos & editores. Licet enim pro certiſſimo ſit hanc lectionem ſic ſtare non poſſe, non tamen ideo diſcedendum ei fuit ad mutationem ejus omnino non neceſſariam, immo prorſus vanam. *Benedictus* eſt, qui ad hanc lectionem concinnavit iſta Latina, *hinc factum eſt, ut hic quoque a nobis neglectus fuerit, quamvis non ſit deſpicabilis.* Sed & *Benedictis* his & *Fabris* longe perſpicacior *Eraſmus* noſter, *hac in cauſa fuerunt, ut hunc quoque neglexerim, quum haud mediocriter de nobis ſit meritus.* Unde patet divinum virum ita cenſuiſſe diſtinguendum διὰ ταῦτα τοι καὶ τοῦτον ἀμεληθῆναι συνέβη, πρὸς ἡμᾶς οὐ φαῦλον ὄντα, quæ ipſa manus & mens *Luciani* eſt ringentibus licet illis: ut taceam enervari omnem ſententiæ huc facientis efficaciam, dum φαῦλον vertit *contemnendum*, quod huc non pertinet, voce adſtricta & alludente ad pium & gratum erga Deos & eorum metuentem animum. *J. G.*

Πρὸς ἡμᾶς] Monet *Tan. Faber* locum hunc aliter in Mſſ. legi, nempe πρὸς ἡμῶν, οὐ φ. ο. Et ſane in L. ita legi Excerpta penes Cl. *Perizonium* docent; ut Προμ.

Ὅμως δὲ τὸν Πλοῦτον, ὦ Ἑρμῆ, παραλαβὼν, ἄπιθι παρ' αὐτὸν κατὰ τάχος. ἀγέτω δὲ ὁ Πλοῦτος καὶ τὸν Θησαυρὸν μετ' αὐτοῦ, καὶ μενέτωσαν ἄμφω παρὰ τῷ Τίμωνι, μηδὲ ἀπαλλαττέσθωσαν οὕτω ῥαδίως, κἂν ὅτι μάλιστα ὑπὸ χρηστότητος αὖθις ἐκδιώκῃ αὐτοὺς τῆς οἰκίας. περὶ δὲ τῶν κολάκων ἐκείνων, καὶ τῆς ἀχαριστίας, ἣν ἐπεδείξαντο πρὸς αὐτὸν, καὶ αὖθις μὲν σκέψομαι, καὶ δίκην δώσουσιν, ἐπειδὰν τὸν κεραυνὸν ἐπισκευάσω· κατεαγμέναι γὰρ αὐτοῦ καὶ ἀπεςομωμέναι εἰσὶ δύο ἀκτῖνες αἱ μέγι-

10. Sed ut ut haec ſe habent; aſſumpto tecum Pluto abi, Mercuri, ad illum quam ocyſſime. adjungat ſibi comitem Theſaurum Plutus; maneantque ambo apud Timonem, neque tam cito ex ejus ædibus concedant, licet eos Timon, qua bonitate eſt, denuo emittat: de aſſentatoribus autem, qui ſe adeo immemores beneficiorum præbent, poſt videro: eos plectere certum eſt, ubi fulmen recuſum fuerit. Radii enim ejus duo omnium maximi diffracti ſunt & re-

c. 8. & aut ita legendum fuit, aut aliter erat interpungendum; ut ad ὄντα referretur, ut mox ὡς πρὸς ἐμέ. & ὑ. εἰκ. c. 8. Aliter tamen in Δικ. c. 17. ὃν τρόπον διάκειται πρὸς ἐμοῦ. *M. du S.*

Πρὸς ἡμᾶς] Si retineas, omnino probanda eſt *J. Gronovii* ſententia: ſin minus, jungi convenit ἀμεληθῆναι πρὸς ἡμῶν, ut §. 5. οὐδὲ γνωρίζομαι πρὸς αὐτῶν. §. 25. Hoc, praeter auctoritatem Regii Codicis, quia magis congruit ad mentem *Luciani*, & jam olim ſecutus ſum, & adhuc ſequendum puto. *T. H.*

79. Ἠκόντισα] Hiſtoriam, quam tangit, varie a veteribus narrari tradit *Diog. Laertius*, p. 36. A. Sed quod de fulmine habet noſter fruſtra apud alios quæras. Nempe ficta ſunt inquies; neque ego repugno. Ita tamen ficta eſſe ſtatuendum eſt, ut quod de incenſa æde Dioſcurorum fulmine dicitur verum eſſe deceat. De eo tamen nihil *Meurſius*. Pericles autem, cujus tum auctoritas in civitate ſumma, vix eripere Anaxagoram valuit, cum ſe palam ejus diſcipulum eſſet confeſſus. Quod ait autem ὑπερέχειν χ. petitum videtur ex *Il.* Δ. 249. & Ε. 433. I, 420. Od. Ξ. 184. *Euſeb.* Præpar. Ev. XIV, 5. & *Plutarch.* 583, 2. *M. du S.*

81. Ἡμᾶς τοὺς θεούς] Ead. in Jove Confut. & Tragœd. *J. B.*

82. Ὑπερέχε αὐτοῦ τὴν χεῖρα] Etſi minime ſit audiendus, *Cuperum* tamen audiamus Obſ. III. c. 2. *Jovem introducit dicentem ſe fulmen vibraſſe in Anaxagoram philoſophum, eumque tutatum eſſe a Pericle:* ὑπερέχε, *inquit*, γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς, protenta namque manu tutatus eum eſt Pericles: *Quod interpretandum de judicio; nam in eo impietatis accuſatus Anaxagoras a Pericle defenſus eſt diſcipulo ſuo:* ὑπερέχε τὴν χεῖρα *autem eleganter dixit, quia in orando manus dextra movebatur, & accommodabatur ejus motus ad verba pronuntiantis. Teſtatur id locus elegans Ariſtophanis* ἐν Ἐκκλησιάζ. v. 263. *ubi ſalax mulier:* Ἐκεῖνό γ' οὐ πεφροντίκαμεν, ὅτῳ τρόπῳ τὰς χεῖρας αἴρειν μνημονεύσομεν τότε. Εἰθισμέναι γὰρ ἐσμὲν αἴρειν τὰ σκέλη. Illud autem non praevidimus, quonam modo Manus tollere tunc meminerimus: Quippe non manus, ſed pedes tollere aſſuetae ſumus. *Itaque apud Graecos in dicendo habitus erat, ut dextrum brachium humero exſererent. Praxagora ibid.* Χαλεπὸν τὸ πρᾶγμ', ὅμως δὲ χειροτονητέον Ἐξωμισάσαις τὸν ἕτερον βραχίονα. Res illa difficilis eſt, tamen extendendae manus Ab humero nudantibus brachium. *Quare unius tantum manus mentionem facit Lucianus.* Haec *Cuperus*, quae talia ſunt, ut a tirone parum adhuc exercitato, qui prima ſtudiorum rudimenta publico commendabat, profecta eſſe facile exiſtimes: eo certe capite quicquid in *Luciano* conatur excuſatione, quam laude dignius eſt. Ut cetera praetermittam, quam alienum eſt, quod *J. Gronovius* etiam attigit, locutionem illam ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, vetante Graeci ſermonis genio, ad motum geſtumque oratorum referre; praeſertim in Pericle, cujus aetate, quemadmodum *Æſchines* teſtatur in Timarch. tam compoſita rhetorum erat modeſtia, ab omnique orationis externo cultu abhorrens, ut audax videretur & importunum τὴν χεῖρα ἔξω ἔχοντα λέγειν· nihil dicam de Comici locis perperam huc allatis. Eſt autem in ea loquendi formula, ὑπερέχειν τὴν χεῖρα, praecipua quaedam virtus, quae ad Deos commodorum humanorum cuſtodes proprie pertinet, inprimis ſi velut objecta manu imminentia mala propulſent avertantque. Ita quidem *Homerus* ſemper, Il. Ω, 374. in Camino: Δεῦρ' ἄγ' Ἀθηναίη καὶ ὑπείρεχε χεῖρα καμίνου. Nec poëtae ſolum poëtarum principi, ſed & orationis proſae ſcriptores hanc elegantiam debere voluerunt: *Philoſtr.* de V. A. T. VII. p. 302. ἡμῶν ἐς ἀμήχανά τε καὶ φοβερὰ ἐμβεβηκότων, θεῶν τις οἶμαι ὑπερέχει χεῖρα, ὡς μὴ ἐκπέσοιμεν σωτηρίας πάσης. *Ariſtid.* T. I. p. 302. D. καὶ ἐλέλειπτο τὰ πράγματα ἐν τούτῳ Λακεδαιμονίοις, ὥστε δεῖν ἢ θεῶν τινὰ χεῖρα ὑπερέχειν· *Philo Jud.* Leg. ad Caj. p. 1024. B. θείου μοι προνοίᾳ δοκῶ τὴν χεῖρα τῶν ἀδικουμένων ἀφανῶς ὑπερέχοντος· *Maxim. Tyr.* Δ. XXVI. p. 267. τούτοις καὶ τὸ θεῖον ἐθέλει ξυνίστασθαί τε καὶ ξυνεπιλαμβάνειν τοῦ βίου ὑπερέχον χεῖρα καὶ κηδόμενον. In *Euripidis* Iph. in Aul. v. 915. Clytaemneſtra difficillimo tempore Achillem implorat, quaſi praeſentiſſimum aliquod ac tutelare numen: — ἢν δὲ τολμήσῃς σύ μου Χεῖρ' ὑπερτεῖναι, σεσώσμεθ' — *Nicol. Damaſc.* in Exc. p. 433. εἰ μὴ βασιλεὺς ὁ δεσπότης αὐτοῦ ὑπέρσχοι τὴν δεξιάν. Hinc feſtiviſſime jocum duxit *Ariſtoph.* Equ. v. 1170. Ὦ δῆμ', ἐναργῶς ἡ θεός σ' ἐπισκοπεῖ, Καὶ νῦν ὑπερέχει σου χύτραν ζωμοῦ πλέαν· obſcure Scholiaſtes unus: ἀντὶ τοῦ ὑπερασπίζει σοῦ. (iſta deſcripſit *Suidas* in Ὑπερέχει) ἀντὶ δὲ τοῦ εἰπεῖν περικεφαλαίαν, εἶπε χύτραν, ὡς μάγειρος· alter optime, ἀντὶ τοῦ εἰπεῖν χεῖρα. Horum tamen leporem fruſtra ſis, ſi capere te putes, niſi, quo reſpexerit *Comicus*, ante habeas exploratum: ſunt *Solonis* verſus apud

retuſi; cum illud vehementius paulo in Anaxagoram Sophiſtam jacularer, qui diſcipulis ſuis perſuadebat nos Deos in rerum natura non exiſtere; & ab eo aberravi fruſtrato ictu; protenta namque manu tutatus eum eſt Pericles; fulmen autem in Caſtorum ædem cum præter ſpem delatum eſſet, eam exuſſit; ipſum autem fulmen tantum non ad ſaxum comminutum eſt. Quanquam interea ſatis pœnarum luent aſſentatores, ſi in re perquam ampla Timonem viderint.

ςαι, ὁπότε φιλοτιμότερον ἠκόντισα πρώην ἐπὶ τὸν σοφιςὴν Ἀναξαγόραν· ὃς ἔπειθε τοὺς ὁμιλητὰς μηδὲ ὅλως εἶναί τινας ἡμᾶς τοὺς θεούς. ἀλλ' ἐκείνου μὲν διήμαρτον (ὑπερέσχε γὰρ [a] αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς.) ὁ δὲ κεραυνὸς εἰς τὸ ἀνάκειον παρασκήψας, ἐκεῖνό τε κατέφλεξε, καὶ αὐτὸς ὀλίγου δεῖν συνετρίβη [b] περὶ τῇ πέτρᾳ. πλὴν ἱκανὴ ἐν τοσούτῳ καὶ αὕτη τιμωρία ἔςαι αὐτοῖς, εἰ ὑπερπλουτοῦντα τὸν Τίμωνα ὁρῶσιν.

11. MER. Quantam affert utilitatem magnis clamoribus rem agere, & moleſtum

ΕΡ. Οἷον ἦν τὸ μέγα κεκραγέναι, καὶ ὀχληρὸν εἶναι

a Αὐτοῦ] αὐτὸν J. b Περὶ] Ex R. ante περὶ τὴν πέτραν edebatur.

83. Ἐς τὸ Ἀνάκειον] Τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερὸν Ἀνάκειον ἐκαλεῖτο· Ἄνακες γὰρ αὐτοὶ παρ' Ἑλλήνων ἐκαλοῦντο. V.

apud *Demoſthen.* περὶ Παραπρ. p. 333. A. Τοίη γὰρ μεγάθυμος ἐπίσκοπος Ὀβριμοπάτρη Παλλὰς Ἀθηναίη χεῖρας ὕπερθεν ἔχει proxime, quod omnem dubitandi locum intercludit, ſequitur in *Ariſtophane* Ὀμβριμοπάτρα. Simul ex his patet, perquam facete *Lucianum* Olympio Pericli tribuiſſe talem phraſin, quae Jovem ceteroſque Deos eximie decebat. *T.H.*

83. Εἰς τὸ ἀνάκειον] Vide *Suid.* & *Heſych.* verbo ἄνακας. *J.E.*

Εἰς τὸ ἀν.] Templum Caſtoris & Pollucis: ἄνακοι enim διόσκουροι παρὰ Ἀττικοῖς. *A.V.*

Εἰς τὸ ἀνάκειον] Addendus & hic locus illis eſt, quæ ab *Mauſſaco* perdocte notantur ad hanc vocem in *Harpocratione.* Quod propterea moneo, ut vites cum prioribus interpretibus vertere *in Caſtoris & Pollucis templum*, aut cum *Fabro in Caſtorum ædem*, quo nil naſutius. Vera enim eſſe, quæ obſervat *Mauſſacus*, cenſeo, & plane illos Ἄνακτες ex *Cicerone* intelligendos, ut nil commune habeant cum aliorum Græcorum aut Latinorum Caſtore & Polluce vel Caſtoribus; quos ſane quum innuere vult auctor, novit ille Διοσκούρους, ut apparet ex dialogo de ſaltatione. Itaque idem obſervari debet in Reviviſcentibus c. 42. ubi rurſus dicuntur οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸ ἀνάκειον προσθέμενοι κλίμακας. Miror autem ea, quæ obſervari video ad præcedentia ὑπερέσχε γὰρ αὐτοῦ τὴν χεῖρα Περικλῆς, quaſi id reſpiceret ad orationis pronunciandique geſtum, & non unice ad patrocinium ac tutelam, eo modo, quo excellentiſſime id notavit familia Æmilia in nummo, Lepidum tutorem pueri Ptolemæi exhibente. *J.G.*

Εἰς τὸ ἀνάκειον] Quum *J. Gronovius Mauſſacum* laudabat ad *Harpocr.* in Ἀνάκειον, nondum viderat, quae adverſus ſententiam ejus confidenter, ut ſolet, venditatam erudite diſputata ſunt ab *Henr. Valeſio* p. 225. Eundem errorem notavit etiam *Jac. Oizel.* ad *Minuc. Felic.* p. 126. De Διοσκούροις ἄναξι ſtudioſe *Daviſ.* ad *Ciceron.* de N. D. III, 21. de Ἀνακείῳ *Meurſ.* Athen. Att. I, 7. quem, ibi non una vice labentem, *Luciani* loca fugerunt: hunc ipſum attulit *Menag.* ad *Diogen.* L. II, 12. Fuit autem Ἀνακεῖον vetuſtum, quod hoc proprio nomine ſic dicebatur, in aſty, ut liquido patet ex *Thucyd.* VIII, 93. *Andocid.* περὶ τῶν Μυς. p. 7. v. 9. *Lucian.* Ἀναβ. §. 42. nam aliud erat multo recentius Διοσκούρων ἱερὸν in Piraeeo. Equidem non dubito, quin Anacei fulmine icti conflagrationem ab hiſtoria ſumſerit *Lucianus*, cujus memoriam ex tot Comicorum, qui nunc perierunt, numero potuit unus aliquis facile conſervaſſe. Ejusmodi ſunt apud artis Rhetoricae magiſtros non pauca, de quibus, etſi prima ſpecie ficta videri queant, idem ſtatuere licet. Veluti quod legimus in *Hermogene* de Inv. I. p. 86. de hoc noſtro Pericle: ἠνέχθη σκηπτὸς ἐπὶ τὴν Περικλέους εἰκόνα, καὶ συμβουλεύει τις μηκέτι αὐτὸν Ὀλύμπιον καλεῖν· fulminatum vere Periclis ſimulacrum ingenia rhetorum excitavit. *T.H.*

86. Ἐν τοσούτῳ] *Interim dum fulmen inſtauro & exacuo.* *J.Br.*

Ἐν τοσούτῳ] Interpres: *Quanquam vel id ſupplicii ſatis magnum in iſtis fuerit.* Ego mallim: *veruntamen ſatis magna interim & haec ipſis erat poena.* Omiſit Interpres illa ἐν τοσούτῳ, quae ſignificant *interea.* Auctor Noſter in Dial. Panopes & Galen. Ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος· *nam me Neptunus juſſerat, Panope, tranquillum interea ſervare pelagus:* & paulo poſt: ἡ Ἔρις δὲ ἐν τοσούτῳ &c. In *Contempl.* §. 14. ἐν τοσούτῳ δ' ἐπαιρέσθων· ubi perperam Interpres: *verum adeo in ſublime attollantur.* Debebat: *interim autem in ſublime evehantur*: i. e. dum adhuc vivunt, ante mortem: habet iterum in *Sympoſio*, ubi Schol. exponit, μεταξύ. *L. Bos* Anim. c. XIII. p. 58. Eundem vide de Ellip. p. 200.

89. Κεκραγ.] Sic enim vociferatus eſt Timon: ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε, & reliqua. *J.Br.*

91. Ἀλ-

εἶναι, καὶ θρασύν; οὐ τοῖς δικαιολογοῦσι μόνοις, ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον· ἰδοὺ γὰρ αὐτίκα μάλα πλούσιος ἐκ πενεστάτου καταστήσεται ὁ Τίμων, βοήσας, καὶ παρρησιασάμενος ἐν τῇ εὐχῇ, καὶ ἐπιστρέψας τὸν Δία. εἰ δὲ σιωπῇ ἔσκαπτεν ἐπικεκυφὼς, ἔτι ἂν ἔσκαπτεν ἀμελούμενος. ΠΛΟΥ. ἀλλ' ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ' [a] αὐτόν. ΖΕΥΣ. Διατί, ὦ ἄριστε Πλοῦτε, καὶ ταῦτα, ἐμοῦ κελεύσαντος;

eſſe atque audacem! neque id modo cauſarum actoribus utile eſt, ſed iis etiam, qui deos comprecantur. Vel hic Timon, quam repente dives ex pauperculo factus eſt! nimirum ingenti clamore vociferans, & magna dicendi libertate in precibus uſus, Jovem ad ſeſe advertit denique: ſin vero tacitus incurvusque fodiſſet, etiamnum neglectus foderet. PLUT. At ego, Jupiter, ad ipſum non ibo. JUP. Quid ita autem, optime Plute, me præſertim jubente?

ΠΛ. Ὅτι νὴ Δία ὕβριζεν εἰς ἐμὲ, καὶ ἐξεφόρει, καὶ εἰς πολλὰ κατεμέριζε, καὶ ταῦτα, πατρῷον αὐτῷ φίλον ὄντα· καὶ μόνον οὐχὶ δικράνοις με ἐξεώθει τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν [b] χειρῶν ἀπορριπτοῦντες. αὖθις οὖν ἀπέλθω παρασίτοις καὶ κόλαξι, καὶ

12. PLUT. Quia per Jovem in me injurius erat, domo me extrudens, ac fruſtulatim partiens, qui tamen ipſi paternus eſſem amicus; meque tantum non furca expellebat, aut ut eos facere videmus, qui ignem manibus hærentem excutiunt. Quid igitur? redeamne ad eum, paraſitis, aſſentatoribus, & mere-

a Αὐτόν] αὐτῷ F. b Χειρῶν] τειχῶν L.

1. Ἐξεφόρει] Ἀπήντλει, ἐξέφερε. C. G.

4. Δικράνοις] Δίκρανα πτύα τινὰ οὐ συνεχῆ, ἀλλὰ διῃρημένα, οἷς ἐφάπτονται τοῦ σωροῦ, * ἢ κατὰ δύο ἢ κατὰ τρία· τούτοις δὲ καὶ λικμῶσιν ἐν ταῖς ἅλωσιν. V.

* Ἢ κατὰ δύο] Transpone: διῃρημένα ἢ κ. δ. ἢ. κ. τρ. οἷς ἐφάπτονται. T.H.

91. Ἀλλὰ καὶ τοῖς εὐχομένοις τοῦτο χρήσιμον] Pater adſcripſit τούτοις legere *Pricæum* ad *Matthæum* 6, 7. quod ſane nec neceſſarium, & convenientior vulgata ſcriptura. *J.G.*

96. Ἀμελούμενος] A Jove neglectus ac pro nihilo habitus. *J.Br.*

4. Δικράνοις] Abſurdum eſt quod hic vides Scholium. δίκρανα ſunt *furcæ*; & proverbium eſt apud Græcos tritum, quod & *Horatius* Latine dixit *naturam expellas furca, tamen usque recurret* &c. Sed hæc jam *Barlæus* occupavit. *M. du S.*

Δικράνοις ἐξεώθει] Tanti paene non eſt, fateor, ut ſubſiſtam: ſed tamen jure voluit *Faber* καὶ interjungi ante καθάπερ. Timonis ſollicitam illam & male ſedulam feſtinationem domo exturbandi Plutum duplici figura *Lucianus* exponit, *tantum non furcillis*, &, *velut illi ſolent, qui quam poſſunt celeriter ignem de manibus excutiunt:* haec ſane, ut oratio recte procedat, ſeparari debent. Eſt autem δικράνοις ἐξωθεῖν, *vi maxima ejicere atque exturbare*, quod docuit *Turneb.* Adv. XIII, 3. Tu vide *Scaligerum* ad *Feſt.* in *Furcilles*, ubi Vir Maximus *Cedreni* locum adduxit peropportunum. *T. H.*

Ibid. Καθάπερ οἱ τὸ πῦρ ἐκ τῶν χ. ἀπ.] Ut verum fatear, non adſequor hic acumen *T. Fabri*, ἀνακόλουθον in his verbis videatis, ideoque καὶ ante καθάπερ inculcantis. Quaeſo & ego, quae ἀνακολούθου ſpecies in his? *Et tantum non furcillis me ejecit domo, velut qui ignem e manibus abjiciunt.* Tam propere, & ne minimo quidem morae interjecto, ait Plutus, me Timon profudit, ac ii, qui ignem in manibus tenentes, eum prae dolore acerrime pungenti, illico dejiciunt. Certe illud Fabri καὶ videretur mihi, ſi adforet, δικράνοις ἐξωθητέον. *J. J.*

7. Ἑταίροις] Scribe, ἑταίραις, *ſcortis.* *J. Br.*

Ἑταίραις] Ita primae Edd. ceteraeque, ni fallor, omnes. Mutandum cenſuit *Cuperus* Obſ. III, 2. *Emendo ἑταίροις· neque enim meretricum ullibi hic mentio, quas ſine dubio huc introduxiſſet emunctae naris homo, non ſecus ac paraſitos, adulatores, aliosque ſocios & amicos Timonis.* Et hoc ſane notatum quoque reperio ad marginem Ed. A. 1. *Weſſelingii.* At vide, quantum judicia diſcrepent: invenerat *Brodaeus* in neſcio qua ſive editione ſive membrana ſcripta ἑταίροις· is reponi jubet ἑταίραις. Nos etiam meretricibus ſuum eſſe locum inter damnoſiſſimas fundi quantumvis opulenti calamitates facile patimur: argumento *Cuperi* ficulneo nihil eſt, cur quisquam moveatur; tanto minus, quia in *Alciphronis* III. Ep. 34. de hoc Timone noſtro ſcribit Gnatho, σπαθήσας τὴν οὐσίαν εἰς ἡμᾶς τοὺς παρασίτους καὶ τὰς ἑταίρας ibi commode *Berglerus* verba *Luciani* protulit: vid. Plutum *Ariſtoph.* v. 243. *Joh. Chryſoſt.* Οἱ μὲν πορναῖς διδόασι, οἱ δὲ παρασίτοις, οἱ δὲ κόλαξιν, οἱ δὲ τέρασι. Diogenes apud *Stob.* p. 506. elegantiſſima divitiarum cum vitibus arbuſtisque, quae praeruptis & inacceſſis rupibus innaſcuntur, com-

meretriculis objiciendus? Ad illos, Jupiter, me, quæſo, mittas, qui benignitatis modum intelligant, qui me amplectantur, quibus pretioſus ſim & deſiderabilis: hi vero fatui cum Paupertate uſque & uſque verſentur, quando illam me potiorem ducunt, acceptoque ab ea rhenone & ligone, quatuor obolorum mercedula contenti vivant; qui decem talentorum munera ſic neglectim abjiciunt.

13. JUP. Nil tale poſthac adverſus te Timon faciet; a ligone probe perdoctus fuit te Paupertati anteponere; niſi ſi lumbos forte ſortitus eſt cuilibet dolori impenetrabiles. At tu mihi mirum in modum querulus videris, qui nunc Timonem accuſes, quod tibi recluſis foribus hac illac vagari, prout li-

c ἑταίραις παραδοθησόμενος; ἐπ' ἐκείνους, ὦ Ζεῦ, πέμπε με, τοὺς αἰσθησομένους τῆς δωρεᾶς, τοὺς περιέψοντας, οἷς τίμιος ἐγὼ, καὶ περιπόθητος. οὗτοι δὲ οἱ λάροι τῇ πενίᾳ ξυνέστωσαν, ἣν προτιμῶσιν ἡμῶν, καὶ διφθέραν παρ' αὐτῆς λαβόντες, καὶ δίκελλαν, ἀγαπάτωσαν ἄθλιοι, τέτταρας ὀβολοὺς ἀποφέροντες, οἱ δεκαταλάντους δωρεὰς ἀμελητὶ προϊέμενοι.

ΖΕΥΣ. Οὐδὲν ἔτι τοιοῦτον ὁ Τίμων ἐργάσεται περὶ σέ. πάνυ γὰρ αὐτὸν ἡ δίκελλα πεπαιδαγώγηκεν, εἰ μὴ παντάπασιν ἀνάλγητός ἐστι τὴν ὀσφὺν, ὡς χρῆν σε ἀντὶ τῆς πενίας προαιρεῖσθαι. σὺ μέντοι πάνυ μεμψίμοιρος εἶναί μοι δοκεῖς, ὃς νῦν μὲν τὸν Τίμωνα αἰτιᾷ, διότι σοι τὰς θύρας ἀναπετάσας, ἠφίει περινοστεῖν ἐλευ-

c Ἑταίραις] ἑταίροις Margo A 1 W.

10. Οἱ λάροι] Ἀντὶ τοῦ, † οἱ ἡδεῖς. V. ἢ οἱ ἀδδηφάγοι. C.G.

13. Ἀγαπάτωσαν] Ἀντὶ τοῦ ἀρκείσθωσαν. V.

15. Προϊέμενοι] ‡ Ἀμεληταί. V.

† Οἱ ἡδεῖς] Error ridiculus. Λαρὸς eſt *dulcis*, *ſuavis*, *expetendus*. Frequens apud *Homerum* inprimis & poëtas: inde vulgatum illud μέθυ λαρὸν *Apollon.* I, 456. 473. 659. ubi vide *Schol.* v. 968. *Orph.* Arg. v. 1235. Haec noſter ille putavit ad *Luciani* λάρους pertinere. Praeter alia vel accentus refragatur: *Cyrillus* vel quisquis eſt de Voc. acc. diſtinctis: Λαρὸς, οῦ, ὁ, *Dulcis*, *acuitur*. Λάρος, λάρου, ὁ, *larus avis*, *penacuitur*. Paulo melius *E. G.* nam *Suidas* de laro vel gavia, ὄρνεόν ἐστιν ἀσπαλιευτικὸν καὶ ἀδδηφάγον. *T. H.*

‡ Ἀμεληταί] Scribi jubebat Doctiſſ. *M. du Soul.* ἀμελητὶ, hac addita nota: *Haec vox in textu praecedit προϊέμενοι.* Ego quid ſibi voluerit *Scholiaſtes*, haud ſane video: forte omnia interpretatio in cauſa fuit, ut, quae conjungi debebant, ſepararentur. *T. H.*

comparatione. Rarius quidem occurrunt in tam ſordido comitatu ἑταῖροι, *amici ſodalesque*; & tamen nonnusquam. *Heraclid.* apud *Athen.* XII. p. 537. C. ποῖοι γὰρ οὐ κόλακες, ἢ τὶ πλῆθος οὐχ ἑταίρων περὶ αὐτὸν (Calliam Hipponici filium) ἦσαν vertit *Dalecampius*, quaſi legiſſet ἑταιρῶν quod quidem neceſſe non eſt. *Philoſtr.* de V. S. II. c. 25. §. 3. Hermocrates paternas opes diſſipavit ἐς ἀκρατον καὶ ἑταίρους οἵους παρασχεῖν καὶ κωμῳδίᾳ λόγον, οἷον παρέσχον οἱ Καλλίαν ποτὲ τὸν Ἱππονίκου κολακεύσαντες. Ad eum locum *Olearius* & diverſos Callias confudit, & prorſus ignoravit in mente fuiſſe *Philoſtrato* notiſſimam *Eupolidis* fabulam Κόλακας, qua Calliam cum ſodalibus ſuis impuris acerbiſſimum in modum traduxit, ut conſtat ex *Athen.* p. 506. F. & *Schol. Ariſtoph.* ad Av. v. 284. *T. H.*

10. Οἱ Λάροι] *Stolidi & obſonatores*: adagium a Lari, id eſt, gaviae ingenio ſumtum. *J. Br.*

Ibid. Λάροι] Quid voluerit Scholiaſtes cum exponit per ἡδεῖς, ego neſcire me lubens fateor: Coll. Gal. melius, ἀδδηφάγοι. *Vorſtius* ἀνόητοι reddit & ad Adagia *Eraſmi* nos amandat. Certiſſimum eſt quod *Barlaus* monet, avem eſſe non voracem tantum, ſed quæ etiam celeriter quicquid in ventrem demiſit egerit; quod & in anatibus obſervatur. *M. du S.*

Λάροι] Stolidos talique ingenio praeditos, ut inſidiis aliorum ac fraudibus ſint expoſiti, ſignificat: iidem Atticis κέπφοι. Proverbium a gaviae natura ductum, quae oſtentata maris ſpuma ineſcari ſe patitur & capi. *Schol. Ariſtoph.* ad Plut. v. 913. exponens, ὦ κέπφε· εἴληπται οὖν εἰς παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἀλογίστων ἀνδρῶν καὶ ἀνοήτων· καλεῖται δὲ κοινῶς λάρος. *Euſtath.* ad Od. E. p. 1522. v. 52. λάρους τοὺς εὐήθεις φαμὲν· οὕτω δὲ καὶ κέπφους· ibi lege plura. Hoc in Timonem ſimilisque ingenii homines quam apte conveniat, facile intelligitur. Longe aliud eſt, & ab origine manat diverſa de voracibus & paraſitis uſurpatum, *Larus hians*, de quo *Eraſmus* in Adag. deſcriptus ab *H. Stephano* Ind. Theſ. V. Λάρος, *Suidas* in Λάρος κεχηνὼς, quod ab *Ariſtophane* fluxit in Equ. v. 952. *Heſychius*: Λαρὸν, ἡδὺ, προσηνὲς, γλυκὺ, ἀπολαυστικὸν, καλὸν, σπάνιον, ἄπληστον, λαβρόν. Λαρὸν & λαρον confuſa: poſterius interjice ante ἄπληστον. Aliud etiam in *AEliani* Ep. XVIII. λάρου βίον ζῆν, *omnem in fluctibus & navigando vitam degere*: par eſt ac paene idem — ἀλλ' ἐμὸς αἰὼν Κύμασιν αἰθυίης μᾶλλον ἐσωκίσατο· *Callimach.* Fragm. Bentl. n. CXI. & Epigr. LXII. *T. H.*

λευθέρως, οὔτε ἀποκλείων, οὔτε ζηλοτυπῶν. ἄλλοτε δὲ τοὐναντίον ἠγανάκτεις κατὰ τῶν πλουσίων, καταλεκλεῖσθαι λέγων πρὸς αὐτῶν ὑπὸ μοχλοῖς, καὶ κλεισὶ, καὶ σημείων [a] ἐπιβολαῖς· ὡς μηδὲ παρακύψαι σοὶ ἐς τὸ φῶς δυνατὸν εἶναι. ταῦτα γοῦν ἀπωδύρου πρός με, ἀποπνίγεσθαι λέγων ἐν πολλῷ τῷ σκότῳ· καὶ διὰ τοῦτο ὠχρὸς ἡμῖν ἐφαίνου, καὶ φροντίδος ἀνάπλεως, συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους πρὸς τὸ ἔθος τῶν συλλογισμῶν, καὶ [b] ἀποδράσεσθαι ἀπειλῶν εἰ καιροῦ λάβοιο παρ' αὐτῶν. καὶ ὅλως, τὸ πρᾶγμα ὑπέρδεινον ἐδόκει σοι, ἐν χαλκῷ, ἢ σιδηρῷ θαλάμῳ, καθάπερ τὴν Δανάην, παρθενεύεσθαι ὑπ' ἀκριβέσι καὶ παμ-

bitum fuit, permiſit, neque domi claudens, neque in te zelotypia ardens. Olim autem adverſus divites indignabaris, claudi te ab iis conquerens repagulis, clavibus, & annulo impreſſo, ut ne oculis quidem obliquis lucem tibi fas eſſet aſpicere. Hæc igitur apud me lamentabaris, in tantis tenebris ſuffocari te dictitans: atque id propterea pallidus eras, curis perditus, digitosque contractos habebas ob frequentem computandi conſuetudinem; quin & minitabaris te quandoque aufugiturum, ſi quam nanciſci occaſionem poſſes. Ad pauca ut redeam, graviſſimum tibi videbatur, in ferreo aut æreo thalamo virginem cuſtodiri velut alteram Danaën, & ſub acribus & ſcelero-

a Ἐπιβολαῖς] ἐπηβολαῖς F. *J. A1.* *b* Ἀποδράσασθαι] ἀποδράσεσθαι Schol. Aor. 1. & Fut. 1. ſaepe commutantur, ſic ut, quid ab ipſo Scriptore venerit, dijudicari nequeat.

32. Καὶ ἀποδράσεσθαι] Ἀποδράσεσθαι παρ' αὐτῶν, ἀντὶ τοῦ ἐξ αὐτῶν. *V.*

26. Ἐπιβολαῖς] Antiquiores Edd. omnes ἐπηβολαῖς, quod obſervatione haud indignum viſum eſt. Nihil tamen hactenus repperi. *M. du S.*

28. Ἀποπνίγεσθαι] *Strangulari*: illud enim optime poteſt cum hoc verbo comparari, cujus apud Latinos elegantiam quum explanaret *J. Fr. Gronov.* Diatr. Stat. c. XXVII. mirum eſt eum, qui proxima *Luciani* loca in medium adferebat, praetervidiſſe τὸ ἀποπνίγεσθαι. Herodes, homo liberalis & ſplendidus, ἐκάλει τοὺς θησαυροὺς, εἰς οὓς ἀποτίθενται τὰ χρήματα ἔνιοι, πλούτου δεσμωτήρια, narrante *Philoſtrato* in Ejus Vita c. I. *Dion Chryſoſt.* Or. IV. p. 75. C. ἀνέξοδον καὶ ἀχρεῖον φυλάττοντα τὸν πλοῦτον τῷ ὄντι, κατάκλειστον ἔν τισι κρυπτοῖς καὶ ἀφεγγέσι βαράθροις. Sed omitto plura, quorum ex utriusque linguae ſcriptoribus larga ſeges eſt ad manum, conſtipare Lucianeis hisce ſenſu verbisque quam ſimillima. *T. H.*

31. Συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους] Primum probo *J. Fr. Gronovii* συλλογιστῶν· neque improbabit quisquam, qui, quid orationis legittimae ſeries poſtulet, attenderit. Tum συνεσπακὼς τ. δ. ita plerique Interpretes accipiunt, quaſi dicat, ex conſuetudine ſupputandi vix unquam intermiſſa digitos obriguiſſe, curvatosque vitium contraxiſſe, quemadmodum fere in Gall. §. 31. ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ τοῦτον ἐπὶ φροντίδων, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους, καὶ τοὺς δακτύλους κατεσκληκότα· perperam, me judice. Paulo rectius, ut quidem videtur, *Benedictus: contractis contortisque digitis, ut fieri ſolet in rationum collectionibus*: nam ſolebant mobili digitorum geſtu flexibusque variis numeros & rationes ducere: hae ſunt τῶν δακτύλων αἱ κάμψεις *Alciphronis* p. 108. ubi vide *Bergler.* & inprimis *Joh. Wouwer.* de Polym. c. VII. *Firmic.* Aſtron. I. p. 6. *Vides ut primos diſcentes computos digitos tarda agitatione deflectant:* dixit etiam in eadem re *digitos agitare Plin.* II. Ep. 20. Eſt ergo συνεσπακὼς τοὺς δακτύλους, qui digitis ſedet conſtrictis, ut numerorum formas effingendo colligat rationes ſuas atque explicet. *Apollin. Sidon.* IX. Ep. 9. per gymnaſia pingi refert *Chryſippum digitis propter numerorum indicia conſtrictis, Euclidem propter menſurarum ſpatia laxatis*: vide *Savaronem.* *Martian. Capell.* VII. p. 236. *Quae* (Arithmetica) *mox ingreſſa ſeptingentos decem & ſeptem numeros, complicatis in eos digitis, Jovem ſalutabunda ſubrexit:* habes ibi συνεσπασμένους δακτύλους· neque omittendum eſt, quod proxime praecedit: *Digiti vero Virginis recurſantes, & quadam incomprehenſae mobilitatis ſcaturigine vermiculati:* id eſt, ſi modo tumidam Afri Scriptoris locutionem recte capio, in modum operis vermiculati multifariam implexi. Addam *Zenonis Veronenſis* locum Serm. I. de Avaritia. *Hinc* (Hic) *unus pecuniam ſuam tanquam hamum proponit, ut facultates ad ſe attrahat alienas: quam peregrinantem ferali ſupputatione nutrire* (mox *Lucian.* ἀνατρεφόμενον) *non deſinit, ut ſummam quaerat, non quam commodatio dedit, ſed quam ei pepererint armati numero dies, menſes & digiti.* Haec admodum eſſe corrupta, qualia in iſtius ſive Zenonis, ſive cujuslibet ſermonibus, aut dicam potius laceris reliquiis ſunt ſane permulta, nemo diffitebitur: etiamſi quis poſteriora ſic refingat, *armati numero*, vel, *arctati in numeros dierum menſiumque digiti*, ab auctoris ipſa manu abeſſe tamen procul credo: certius a vetuſtis Codicibus expectandum eſt auxilium. *T. H.*

32. Τῶν συλλογισμῶν] Adſcripſit Pater, forte συλλογιστῶν. Quod quidem manifeſtius, ſed poteſt retineri

lerosis pædagogis educari, Fœnore & Ratiocinio.

14. Eos itaque plane ineptos eſſe dicebas, qui cum te miſere amarent, poſſentque frui, non auderent tamen: neque amore ſuo ſecure uterentur, quibus id liberum eſſet; ſed te pervigili cuſtodia ſervarent, ſigillum aut repagulum oculis haudquaquam demotis aſpicientes; ſeque abunde potiri exiſtimantes, non ſi fruerentur ipſi, ſed omnibus fruendi facultatem ſi prærreptum irent; quod plane canem in præſepio factitare videmus, qui nec ipſe hordeum attingat, nec equum eſurientem ſinat attingere. Inſuper, ſi ſatis memini, eos irridebas, qui perpetuo parcerent, & cuſtodi-

πονήροις παιδαγωγοῖς ἀναλρεφόμενον τῷ Τόκῳ, καὶ τῷ Λογισμῷ.

Ἄτοπα γοῦν ποιεῖν ἔφασκες αὐτοὺς, ἐρῶντας μὲν εἰς ὑπερβολὴν, ἐξὸν δὲ ἀπολαύειν, οὐ τολμῶντας, οὐδὲ ἐπ᾽ ἀδείας χρωμένους τῷ ἔρωτι, κυρίους γε ὄντας, ἀλλὰ φυλάττειν ἐγρηγορότας, ἐς τὸ σημεῖον καὶ τὸν μοχλὸν ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας, ἱκανὴν ἀπόλαυσιν οἰομένους, οὐ τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, ἀλλὰ τὸ μηδενὶ μεταδιδόναι τῆς ἀπολαύσεως, καθάπερ τὴν ἐν τῇ φάτνῃ κύνα, μήτε αὐτὴν ἐσθίουσαν τῶν κριθῶν, μήτε τῷ ἵππῳ πεινῶντι ἐπιτρέπουσαν. καὶ προσέτι γε καὶ καλεγέλας αὐτῶν φειδομένων, καὶ φυλαττόν-

neri quoque alterum. *J.G.*

Ibid. Ἀποδράσεται] Sic recte Scholia. In omnibus Impr. ἀποδράσεται, minus apte. *M. du S.*

36. Δανάην παρθενεύσεται] Sic poſtea Δανάης παρθενεύσεις. Dial. Deor. & de Salt. ubi in quibusdam edition. Δαν. διαπαρθένευσις *imminutio, infloratio.* *J.B.*

40. Ἐξὸν δὲ] *Cum autem liceret.* *J.Br.*

43. Ἐς τὸ σημεῖον] *Quo obſignata erant domi omnia.* *J.Br.*

44. Ἀσκαρδαμυκτὶ βλέποντας] Ἀσκαρδάμυκτος, μὴ μύσας τοὺς ὀφθαλμούς. σκαρδαμυκτεῖν τὸ σκαίρειν καὶ μύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς, τὸ πυκνῶς βλεφαρίζειν, ἰλλωπεῖν ἢ ἰλλωπίζειν. *Schol. Ariſt.* ἱππ. *Heſych. Suid. Poll.* aliam tamen etymologiam proferunt alii Grammatici, de qua poſtea. *J.B.*

45. Ἀπολαύειν ἔχειν] Mira dictio. ſine Mſſ. auctoritate mutare nolui. *M. du S.*

Ἀπολαύειν ἔχειν] Senſus minus attento paullum intricatior, ſic tamen, ut haud difficulter expediri poſſit. Avari ἐξὸν ἀπολαύειν οὐ τολμῶσι, ut modo *Lucianus*: magnos acervos oculis obire ipſis votorum finis eſt, congeſtosque nummos in arca contemplari, dum experiri non audent, quo valeat nummus, quem praebeat uſum: itaque, quod ad eos attinet, videri poterat ἱκανὴ ἀπόλαυσις, copiam bonorum poſſidere ſatis largam, quibus, modo animum inducerent, poſſent frui: hoc eſt, τὸ αὐτοὺς ἀπολαύειν ἔχειν, reconditis theſauris defoſſisque non quidem frui, id enim ſapientis eſſet, ſed duntaxat poſſe frui. Interea cur non hoc ἀπολαύσεως genere, quam avaritiae credas ſufficere, contenti, fructum divitiarum aliquem, quod ipſi reformidant, alios capere patiuntur? Verum hoc ut faciant tantum abeſt, ut contra illam demum ἱκανὴν ἀπόλαυσιν exiſtiment, ſi ceteros omnes pariter ab uſu rerum ſuarum omni prohibeant, in eos non minus atque in ſemetipſos iniqui, haud ſecus ac canis ad praeſepe &c. In his nihil eſt, ut arbitror, quod quis jure mutatum velit, niſi ipſos avarorum mores. *T.H.*

47. Τὴν ἐν τῇ φ. κ.] *Eraſmus* in Paroem. *Canis in praeſepi.* *J.Br.*

Ἐν τῇ φάτνῃ κύνα] Sic alibi Proverb. κύων ἐν φάτνῃ, ſic ſæpe vocat Philoſophos & præcipue Cynicos, obvios inſequentes. Repetit illud, adverſus Indoctum. *J.B.*

Ἐν τῇ φ. κ.] Eadem libro ad Indoctum libros coëmentem. *Th.M.*

K. τὴν ἐν τῇ φ. κύνα] Alludit manifeſte ad *Æſopi* fabulam, quæ in Æſopo hodierno non extat: eandem iterum tangit extremo ἀπαιδ. *M. du S.*

49. Καὶ προσέτι γε καὶ κατ. &c.] Haec verba ita vulgo vertuntur: *Quinetiam ridebas iſtos qui parcerent, aſſervarentque, & (quod eſſet abſurdiſſimum) ſe ipſos zelotypia proſequerentur: nec intelligerent fore, ut aut ſceleratiſſimus famulus, vel oeconomus, aut puerorum praeceptor furtim ſubiret, ludibrio habiturus infelicem & inamabilem herum, quem poſtea ſinat ad fuliginoſam & oris anguſti lucernulam, ac ſiticuloſum ſcirpulum uſuris invigilare.* Praeterquam quod illud *quem poſtea* de ſuo addidit, nihil minus hic fecit bonus Interpres, quam cepit mentem *Luciani*, ſive Jovis. Agitur nempe, ut diximus, de ſordidiſſimo avarorum genere, quorum animi tanta macerentur enecenturque avaritia, ut non modo ipſi non fruantur honeſte bonis ſuis, ſed ne aliis quidem quidquam impertiant; eoque veſaniae abripiantur, ut dum tenaciſſima cura opibus ſuis parcant, eaſque conditas ſervent, ſibi ipſi quaſi invideant, ac ferme diffidant; at qui ignorent, quemadmodum perditus aliquis ſervus, vel diſpenſator, vel pueris erudiendis praefectus, clam ſubrepens (in cellam videlicet, vel penum, ubi cibus potusque accumulata ſerventur: tale quid enim hic intelligi debere, ex fine paginae praecedentis liquidum eſt) intemperanter ſe ingurgitet, ac baſilice agat, infelicem & moroſum herum ad fuliginoſam & oris anguſti lucernulam uſuris ſuis invigilare ſinens. Hoc, & nihil aliud, vult *Lucianus*, Servos furtim quibusdam hero ſuo ſublectis, hilariter ac temulente vivere, dum mi-

τόντων, ϗ τὸ καινότατον, αὐτοὺς ζηλοτυπούντων· ἀγνοούντων δὲ ὡς κατάρατος οἰκέτης, ἢ οἰκονόμος, ἢ παιδότριψ [a] ὑπεισιὼν λαθραίως ἐμπαροινήσει, τὸν κακοδαίμονα, ϗ ἀνέραστον δεσπότην, πρὸς ἀμαυρόν τι ϗ μικρόστομον λυχνίδιον, ϗ διψαλέον θρυαλλίδιον ἐπαγρυπνεῖν ἐάσας τοῖς τόκοις. [b] πῶς οὖν οὐκ ἄδικον, πάλαι μέν

rent, & (quod prodigii inſtar ſit) in ſe ipſos zelotypi forent; ignorarent autem ſceleſtiſſimum aliquem ſervulum, aut pædotribam, clanculum ſubeuntem, hero inamabili & diis iratis nato ſubliturum os, dum ad lucernam obſcuram, & exiguum habentem ellychnium, paululoque inſtructam oleo, uſuris computandis invigilat. Qui autem, o Plute, abſurdum non ſit, hæc olim diviti-

a Ὑπεισιὼν] ἐπεισιὼν *J.* Marg. *A1W.* b Πῶς οὖν οὐκ ἄ.] πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταυ. . . . . πάλαι μὲν ἐκεῖνα αἰτιᾶ. . . . Ita notatur in Exc. ex P. In C. πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα π. μ. ἐκεῖνα. *J.* habet πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα σοὶ, πάλαι μὲν ἐκείνων αἰτιᾶσθαι.

53. Παιδότριψ] Παιδοτρίβης, ἀλείπτης, διδάσκαλος, γυμναστής. *V.*

miſerrimus herus, ut ad juſtam ſedeat lucernam, ab avariſſimo animo impetrare nequeat. Ἐμπαροινήσει (pro quo multo potius legerem ἐμπαροινήσῃ, ut ſignificetur, furacem ſervum id jam perpetraſſe, & in ſecreta aedium parte etiamnum temulentum laſcivire) non conjungendum cum κακοδαίμονα & iis quae ſequuntur, ſed commate dividendum. Neque vero quarti caſus illi, qui ſubjiciuntur, ab ἐμπαροινήσει pendent, ſed ab ultima voce ἐάσας· quod Interpreti fraudi fuit, eumque, ut ſupra monui, coëgit de ſuo duas voces allinere. Sed nec ἐμπαροινεῖν cum quarto, verum cum tertio caſu conſtrui, doceat nos ipſe *Lucianus* infra in Deor. Dialog. V. ubi Juno ad Jovem, Μέμνησο γοῦν οἷά μοι διὰ τὸν οἰνοχόον τοῦτον (Γανυμήδην) ἐμπαροινεῖς. & in Cataplo §. 26. Πάντα τρόπον τοῖς ὑπηκόοις ἐμπαροινῶν. Scio aliter ibi ἐμπαροινεῖν ſumi, nempe pro ὑβρίζειν, ut vulgo ab omnibus gloſſographis exponitur; at hic loci τὸ ἐμπαροινεῖν ſimpliciter eſſe *intemperanter indulgere cibo ac potui, atque inde laſcivire*; ut & hunc locum non aliter, ac nos fecimus, ad mentem Auctoris exponendum eſſe, non putem, alicui attenta mente totam hanc *Luciani* periodon luſtranti, viſum iri dubium.

Caeterum quod avarus ille herus dicitur ſedere πρὸς ἀμαυρόν τι ϗ μικρόστομον λυχνίδιον, ϗ διψαλέον θρυαλλίδιον, eodem ferme modo itidem de avaro ſermo fit in *Noſtri* Gallo §. 29. Ὁρῶ νὴ Δία πρὸς ἀμαυράν γε ϗ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα. Quae de Strepſiade habet *Ariſtophanes*, notarunt alii. *J. J.*

53. Παιδότριψ] *Suid.* Παιδοτρίβας, ἀλείπτας, γυμναστάς· ϗ παιδοτρίβης ἡ εὐθεῖα· ϗ παιδότριψ παρὰ Λουκιανῷ ἐν Τίμωνι ἢ Μισανθρώπῳ. Miſcet παιδοτρίβην & παιδότριβα, a quo errore nec *Stephanus* ſibi cavit in Theſ. T. III. p. 9. παιδοτρίβης eſt *magiſter exercitor*: παιδότριψ in familia ſervulus, qui curam habet puerorum, in eoque munere operam conterit. *H. Stephanus*, quando e *Platonis*, vel potius *Æſchinis* Axiocho profert, ϗ γυμνασταί, ϗ παιδότριβες, lectorem fruſtratur: extat ibi c. 7. παιδοτρίβαι, etiam in Codice Mediceo. Pari forma οἰκότριψ. *T. H.*

55. Πρὸς ἐμαυρόν τι] Lege ἀμαυρόν τι. *J. Br.*

Ibid. Πρὸς ἀμαυρόν τι ϗ μ. λυχνίδιον] Hunc locum imitatus eſt *Apul.* lib. 2. Mileſ. ubi de Milone hoſpite ſuo. *Lucian.* in Gall. §. 29. *J. B.*

56. Διψαλέον] Cui prae avaritia oleum parce infunditur. *J. Br.*

Διψαλέον θρυαλλίδιον] Vid. *J. Gronovium* ad *Harpocrat.* in Ἀδδηφάγους p. 11. *T. H.*

58. Ἄδικα . . . . .] Sic optime Ed. *J.* In omnibus impreſſis peſſime ἄδικον, π. μ. σου ταῦτα αἰ. Unde doctorum conjecturæ, quæ plerumque corruptum quidem locum eſſe demonſtrant, raro abſque codicum ope veram reſtituunt ſcripturam. Coll. & P. ἄδικα ταῦτα; πάλαι μὲν ἐκεῖνα. L. σοι. *M. du S.*

Πῶς οὖν οὐκ ἄδικον] Nihil admodum juvat Ed. Juntinae lectio, quae ut ipſa poſſit conſiſtere, mutatione habet opus: πῶς οὖν οὐκ ἄδικα ταῦτα, σε πάλαι μὲν ἐκείνων αἰτιᾶσθαι &c. Sed in eo, quod a *Fl.* Ed. proditum plurimae retinent, dummodo pro σοῦ reſcribas, ut in re facili plerique jam viderunt, σὲ, nihil eſt, quod quemquam morari poſſit aut offendere. Quae *J. Gronovius* hic argutatur, nullius ſunt pretii. Mox autem ὡς πρὸς ἐμὲ eam ob cauſam interſeritur, quia liberalitas illa Timonis erga alios effuſiſſima praeclarum erat εὐνοίας, quantum ad eos quidem adtinebat, ſpecimen: ſaltem iſtam in partem τοῦ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον, quod Pluto tanto opere diſplicet, interpretaturi erant adulatores, ad quos fructus inde non contemnendus redundabat: ideo reſtringi debuit illud οὐκ εὐνοϊκὸν appoſito, ὡς πρὸς ἐμέ. Paulo poſt ἐν θύραις, quod certatim impugnant, rectiſſimum eſt: vim praepoſitionis ἐν in iſtiuſmodi multis loquendi formulis alibi ſatis munitam praeſtabo. *T. H.*

Ibid. Π. μὲν σου] Scribo σε. *J. Br.*

Πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι] Non utique ſignificabit *te in his accuſare* vel *harum rerum*, ut rebatur Cl. *Faber*, & ideo ſcribit σε. Poteſt enim intelligi *hæc tui* vel *hanc tuam rationem olim accuſaſſe*. ut in Hermotimo. ὁ γοῦν Μῶμος, ἀκήκοας οἶμαι ἅτινα ᾐτιάσατο τοῦ Ἡφαίστου. Ita hoc loco vides eoſdem rei & perſonæ caſus, in quo reticetur quartus caſus agens, quia ipſe is erat. Codici Academiæ adſcriptum πάλαι μέν

που.

vitibus objeciſſe te, nunc vero plane contraria Timoni vitio vertere?

15. PLUT. Atqui ſi vera lubet inquirere, utrumque meritiſſimo videbor facere. Nam hujus quidem Timonis ſoluta licentia, mera negligentia, non benevolentia, ad me quod ſpectat, haberi debet: illos autem qui me clauſum tot oſtiis in tenebris deti-

σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι, νῦν δὲ τῷ Τίμωνι τὰ ἐναντία ἐπικαλεῖν;

ΠΛΟΥ. Καὶ μὴν εἴγε τἀληθῆ ἐξετάζοις, ἄμφω σοι εὔλογα δόξω ποιεῖν. τοῦ τε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ τοῦτο ἀνειμένον, ἀμελὲς καὶ οὐκ εὔνοικὸν, ὡς πρὸς ἐμὲ, εἰκότως ἂν δοκοίη· τοὺς τε αὖ κατάκλειστον ἐν θύραις καὶ σκότῳ φυλάτ-

του. Sed non neceſſarium. In duabus ſequentibus notulis apparet, eundem *Fabrum* ſibi feciſſe fraudem, imminutas & decurtatas contemplantem neſcio unde voces, quæ in ipſo contextu ſunt integerrimæ & pleniſſimæ. *J.G.*

62. Τοῦ τε γὰρ Τίμωνος &c.] Pulchre vidit & monuit Vir Clariſſimus, *Jac. Gronovius*, *Fabrum* in duabus ad haec verba [τοῦτε γὰρ Τίμωνος τὸ πάνυ ἀνειμένον ἀμελὲς, καὶ οὐκ εὐνοϊκὸν ὡς πρὸς ἐμὲ ἂν δοκοίη] notulis, fraudem ſibi feciſſe, qui decurtata & imminuta ſpectarit verba. Priora certe nemini vel leviter his literis tincto, poſſunt non cenſeri elegantia. Quod ad ὡς πρὸς ἐμὲ (*Faber* has duas voculas citans, omittens πρὸς, corrigit εἰς ἐμὲ) attinet, non male id vulgatus Interpres *quod ad me attinet* reddidit: eſtque locutio alibi ab *Noſtro* amata. Ipſe Timon poſthac §. 42. Ω Μίδα, ὦ Κροῖσε, καὶ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς τὸν Τίμωνα καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον. *Nihil eratis ad Timonem* (ſic namque Latini etiam loquuntur) ſive, *cum Timone ejusque opibus non fuiſtis comparandi.* In Contemplant. §. 7. Τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος ὡς πρὸς ἐμέ. *Prae me*, ſive, ut Interpres, *ſi mecum componatur, caecus eſt ille Lynceus.* In Hermotimo §. 4. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν. *Et hoc, ſi ad virtutis exercitationem referas, exiguum.* Ibid. §. 13. Παῖδας εὖ ἴσθι οἰήσῃ ἅπαντας ὡς πρὸς σε. *Perſuaſum habeas, te putaturum omnes, ſi tecum comparentur, eſſe infantes.* §. 81. Ἄγροικος ἄνθρωπος καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ ὑμέτερα. *Agreſtis homo & rudis, cum veſtris rebus collatus.* paulo poſt: Τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα, καὶ καθάρματα νομίζειν ὡς πρὸς ἐμέ. *Alios vero mancipia & piacula prae me cenſere.* Apud eumdem Noſtrum in Imaginibus §. 13. Ἄμουσα γὰρ ὡς πρὸς ἐκείνην ἅπαντα. *Prae illa enim omnia a Muſis abhorrentia.* In Philopſeude §. 16. Ἀμαυρόν τι θέαμα, ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας. *Res ſpectatu tenuiſſima, quantum ad nos obtuſa acie laborantes.* In Hippia §. 5. Εἶτ᾽ ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, ἐλάττων μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρὸν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. *Deinde continua illis domus, longe quidem praeſtantior, quam ut balneo conveniat, ſed neceſſaria ad excipiendos opulentiores.* De non temere cred. Calumn. §. 27. Δίκαιος μὲν γὰρ ὡς πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης. *Etenim juſtus quidem erat, ſi cum aliis compararetur, Ariſtides.* Xenophon quoque I. Κυροπαιδ. Ἴωμεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, οὓς ἐγὼ σαφῶς ἐπίσταμαι αὐτὸς ἰδὼν ἰδιώτας ὄντας ὡς πρὸς ὑμᾶς ἀγωνίζεσθαι. Non ſatis accurate Leuenclavius, *eamus in hoſtem, quem ego viſum a me antehac, certo ſcio pugnandi adverſum nos rudem eſſe*, vertit. Praeterquam quod ὑμᾶς non ἡμᾶς legitur, atque adeo *vos*, non *nos* in verſione dicendum fuerat, debuit quoque ita, *pugnandi rudem eſſe, ſi vobiſcum compararetur.*

Saepe omittitur ὡς, eadem ſignificationis vi manente. *Noſter* in Halcyone §. 3. Νεογιλὸς ὁ τοῦ βίου χρόνος πρὸς τὸν πάντα αἰῶνα. In Hermotimo §. 7. Οὐδὲν γὰρ ἐστι ταῦτα πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. In Zeuxide, Τί ἂν ἡμεῖς ἦμεν πρὸς αὐτούς; In Pſeudomanti, Παῖς ὢν εὖ οἶδα ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε. De Paraſito, τοιοῦτοι μὲν ἐν πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι. In Rhetorum praeceptis, τί γὰρ ὁ Παιανιεὺς πρὸς ἐμέ; De Electro, ὡς τοὺς κόρακας, ἢ τοὺς κολοιοὺς σειρῆνας μὲν εἶναι πρὸς αὐτούς. In Pſeudologiſta, ὡς τὸν τοῦ Σινωπέως πίθον, τὴν Διὸς αὐλὴν εἶναι πρὸς αὐτό. In Navigio ſeu Votis, οἱ δὲ νῦν πλούσιοι, πρὸς ἐμὲ Ἶροι. Ex tot itaque in uno *Luciano* exemplis patet mira doctiſſimi caeteroquin *Fabri* oſcitatio; neque enim eum nunquam ad hanc locutionem, ita frequentem, advertiſſe, credibile eſt. Haec autem, qua de agimus, loquendi ratio eſt elliptica; ut, cum dicitur, οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, ſubaudiendum ſit ἐξετάζεσθαι. Ita enim plene hanc phraſin effert *Noſter* in Saturnalibus §. 4. Οὐ μικρὰ ὅλως, οὐδὲ παντάπασιν εὐκαταφρόνητα, ὡς πρὸς τὴν δύναμιν ἐξετάζεσθαι τῆς συμπάσης ἀρχῆς. *Non omnino exigua, neque prorſus facile abjiciendi, ſi ad vim univerſi imperii exigantur.* Intelligi poteſt & παραβάλλεσθαι, id quod addit *Joſephus* contra Apionem p. 1070. D. Ed. Genev. Λυκοῦργοι καὶ Σόλωνες ὡς ἐχθὲς δὲ καὶ πρώην, ὡς πρὸς Μωσέα παραβαλλόμενοι, φαίνονται γεγονότες. *J.J.*

64. Ὡς πρὸς ἐμὲ] Aut non vidit *Tan. Faber* illud πρὸς, aut non ſatis attendit cum videret. ὡς ἐμὲ aliud longe eſt quam ὡς πρὸς ἐμέ. Vide notam noſtram ad c. 6. πρὸς ἡμᾶς οὐ φαῦλον ὄντα. Adde Ὑπ. εἰκ. c. 8. τὰ πρὸς τοὺς Θεούς. Ego nihil muto. *M. du S.*

65. Ἐν θήκαις] Reſtituo ἐν θήκαις· nec θύραις (θύραις) placet. *J. Cr.*

Ἐν θύραις] Patet jam olim fuiſſe variam hic lectionem. *Brodaeus* enim IX. Miſcell. c. 7. videtur legiſſe θήκαις & θύραις· at rejiciens utramque, reponit θήκαις. Cl. quoque *Faber* ita emendat; qui non raro cum *Brodaeo* convenit. Sic in verbis apud *Noſtrum* praecedentibus [πάλαι μέν σου ταῦτα αἰτιᾶσθαι] *Brodaeus* pariter ac *Faber* legunt σε pro σου. (ſed iſtum locum aliter exponit Cl. *Gronovius*. Ita infra §. 28. in verbis [οὐ γὰρ δεῖ ἔτι τότε ἀγνοεῖν εἰκὸς αὐτούς.] *Brodaeus* pro δεῖ legit δὴ, item *Faber*. *J.J.*

Ἐν θύραις] *Brodaeus* θήκαις. alii θήκαις, quod probo V. *Athen.* 129. E. & *Caſaub.* *M. du S.*

66. Πα-

λάττοντας, ὅπως αὐτοῖς παχύτερος γενοίμην, καὶ πιμελὴς, καὶ ὑπέρογκος, ἐπιμελουμένους, οὔτε προσαπτομένους αὐτοὺς, οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας, ὡς μηδὲ ὀφθείην πρός τινος, ἀνοήτους ἐνόμιζον εἶναι, καὶ ὑβριστάς, οὐδὲν ἀδικοῦντά με ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατασήποντας· οὐκ [a] εἰδότας ὡς μετὰ μικρὸν ἀπίασιν ἄλλῳ τινὶ τῶν εὐδαιμόνων με καταλιπόντες.

Οὔτ' οὖν ἐκείνους, οὔτε τοὺς πάνυ προχείρους εἰς ἐμὲ τούτους ἐπαινῶ, ἀλλὰ τοὺς, ὅπερ ἄριστόν ἐστι, μέτρον ἐπιθήσοντας τῷ πράγματι, καὶ μήτε ἀφεξομένους τοπαράπαν, μήτε προησομένους τὸ ὅλον. σκόπει γὰρ, ὦ Ζεῦ, πρὸς τοῦ Διὸς, εἴ τις νόμῳ γήμας γυναῖκα νέαν, καὶ καλὴν, ἔπειτα μή-

nerent, dantes operam, ut me craſſiorem redderent & pinguiorem, atque corpulentiorem æquo, neque ipſi me attingentes, neque in lucem producentes, ut ne a quoquam viderer, prorſus deſipere, & in me contumelioſos eſſe rebar, qui nil peccantem computreſcere juberent tot vinculis impeditum, neſcientes interim poſt paulo ſe e vita deceſſuros, meque fortunatorum cuipiam relicturos.

16. Itaque adeo neque illos reſtrictos laudem, neque eos rurſus, qui me libentius contrectant & inſumunt, ſed potius eos, qui, quod adprime in vita utile eſt, moderationem adhibeant; qui neque prorſus abſtineant, neque omnino projiciant, & cuilibet obtrudant. Illud enim per Jovem vide, quæſo, Jupiter; ſi quis legitimis nuptiis formoſulam aliquam uxorem in ipſo ætatis flore duxerit, deinde neque domi cu-

a Εἰδότας] εἰδότες F.

78. Σκόπει γὰρ ὦ Ζεῦ] Παίζει πρὸς τοὺς ῥήτορας οὕτω * συνεχῶς κεχρημένους· ἢ καὶ ἠθικὸν τοῦτο ποιεῖ καὶ ἁπλοϊκόν. V.

* Συνεχῶς] Nimirum vult rhetoras a Luciano irrideri, quibus nihil inter declamandum in ore ſit crebrius, quam ὦ Ζεῦ καὶ θεοὶ & πρὸς τοῦ Διός. Sed illa demum ratio, quae ſequitur, vera eſt, & commode mentem Luciani exponit. *T. H.*

66. Παχύτερος] Unde Horatius feſtive dixit *nummos alienos paſcere.* *Anonym.*

68. Οὔτε εἰς τὸ φῶς προάγοντας] Hoc omne Pluti mutuatum ab *Ariſtophanis* Pluto. tu conſule. Tangit idem in Catapl. in Somnio & alibi. *J. B.*

72. Ἀπίασιν] *E vita migraturi ſunt.* *J. Br.*

78. Τὸ ὅλον] *Prorſus, penitus.* *J. Br.*

84. Ἀπάγοι] *Tanaq. Faber* concoquere ait ſe non poſſe illud ἀπάγοι, quum in ſequentibus non legatur educta foras ab marito uxor, ſed domi cujuslibet libidini vulgata: quare legit προάγοι. Mitis ſcilicet haec & plauſu digna criſis. Sed & parum differentiae, hoc quidem in loco, ἀπάγειν inter & προάγειν, mihi liquet. At nihil profecto mutandum. Quamquam non revera foras educta hic intelligenda eſt femina, ſatis tamen commode *Lucianus* utitur verbo in perductionibus ad ſtuprum uſitato. Ita enim ipſe illud iterum de hac re uſurpat in De Gymnaſiis: τὰς ἀρετὰς, καὶ τὰς εὐεξίας, καὶ τὰ κάλλη, καὶ τόλμαν, ὁρῶ οὐδενὸς μεγάλου ἕνεκα ἀπολλυμένας ὑμῖν, οὔτε πατρίδος κινδυνευούσης, οὔτε χώρας πορθουμένης, οὔτε φίλων, ἢ οἰκείων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων. *Virtutes, corporum bonas habitudines, pulchritudines, & audaciam, nullius magnae rei gratia vobis perire video, cum neque periclitetur patria, neque devaſtetur regio, aut amici, vel domeſtici ad ſtuprum rapiantur.* Ita quoque in Cataplo: οἱ δὲ, υἱέων πρὸς ὕβριν ἀπαγομένων ἀγανακτήσαντες. *Illi vero liberos ad ſtuprum raptos indignati.* In Fugitivis §. 18. Ἔνιοι δὲ, καὶ ξένων τῶν σφετέρων γυναῖκας ἀπάγουσι μοιχεύσοντες. *Alii vero hoſpitum ſuorum uxores rapiunt, eas ſtupraturi.* & §. 30. Οὗ τὴν γυναῖκα ᾤχετο ἀπάγων. *Cujus uxorem rapiebat. Antoninus Liberalis* c. 13. de Melitaco quodam Tyranno, cui nomen Tartaro; Οὗτος εἴ τις διαβοηθείη παρθένος ἐπὶ κάλλει τῶν ἐγχωρίων, ἀπῆγεν αὐτὴν καὶ ἐμίγνυτο πρὸ γάμου κατὰ βίαν. *Hic ſiqua virgo inter populares formae praeſtantia ferretur, abducebat eam, & ante nuptias violabat.* Iterum ibid. τότε δ' οὖν εἴρητο (ὁ Τάρταρος) πρὸς τοὺς θεράποντας ἀπάγειν Ἀσπαλίδα, &c. *Tunc vero dicebatur ad miniſtros Aſpalidem perducere.* & iterum, ἡ δὲ παῖς, ὡς ἔκπυστος ὁ λόγος ἐγένετο, πρὶν ἀφικέσθαι τοὺς ἀπάξοντας, ἀνήρτησεν ἑαυτήν. *Puella vero ſimul rumor differebatur, antequam abducturi ipſam venirent, ſuſpendit ſe. AElianus* in elegantiſſima illa Aſpaſiae hiſtoria lib. XII. Ποικιλ. cap. 1. Ἡ δὲ Φωκαῒς τῷ προστάγματι οὐδὲ προσεῖχεν, ἕως αὐτὴν ὁ ἀπάγων Σατράπης πρὸς βίαν ἐκάθισεν. *Phocais vero non juſſui paruit, donec eam Satrapa, qui perducebat eam, conſidere cogeret.* Et hic certe ὁ ἀπάγων Σατράπης Aſpaſiam non foras eduxit, quippe quae jam erat in aula Cyri; quare eo magis fruſtra *Lucianum* hic refingere tentat *Faber.* Ita & γυναικῶν ἀπαγωγαὶ leguntur in *Noſtri* Phalaride. In eodem hoc ſenſu, quo ἀπάγειν, invenio & ἀνάγειν ſumptum ab *Noſtro* in Tyrannicida c. 5. Ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις, ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο. *Ad eum, qui ephebos ad ſe trahebat, qui nuptiis vim inferebat,* vir-

cuſtodiat, neque ullo zelotypiæ ſenſu moveatur, noctu & interdiu quà viſum eſt vagari permittens, & cum obviis quibusque ætatulam ſuam oblectare; aut potius aliquo corrumpendam ab adulteris ducat, fores aperiens, proſtituens, & omnes ad eam convocans; quid, quæſo, talis vir uxorem amare videatur? Haud iſtud tu quidem dixeris, Jupiter, qui quid ſit amor, re ſæpenumero expertus es.

τε φυλάττοι, μήτε ζηλότυποῖ τοπαράπαν, ἀφιεὶς κ᾽ βαδίζειν ἔνθα ἂν ἐθέλοι νύκτωρ, κ᾽ μεθ᾽ ἡμέραν, κ᾽ ξυνεῖναι τοῖς βουλομένοις, μᾶλλον δὲ [b] αὐτὸς ἀπάγοι μοιχευθησομένην, ἀνοίγων τὰς θύρας, κ᾽ μαστροπεύων, κ᾽ πάντας ἐπ᾽ αὐτὴν καλῶν, ἆρα ὁ τοιοῦτος ἐρᾷν δόξειεν ἄν; οὐ σύ γε, ὦ Ζεῦ, τοῦτο φαίης ἂν, ἐρασθεὶς πολλάκις.

17. Si quis contra uxorem lege domum duxerit, *Arvo ut venereo lætus liberos ſerat*, florentem autem puellam nec attingat ipſe, neque alium quemquam ad illam oculos adjicere ſinat; domi autem concluſam cuſtodiat, nullam ex ea prolem ſuſcipiens, ejus tamen amore flagrare ſe dictitans,

Εἰ δέ τις ἔμπαλιν ἐλευθέραν γυναῖκα εἰς οἰκίαν νόμῳ παραλαβὼν ἐπ᾽ ἀρότῳ παίδων γνησίων, ὁ δὲ μήτε αὐτὸς προσάπτοιτο ἀκμαίας κ᾽ καλῆς παρθένου, μήτε ἄλλῳ προσβλέπειν ἐπιτρέποι, ἄγονον δὲ κ᾽ στεῖραν καταχλείσας παρθενεύοι, κ᾽ ταῦτα ἐρᾷν φάσκων, κ᾽

b Αὐτὸς] αὐτοὺς F.

90. Ἐπ᾽ ἀρότῳ] Ἐπὶ σπορᾷ. C.G.

virgines perducebantur. Per me tamen licuerit; ſi quis & hic maluerit ἀπήγοντο. Dixerunt id Latini *perducere*. *Suetonius* in Tiberio cap. XLV. *Feminarum quoque, & quidem illuſtrium, capitibus quantopere ſolitus ſit illudere, evidentiſſime apparuit Malloniae cujusdam exitu, quam perductam, nec quidquam amplius pati conſtantiſſime recuſantem, delatoribus objecit.* Sic Lollia Paullina *perducta* Caligulae memoratur ab eodem in Calig. c. XXV. Sic *perductus*, haud dubie ad ſtuprum, dicitur Pauſanias, interfector Philippi Macedonis, ab *Juſtino* IX. c. 6. ubi vide *Berneccerum*. Apud Ciceron. lib. I. in Verr. 12. *lenonum, aleatorum, perductorum nulla mentio fiat:* & V. in Verr. 12. dicitur Tertia quaedam per dolum ad Verrem perducta. *J.J.*

90. Ἐπ᾽ ἀρότῳ] *Ad liberos procreandos.* *J.Br.*

Ἐπ᾽ ἀρότῳ] εἰς τὸ σπερμαίνειν γενεὰν, ut ait *Heſiod.* εἰς σπόρον τῆς γονῆς. *J.B.*

Ἐπ᾽ ἀρότῳ] Conſule Not. ad *Jamblich.* n. 210. *M.du S.*

Ἐπ᾽ ἀρότῳ παίδων γνησίων] Legitima quaedam apud Athenienſes haec erat formula: *Iſidor. Peluſ.* III, 243. παρ᾽ Ἀθηναίοις ἡ συνάφεια ἡ κατὰ νόμον ἐπ᾽ ἀρότρῳ παίδων ἐλέγετο γίνεσθαι· quanquam in *Artemidoro* II. c. 24. ἄροτρον dicatur eſſe ἀγαθὸν πρὸς γάμον κ᾽ παίδων γονὴν, ſi hoc viſum ſomnianti obveniat, hic tamen ſatis eſt certum debere legi ἐπ᾽ ἀρότῳ. Vitium frequens fefellit *Sam. Petitum* ad LL. Att. p. 436. & *Lindebrog.* ad *Donat.* p. 643. animadverterunt *Gataker.* de N. T. Styl. c. XI. ubi verecundas honeſtioresque de re venerea locutiones pluribus illuſtrat, & *L. Kuſter.* ad *Jamblich.* de V. P. §. 210. cui γεννήσεις memorantur αἱ ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε κ᾽ νομίμῳ γενομέναι. *Ariſtaen.* I. Ep. 19. κ᾽ ἐπ᾽ ἀρότρῳ παίδων γνησίων ἐρωμένην ἠγάγετο γαμετήν· mireris ſane Elegantiſſimi *Joſiae Merceri* perſpicaciam non minus hic ceſſaſſe, quam *Lambecii* in Prodr. Gell. ad IV, 3. Quin *Deſid. Heraldus*, tametſi ad *Arnob.* VII. p. 263. hunc ipſum protuliſſet *Luciani* locum, p. 119. ſcripſit *contrahitur matrimonium* ἐπ᾽ ἀρότρῳ παίδων. Multo gravius corruptum in *Alciphr.* I. Ep. 6. peritiſſimo linguae Graecae *Berglero* non obſtitit, quominus certam emendationem perviderет: parentes, inquit, οἵ με ἐγγυητὴν ἐπίκληρον ἐπὶ παίδων ἀραρότων γνησίων συνῆψάν σοι γάμῳ non aliter extabat in duobus Bibliothecae Heidelbergenſis Codicibus, quorum a *Neveleto* inſtituta collatio penes me eſt. Audi *Platonem* in Crat. p. 279. C. ubi inter alias τῆς Ἀρτέμιδος origines hanc etiam, neſcio an nimis ridiculam, adjungit: τάχα δ᾽ ἂν ὡς τὸν ἄροτον μισησάσης τοῦ ἀνδρὸς ἐν γυναικί. Ad Amorem ſic *Oppian.* Halieut. IV, 26. Πρῶτος δ᾽ εὐναίοις ἀρότοις ἐπεζήκαο τέκμωρ. (paulo ante ſimili ratione *Lucian.* μέτρον ἐπιθήσοντας) ubi *Rittershuſius*, ut ſolet, plena manu. Imo liberos ipſos *Euripid.* Med. v. 1281. vocat, τέκνων, ὧν ἔτεκες, ἄροτον· *Heſych.* Ἤροσεν, ἐγέννησεν· inde ἀροτὴρ, *pater legitimus*. Ceterum utriusque vocis ἄροτος & ἄροτρον invicem commutatae, ſi quis quaerat, exempla reperire licet in *Theophr.* H. Pl. VI, 5. & *Dionyſ. Halic.* A. R. I. p. 9. v. 44. *Plutarch.* T. II. p. 495. E. *Suid.* in Προηροσίαι. *T.H.*

93. Καταχλείσας παρθενεύοι] Vid. *Budaei* C. L. G. p. 691. ubi ex hoc loco docet παρθενεύειν eſſe *virginem cuſtodire*. Eodem pertinet καταχλείσαι· nam caſtae virgines, & honeſtiores matronae, quae publicum virorumque conſpectum fugientes thalamum ſervabant, κατάκλειστοι & θαλαμευόμεναι *Salmaſ.* ad *Tertul-*

καὶ δῆλος ὢν ἀπὸ τῆς χρόας, καὶ τῆς σαρκὸς ἐκτετηκυίας, καὶ τῶν ὀφθαλμῶν ὑποδεδυκότων, ἔσθ' ὅπως ὁ τοιοῦτος οὐ παραπαίειν δόξειεν ἂν, δέον παιδοποιεῖσθαι, καὶ ἀπολαύειν τοῦ γάμου, καταμαραίνων εὐπρόσωπον οὕτω καὶ ἐπέραστον κόρην, καθάπερ ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ τρέφων διὰ παντὸς τοῦ βίου; ταῦτα καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, πρὸς ἐνίων μὲν ἀτίμως λακτιζόμενος καὶ λαφυσσόμενος, καὶ ἐξαντλούμενος· ὑπ' ἐνίων δὲ, ὥσπερ στιγματίας δραπέτης πεπεδημένος.

ΖΕΥΣ. Τί οὖν ἀγανακτεῖς κατ' αὐτῶν; διδόασι γὰρ ἄμφω καλὴν τὴν δίκην· οἱ μὲν, ὥσπερ ὁ Τάνταλος, ἄποτοι καὶ ἄγευστοι, καὶ ξηροὶ τὸ στόμα, ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ· οἱ δὲ, καθάπερ ὁ Φινεὺς, ἀπὸ τῆς φάρυγγος τὴν τροφὴν ὑπὸ τῶν ἁρπυιῶν ἀφαιρούμενοι. ἀλλ' ἄπιθι ἤδη σωφρονεστέρῳ παραπολὺ τῷ Τίμωνι ἐντευξόμενος. ΠΛ. Ἐκεῖνος γάρ ποτε παύσεται ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπη-

idque indicans vultus colore; macreſcente in dies & horas corpore, concavis & introrſum recedentibus oculis; annon ejusmodi vir pro cerrito circumferri debeat, qui quaſi Cereri ſacerdotem per totam vitam nutriens, tam venuſtam, tamque amabilem puellam deflorefcere absque omni Veneris uſu ſineret, cum contra liberos ex ea tollere & conjugio frui deberet? Ad hunc plane modum quidam me calcibus ignominioſe quatiunt, luxuriaque ſua effundunt atque exhauriunt: a nonnullis autem velut fugitivus aliquis notis compunctus vincior.

18. JUP. Quid, quæſo, illis ſuccenſes? utrique enim graves pœnas dant: alii enim veluti Tantalus aliquis, ore ſicco ac jejuno perſtant, ad auri aſpectum rictu diducto hiantes: alii autem ſibi, itidem ut Phineus, cibum ex penitiſſimis faucibus ab Harpyis eripi vident. Sed jam abi: nam Timonem multo impenſius quam antea ſapere deprehendes. PLUT. Quid autem! an is aliquando deſinet conſulto, veluti ex perforato

1. Θεσμοφόρῳ] Τῇ ἑστίᾳ ἐπαρθενεύοντο γὰρ αἱ ἱέρειαι αὐτῆς πανταχοῦ. *V.*

4. Καὶ λαφυσσόμενος] Ἀντὶ τοῦ λαφύσσεσθαι καὶ ἐξαντλεῖσθαι παραχωρούμενος. *V.*

tullian. Pall. p. 177. utrumque junxit *Philo* in Flacc. p. 977. E. γυναῖκα κατάκλειστα μηδὲ τῆς αὐλείου προερχομένας καὶ θαλαμευόμεναι παρθένοι. *Plutarch.* περὶ Πολυπρ. p. 519. E. τὰ γὰρ τοσαύτας παρελθόντα κοινὰς καὶ δεδημοσιευμένας γυναῖκας ἐπὶ τὴν κατάκλειστον ἐλθεῖν καὶ πολυτελῆ &c. hoc ſane vel *Horatio* judice vincet *Plutarchus. Clem.* Paedag. III. p. 232. C. ἔξεστι δὲ τοῖς βουλομένοις τῶν ἄλλων εἶναι τὰς καλλικλεῖστους γυναῖκας ἐν τοῖς βαλανείοις θεάσασθαι. Vid. *Hieronym.* ad *Jeſ.* c. VII. *T. H.*

96. Ὀφθ. ὑποδ.] Ὀφθαλμῶν κοιλῶν, quae omnia amoris ac triſtitiae ſigna ſunt. *J. Br.*

97. Παραπαίειν] *Non deſipere videretur.* Recte vim verbi explicuit *Barlaeus.* Addam tantummodo *Lucianum* hoc verbum ab *Ariſtophane* deſumſiſſe, qui conjungit λήρου & παραπαίειν in *Plut.* v. 508. Δύο πρεσβύτα ξυνθιασώτα τοῦ λήρου καὶ παραπαίειν. *Vos duo vetuli, nugarum & veſaniae ſocii.* *H. V.*

1. Ἱ. τῇ Θεσμ.] *Cereri.* *J. Br.*

Ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ] *Æſchines*, *Demoſthen. Æſchyl.* quales Veſtales. *J. B.*

Ἱέρειαν τῇ Θεσμ.] De continentia matronarum in hoc feſto an hic locus ſit intelligendus neſcio, de *virginibus* enim loqui videtur *Lucianus*, quæ quaſi Cereris *Veſtales* eſſent. *Baurdelotius* nos, pro more ſuo, ad auctores, non citatis locis, amandat. *Lucianus* alibi etiam meminit; *Dial. matris & Muſarii*: καθάπερ οὐχ ἑταίρα, τῆς δὲ Θεσμοφόρου ἱέρειά τις οὖσα. At nullibi, inquies, legimus apud Auctores de ejusmodi *Sacerdotibus*. Fateor. Sed *Scholiaſtes Theocriti* ad Id. IV. p. m. 318. C. *Virginum* meminit, quæ eaedem videntur cum ea, quam hic *Lucianus* ἱέρειαν vocat. Adi etiam *Heſych.* (v. πρυτανεῖον) ubi tales publice ali ſolitas docet. V. Pott. 369. Ceres *legifera. Virgil.* IX, 58. *Ovid.* Met. V, 343. V. *Plutarch.* V. 1576, 2. *M. du S.*

Ἱέρειαν τῇ Θεσμοφόρῳ] *J. Meurſ.* Graec. Fer. in Θεσμοφορίοις. *T. H.*

5. Στιγματίας] Frontem litteratus hoc charactere ΦΦ. ἁπλῶς pro ſervo, ut Catapl. *J. B.*

Στιγματίας δραπέτης] His uſus eſt *Deſ. Heraldus* ad *Martial.* III. Ep. 21. *Clem. Alex.* Paed. III. p. 220. A. ὡς γὰρ τῶν δραπετῶν τὰ στίγματα, οὕτω τὰ μοιχαλίδα δείκνυσι τὰ ἀνθίσματα. *T. H.*

8. Ἄμφω] Sic *Il.* B. 124. pro ἀμφότεροι. *M. du S.*

9. Τάνταλος] *Horat.*

Tantalus a labris ſitiens fugientia captat
Flumina . . . . . Quid rides? mutato nomine, de te
Fabula narratur. Congeſtis undique ſaccis
Indormis inhians, & tanquam parcere ſacris
Cogeris, aut pictis tanquam gaudere tabellis. *M. du S.*

19. Ἐκ τῆς τῶν Δ. πιθ. ὑδρ.] *Plato* ſcribit Danaidas apud inferos has poenas dare, ut urnis perſtillantibus aquas aſſidue hauriant, atque in perforata dolia inferant, gravi

rato cophino exhaurire me, priuſquam totus influxero, (veluti prævenire ſtudens nimiarum opum influxum,) ne copioſior incidens ipſum inundem? Quare videor mihi aquam in Danaïdum dolium congeſturus, & fruſtra infuſurus, cum vas perfluat, & id quod ingeſtum fuerit, jam jamque ſit effluxurum, priuſquam influxerit; adeo latus eſt ad effluxum liquoris hiatus dolii ac facilis exitus.

μένου, πρὶν ὅλως εἰσρυῆναί με, κατὰ σπουδὴν ἐξαντλῶν, φθάσαι βουλόμενος τὴν ἐπιῤῥοήν, μὴ ὑπέραντλος εἰσπεσὼν ἐπικλύσω αὐτόν; ὥστε ἐς τὸν τῶν Δαναΐδων πίθον ὑδροφορήσειν μοι δοκῶ, καὶ μάτην ἐπαντλήσειν, τοῦ κύτους μὴ στέγοντος· ἀλλὰ πρὶν εἰσρυῆναι, σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος· οὕτως εὐρύτερον τὸ πρὸς τὴν ἔκχυσιν κεχηνὸς τοῦ πίθου, καὶ ἀκώλυτος ἡ ἔξοδος.

19. JUP. Proinde rimam iſtam & hiatum niſi ſemel & diligenter obſtruxerit, in fæce dolii rhenonem una cum ligone reperiet, poſtquam tu cito effuſus fueris. Sed jam aliquando abite, atque hominem ditate. At heus tu, Mercuri, curato adductos tecum ex Ætna Cyclopas, qui mihi fulmen exacuant ac reficiant; eo enim perquam acuto nobis opus erit.

ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν εἰ μὴ ἐμφράξηται τὸ κεχηνὸς τοῦτο, καὶ εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον, ἐκχυθέντος ἐν βραχεῖ σου, ῥᾳδίως εὑρήσει τὴν διφθέραν αὖθις, καὶ τὴν δίκελλαν ἐν τῇ τρυγὶ τοῦ πίθου. ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, καὶ πλουτίζετε αὐτόν· σὺ δὲ μέμνησο, ὦ Ἑρμῆ, ἐπανιὼν, πρὸς ἡμᾶς ἄγειν τοὺς Κύκλωπας ἐκ τῆς Αἴτνης, ὅπως τὸν κεραυνὸν ἀκονήσαντες ἐπισκευάσωσιν, ὡς ἤδη γε τεθηγμένου αὐτοῦ δεησόμεθα.

20. MER. Pergamus, Plute. Quid hoc autem?

ΕΡ. Προΐωμεν, ὦ Πλοῦτε. τί τοῦτο; ὑπο-

12 Ἀφαιρούμενοι] Παθητικῶς ἀκουστέον, ἀντὶ τοῦ στερούμενοι. *V.*

22. Τοῦ ἐπιῤῥέοντος] Τῆς ἐπιῤῥοῆς. *V.*
26. Εἰς τὸ ἅπαξ] Ἀντὶ τοῦ διόλου. *V.*

gravi nimirum & inutili labore. *Ovid.* IV. Metam. *Molirique ſuis lethum patruelibus auſae Aſſidue repetunt, quas perdunt, Belides undas.* Idem in Ibin: *Quaeque gerunt humeris perituras Belides undas.* Hujus fabulae mentionem facit rurſus *Lucian.* in Hermot. item de Dipſad. & in Dial. Crat. ac Diog. *Alciphron* in Ep. Galeni ad Cyrtonem ad hanc alluſit: καὶ τὸ λεγόμενον δὴ τοῦτο εἰς Δαναΐδων τοὺς ἀμφορέας ἐγχέομεν πίθους. *Plautus* in Pſeud. *In pertuſum ingerimus dicta dolium: operam ludimus. Catullus: Dolia virgineis idem ille repleverit urnis.* G.C.

Ἐς τὸν τῶν Δαναΐδων] Accentuum etiam ad nos cura pertinet, ſi quid inde redundet ad *Lucianum* detrimenti. Δαναΐδων Edd. quotquot inſpexi, omnes: ſcribi tamen debebat ſine controverſia Δαναΐδων, ut recte monuit *Berglerus* ad *Alciphr.* p. 10. Quod paulo ante praeceſſit, ὥσπερ ἐκ κοφίνου τετρυπημένου, quem uſum in hac oratione praeſtet, aut quomodo cum ceteris apte cohaereat, vix ac ne vix quidem intelligo: ſi ab ipſo *Luciano*, quod inficias ire non auſim, fuerit profectum, ego quidem veteres illos, accuratiſſimos ſtyli exactores, ſic ſcripſiſſe exiſtimo, ut quaedam tamen emendatius, ſi diligentiorem adhibuiſſent limam, potuerint ſcribi: lubens in *Horatii*, judicis acerrimi, ſententiam concedo: ubi plura nitent, non ego paucis offendar maculis, quas aut incuria fudit, aut humana parum cavit natura. *T.H.*

20. Τοῦ κ. μὴ σ.] *Fundo vaſis liquorem non continente.* *J.Br.*

21. Σχεδὸν ἐκχυθησομένου τοῦ ἐπιῤῥέοντος· οὕτως εὐρύτερον] Sic diſtingue has voces, ut recte Latina præiverunt, & nuper fecit quoque *Faber*. Mox διφθέραν inepte verterunt Salmurii *ſagum*, & ineptius nunc impreſſum *fagum*. Faber *rhenonem* transtulit. *J.G.*

25. Εἰ μὴ ἐμφράξηται &c.] Verto: *niſi hiatum iſtum, & perpetuo apertam fiſſuram obturaverit:* quod hic eſt τὸ ἀναπεπταμένον, id in Dial. Mort. IV. τὸ ἀνεῳγὸς dicitur. Paſſim apud *Lucianum* τὸ ἀναπεπταμένον ſumitur pro *apertura*, ſive pro *eo quod apertum eſt.* Ita de Domo §. 3. 6. Merc. Cond. §. 3. Abdic. §. 27. *H.V.*

26. Εἰς τὸ ἅπαξ ἀν.] *Tan. Faber* aliter haec conjicit tranſponenda. Sed profecto εἰς τὸ ἅπαξ ἀναπεπταμένον ſenſu commodiſſimo, & huic loco ſatis conveniente, dicitur; quem non abſurde expreſſit Interpres, *perpetuam perſtillationem.* Adde quod *Th. Magiſter*, voce ΚΑΘΑΠΑΞ, haec verba, eo, quo hodie in Luciano legimus, ordine diſpoſita, in dictionibus Atticis allegat. *J.J.*

Εἰς τὸ ἅπαξ] Dem. (77 C.) *Tan. Faber* εἰ μὴ — — — ἐμφράξ — &c. *Th. Mag.* cum Codd. noſtris facit in Καθάπαξ. *M. du S.*

31. Ἐκ τῆς Αἴτνης] Illic enim fabrili arti dare operam feruntur. *J.Br.*

34. Τί τοῦτο ὑποσκάζεις] Diſtingue. τί τοῦτο; ὑποσκάζεις; Τί οὖν, τί τοῦτο; ſic ſolent uſurpari. *T.H.*

ὑποσκάζεις; ἐλελήθεις με, ὦ γεννάδα, οὐ τυφλὸς μόνον, ἀλλὰ καὶ χωλὸς ὤν. ΠΛ. Οὐκ ἀεὶ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλ᾽ ὁπόταν μὲν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως βραδύς εἰμι καὶ χωλὸς ἀμφοτέροις, ὡς μόλις [a] τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα, προγηράσαντος ἐνίοτε τοῦ περιμένοντος. ὁπόταν δὲ ἀπαλλάττεσθαι δέῃ, πτηνὸν ὄψει, πολὺ τῶν [b] ὀρνέων ὠκύτερον. ἅμα γοῦν ἔπεσεν ἡ ὕσπληγξ, κἀγὼ ἤδη ἀνακηρύττομαι νενικηκώς, ὑπερπηδήσας τὸ στάδιον, οὐδὲ ἰδόντων ἐνίοτε τῶν θεατῶν. ΕΡ. Οὐκ ἀληθῆ ταῦτα φής. ἐγὼ δέ [c] καὶ πολλοὺς ἂν εἰπεῖν ἔχοιμί σοι, χθὲς μὲν οὐδὲ ὀβολόν, ὥστε

claudicas? Ignorabam, o bone, eſſe te non modo cæcum, ſed claudum etiam. PLUT. Id mihi non ſemper uſu evenit: ſed cum ab Jove ad quempiam mittor, repente tardior paulo fio, & utroque crure claudus, ita ut vix atque ægre itineris finem attingam, cum is jam, ad quem miſſus fueram, longo ſenio confectus plerumque jacet. At ſi quando diſcedendum ſit, tum vero me alatum dicas, ipſis avibus celeriorem. Itaque ubi primum excidit circi repagulum, jam me victorem proclamat præco, qui ſtadium tanta pernicitate percurrerim, ut quandoque ne ſpectatores ipſi oculis me currentem ſequi potuerint. MER. Minus vere iſthæc, Plute: nam multos ego memorare poſſum, qui, cum heri ne obolum quidem haberent, quî ſibi

a Τελεῖν] ἐλθεῖν R. P. L. *J.* Marg. *A1W.* *b* Ὀρνέων] ὀνείρων R. P. *J.* Marg. *A1W.* *c* Καὶ] τοι R.

43. Ἔπεσεν ἡ ὕσπληξ] * *Τὸν συνέχοντα τὰς κιγκλίδας μοχλόν, ὃν ἀρτίως ** λάμναν φασί, ὕσπληγα καλεῖ. V.*

* Τὸν συνέχοντα] C. ὅτι κατὰ τ. σ. τοῦ κιγκλίδος. L. τῆς. *M. du S.*

Scribi debet, *ὅτι καὶ τὸν συνέχοντα τῆς κ.* &c. Editum fuit in Schol. *Καὶ τὸν συνέχ. τ. κ. μοχλόν, καὶ* delevit *M. du Soul*, auctoritatem, ut puto, ſcripti libri ſecutus: alioquin nihil eſt, cur ejiciendum videatur. *T. H.*

** Λάμναν] Id eſt, *laminam:* ſic *σίτλαν* ſitulam apud *Trallianum.* Ita recte *M. Sladus.* Retinui ὕσπληξ & ὕσπληγα formam ſcribendi conſuetam in vetuſtis Codd. & Edd. Non aliter apud *Phrynich.* p. 12. & *Th. Magiſtrum* in V. *T. H.*

35. *Οὐ τυφλὸς μ.*] Caecus a Graecis divitiarum deus fingitur: *Poſidonius* in ſubterraneis Hiſpaniae locis hujus domicilium conſtituit, eo quod regio ea metallorum foecunditate reliquis antecellat. Battus apud *Theocrit.* in Meſſor. non ſolum caecum eſſe Plutum, ſed & Cupidinem dicit. *G. C.*

36. Καὶ χ. ὂν] Lege ὤν. *J. Br.*

39. Χωλὸς ἀμφ.] *Lucianus* hic imitatus eſt *Ariſtophanem* in Pluto, qui conſimilia quaedam de Pluto divitiarum Deo narrat, qui caecus quidem ſemper eſt, at tum demum claudicans, quoties ad bonos viros mittitur, alias pedibus perniciſſimis. *G. C.*

Χωλὸς ἀμφοτέροις] Ἀμφιγυήεις. Ut Vulcan. Homericus. *Ariſtoph.* in Plut. *J. B.*

Ibid. Ἀμφοτέροις] Ποσὶν addi non ſolet. *J. Br.*

40. Ἐλθεῖν] P. L. & Ed. *J.* pro τελεῖν. *M. du S.*

Τελεῖν ἐπὶ τὸ τ.] Retinendum omnino videbatur cum *Fabro:* talia ſunt τελεῖν ἐπὶ vel εἰς τὸν σκόπον, τὸ προκείμενον, τὴν ἐλπίδα. *T. H.*

Ibid. Τὸ τέρμα] Metaphora a curſoribus. *J. Br.*

43. Ὀνείρων] Alii Codices ὀρνέων. *J. Br.*

Ὀρνέων] P. & Ed. *J.* ὀνείρων, quod etiam in Mſ. R. G. reperiri teſtatur *Faber*, quodque ego verum puto. Vid. *Od.* Λ. 221. *M. du S.*

Τῶν ὀρνέων] *Euripides* quidem in Meleagro πλούτου ὠκεῖαν eſſe πτέρυγα dixit apud *Stob.* p. 448. ſed valde tamen languet vulgata lectio, ſi comparetur ad ὀνείρων, quod perquam venuſta figura ſignificat divitias, quando negligentiſſima profuſione diffluxerunt, quaſi ſomnium aliquod opulentae felicitatis praetervolaſſe. Ὀνείρους quoque veteres alis inſtruxerunt: τανυσίπτερε οὖλε ὄνειρε *Orpheus* H. 85. πτηνὸς ὄνειρος *Baſil. Seleuc.* in V. Th. p. 78. ὀνείρου φύσις &c. ἀποπτῆναι πάλιν ἀφανῶς. Ad ὀνείρους conferri ſolent, quae ita diſpereunt, ut nullum priſtinae poſſeſſionis ne veſtigium quidem relinquant: *Apollon. Rhod.* IV, 385. —— δίφρος δέ τοι ἶσον ὀνείροις Οἴχοιτ᾽ εἰς ἔρεβος μεταμώνιον —. *T. H.*

44. Ὕσπληγξ] Allegorice haec dicta a celeritate equorum in ſtadio Olympico, aut aliis ſtadiis, vel eorum, qui pedum pernicitate certabant. *Anonym.*

49. Πρίασθαι βρόχον] Sic fine hujus dialogi. *J. B.*

50. Ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους] Sic de Merced. cond. dixi ad *Heliod.* fine operis. *J. B.*

Λευκοῦ ζεύγους] *Horat.* Siſennas, Barros ut equis præcurreret albis. *Anonym*

Ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους] Hoc inter praecipuas pretioſasque ſplendidorum hominum delicias adnumerat inprimis *Lucianus*, non mediocriter, ut videtur, iſta deſcriptione delectatus: nihil in eo frequentius quam οἱ ἐξελαύνοντες ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους, οἱ ἐξυπτιάζοντες ἐπὶ λ. ζ. *Chryſoſtom.* περὶ Τελείας ἀγάπης· ζεῦγος λευκῶν ἡμιόνων χρυσῷ καλλωπιζόμενον· ex eo longum foret ſimilia congerere. Vid. *Bocharti* Hieroz. II. c. 7. §. 2. *T. H.*

52. Χρυσόχειρες] *Annulos aureos manibus geſtantes.* *J. Br.*

Χρυ-

ſibi pararent laqueum; hodie repente divites exiſtunt, ſumptus ingentes faciunt, & bigis albis vehuntur, quibus ne aſellus quidem unquam domi fuit; & tamen purpura aureisque annulis fulgentes incedunt, qui, ut opinor, nondum ſatis ſibi perſuadere poſſunt, ſuas illas opes ſomnium non eſſe.

21. PLUT. Iſtuc quod dicis, Mercuri, longe diverſum eſt; nec tunc meis me pedibus porto, neque me tunc Jupiter, ſed Pluto ad eos mittit, ut pote qui πλουτοδότης & ipſe ſit (opum largitor) & ſplendidorum munerum dator, quod & ſuo ipſius nomine ſatis indicat. Itaque cum mihi ab alio ad alium migrandum eſt, me in tabulas teſtamentarias conjiciunt; ac diligenter obſignantes

πρίασθαι βρόχον, ἐσχηκότας, ἄφνω δὲ τήμερον πλουσίους, καὶ πολυτελεῖς, ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ἐξελαύνοντας, οἷς οὐδὲ κἂν ὄνος ὑπῆρξε πώποτε. καὶ ὅμως πορφυροὶ καὶ χρυσόχειρες περιέρχονται, οὐδ᾽ αὐτοὶ πιστεύοντες οἶμαι ὅτι μὴ ὄναρ πλουτοῦσιν.

ΠΛ. Ἑτεροῖον τοῦτ᾽ ἐστὶν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οὐχὶ τοῖς ἐμαυτοῦ ποσὶ βαδίζω τότε. οὐδὲ ὁ Ζεὺς, ἀλλ᾽ ὁ Πλούτων ἀποστέλλει με παρ᾽ αὐτοὺς, ἅτε πλουτοδότης, καὶ μεγαλόδωρος καὶ αὐτὸς ὤν. δηλοῖ γοῦν καὶ τῷ ὀνόματι. ἐπειδὰν τοίνυν μετοικισθῆναι δέῃ με παρ᾽ ἑτέρου πρὸς ἕτερον, ἐς δέλτον ἐμβαλόντες με, καὶ κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς, φορη-

49. Πρίασθαι βρόχον] Βρόχον εἰς τὸ δι᾽ ἀπορίας βίου ἀνάψαντας ἑαυτοὺς ἀπολῦσαι τοῦ ζῆν. *V.*

52. Χρυσόχειρες] Χρυσόχειρες ἤτοι τοῖς δακτυλίοις περιαυγαζόμενοι τοῖς χρυσοῖς, ἢ δι᾽ εὐπορίαν ὑπερβάλλουσαν χειροπληθῶς τὸν χρυσὸν † διασπείροντες. *V.*

57. Ἀλλ᾽ ὁ Πλούτων] Αἰνίττεται εἰς τοὺς ἀπὸ τῶν τελευτώντων πλουσίων διαδεχομένους τὸν κλῆρον. ‡ ταύτῃ τοι καὶ ὑπὸ τοῦ Πλούτωνος φησὶν § αὐτοῖς τὴν ἀπὸ τῶν χειρόνων ἐπὶ τὰ κρείττονα μεταβολήν. *V.*

61. Δέλτον] Δέλτον καλεῖ καὶ ¶ τὸ ἐν εἰλήσει βιβλίον. C.G.

† Διασπείροντες] Sic legendum, non, ut editum, διασπείροντας· Χρυσόχειρες, *ſive aureis annulis undique ſplendeſcentes, vel ob affluentiſſimam copiam plena manu aurum profundentes.* J.J.

‡ Ταύτῃ] L. ταυτῇ pro ταύτῃ, φησιν pro φασὶν, κρείττονα pro κρείττωνα. M. du S.

§ Αὐτοῖς] Αὐτοὺς *V.* M. du S.

¶ Τὸν ἐν εἰλήσει β.] Τὸ ἐνειληθὲν βιβλίον. T.H.

Χρυσόχειρες] Quibus manus auro ſunt annulisque oneratae: ἀνὴρ χρυσοδακτύλιος ἐν λαμπρᾷ ἐσθῆτι Epiſt. *Jacob.* II, 2. ubi notavit *Luciani* locum *L. Bos.* Πορφυροῖ, purpureis induti: ſimiliter ἁλουργοί· res in plerisque facilis & nota; in paucis tamen, quae paulo reconditiorem habent rationem, quosdam fefellit. *Simmias* in Securi: Δαρδανιδᾶν χρυσοβαφεῖς τ᾽ ἐστυφέλιξ᾽ ἐκ θεμέθλων ἄνακτας· hoc video tentari in nuperrimis ad *Philen* Animadv. p. 181. ſcilicet vix dubitatur, quin legendum ſit, χρυσοβαρεῖς, *opulentos & longe ditiſſimos.* Non bene, ſi quid video: neque tamen opus erit propterea, ut reges ipſos in cortinam tinctoriam demittamus: χρυσοβαφεῖς, quia veſtibus χρυσοβαφέσι auro variegatis induuntur. Vox autem ipſa ne ſcrupulum injiciat, ἐμβάδας χρυσοβαφεῖς dabit *Callixen.* apud *Athen.* p. 200. D. Quam *Caſaubonus* ex Epitoma protulit non contemnendam, ut ait, lectionem χρυσογράμμους, illud interpretamentum eſt lectionis priſcae. *Heſych.* Χρυσορραγεῖς, χρυσοβαφεῖς· prius vocabulum unde ſit ductum, diſcere licet ex ipſo *Heſychio*, in Ῥήγεα, *Etymol.* in Ῥῆγος, *Schol. Homer.* ad Il. I, 657. T.H.

54. Ὄναρ] *Per ſomnium.* J. Br.

58. Πλουτοδότης] Conſtantinus πλουτοδότηρ exhibet ex *Heſiodo*, apud quem non reperio. Hinc DIS, & DIS PATER, Romanis. M. du S.

Πλουτοδότης] Extat illa vox in *Heſiodi* E. καὶ H. δαίμονες Πλουτοδόται, in quos poſt mortem abierunt aurei generis homines. *Orpheus* δαίμονα ſive Genium Πλουτοδότην vocat H. 72. Cererem Eleuſiniam Πλουτοδότειραν θεὰν H. 39. De Plutone H. 17. Πλουτοδοτῶν γενεὴν βροτέην καρποῖς ἐνιαυτῶν, quod a vetuſta τοῦ πλούτος, quam bene *D. Heinſius* ad *Heſiodum* expoſuit, poteſtate pendet. Tradit *Schol. Ariſtoph.* ad Ran. v. 482. quum Daduchus in Lenaeorum feſto praelata face diceret, Καλεῖτε θεὸν, reſpondiſſe magno clamore, qui ſacris intererant, Σεμελήϊ᾽ Ἴακχε Πλουτοδότα. Jacchus Diis χθονίοις adcenſetur: *Artemid.* II, 44. Serapis etiam πλουτοδότης· in quibus omnibus appellationis ratio non eſt obſcura. *Lucian.* D. Meretr. VII. δεήσει στεφανῶσαι καὶ τὴν Πλουτοδότειραν. T.H.

61. Ἐς δέλτον ἐμβαλόντες] Tabulae teſtamenti ſive ligneae cerataeque, ſive cujuscumque generis apud veteres quidem Atticos, niſi fallit memoria, nunquam; apud recentiores aliquando δέλτος vel δέλτοι. In *Hieroclis* Ἀστείοις §. 22. πινακίδες· Scholaſticus in naufragii periculo πινακίδας ᾔτει, ἵνα διαθήκας γράφῃ. Merito autem *Lucianus* κατασημηνάμενοι ἐπιμελῶς· quanta enim in obſignando cura debuerit adhiberi, ex Jure notum. Hac tota de re teſtamentaria quum multi diligentiſſime tractaverint, hujus loci, digni profecto cujus haberetur ratio, mentionem a quoquam eſſe factam, non ſuccurrit. T.H.

φορηδὸν δεξάμενοι, μεθακομίζουσι. καὶ ὁ μὲν νεκρὸς ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας πρόκειται, ὑπὲρ τὰ γόνατα παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ σκεπόμενος, περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες, ὥσπερ τὴν χελιδόνα προσπετομένην τετριγότες οἱ νεοττοί.

Ἐπειδὰν δὲ τὸ σημεῖον [a] ἀφαιρεθῇ, καὶ τὸ λίνον ἐντμηθῇ, καὶ ἡ δέλτος ἀνοιχθῇ, καὶ

domo me bajulorum opera efferunt; interea mortuus in obſcuro aliquo ædium loco jacet, detrito linteo obtectis genibus, dum circa ipſum decertant feles, ejus cadaver attingere geſtientes; me autem ii, qui tamdiu ſperaverant, ad forum itidem ut hirundinem advolantem pulli expectant.

12. Ubi autem ſublatum eſt ſigillum, & lineum teſtamenti vinculum inciſum eſt, tabulæque apertæ, ac novus

[a] Ἀφαιρεθῇ] ἀφηρηθῇ & mox ἀνωχθῇ A.

70. Ἀφαιρεθῇ] Τὸ ἀφαιρεθῇ καὶ τὰ ἑξῆς σχῆμα ἐστὶν ἰσοκατάληκτον παρὰ τοῖς ῥήτορσι λεγόμενον, * ἢ καὶ πάρισον. V.

* Ἢ καὶ πάρισον] ἢ καὶ παρ' ἴσον. C. G. *M. du S.*

64. Πρόκειται] Ad mortui πρόθεσιν vel conlocationem proprie pertinet: *Noſter* de Luct. §. 12. 13. *Proclus* ad *Platonis* X. de Rep. ὁρᾶσθαι πᾶσι νεκρὰν ἐν τῇ πατρῴᾳ προκειμένην οἰκίᾳ· alibi, ſi quid diligentiam hominum Eruditiſſimorum effugit, ſedulo colligemus. Quandoquidem vero conlocatio in celeberrimis aedium locis ipſoque adeo atrio fiebat, ut cadaver ab omnibus inſpici poſſet, quid eſt rei, cur *Lucianus* addiderit, ἐν σκοτεινῷ που τῆς οἰκίας; potuit intelligere priorem illum mox poſt animam efflatam corporis in humum deponendi morem, quod Graecis eſt χαμαὶ καταιθέναι, χαμαὶ κεῖσθαι· malo tamen exiſtimare, haec ad veram πρόθεσιν eſſe referenda, ſed invidioſius a *Luciano* deſcribi, ut amicorum familiariumque contemtum & in curando divitis jam emortui corpore gravem incuriam perſtringat: eodem ſpectant παλαιᾷ τῇ ὀθόνῃ & περιμάχητος ταῖς γαλαῖς. *T. H.*

66. Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες] Cum alibi active fere hanc vocem uſurpari apud alios, & hunc noſtrum conſtet, videtur requiri ἐπελπισθέντες· ſed præterquam quod *Baſilium* ſic etiam uſurpaſſe video (in *Conſtantini* lexico) contra fidem Codd. non placet temere conjecturas pro Lucianeis obtrudere. *M. du S.*

Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες] Ἐμὲ conjungi non debet cum ἐπελπίσαντες, ſed cum περιμένουσι· tantilla res implicuit eruditos: ceterum vide, quae dicemus ad D. M. V. *T. H.*

69. Τετριγότες οἱ νεοττοί] Ex Iliad. B. In vaticinatione Calchantis. *J. B.*

70. Ἀφαιρεθῇ] Anglic. ἀφηρηθῇ & ἀνωχθῇ. Tangit autem veterem teſtamentorum formam & literarum, de qua alibi. *J. B.*

Ibid. Τὸ λίνον] *Quo tabulae teſtamenti ligantur. J. Br.*

Τὸ λίνον ἐντμηθῇ] *Tabulae, quae publici vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignantur, ut in ſumma marginis ad mediam partem perforatae triplici lino conſtringantur, atque impoſitae ſupra linum cerae ſigna imprimantur:* haec *Paulus* V. Sent. Rec. T. XXV. §. 6. proinde recte *Lucianus*, primo loco poſuit τὸ σημεῖον ἀφαιρεθῆναι, quae locutio apud *Demoſth.* eſt in Phaen. p. 1023. E. altero τὸ λίνον ἐντμηθῆναι, tertio τὴν δέλτον ἀνοιχθῆναι. Vid. *Kirchmann.* de Ann. c. VII. qui Noſtri verba produxit. Haec autem ſcena quamquam in agro Attico agatur, eaque aetate, a qua procul abeſt *Lucianus*, multa nihilominus intermiſcet, quae in pravos ſui temporis mores praecipue conveniant. *T. H.*

72. Ὁ κοινός] Placet καινός. *J. Br.*

74. Ἐκ παιδικῶν τίμιος] Id. Dial Mort. interpretes *Martial.* & *Petronii.* *J. B.*

Ibid. Ὑπεξυρημένος] An ut pubertatem vixdum ingreſſus videatur? An vero notatur hoc ut Barbarum? Vide Δ. N. IX. & Σκυ. c. 3. *M. du S.*

76. Ἔξωρος] Vide *Dial. Simyli & Pol.* ubi ætas diſerte additur, & ſi clarius velis, finem Galli; & Ἱσ. β'. c. 28. Eadem vox occurrit & Θυσ. c. 7. & Ἀλεξ. c. 6. *M. du S.*

80. Πυῤῥίου] Dixerunt ad Perſium viri clariſſimi: de his nominibus copioſe *Ariſtoph.* *J. B.*

Π. Δ. ἢ Τιβίου] Nomina Servorum, quorum ultimum a regione ductum eſt; eſt enim in Phrygia mons *Tibius*. Emenda obiter apud *Theophr. Eth. Char.* π. ἀναισχ. — p. 30. B. Τίβειε. Vid. *Steph.* Byz. & *Salm.* Plin. Ex. 34. G. & Μισθ. c. 25. Ἀλ. c. 29. A primo fit *Byrrhia* — Terentii; cujus ut & *Dromonis* etymologia in propatulo eſt V. *Grav.* ad περὶ Ὀρχ. §. 29. *M. du S.*

Πυῤῥίου ἢ Δρ. ἢ Τιβίου] Servorum apud veteres nomina variis ex cauſis ducta, ut exponunt *Donatus* ad *Terent.* Andr. A. I. Sc. 3. ubi vide *Lindenbrog.* p. 635. *Hellad.* apud *Phot.* p. 870. v. 20. *Strabo* VII. p. 467. A. a qualitate corporis & ſpecie formae, ut *Pyrrhias*, *Thylacus:* a moribus, ingenio, itidemque, quod ominis ergo fieri ſolebat, ſerviendi diligentia, *Dromo*, *Synetus*, *Oneſimus*, *Molo*, *Parmeno:* creberrime tamen aut ex iis gentibus, unde mangones advehebant, ut, *Thrax*, *Syrus*, *Davus*, *Carion*, *Geta*, *Phryx*, *Lydus*; Λυδὸς ὁ Φερεκλέους, Lydus Phereclis ſervus apud *An-*

novus opum dominus declaratus eſt cognatus aliquis, aut aſſentator, aut ſervulus denique, qui ad obſequium venereum præſto erat, & ea gratia ceteris prælatus omnibus, raſa etiamnum barba; magnum pretium ferens tot voluptatum, quas hero attulit, dum ſe, jam exoletus, ei perdepſendum obſequioſe permittit. Is igitur, quisquis tandem ſit, me cum teſtamenti tabulis arripiens, curriculo domum contendit, mutato repente nomine, ut qui antea Byrria, vel Dro-

ἀνακηρυχθῇ μου ὁ καινὸς δεσπότης, ἤτοι συγγενής τις, ἢ κόλαξ, ἢ καταπύγων οἰκέτης, ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον, ἀντὶ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν ἡδονῶν, ἃς ἤδη ἔξωρος ὢν ὑπηρέτησεν αὐτῷ, μέγα τὸ μίσθωμα ὁ γενναῖος ἀπολαβὼν, ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ᾖ ποτε, ἁρπασάμενός με αὐτῇ δέλτῳ, θέει φέρων, ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου, ἢ Δρόμωνος,

80. Ἀντὶ τοῦ τέως Πυῤῥίου] Οἰκετικὰ ταῦτα παρὰ τοῖς παλαιοῖς ὀνόματα. *V.*

Andocid. de Myſter. p. 3. v. 23. aut talia certe indebantur, quae penes eas gentes pro nominibus propriis plurimum eſſent uſitata; *Manes*, *Midas*. Ad horum alterutrum Tibius quoque referri debet; nonnihil enim hac in parte diſcedunt. Aliis tantundem eſt, ac Phryx: nam tota Phrygia, ſi *Suidae* fides conſtat, dicta quondam Tibia: ſumſit a Proverbiorum auctore in App. Vatic. C. II. n. 71. locus paululum intricatior, quem ſic lego: Μάνης (hoc recte viderat *Canterus*) καὶ Τίβης· ταῦτα ὀνόματά ἐστι Φρυγιακά· διὸ καὶ ἐπιφωνεῖται, εἷς Μάνης ἐν Φρυγίᾳ· (quaſi nullum fere hominis aliud ibi nomen reperiatur) τὸν δὲ Τίβην ὁ Μένανδρος συνεχῶς (an συνήθως; quanquam non valde neceſſarium: *Th. Reineſius* V. L. III. c. 6. p. 467. *Glaſeri* praeceptoris ſui interpretationem merito repudiavit) Τίβιον ὀνομάζει (ego in *Menandri* reliquiis ſaltem extare vocabulum illud non recordor) καὶ ὅλη ἡ Φρυγία Τίβια καλεῖται· neque tamen in his nihil adhuc ſupereſſe, quod me moretur, lubens fateor. Tibium ex *Stephano* multi notarunt, Phrygiae montem, a Tibio quodam, ut ait, appellatione deducta: ἐκ τούτου καὶ Τιβίους τοὺς δούλους καλοῦσι. At *Strabo* diſertis verbis ſignificat, in Paphlagonia tritiſſimum Tibii fuiſſe nomen, atque ideo ſervis indidem adportatis tributum. Haec *Caſaubono* ratio conſtitit, cur XII. p. 830. B. ubi nomina *Strabo* non pauca recenſet Paphlagonica, quorum uſus itidem frequens fuerit per Cappadociam finitimasque regiones, pro Τίβηρος reponi voluerit Τίβιος· neque multum refragor; niſi parum intereſſe putes, utrum legatur, quia videri poſſunt eadem origine profecta Τίβος, Τίβης, Τίβιος, Τίβηρος. Minimum tamen abeſt, quin lib. IV. p. 298. A. ἐνθένδε οἱ Ὀσίσμιοί εἰσιν, οὓς Τιμίους ὀνομάζει Πυθέας corrigendum cenſeam Τιβίους· poſtquam commemoraverat Belgarum παρωκεανιτῶν, qui Oceanum attingunt, partem Venetos, monet, eos ſibi videri οἰκιστὰς εἶναι τῶν κατὰ τὸν Ἀδρίαν, quorum alii aborigines eſſe Paphlagonas opinentur: διὰ δὲ τὴν ὁμωνυμίαν Παφλάγονας φασὶν αὐτούς· inde ſequuntur in productiore promontorio Oſiſmii, quos ſi Timios appellavit Pytheas, id nullam non tantum auctoritatem habet, ſed nec rationem. ſi Tibios, fateor equidem neminem a me poſſe proferri alium, qui nomen hoc uſurparit: verum tam propinqua Paphlagonum mentio conjecturam ſuggerit haud abſurdam, Pytheam exiſtimaſſe, derivatos ſimul & dictos ut Venetos a Paphlagonibus Venetis, ſic Oliſmios ſeu Tibios a Tibiis. Hoc utcumque ſit, nam aliorum induſtriam provocare potius volui, non certi quicquam conſtituere, peraeque vitiata fuit haec vox in *Theophraſti* Char. Eth. c. IX. p. 44. εὐωχοῦ Τίμιε, judice *Salmaſio* P. E. p. 34. cui praeter *Menagium* acceſſit *Needhamus*: tametſi hoc quidem in loco patrocinium *Caſaubono* parari, & ſatis commode vindicari poſſe lectionem vulgatam arbitror. Hic autem qualiscumque de Tibio diſſenſus ad concordiam redigi poteſt, ſi ſumas plura fuiſſe, quod ſane verum eſt, nomina virorum propria, quae & gentium ſint, olimve fuerint: ſic Σκύθος, Ἕλλην, Λάκων, Ἀττικός, Ἀθηναῖος, ejusque generis non pauca. Pari modo Τίβιος & antiquum populi nomen, quod pedetentim exolevit, & multorum in ea gente proprium. quocirca ſervis, qui ex Phrygia, Paphlagonia proximisque terris petebantur, imponi conſuevit. Hoc & plura reperies Epigr. XVII. eorum, quae *Bachetus* edidit ad *Diophant.* V. Quaeſt. 33. *Syneſ.* Ep. III. τούτου (Harmonii) τὴν θυγατριδῆν ὁ θεῖος Ἡρώδης καὶ θυρωρὸς εἰς Σωσίας τε καὶ Τιβίους ἀπέδοτο, id eſt, ut ego quidem intelligo, *viliſſimo mancipio deſponſam velut vendidit, atque in manus tradidit*: mitto, quae aliis jamdudum obſervata: ſaepe *Noſter*, ut Index oſtendet hujus autem loci plerique, quos ſupra memoravi, meminerunt. Quae vero in uſu quotidiano frequentiſſima fuerunt ſervorum nomina, ad ſcenam eadem ſunt traducta: hinc Davi, Syri, Phryges, Getae, Sacae. *Schol. Ariſtoph.* ad Acharn. v. 242. Εἰσὶ δὲ καὶ ἐν τῇ κωμῳδίᾳ οἰκέται, Ξανθίας, Τίβιος, Σωσίας, Δᾶος, Γέτας. Porro nominibus olim liberi ſervique diſtinguebantur: poſtea diſcrimen illud ſic confuſum eſt, ut iſta nota non amplius poſſent dignoſci. Inſignis eſt *Olympiodori* locus ad Alcib. I. *Platonis* a *Caſaubono* productus ad *Perſ.* V, 116. πάλαι γὰρ καὶ τοῖς ὀνόμασι διεκέκριντο οἱ ἐλεύθεροι τῶν δούλων καὶ ταῖς θριξί. Γέται γὰρ καὶ Δᾶοι καὶ Φρύγες ὠνομάζοντο· νῦν δὲ καὶ ταῦτα συνεχύθησαν. Hinc jam patet, ob quam cauſam *Lucianus* mancipium infame, poſtquam obſequio flagitioſo luculentam haereditatem crevit, repente mutato nomine ſcribat in publicum prodire, & pro Pyrrhia, Dromone vel Tibio ſalutari Megaclem, Megabyzum aut

μωνος, ἢ Τιβίος, Μεγακλῆς, ἢ Μεγάβυζος, ἢ Πρώταρχος μετονομασθείς·

mo, aut, ſi mavis, Tibius vocabatur, deinceps Megacles, Protarchus, aut Megabyzus dicatur: il-

Protarchum, haud ſecus ac Simon ille coriarius in Gallo divitiis auctus Simonidem ſe dici poſtulavit. Diverſas mutandi nominis rationes ex vitae conditione mutata politiſſimus exponit idemque doctiſſimus *Joſ. Mercerus* ad *Ariſtaen.* I. Ep. 14. Ad *Lucianum* optime conveniunt, quae ponit *Theophraſtus* in Maledici deſcriptione p. 110. *Illius*, ſic iſte nequam, in cujuscumque mentionem inciderit, *patri nomen primitus erat Soſias: deinde in caſtris militavit Soſiſtratus:* ἡ μέντοι μήτηρ εὐγενὴς Θρᾷττά ἐστι· τὰς δὲ τοιαύτας ἐν τῇ πατρίδι εὐγενεῖς εἶναι φασίν· haec ego ſaniſſima judico, neque digna, quae, cum Eruditiſſ. *Needhamo*, ullam in partem ſollicitentur: perquam maligne & ἠθικῶς loquitur maledicentiſſimus veterator: id ſervuli ſervaeque conditionis humilitatem ſolantes dictitabant, inter ſuos nobili ſe loco natos eſſe; fortunae ſcilicet invidia factum, ut malam ſervitutem ſerviant: Thraces inprimis: unde notum illud *Menandri* apud *Zenob.* C. II. n. 12. Θρᾷξ εὐγενὴς εἰ πρὸς ἅλας ἠγορασμένος, vel, ut *Apoſtol.* habet C. II. n. 59. ἐωνημένος ſed ex eodem Comico quae leguntur apud *Strabon.* p. 455. C. omnem dubitandi anſam amovent: Πάντες μὲν Θρᾷκες, μάλιστα δ᾽ οἱ Γέται Ἡμεῖς ἁπάντων (καὶ γὰρ αὐτὸς εὔχομαι Ἐκεῖθεν εἶναι τὸ γένος) &c. quae tu Getam aliquem de Comoedia vernilis ingenii crede pronunciaſſe. Hoc illud eſt, quod AEſchini Demoſthenes objecit pro Cor. p. 494. F. quum turpiſſimis ortus parentibus in civium adſcriptus numerum fortuna paulo meliore uteretur, patrem, qui Tromes dictus fuerit, Atrometum vocaſſe; matrem Empuſam, eo ſaltem cognomine notiſſimam, ſatis magnifice Glaucotheam. Inter Chriſtianos idem quoque nec unam ob cauſam factitatum: de haereticis, quando ſcholae ſuae praeficiebantur, colligere licet e *Photio* I. contra Manich. §. 3. 4. De iis, qui martyrium ſubituri nomen vel prophetae, vel ſanctiſſimi cujusdam viri adſciſcebant, *Euſeb.* de Martyr. Palaeſt. p. 429. quae totidem pene verbis ab eo repetuntur ad *Jeſaiae* c. XLIV. p. 527. B. *T.H.*

81. Μεγακλῆς] Studio *Lucianus* ea delegit nomina, quae grande quiddam & ſuperbum ſonarent. Megacles non unus in Alcmaeonidarum gente Athenis nobiliſſima: Comici hominem primarium, qui multum ſplendori generis arroget, aliosque prae ſe faſtidiat, ita vocant, quemadmodum Κοισύραν feminam potentem: *Ariſtoph.* Nub. v. 46. ubi ἐγκεκοισυρωμένην intelligo longa Coeſyrarum ſerie ſuperbam: *Heſychius* e vetuſtis Grammaticis opportune, ſed hoc pacto conſtituendus: Ἐγκεκοισυρωμένη, διὰ Κοισύραν τὴν Μεγακλέους μητέρα τοῦ Ἀλκμαιωνίδου· ἐστὶ δὲ, σεμνυνομένη τῷ γένει. Ἐγκεκορδυλημένη, ἐνειλημένη καὶ ἐγκεκαλυμμένη plura ſine dubio plenius adnotarat, quae nefaria manus, ut alia in eo infinita, truncavit. Protarchus, praeter alios, ex *Platonis* Philebo notus. De Megabyzo Vir Magnus ad *Diogen.* L. II, 51. *Sic vocabantur Epheſiae Dianae ſacerdotes, ut obſervavit Doctiſſ.* Turnebus. *Sed & alios ita ſolitos appellari, conjicio ex hoc* Luciani *loco in Timone*, Ἐκεῖνος μὲν, ὅστις ἂν ᾖ ποτε (*loquitur de ſervo, quem herus inſtituit haeredem*) ἁρπασάμενός με &c. Graecorumne ullus iſto nomine unquam fuerit appellatus, haud equidem ſcio: ſed tum Perſarum multos, eosque nobiliſſimos & hiſtoriae Graecae cognitiſſimos, tum antiſtites Epheſiae Dianae ita fuiſſe dictos, ſatis eſt exploratum. Inter Perſas qui orti memorantur ex illuſtri familia & regibus conjuncta nunc Megabazi, alias Megabyzi parvula variatione ſolent ſcribi: utramque formam habet *Herodotus*; ſecundam ſemper *Cteſias*, in *Photii* ſaltem Excerptis: nam Megabazum ex eo producit *Stephan.* in Κυρταία, quod ne nimis calide mutaret in Megabyzum, retinere debuerat *Berkelium* non ignota ſcripturae diſcordia: vide exactiſſimae Virum doctrinae *C. A. Dukerum* ad *Thucydid.* I, 109. Corruptum arbitror literis trajectis in *Xenoph.* K. Π. VIII. p. 136. v. 25. ubi Cyrus in Arabiam miſit Μεγάζυβον. *Liban.* T. II. p. 490. C. οἱ τοὺς περὶ Μεγάβαζον ἀποκτείναντες ἐν Μακεδονίᾳ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐκφερομένους εἰς ἀφροδίτην ἄδικον ὑπὸ τῆς μέθης· Interpres: *qui Megabaſum interfecerant:* nec cetera nimis recte: ſi ſic reliquit, vix *Libanius* effugere poteſt, quin hiſtoriae violatae ſit reus; non enim ipſe Megabazus eo venerat, tantum abeſt, ut fuerit interfectus, ſed legatos miſerat ad Amyntam Macedonem, teſte *Herodoto* V, 17. cum quo ut illi conveniat, malim ſane leniſſima manu mederi, οἱ παρὰ Μεγαβάζου, *miſſi a Megabazo.* Idem homo *Cteſiae* Megabyzus, ſed *Dinoni*, quod aliquanto longius diſtat, Bagazus apud *Athen.* XIII. p. 609. A. ἡ Βαγάζου γυνὴ, ἥτις ἦν ὁμοπάτριος Ξέρξῃ ἀδελφὴ ὄνομα Ἄνουτις καλλίστη ἦν τῶν ἐν Ἀσίᾳ γυναικῶν καὶ ἀκολαστοτάτη· ſcio Caſaubonum haec eum in modum reformare, ut cum Cteſia conſentiant: verum cur Viro Maximo non plane ſubſcribam, rationes habeo, quas nunc quidem explicare commodum non eſt: ex eo autem mihi probabile fit, Perſicae vocis aſperitatem, ut ſolebant ſaepius, emolliviſſe Graecos, ad ſuaeque linguae ſimilitudinem ac mitiorem ſonum accommodaſſe: quare eos, qui nominis iſtius, tanquam ſi de genuina pronunciatione liquido conſtaret, originem ex hodierno Perſarum ſermone repetere ſatagunt, ſi quis in tenebris micare exiſtimet, ab opinione mea non multum diſſidebit. Porro ad Perſarum Megabyzos quam prope accedant, quidve habuerint commune Dianae Epheſiae ſacerdotes, non facile dixero: eos certe, ſeu ἱερεῖς ſive νεωκόρους, appellatos fuiſſe Μεγαβύζους tam luculentis veterum teſtimoniis eſt firmatum, ut nullus dubitationi relictus ſit locus: diſerte *Strabo* XIV. p. 950. A. Ἱερέας δ᾽ εὐνούχους εἶχον, οὓς ἐκάλουν Μεγαλοβύζους, καὶ ἀλλαχόθεν μετιόντας ἀεί τινας ἀξίους τῆς τοιαύτης προστασίας, καὶ ἦγον ἐν τιμῇ μεγάλῃ· συνιερᾶσθαι δὲ τούτοις ἐχρῆν παρθένους. *Strabonem* in hac cauſa teſtem quis prudens aſpernetur? qui & ipſe, quando Epheſi verſabatur, curioſiſſimus rerum antiquarum indagator potuit ſciſcitari, & *Appianum* habet ſuffragatorem de B. C. V. p. 676. B. καὶ τῶν ἐν Ἐφέσῳ δὲ τῆς Ἀρ-

illos incaſſum hiantes, & inter ſe aſpicientes relinquens, dolore non ficto lugentes, τὺς μάτην κεχηνότας ἐκείνυς εἰς ἀλλήλυς ἀποβλέποντας καταλιπὼν, ἀληθὲς ἄγοντας τὸ πένθος, οἴχ

te Mercuri; quonam abducis? MER. Nos ad Timonem allegavit Jupiter. PAUP. Quid? nunc ad Timonem Plutus mittitur? quem ego peſſime a Luxu habitum cum accepiſſem, his, quos vides, Mercuri, Sapientiæ, & Labori tradens virum fortem & quantivis pretii effeci? Itane vobis idonea Paupertas viſa eſt, in qua ſic illudatis, ut quem unum mihi habebam, eripere poſtuletis, poſtquam ad virtutem probe factus eſt, ut illum Plutus denuo acceptum Contumeliæ & Arrogantiæ tradens, qualis olim fuit, talem eum efficiat, mollem ſcilicet, ignavum & ſtolidum; mihi denique illum reddat, ubi nullius pretii fuerit, & detrito panno haud melior. MER. Jovi ſic viſum eſt, o Paupertas.

τα, χειραγωγῶν. ΕΡ. ἐπὶ τοῦτον τὸν Τίμωνα ἐπέμφθημεν ὑπὸ τοῦ Διός. ΠΕ. νῦν ὁ Πλοῦτος ἐπὶ Τίμωνα, ὁπότε αὐτὸν ἐγὼ κακῶς ἔχοντα ὑπὸ τῆς Τρυφῆς παραλαβοῦσα, τουτοισὶ παραδοῦσα, τῇ Σοφίᾳ καὶ τῷ Πόνῳ, γενναῖον ἄνδρα καὶ πολλοῦ ἄξιον ἀπέδειξα; οὕτως [a] ἄρα εὐκαλαφρόνητος ὑμῖν ἡ Πενία δοκῶ, καὶ εὐαδίκητος, ὥσθ' ὃ μόνον κτῆμα εἶχον, ἀφαιρεῖσθέ με, ἀκριβῶς πρὸς ἀρετὴν ἐξειργασμένον, ἵν' αὖθις ὁ Πλοῦτος παραλαβὼν αὐτὸν Ὕβρει καὶ Τύφῳ ἐγχειρίσας ὅμοιον τῷ πάλαι, μαλθακὸν, καὶ ἀγεννῆ, καὶ ἀνόητον ἀποφήνας, ἀποδῷ πάλιν ἐμοὶ ῥάκος ἤδη γεγενημένον; ΕΡ. ἔδοξε ταῦτα, ὦ Πενία, τῷ Διΐ.

ΠΕ.

a Ἄρα] ἄνδρα. F. nulla diſtinctione poſt ἀπέδειξα poſita. Adſcriptum in hac Ed. ex P. ἄρα.

549. 558. ubi vide *Ez. Spanhemium*: neque mirum eſt, qui praeclariſſimis viris nequaquam parcebant, in eos ſtyli acerbitatem exeruiſſe, qui tot veris criminibus oppugnari poſſent. *Plutarch.* T. II. p. 826. D. τὴν Περικλέους πολιτείαν ἐπαινοῦμεν καὶ τὴν Βίαντος· ψέγομεν δὲ τὴν Ὑπερβόλου καὶ Κλέωνος. Egregie *Dion Chryſ.* p. 282. A. Athenienſis populi quaſi δαίμονας & genios, a quorum arbitrio nutuque pendeant toti, numerat Piſiſtratum ac Themiſtoclem: tum Alcibiadem, Niciam, Cleonem & Hyperbolum, τοὺς μέν τινας ἐπιεικεῖς τυχὸν, τοὺς δὲ πάνυ πονηροὺς καὶ χαλεπούς· p. 541. D. οὐδεὶς πώποτε οὕτως ἐγένετο θρασὺς δημαγωγὸς οὐδὲ Ὑπέρβολος ἐκεῖνος ἢ Κλέων. Cleonem & Cleophontem in hoc genere ſociavit *Demetr.* περὶ Ἑρμ. §. 315. Hyperbolum & Cleophontem *Iſocr.* de Pac. p. 174. B. plures *Himerius* Prop. ad Flavianum apud *Phot.* p. 615. Ἐσυκοφάντει Περικλέα Κλέων· ἔφυγε Νικίας Ὑπέρβολον· Δημάδης δὲ ἔκρινε Δημοσθένην· Κλεοφῶν Ἀλκιβιάδην ἐγράφετο. *T. H.*

15. Ὀρεινὸν] Male Baſil. edit. ult. ὀνειρὸν, ut & quædam aliæ edit. *J. B.*

16. Ἐκεῖνος] Non ignoro, quam vim ſaepe pronomen illud habeat, velut, quod paulo ante protulimus e *Dione*, Ὑπέρβολος ἐκεῖνος· neque tamen non hic malim ἐκείνῳ, ſcilicet Τίμωνι. *T. H.*

23. Περιεχημένον] Adducit *Thom. Magiſt.* in Κατέχημαι. *T. H.*

25. Ἀργειφόντα] Homeric. Patet Dial. Jovis & Merc. poſtea. *J. B.*

33. Εὐαδίκητος] Quem alias Graeci ἐπιτήδειον, Latini *opportunum* & *obnoxium* vocant. Eleganter *Hipparch.* apud *Stob.* p. 573. v. 39. θνατοὶ καὶ σάρκινοι, εὐαδίκητον καὶ φθαρτὸν κεκτημένοι σῶμα. Cum his compone, quae Paupertas de ſe praedicat in *Ariſtoph.* Pl, v. 558. *T. H.*

36. Ἐγχειρίσας] Secuti ſumus emendationem *Tan. Fabri*, cum tamen in omnibus legatur ἐγχειρήσας. *M. du S.*

Ibid. Τῷ πάλαι] *Qui dudum fuit Timon.* *J. Br.*

38. Ῥάκος ἤδη γεγεν.] *Jam laboribus exercitatum atque attritum.* *J. Br.*

Ῥάκος ἤδη γεγενημένον] Male *Brodaeus*: melius *Eraſm.* Ad. in *Pannus lacer*, *hominem faſtiditum & rejectum* exponit. Hic divitiis & voluptatibus corruptum, atque ad nullos amplius uſus idoneum intellige. Receptam vulgo fuiſſe proverbii formulam *Lucianus* indicat Pſeudol. §. 18. ἄχρι δή σε, τὸ τοῦ λόγου, ῥάκος πολυχιδὲς ἐργασάμενος ἐξέωσε· iisdem verbis περὶ τῶν ἐπὶ μισ. §. 39. Hinc ſumſit *Scaliger* in Strom. Proverb. v. 1337. *Antiphilus* I. Anth. LVI. Ep. 3. Μυριετὴς, ἁλίοιο βίου ῥάκος — qui piſcatione corpus ad ultimam ſenectutem contriverat. Proximum eſt *Euripidis* in Autolyco primo de athletis apud Athen. X. p. 413. E. quum aetate florent, incedunt πόλεως ἀγάλματα — ὅταν δὲ προσπέσῃ γῆρας πικρὸν Τρίβωνες ἐκβαλόντες οἴχονται κρόκας. Cadaver *Crinagorae* ῥάκος dicitur in Epigr. quod edidit R. Bentleius ad *Callimach.* p. 470. Similes alias uſurpare veteres ſolent figuras: quale mihi viſum fuit *Ariſtophanis* illud apud *Polluc.* X, 33. Τί μ' ὦ πόνηρ' ἐξώρισας ὡς κλιντήριον· ita ſi legas, jambus erit tolerabilis; ceteroquin ejus loci integritatem non praeſto: *Ariſtophanes* etiam in Equit. v. 529. Cratinum effoetum & prae ſenio paene delirantem lectulo comparat Ἐκπιπτουσῶν τῶν ἠλέκτρων, καὶ τοῦ τόνου οὐκ ἔτ' ἐνόντος &c. Paulo aliter *Seneca*, teſte *Gell.* N. A. XII, 2. *Qui hujuscemodi verſus amant, liqueat tibi, eosdem admirari & Soterici lectos*: viliſſimos puta, nullaque artis admiratione dignos. *Jon* apud *Heſych.* in Σχόον, ὡς παλαιὸν ἄγεις σχάρον· ſic enim emendandum videtur: θέλει δὲ λέγειν, inquit *Heſych.* ὅτι ἄχρηστοί εἰσι, διὰ τὸ γῆρας· ac ſi diceret, *tanquam ſcopas ducis vetuſtate abſumtas.* *Petron.* c. 114. p. 525. *Si quid ingenui ſanguinis habes, non pluris illam facies, quam ſportam.* *T. H.*

ΠΕ. Ἀπέρχομαι· καὶ ὑμεῖς δὲ, ὦ Πόνε, καὶ Σοφία, καὶ οἱ λοιποὶ, ἀκολουθεῖτέ μοι. οὗτος δὲ τάχα εἴσεται, οἵαν με οὖσαν ἀπολείψει, ἀγαθὴν συνεργὸν, καὶ διδάσκαλον τῶν ἀρίστων· ᾗ συνὼν, ὑγιεινὸς μὲν τὸ σῶμα, ἐρρωμένος δὲ τὴν γνώμην διετέλεσεν, ἀνδρὸς βίον ζῶν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπων· τὰ δὲ περιττὰ καὶ πολλὰ ταῦτα, ὥσπερ ἐστὶν, ἀλλότρια ὑπολαμβάνων. ΕΡ. ἀπέρχονται· ἡμεῖς δὲ [a] προσίωμεν αὐτῷ.

ΤΙ. Τίνες ἐστὲ, ὦ κατάρατοι; ἢ τί βουλόμενοι δεῦρο ἥκετε, ἄνδρα ἐργάτην καὶ μισθοφόρον ἐνοχλήσοντες; ἀλλ' οὐ χαίροντες ἄπιτε, μιαροὶ πάντες ὄντες· ἐγὼ γὰρ ὑμᾶς αὐτίκα μάλα βάλλων ταῖς βώλοις, καὶ τοῖς λίθοις, συντρίψω. ΕΡ. μηδαμῶς, ὦ Τίμων, μὴ βάλῃς· οὐ γὰρ ἀνθρώπους ὄντας βαλεῖς. ἀλλ' ἐγὼ μὲν Ἑρμῆς εἰμι, οὗτος δὲ, ὁ Πλοῦτος. ἔπεμψε δὲ ὁ Ζεὺς [b] ἐπακούσας τῶν εὐχῶν· ὥστε ἀγαθῇ τύχῃ δέχου τὸν ὄλβον, ἀποστὰς τῶν πόνων. ΤΙ. καὶ ὑμεῖς οἰμώζεσθε ἤδη,

33. PAUP. Abeo igitur. Voſque adeo Labor, Sapientia, voſque ceteri, qui mecum aderatis, ſequimini. Næ iſte poſterius ſentiet, qualem me reliquerit, optimam nempe operis conſortem, & quæ ipſum ad res præclaras erudierim; me, inquam, quacum degens, tum ſalubri corpore, tum animo vegetus fuit, viri vitam agens, & ſe ſe reſpiciens; cetera autem ſupervacanea exiſtimans, ut re ipſa talia ſunt. MER. Abeunt, o Plute; noſtrum nunc eſt hominem convenire.

34. TIM. Qui eſtis vos, o ſcelera? aut quorſum huc veniſtis? mihine ut moleſti ſitis, homini mercede conducto? Sed non ſine infortunio eſtis hinc abituri, cum peſſimi mortalium ſitis: jam enim vos & glebis, & ſaxis opertos male perdam. MER. Cave faxis, Timon: non enim, quod credis, homines, ſed deos percuſſeris. Videlicet ipſe ego Mercurius ſum, hic vero, Plutus. ad te autem Jupiter, auditis precibus tuis, nos miſit. Itaque adeo, quod tibi fauſtum ſit, felicitatem & opes excipe, laboribus in poſterum valere juſſis. TIM. Vos quoque, etſi, ut prædicatis, dii

a Προσίωμεν] δὲ καὶ προσίωμεν. R. b Ἐπακούσας] ὑπακούσας. Marg. *AiW.*

44. Ἀγαθὸν σύνεργον] Σημειοῦ τὸ ἀγαθὸν σύνεργον πρὸς τὴν πενίαν θηλυκοῦ οὔσαν γένους ἀποδοθὲν αὐτὸ ἀρσενικὸν ὄν. *V.*

42. Οὕτως] Legendum οὗτος. *J. Br.*

43. Ἀπολείψει, ἀγαθὴν σύνεργον] Legendum ἀπολείψῃ, ut jam *Faber* recte monuit. *Hic vero continuo intelliget, qualem me reliquerit, bonam auxiliatricem & rerum praeſtantiſſimarum magiſtram.* Caeterum Scholiaſtes ex MS. in fol. legit hic ἀγαθὸν σύνεργον, idque obſervari jubet, quum Πενία, quae loquitur, ſit femina. Sed mirum ni in malum codicem inciderit Interpres ille, ubi vitio librariorum, ignorantium σύνεργος & διδάσκαλος etiam in genere femineo dici, ἀγαθὸν pro ἀγαθὴν ſcriptum fuerit. *J. J.*

Ἀπολείψει] Si hanc vocem, auctore *Tan. Fabro*, in ἀπολείψῃ mutes, innumera tibi cum Luciani tum aliorum, qui ita ſcripſere, loca erunt mutanda. Sic noſter in *Prometh.* c. 5. ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται. quem locum itidem Cl. *Jenſius*, ut & ſequentem ſollicitavit. Sic in *Dial. Terpſ.* & *Plut.* ſeu N. Δ. VI. μὴ δὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις ἢ προπέμψεις πάντας τοὺς κόλακας. In *Dial. Min. & Soſtr.* ἀλλ' ὅρα εἰ δικαίως κολασθήσομαι. Sic Philoſtratus in *vita Apoll.* IV. p. 146. Vide etiam in *Aſino* c. 4. εἰ μή τις ὑπακούσει αὐτῇ. &c.

11. εἰ δέ μοι καιρὸς ἐπιτρέψει in Δικ. c. 30. εἰ μακρᾷ χρήσομαι τῷ λόγῳ. *M. du S.*

44. Ἀγαθὴν σύνεργον] *Syneſ.* Ep. 100. p. 239. C. φιλοσοφοῦμεν, ὦ 'γαθὲ, τὴν ἐρημίαν ἀγαθὴν ἔχοντες σύνεργον. *T. H.*

47. Αὐτὸν] Leg. αὑτόν. *M. du S.*

55. Τοῖς βώλοις] Qualis gleba Ægyptia: de qua copioſe *Achill. Tat.* in Clitoph. *J. B.*

Τοῖς βώλοις] *Alciphr.* III. Ep. 34. p. 348. de Timone noſtro: ταῖς βώλοις τοὺς παριόντας βάλλει· ibi recte *Berglerus* monuit, hic itidem ταῖς β. potius legendum eſſe, quam τοῖς, quod in omnibus extat *Luciani* Edd. Peritiſſimi Bergleri judicium ſum ſecutus, etſi non ignorem in *Apollonio* legi III, 1392, — οἱ μὲν ὀδὰξ τετρηχότα βῶλον ὀδοῦσι λαζόμενοι πρηνεῖς —. Τοῖς βώλοις *Geſnerus* ediderat in *Ælian.* Ep. XIII. bene Ald. & Gen. ταῖς. *T. H.*

59. Τῶν εὐχῶν] Praefero σῶν εὐχῶν. Hae voculae ſaepius commutatae. *T. H.*

60. Δέχου τὸν ὄλβον] Reſpicit ſolemnem litationis ad populum renuntiationem, de qua *Caſaub.* ad *Theophr. Char.* 59. Adde Ἀλεξ. c. 14. *M. du S.*

63. Αὐ-

dii eſtis; vapulabitis tamen; nam & deos & homines ex æquo odi. Cæcum vero iſtum, quisquis eſt, hoc meo ligone comminuere certum eſt. PLUT. Per Jovem, o Mercuri, abeamus, ne quod malum jumento meo accerſam: plane enim homo inſanire videtur.

καίτοι θεοὶ ὄντες, ὥς φατέ· πάντας γὰρ ἅμα καὶ θεοὺς καὶ ἀνθρώπους μισῶ, τοῦτον δὲ τὸν τυφλόν, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ἐπιτρίψειν μοι δοκῶ τῇ δικέλλῃ. ΠΛ. ἀπίωμεν, ὦ Ἑρμῆ, πρὸς τοῦ Διός, μελαγχολᾷν γὰρ ὁ ἄνθρωπος οὐ μετρίως μοι δοκεῖ, μή τι κακὸν ἀπέλθω προσλαβών.

35. MER. Ne quid inſcite facias, Timon; quin potius agreſte iſthuc & aſperum ingenium mitte, porrectisque manibus fortem Fortunam excipe, ut denuo dives fias, & Athenienſium primus; illosque ingratos deſpicias, tibi uni beatus. TIM. Ne mihi negotium faceſſite. vobis haudquaquam egeo: affatim copiarum in hoc ligone habeo; cetera felix, ſi ad me nemo accedat. MER. Tene adeo inhumane agere, amice?

ΕΡ. Μηδὲν σκαιόν, ὦ Τίμων, ἀλλὰ τὸ πάνυ τοῦτο ἄγριον, καὶ τραχὺ καταβαλών, προτείνας τὼ χεῖρε, λάμβανε τὴν ἀγαθὴν τύχην, καὶ πλούτει πάλιν, καὶ ἴσθι Ἀθηναίων τὰ πρῶτα, καὶ ὑπερόρα τῶν ἀχαρίστων ἐκείνων, μόνος αὐτὸς εὐδαιμονῶν. ΤΙ. οὐδὲν ὑμῶν δέομαι· μὴ ἐνοχλεῖτέ μοι· ἱκανὸς ἐμοὶ πλοῦτος ἡ δίκελλα. τὰ δ' ἄλλα, εὐδαιμονέστατός εἰμι, μηδενός μοι πλησιάζοντος. ΕΡ. οὕτως, ὦ τᾶν, ἀπανθρώπως;

Hæcne Jovi referam tam dura atque aſpera dicta?

Τόνδε φέρω Διῒ μῦθον ἀπηνέα τε, κρατερόν τε;

Καὶ

63. Ἀνθρώπους μισῶ] Inde cognomen μισάνθρωπος c. 44. *Interp. Ariſtoph.* ad Aves & Lyſiſtr. *J.B.*

69. Μηδὲν σκ.] Ποιήσεις ſubauditur. *J.Br.*

70. Τὸ ἄγριον] Τὴν ἀγριότητα. *J.Br.*

72. Ἀ. τὰ πρῶτα] *Princeps, primae claſſis homo.* *J.Br.*

Ἀθηναίων τὰ πρῶτα] Atticis perinde atque Ionibus locutio familiaris: plura notat *Faber* ad *Lucret.* I, 87. *Lucian.* Baln. §. 3. ὁ δὲ μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα· *Euripid.* Hec. v. 794. — πρῶτα τῶν ἐμῶν φίλων *Ariſtoph.* Ran. v. 424. Κἀστὶ τὰ πρῶτα τῆς ἐκεῖ μοχθηρίας. *Liban.* T. II. p. 211. C. Τούτῳ Μένανδρος μὲν ἦν πατήρ, τὰ πρῶτα Κορινθίων· *Herodot.* IX, 77. Ἐν δὲ Πλαταιῇσι ἐν τῷ στρατοπέδῳ τῶν Αἰγινητέων ἦν Λάμπων ὁ Πύθεω, Αἰγινητέων τὰ πρῶτα· nam ſupervacuum illud φέρων, quod Edd. trahunt, optime judicavit *Jac. Gronovius*, auctore Med. Codice, reſecandum eſſe, obſervans φερόμενον in hoc genere loquendi locum habere, non φέροντα· ſic & *Xiphilinus* e *Dione* p. 796. A. *Cornelius Fronto* ὁ τὰ πρῶτα τῶν τότε Ῥωμαίων ἐν δίκαις φερόμενος. Pari modo *Philoſtr.* de V. S. II. c. XXVII. §. 5. *Megiſtias* οὐ τὰ δεύτερα φυσιογνωμονοῦντα νομισθείς. *Olearium* probo itidem §. 1. praeferentem ex Cod. S. μηδὲ δεύτερα (niſi forte praeſtet μὴ τὰ δεύτερα) τῶν προειρημένων σοφιστῶν μηδὲ Ἱππόδρομόν τις ἡγείσθω. In multis eandem loquendi formam ſectantur. *Sophocl.* Philoct. v. 435. Πάτροκλος, ὅς σοι (repono, ὃς σοῦ) πατρὸς ἦν τὰ φίλτατα· ibi *Camerarius* ex *Euripide* profert Herc. Fur. v 1428. Τὰ μέγιστα φίλων ὀλέσαντες, id eſt, Hercule. *Phrynich.* Ecl. D. A. p. 78. οὕτως ἄκρον μέγιστόν ἐστ ὀνομάτων γνῶσις, ὅπου γε δὴ καὶ τὰ ἄκρα τῶν Ἑλλήνων πταίοντα ὁρᾶται· quin ſcripſerit πταίων ὁρᾶται, vix aut omnino non dubito: Polemonem intelligit, de quo Sophiſtarum principe modo fuerat locutus: ſtructurae rationem exempla, quae poſui, ſatis confirmant; ὢν τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα νομισθείς· exquiſitius loquendi genus librarii pro more contaminarunt regulis Grammatices vulgatiſſimis obſecuti: tale erat in Somn. ἐν τοῖς μάλιστα εὐδοκίμοις. Verum obſervari meretur, iſtam dictionis elegantiam multo frequentiſſime de uno homine, aut certis ſaltem & deſignatis uſurpari: τὰ πρῶτα Ἀθηναίων, hic vel ille, cujus mentio fuerit expreſſa: at τὸ πρῶτον τῶν Ἀθηναίων, quicumque ſunt Athenienſium praecipui. Excuſamus *Baſilium* in V. Thecl. p. 54. Thamyris γένει λαμπρύνεται, καὶ πλούτῳ κομᾷ, καὶ τῆς πόλεώς ἐστι τὸ κράτιστον· debuerat potius, καὶ πόλεώς ἐστι τὰ κράτιστα· idem accuratius p. 86. αἱ μὲν γὰρ (γυναῖκες) ἐφήδοντο τοῖς πραττομένοις κατὰ τῆς Θέκλης, ὅσον ἀσελγεῖς καὶ ἀκόλαστοι ἦν· ὅσον μέντοι γε σωφρονοῦν καὶ κόσμιον &c. Diverſum eſt, quando *Sophocl.* in Phil. v. 449. τὰ πανοῦργα καὶ παλιντριβῆ & τὰ δίκαια καὶ τὰ χρηστὰ pro hominibus ponit πανούργοις καὶ παλιντρίβεσι, & δικαίοις καὶ χρηστοῖς. Ex Latinis ſimilia notat *P. Burmann.* ad *Quinctil.* Decl. I. p. 13. hunc ipſum quoque *Luciani* locum proferens. *T.H.*

79. Τόνδε φέρω &c.] *Homer.* Il. O, 202. *J Br.*

Τόνδε φέρω] Tenuit, ut plurimi principis poetarum verſus, quaſi proverbii locum: Soſtratus eo quam opportune fuerit uſus ad Antigonum regem, narrat *Sext. Empir.* adv. Gramm. p. 276. §. 276. *T.H.*

86. Πλει-

Καὶ μὴν εἰκὸς ἦν μισάνθρωπον μὲν εἶναί σε, τοσαῦτα ὑπ' αὐτῶν δεινὰ πεπονθότα, μισόθεον δὲ μηδαμῶς, οὕτως ἐπιμελουμένων σου τῶν θεῶν.

ΤΙ. Ἀλλὰ σοὶ μὲν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τῷ Διῒ πλείστη χάρις τῆς ἐπιμελείας. τουτονὶ δὲ τὸν Πλοῦτον οὐκ ἂν λάβοιμι. ΕΡ. τί δή; ΤΙ. ὅτι καὶ πάλαι μυρίων κακῶν μοι αἴτιος οὗτος κατέστη, κόλαξί τε προδοὺς, καὶ ἐπιβούλους ἐπαγαγὼν, καὶ μῖσος ἐπεγείρας, καὶ ἡδυπαθείᾳ [a] καταφθείρας, καὶ ἐπίφθονον ἀποφήνας. τέλος δὲ, ἄφνω καταλιπὼν οὕτως ἀπίστως καὶ προδοτικῶς. ἡ βελτίστη δὲ Πενία, πόνοις με τοῖς ἀνδρικωτάτοις καταγυμνάσασα, καὶ μετ' ἀληθείας καὶ παῤῥησίας προσομιλοῦσα, τά τε ἀναγκαῖα κάμνοντι παρεῖχε, καὶ τῶν πολλῶν ἐκείνων καταφρονεῖν ἐπαίδευεν, ἐξ αὐτοῦ ἐμοῦ τὰς ἐλπίδας ἀπαρτήσασά μοι τοῦ βίου, καὶ δείξασα ὅστις ἦν ὁ πλοῦτος ὁ ἐμὸς, ὃν οὔτε κόλαξ θωπεύων, οὔτε συκοφάντης φοβῶν,

Non ſane incredibile erat, inviſos eſſe tibi homines, a quibus tot tibi ortæ eſſent injuriæ; deos autem odiſſe, qui tibi optime conſultum velint, haud ſane par fuit.

36. TIM. Tibi quidem, Mercuri, ac Jovi præterea maximam habeo gratiam, quod me haud neglexiſtis. Iſthunc vero Plutum haudquaquam admittam. MER. Quamobrem? TIM. Quia olim infinitorum mihi cauſa malorum fuit, aſſentatoribus me prodens, mihi inſidiatores immittens, odium exſuſcitans, deliciis corrumpens, & livori objiciens; ad poſtremum me repente per ſummam perfidiam, ut proditore dignum erat, deſerens. Contra autem optima Paupertas labore perquam virili me exercens, ac mecum perpetuo agens cum Veracitate, & Libertate dicendi, quæ tempus poſtulavit, ea mihi opus facienti præbuit, & tot illas res deſpicere docuit, efficiens ut omnes ſpes vitæ in memet ſitæ eſſent; oſtendens præterea, quænam divitiæ meæ forent, quas neque eripere poſſet aſſentator palpans, neque ſycophanta autem me terrens, non

a Καταφθείρας] Διαφθείρας J. Marg. AiW.

86. Πλείστη χάρις] Loquendi formula teſtificantis gratum animum, tum quoque, ſi quid oblatum honeſte recuſet: §. 37. Contra, οὐδεμία σοὶ χάρις, *nullam in partem tibi ſum obſtrictus*: quod impudenti tribuit *Theophraſt*. Char. Eth. p. 46. qui, quum laviſſet, mercedis vice balneatorem hoc dicto remunerabatur: eo in loco κἀκεῖ ſi vertas, *& ibi*, *& tum porro*, poteſtate illa, quam nec Latini refugiunt, nihil eſt, cur quicquam aliud deſideres. Atticae venuſtatis eſt, quod *Ariſtoph*. habet in Lyſiſtr. v. 865. 869. οὐδεμίαν ἔχω γε τῷ βίῳ χάριν· τοῖς δὲ σιτίοις Χάριν οὐδεμίαν οἶδ' ἐσθίων· *vitam cibosque nihil amplius moror: nihil in his eſt, quod me poſſit oblectare*. *Lyſ*. in Andocid. p. 105. v. 34. καίτοι τίς χάρις τῷ βίῳ &c. *T. H.*

92. Οὕτως] Erunt forte, qui hac ſint lectione contenti. Mihi multo magis placet: ἄφνω καταλιπὼν οὗτος ἀπίστως· ubi magna cum invidia repeti videtur illud οὗτος. Alia res eſt §. 38. οὕτως ἀτίμως. *T. H.*

1. Ὃν οὔτε κόλαξ θωπεύων] Similes ſententiae a multis congeſtae ad *Matth*. Euang. VI, 20. Ceterum egregius eſt *Teletis* locus apud *Stob*. p. 69. ubi cauſam ſuam Paupertas agit adverſus ingratos, docens quanatorum eos bonorum compotes faciat. *T. H.*

Ibid. Θωπεύων] Κολακεύων, ἀπατῶν, *Interp. Ariſtoph*. Acharn. *Heſych*. *J. B.*

12. Ἡβηδὸν] *Ne puberibus quidem exceptis*. *J. Br.*

Ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιῆσαι] Omnes Interpretes ad Jovem haec pertinere ſibi perſuaſerunt; ac ſi diceret Timon; Plutum ſuum ſibi Jupiter habeat: hac re ſola mihi poterat gratificari, ſi homines univerſos infortunio mactaret. ac tum ſane liquidior oratio procederet ita conſtituta: ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν, ἢν π. ἁ. ἡ. οἰμ. ποιῆσαι, vel, ποιήσεις, vel ποιήσῃ. Id quidem non plane repudiandum videtur: neſcio tamen, an ſatius fuerit ad ipſum Timonem referre, hoc ſenſu: Ego hac in ſolitudine averſus a conſpectu malorum, quae noſtra fert aetas, paupertate mea, cui iſte ligo ſufficiet, contentus vivam: at tu, Mercuri, cum illo Pluto, quocum mihi nihil eſſe commune volo, hinc te quam primum aufer ad Jovem: mihi ad animum explendum hoc unicum fuerit ſatis, ſi cunctos mortales plorare non quidem juſſero, ſed re vera fecero. Formula ſolennis & nota, μακρὰ κλαίειν, οἰμώζειν σοὶ λέγω, σὲ κελεύω· id parum erat Timoni pro odio, quo ferebatur in humanum genus, acerbiſſimo, niſi peſſimos ad lacrimas ejulatusque compelleret, ac peſſimis modis mulcaret: ideo ποιῆσαι, non κελεῦσαι vel λέξαι. Convenit ad hanc mentem reſponſio Mercurii, quam ſic capio: Hoc tu ne feceris, o bone: neque enim omnes ad gemitum ſunt facti: quin tu mitte potius iracundum iſtud & juveniliter ridiculum, ac Plutum recipe. Heracliti dictum ſine dubio rejiceret, qui

non populus exaſperatus; non quilibet in concione ſuffragium ferens, non denique tyrannus inſidias ſtruens.

37. Aucto itaque per laborem robore, agrum hunc induſtrie colens, nihil videns malorum eorum, quæ tot in urbe occurrunt, ſufficientem ac perennem victum hujus ligonis ope mihi paro. Quare iter tuum relegens abito, Mercuri, Plutum ad Jovem abducens: mihi autem ſat erit, ſi omnes omnino homines ejulare coëgerit. MER. Cave iſthuc dicas, o bone. neque enim omnes ad ejulandum recte comparati ſunt. Sed iſtam tuam iracundiam, & inconſulti adoleſcentis impetum mittas, Timon, ac Plutum recipe. Quæ a Jove mittuntur dona, ea neutiquam aſpernanda ſunt. PLUT. Quid, Timon, utrum vis me cauſam adverſus te agere? an tibi moleſtum eſt loqui me? TIM. Dic, ſine, modo ne longam orationem & prolixis procemiis gravem habeas, quod facere perditiſſimi iſti rhetores ſolent. Id enim Mercurio, qui hic adeſt, a me tribuatur, tibi ut pauca dicenti aures præbeam.

οὐ δῆμος παροξυνθεὶς, οὐκ ἐκκλησιαστὴς ψηφοφορήσας, οὐ τύραννος ἐπιβουλεύσας ἀφελέσθαι δύναιτ' ἄν.

Ἐῤῥωμένος τοιγαροῦν ὑπὸ τῶν πόνων, τουτονὶ τὸν ἀγρὸν φιλοπόνως ἐπεργαζόμενος, οὐδὲν ὁρῶν τῶν ἐν ἄστει κακῶν, ἱκανὰ καὶ διαρκῆ ἔχω τὰ ἄλφιτα παρὰ τῆς δικέλλης. ὥστε παλίνδρομος ἄπιθι, ὦ Ἑρμῆ, τὸν Πλοῦτον ἀπαγαγὼν τῷ Διΐ. ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν ἦν πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιῆσαι. ΕΡ. μηδαμῶς, ὦ 'γαθέ· οὐ γὰρ πάντες εἰσὶν ἐπιτήδειοι πρὸς οἰμωγήν· ἀλλ' ἔα τὰ ὀργίλα ταῦτα, καὶ μειρακιώδη, καὶ τὸν Πλοῦτον παράλαβε. οὔτοι ἀπόβλητά εἰσι τὰ δῶρα τὰ παρὰ τοῦ Διός. ΠΛΟΥ. βούλει, ὦ Τίμων, δικαιολογήσομαι πρὸς σέ; ἢ χαλεπαίνεις μοι λέγοντι; ΤΙ. λέγε, μὴ [b] μακρὰ μέντοι, μηδὲ μετὰ προοιμίων, ὥσπερ οἱ ἐπίτριπτοι ῥήτορες· ἀνέξομαι γάρ σε ὀλίγα λέγοντα, διὰ τὸν [c] Ἑρμῆν τουτονί.

ΠΛΟΥ.

b Μακρὰ] Ita ſola *F.* ceterae μακρὰν. Notatum quoque in Marg. *AiW.* *c* Ἑρμῆν] Excepta *P.* omnes Ἑρμῆ.

22. Ἀνέξομαι γάρ σε] Σκόπει, πῶς ἐνήλλαξε τὴν σύνταξιν, οὐκ ἐς τὸ ἀνέξομαι ἀποδοὺς τὴν πτῶσιν, ἀλλ' αἰτιατικὴν * ἐπενέγκας, οἷον ὀλίγα λέγοντά σε. Ἴσως δὲ τὸ ἀνέξομαι ἀντὶ τοῦ † εἰσδέξομαι ἢ παραχωρήσω προσελήφθη. *V.*

* Ἐπενέγκας] Ita ſcripſi pro ἀπενέγκας. Inepti hominis obſervatio, cui tanquam uſitatius obverſabatur ἀνέχεσθαι genitivo junctum: quid enim aliud ſibi velit ἐνήλλαξε τὴν σύνταξιν exputare nequeo. *T.H.*

† Εἰσδέξομαι] *M. du Soul* repoſuit προσδέξομαι, & pro παραχωρῆσαι prioris editionis παραχωρήσω· poſterius etiam vidit *M. Sladus*: prius an Codici debeatur, ignoro. *T.H.*

qui Epheſios, quum Hermodorum, civem omnium excellentiſſimum, urbe expuliſſent, ἐκέλευσεν ἡβηδὸν ἀπάγξασθαι. B. Πρ. §. 14. ἐγὼ δὲ κέλομαι πᾶσιν ἡβηδὸν οἰμώζειν ibi vide plura. Vel ſic tamen in *Luciano* praetulero: ἐμοὶ δὲ τοῦτο ἱκανὸν, ἢν πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν οἰμώζειν ποιήσω. Vera ſunt, quae de voce ἡβηδὸν notat *Tan. Faber*: *Barlaeus* ad hunc locum pene dixeram prorſus nugatur. Vid. *L. Bos* Anim. c. VI. *T.H.*

16. Οὔτοι ἀποβλ.] *Homer.* Il. Γ, 65. *J.Br.*

Οὔτοι ἀπόβλητά εἰσι] Ex hoc *Homeri* Il. 3. verſu,

Οὐ γὰρ ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

* *Heliod.* lib. 5. *Apul.* Apol. 1. *Caſaub.* ad *Athen.* c. 25. lib. 1. *J.B.*

18. Δικαιολογήσωμαι] Unde apud Græcos τὰ δίκαια. *Demoſth.* initio περὶ στεφάνου. Vertit *Terentius* in Eun. *juſta*, quod Interpp. neque Donatus notarunt. *Anonym.*

Δικαιολογήσομαι] Scribe δικαιολογήσωμαι· nam ἵνα intelligitur. *T.H.*

20. Μακρὰν] Ῥῆσιν ſubaudio, ut & in μακρὰ, ῥήματα. *J.Br.*

Μακρὰ . .] Ex more & lege Judiciorum, in quibus reo plus aquæ quam Actori concedebatur, quem hic tangit. *Anonym.*

Μακρὰν] Reſtitui μακρὰ, quod in Ed. *Fl.* ſola, a qua reliquae omnes male diſceſſerunt: ita mox §. 38 μακρὰ εἰπεῖν. *T.H*

ΠΛΟΥ. Ἐχρῆν μέντοι ἴσως καὶ μακρὰ εἰπεῖν, οὕτω πολλὰ ὑπὸ σοῦ κατηγορηθέντα· ὅμως δὲ ὅρα εἴ τι σε, ὡς φής, ἠδίκηκα· ὃς τῶν μὲν ἡδίστων ἁπάντων αἴτιός σοι κατέστην, τιμῆς, καὶ προεδρίας, καὶ στεφάνων, καὶ τῆς ἄλλης τρυφῆς· περίβλεπτος δέ τοι καὶ ἀοίδιμος δι' ἐμὲ ἦσθα, καὶ περισπούδαστος· εἰ δέ τι χαλεπὸν ἐκ τῶν κολάκων πέπονθας, ἀναίτιος ἐγώ σοι· μᾶλλον δὲ αὐτὸς ἠδίκημαι τοῦτο ὑπὸ σοῦ, διότι με οὕτως ἀτίμως ὑπέβαλλες ἀνδράσι καταράτοις, ἐπαινοῦσι, καὶ καταγοητεύουσι, καὶ πάντα τρόπον ἐπιβουλεύουσί μοι· καὶ τόγε τελευταῖον ἔφησθα, ὡς προδέδωκά σε· τοὐναντίον δὲ αὐτὸς ἐγκαλέσαιμί σοι πάντα τρόπον ἀπελαθεὶς ὑπὸ σοῦ, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν [a] ἐξωσθεὶς τῆς οἰκίας· τοιγαροῦν ἀντὶ μαλακῆς χλαμύδος, ταύτην τὴν διφθέραν ἡ τιμιωτάτη σοι Πενία περιτέθεικεν. ὥστε μάρτυς ὁ Ἑρμῆς οὑτοσί, πῶς ἱκέτευον τὸν Δία [b] μηκέθ' ἥκειν παρὰ σέ, οὕτω δυσμενῶς μοι προσενηνεγμένον.

ΕΡ. Ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς, ὦ Πλοῦτε, οἷος

38. PLUT. Conſentaneum quidem erat prolixa oratione uti me, quem tam graviter accuſaſti; tamen diſpice an te, quod ais, injuria affecerim, qui tibi ſuaviſſimarum quarumque rerum, honoris ſcilicet, præſidentiæ, coronarum, aliarumque voluptatum cauſa fui. Propter me ſpectabilis eras, & ab omnibus celebratus ac cultus; ſi quid autem, quod nolis, ab aſſentatoribus tibi accidit, in me non hæret culpa, imo magna mihi abs te facta injuria eſt, quem adeo contumelioſe ſceleratorum illorum libidini ſubjeceris, laudantium, aſſentantium, omni arte inſidiantium. Quin etiam poſt omnia dixiſti proditum te a me fuiſſe: ſed cum a te ex ædibus excuſſus ſim, & capite protruſus foras, quanto te verius proditionis accuſare poſſum? quare pro molli chlamyde rhenonem tibi induit veneranda iſta Paupertas; itaque hic Mercurius teſtabitur, quam enixe Jovem obſecraverim, ne ad te denuo mitterer, qui tantum in me odium exeruiſſes.

39. MER. At nunc vides, Plute, qualis ſit:

a Ἐξωσθεὶς] ἐξωθεὶς F. b Μηκέθ'] Sic R. L. *J.* Marg. *AIW.* reliquae μήθ'.

35. Ἐπιβουλεύουσι μοί] *Fabrum*, qui σοὶ legendum arbitratur, juvat Timon §. 36. conqueſtus Plutum, infinitorum ſibi malorum cauſam καὶ ἐπιβούλους ἐπαγαγεῖν· cur tamen hic quicquam mutandum ſit, ratio iſta non eſt ſatis gravis: hic Plutus injurias ſibi factas expoſtulat, ſe ſcilicet objectum eſſe, quaſi nullius pretii, peſtibus illis, qui, dum Timonem adulatoriis laudibus inebriabant, ſibi omni modo inſidiarentur. *T.H.*

40. Μαλακῆς χλαμύδος] Parum abeſt, quin melius legi putem χλανίδος. Χλανὶς delicatulorum indumentum opportunius tum junctum habet μαλακῆ, tum τὴν διφθέραν oppoſitam: ita χλανὶς & τρίβων *Teleti* apud *Stob.* p. 523. Nihil eſt in ſcriptis Codicibus frequentius, quam ut harum vocum altera locum alterius invadat; qua de re plura dicemus ad Amores. *T.H.*

43. Μηκέθ'] Ed. *J.* & Mſſ. R. G. & L. Reliquæ Edd. μηθ', quod ut minus venuſtum exulare juſſimus. *M. du S.*

56. Ὑπόστηθι] *Thom. Mag.* in Ὑφίσταμαι, ἀντὶ τοῦ ὑπομένω, λογογράφοι· Λουκιανὸς ἐν Τίμωνι· ὑπόστηθι, ὦ Τίμων, δι' ἐμέ. Ceterum in hac ſententia *L. Bos* Ell. Gr. p. 247. ſtatuit vulgarem illam omiſſionem τοῦ ὅρα vel σκόπει ante particulam ὅπως, caſtigatoque interprete ſic vertit: *Suſtine & fac, ut adulatores illi dirumpantur prae invidia.* Mihi ſecus videtur: ſenſus eſt, niſi valde fallor, talis: *Quin tu ſuſcipe curas iſtas, tantumque onus imponi tibi patere, Timon, tum mei cauſa, tum, quanquam durum ſit, atque impetibile, hominem ab optima Paupertate jam ad unguem factum denuo divitiis obrui, ut adulatores iſti invidia rumpantur.* Si forte auctoritati ſuae minus tribueret Timon, telum ſecundae rationis adhibet certiſſimum Mercurius ad eum, qui tam male volebat hominibus, permovendum: quod enim ſpectaculum Timoni gratius, quam ſi adulatores peſſime de ſe meritos rebus ſuis opimis non macreſcere videat, ſed dirumpi? Nihil ergo in hac oratione, quod ſupplementi alicujus indigeat, modo ὑπόστηθι repetitum jungas cum ὅπως οἱ κόλακες &c. Verum interſeri debet καὶ καί, οὐ γὰρ χαλεπὸν τοῦτο &c. *T.H.*

57. Οὐκ οἰστόν] *Ferendum non eſt.* *J. Br.*

58. Διαῤῥαγῶσι] *Eunap.* AEdes. p. 37 οἱ δὲ παραδυναστεύοντες ῥηγνύμενοι τῷ φθόνῳ. *Luciani* verba protulit *Iſ. Herald.* ad *Martial.* IX. Ep. 99. Saepe etiam indignationem & dolorem, quem quis ex rebus ingratis apud animum concipit, ſignificat: *Ariſtoph.* Equ. v. 339. ubi *Kuſter. Ariſtides* de Momo T. III. p. 6-9. B. qui nihil in Venere culpandum inveniebat: ὁ δὲ Μῶμος διεῤῥήγνυτο οὐκ ἔχων ὅτι αἰτιάσεται. Hoc quoque La-

ſit: itaque cum eo jam audacter facito, ut conſueſcas. Tu quidem, Timon, terram fodito, quod facis; at tu, Plute, Theſaurum ſub ejus ligonem adductum facito; tibi enim inclamanti auſcultabit. TIM. Parere neceſſe eſt, Mercuri, & de integro diteſcendum. Cum enim dii ipſi vim adhibeant, quid, quæſo, fiat? Tamen illud vide, in quæ me conjecturus ſis incommoda, qui vita uſque adhuc feliciter exacta, repente tantam auri vim accepturus ſum, & me tot curis impliciturus, cum nihil mali fecerim.

ἤδη γεγένηται; ὥστε θαῤῥῶν ξυνδιάτριβε αὐτῷ· καὶ σὺ μὲν σκάπτε ὡς ἔχεις· σὺ δὲ τὸν Θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ· ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντί σοι. ΤΙ. Πειστέον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ αὖθις πλουτητέον. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις ὁπόταν οἱ θεοὶ βιάζωνται; πλὴν ὅρα γε εἰς οἷά με πράγματα ἐμβαλεῖς τὸν κακοδαίμονα, ὃς ἄχρι νῦν εὐδαιμονέστατα διάγων, χρυσὸν ἄφνω τοσοῦτον λήψομαι οὐδὲν ἀδικήσας, καὶ τοσαύτας φροντίδας ἀναδέξομαι.

40. MER. Perfer atque obdura, Timon, mea cauſa, etiamſi iſthuc moleſtum eſt, & ægre tolerandum; perfer, inquam, ſaltem ut invidia diſrumpantur aſſentatores. Ego autem in cælum, ubi ſupra Ætnæ cacumen aſcendero, denuo volabo. PLUT. Abiit quidem Mercurius, ut videtur: id enim ex alarum remigatione conjicere eſt. Tu vero, Timon, iſthic maneto; hinc enim ubi abiero Theſaurum ad te mittam; imo autem ligone impacto terram feri. Heus, heus, tibi dico, auri Theſaure, huic Timoni auſculta, teque illi tollendum e terra objice. Heus, Timon, ſtrenue fo-

ΕΡ. Ὑπόστηθι, ὦ Τίμων, δι' ἐμὲ, καὶ εἰ χαλεπὸν τοῦτο, καὶ οὐκ οἰστόν ἐστιν, ὅπως οἱ κόλακες ἐκεῖνοι διαῤῥαγῶσιν ὑπὸ τοῦ φθόνου· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τὴν Αἴτνην ἐς τὸν οὐρανὸν ἀναπτήσομαι. ΠΛΟΥ. Ὁ μὲν ἀπελήλυθεν, ὡς δοκεῖ· τεκμαίρομαι γὰρ τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν· σὺ δὲ αὐτοῦ περίμενε· ἀναπέμψω γάρ σοι τὸν Θησαυρὸν ἀπελθών· μᾶλλον δὲ παῖε· σέ φημι Θησαυρὲ χρυσοῦ, ὑπάκουσον Τίμωνι τουτῳῒ, καὶ παράσχε σεαυτὸν ἀνελέσθαι. σκάπτε, ὦ Τίμων,

Latinis uſitatum: *Cicero* ad Quint. Fratr. III. Ep. 9. *ut his malis reip. licentiaque audacium, qua ante rumpebar, nunc ne movear quidem.* *T.H.*

61. Τῇ εἰρεσίᾳ] *Virgil.* AEn. VI, 19. alarum remigium etiam vocat. *J.B.*

Τῇ εἰρεσίᾳ τῶν πτερῶν] E veteribus hujusmodi multa collegerunt *J. Meurſ.* ad *Lycophr.* v. 25. quaedam tamen inconſulte ſcribens, *Nic. Heinſ.* ad *Ovid.* A. A. II, 45. *Arn. Drakenborch.* ad *Sil. Italic.* XII, 98. *T.H.*

66. Σκάπτε, ὦ Τίμων βαθ. κ. ἐγὼ δὲ ὑμ. ὑποσ.] Verba ultima nec Interpres, nec quisquam, qui ad ea quid commentatus eſt, immo ne *Thomas Magiſter* quidem intellexit. Sciendum eſt, Plutum adſumere hic perſonam theſauri ſui, atque adeo dicere, *Fode, mi Timon, alte penetrans*, vel *impingens*; *ego vero vobis ſuppoſitus ero*, hoc eſt, *ego a Vobis effodiar*. Non aliter haec intelligenda eſſe, patet ex praecedentibus §. 39. ubi Mercurius ad Timonem, Καὶ σὺ μὲν σκάπτε ὡς ἔχεις· ad Plutum autem; σὺ δὲ τὸν θησαυρὸν ὑπάγαγε τῇ δικέλλῃ· ὑπακούσεται γὰρ ἐμβοήσαντί σοι. hoc eſt, ubi te Theſaure, tetigerit Timon ſuo ligone, tuque ...ctus inclamaris, parcet tibi. Quae notanda in primis ſunt; quippe ubi clariſſime patet, Plut... cum theſauro ſuo ab Mercurio confundi, quo...dem in loco, quo de agimus, fieri, certiſſimum ...it. Et quis, quaeſo, alius Plutus quam theſaur... Ecce, fodit Timon, & continuo theſaurum ipſum, ſive Plutum ligone pertingens, exclamat, ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ φίλοι Κορύβαντες, καὶ Ἑρμῆ κερδῷε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; Patet ergo ſatis evidenter, ſuperiora Pluti verba [ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι] non ſignificare *ego vero a vobis diſcedam*, quemadmodum vertunt & intelligunt omnes; ſed, *ego vero vobis ſuppoſitus ero*, ſive, ut ita dicam; *ſubſtabo*. Neque vero usquam in toto hoc dialogo Plutus, ubi Timoni reconciliatus eſt, memoratur vel abiiſſe, vel abitum adornaſſe; quum non ut abiret, ſed ut de integro copiam ſui Timoni faceret, fingatur veniſſe. Fruſtra ergo *Fabr* (praeter jejunam admodum, quam movet τῷ ὑμῖ., controverſiam) tentat ἀποστήσομαι, ubi, licet ...itum Pluti ſignificaret hic locus, tamen ex *Th.* ...*agiſtro* potuiſſet diſcere, ipſum ita, uti hodie & quidem recte, habemus, *Lucianum* in hoc ...o legiſſe; quamquam ipſe *Thomas* Noſtrum non ſatis percepit, ac *Barlaeum* in errorem induxit. Ait autem *Thomas*, Ὑφίσταμαι ἐπὶ ἀντὶ τοῦ, κρυφίως ἵσταμαι. Λουκιανὸς ἐν Φιλοψευδεῖ· Ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς. καὶ ἀντὶ τοῦ, ὑποχωρῶ. ὁ αὐτὸς ἐν Τίμωνι· Ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. Male, ut probavimus, haec *Thomas* in ultimis; immo jam ipſe aliquo modo veram, quae hic poſcitur, τοῦ ὑφίσταμαι dedit ſignificationem; nempe κρυφίως ἵσταμαι. Sed longe planius in ſequentibus, Ὑφίσταμαι καὶ τὸ, ὑποκάτω τινὸς ἵσταμαι. καὶ Ὑφίστημι, τὸ, Ὑποβάλλω.

μων, βαθείας καταφέρων· ἐγὼ δὲ [a] ὑμῖν ὑποστήσομαι.

ΤΙ. Ἄγε δὴ, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίῤῥωσον σεαυτὴν, καὶ μὴ κάμῃς ἐκ τοῦ βάθους τὸν Θησαυρὸν ἐς τοὐμφανὲς προκαλουμένη. ὦ Ζεῦ τεράστιε, καὶ Φίλοι Κορύβαντες, καὶ Ἑρμῆ κερδῷε, πόθεν χρυσίον τοσοῦτον; ἦ που

dito, ligonem altius impingens. at ego nunc abſcedo.

41. TIM. Age, o ligo, mihi nunc validior fias, neque porro defatigere, dum Theſaurum ex terræ penetralibus in lucem eruis. O Jupiter prodigialis, & propitii Corybantes, & Mercuri lucri præſes, unde mihi tantum auri? hoccine ſo-

a Ὑμῖν] ἡμῖν ἀπος. *J.* ὑμῖν ἀπος. P. L. Marg. *AiW.*

68. Ὑποστήσομαι] Ἀποστήσομαι. G.

72. Φίλοι Κορύβαντες] Οὐ μάτην τοὺς Κορύβαντας ἐπὶ τῇ ἐκπλήξει ἐμβοᾶται, ἀλλ' ὡς ἐπὶ παραδόξῳ καὶ μανιώδει ὄντι * τῷ συγκυρήματι. *V.*

* Τῷ συγκρίματι] *V.* συγκυρήματι. *C.* τῶν συγκυρημάτων. *M. du S.*

Heſych. Συγκύρημα, συντύχημα. Suſpectum μανιῶδει· an σπανίῳ τινι ἐλθόντι τῷ σ. quanquam reſpicere potuit ad Corybantas, qui furorem immittere credebantur. *T.H.*

λῳ τι. quae omnia noſtrae expoſitioni hujus Lucianei loci ſunt convenientiſſima. *J.J.*

67. Βαθείας] Πληγάς. *J. Br.*

Βαθείας κατ.] Intelligendum πληγάς. *infer ictus profundos*, ligone alte in terram demiſſo. Sic §. 53. κατοίσω καὶ τρίτην, *impingam tertium ictum.* *J.C.*

Βαθείας καταφέρων] Intelligunt πληγάς· ego γῆς· mox ἐκ τοῦ βάθους· utrum maluerit, non patefecit *Budaeus* C. L. G. p. 412. tria Timonis loca proferens, ubi καταφέρειν valeat, *allidere, incutere, adigere.* In Somn. §. 3. σκληρότερον καταινεγκόντος τῆς ἀπειρίας, ſcilicet τὴν ἐγκοπέα· in Prometh. §. 2. *AElian.* de Anim. XI, 32. εἶτα τὴν σμινύην καταφέρων διέκοψε &c. *Achill. Tat.* I. p. 15. καὶ ἀνατείνουσα τὴν ἅρπην καταφέρει τὸ ξίφος· prorſus eodem modo atque hic τὴν δίκελλαν καταφέρειν βαθείας τῆς γῆς, *ligonem adigere in profundam terram.* *T.H.*

Ibid. Ὑμῖν ὑπος.] Alii Codices ἀποστήσομαι. *J. Br.*

Ἡμῖν ἀποστήσομαι] Lectio genuina hæc, quam ſola tamen habet Ed. *J.* in reliquis enim impreſſis, & ipſis Coll. legitur ὑμῖν ὑποστήσομαι, (niſi quod P. & L. agnoſcunt ἀποστήσομαι.) duplici mendo, uti acute viderat *Tan. Faber* quamvis ὑμῖν quidem ferri aliquomodo poſſet: Helleniſmus enim eſt frequens apud Græcos & Latinos. *Terent.* Phorm. *Qui mihi ubi ad uxores ventum eſt, tum fiunt ſenes*; quod & annotatum eſt. In P. vero & L. ὑ—ἀ— Cl. *Jenſii* commenta ad hunc locum adeant quibus ſubtiliora placent. *Chryſoſtom. ad Pop. Ant.* 348, 2. εἰ δὲ καὶ ὀλιγωρῶς ἀπηλλάγημεν, ἀλλὰ τῷ θανάτῳ πάντας ἀποστησόμεθα. ut recte Eton. Ed. quanquam in aliis quibusdam mendoſe ſcribatur ὑπ—. De ἡμῖν, unum hunc *Livii* locum adducam, l. XXII. c. 60. *Hæc VOBIS ipſorum militia fuit.* V. Νιγρ. c. 5. & Θυσ. c. 6. *M. du S.*

Ὑποστήσομαι] Omnium Edd. excepta Junt. lectionem tuetur *Thom. Mag.* in Ὑφίσταμαι, ἀντὶ τοῦ ὑποχωρῶ. ὁ αὐτὸς ἐν Τίμωνι, ἐγὼ δὲ ὑμῖν ὑποστήσομαι. De verbi poteſtate conſentiunt *Suidas*, Ὑποστήτω ἀντὶ τοῦ ὑποχωρησάτω, &, paulo tamen aliter, *Heſychius*, εἰξάτω, παραχωρησάτω. Perquam rara ſunt, quae huc conveniant, exempla: multo tritius ὑπεκστήσομαι ut in *Achill. Tat.* VI. p. 375. Νῦν μὲν αὐτὴν θεράπευσον· ὁρᾷς γὰρ ὡς ἔχει λύπης· ἐγὼ ὑπεκστήσομαι, καὶ μάλα ἄκων, ὡς μὴ ὀχληρὸς εἴην. quod ipſum ſi legeretur hoc in loco (utriusque vocis minimum eſt diſcrimen) nemo mutatum cuperet. Verum quoniam & Codd. quidam ἀποστήσομαι praeferunt, & cum ea lectione acutiſſimi *Fabri* conjectura conſpirat, nihil aliud ultra quaerendum cenſeo: *Euripid.* Hec. v. 1054. Ἀλλ' ἐκποδὼν ἄπειμι, κἀποστήσομαι Θυμῷ ῥέοντι Θρηκὶ δυσμαχωτάτῳ. quod plane congruit. *Plato* Euthyd. ἀφίσταμαι· ἀμάχω τὼ ἄνδρε. Quod ὑμῖν tentaverit *Faber*, non probo: ὑμῖν, tibi Timoni & Theſauro, qui perſonam in hac ſcena gerit. Quod *J. Jenſius* arbitratur, ſic exponenda eſſe haec verba, *Ego vero vobis ſuppoſitus ero*, aut, *ſubſtabo*, ignoſcat, ſi dixero, id mihi quidem videri parum conveniens: is enim ipſe locus, unde ſibi praeſidium petit Vir Doctiſſimus, aliter eſt capiendus. Ibi Plutus neutiquam cum Theſauro ſuo confunditur, aut ejus perſonam adſumit, ſed contra a Mercurio admonetur, ut ad ligonem Timonis fodientis ex intimis terrae viſceribus theſaurum protractum ſubmittat & adducat, quippe inclamanti Pluto obtemperaturum. Haec, uti decebat, ad amuſſim quadrant cum iis, quae *Lucianus* explicuit §. 29. 30. ibi ſollicitudinem Mercurii, quod Theſaurum ſibi comitem non adſciviſſent, ita ſedat Plutus, ut nihil in ea re periculi eſſe confirmet, ſiquidem ipſum in terra relictum intus juſſerit manere, nec cuiquam aperire, niſi ſe audiverit evocantem. Olim in mentem mihi venerat: Ἐγὼ δὲ τοῦτον ὑποστήσομαι, *ego vero hunc Theſaurum tibi ſub ligone conſtituam*, vel, *ſponſorem pro me dabo*: quod nunc damno: nam & ſcribendum foret ὑποστήσω, & locus *Heſychii* longe diverſum habet ſenſum: ὑποστῆσαι enim is dicitur, qui pro ſe alium, ut ch..., ſive quod ipſe velit interea latere, ſive quamcunque ob cauſam, vicarium ſubſtituit. *T.H.*

71. Ὦ Ζεῦ τεράστιε] Prodigialis Jupiter invocabatur, ut prodigia bene verterent iis, quibus obveniebant: erat autem prodigium ictu ligonis theſaurum effodere. *J.C.*

72. Φί-

ſomnium ſit an non? male metuo, ne expergefactus in theſauro carbones, quod ajunt, reperiam. at nil profecto tale eſt; nam aurum ſignatum video, ſubrubeſcens, ponderoſum, & aſpectu quam gratiſſimum.

Aurum, ſuave munus es mortalibus.
Namque ignis inſtar eximie micas, - Et noctu

ὄναρ ταῦτά ἐστι; δέδια γοῦν μὴ ἄνθρακας εὕρω, ἀνεγρόμενος· ἀλλὰ μὴν χρυσίον ἐστὶν ἐπίσημον, ὑπέρυθρον, βαρὺ, καὶ τὴν πρόσοψιν ὑπερήδιστον.

Ὦ χρυσὲ, δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς!
Αἰθόμενον γὰρ πῦρ ἅτε διαπρέπεις, καὶ νύκτωρ,
καὶ

76. Ἐπίσημον] Κεχαραγμένον. G.

72. Φίλοι Κορύβαντες] Eſtote mihi faventes, o Corybantes. Videbatur Timon ſibi κορυβαντιᾷν, hoc eſt, *furere*, cum ſibi viſus eſſet cum duobus viris colloqui, qui ſe Deos dicebant, deinde theſaurum invenire. Vix nimirum in re tam inuſitata credebat oculis ſuis, & ſanus ne eſſet ipſe addubitabat. Ideo invocat Corybantes furoris praeſides, ut ſibi faventes ſint. *Corybantes* & *Curetes* erant ſatellites Jovis, qui inſtar inſanorum circa eum ſaltaſſe armati dicuntur clypeos haſtis tundentes: qua de re vide *Callim.* H. in Jov. v. 52. ejusque Interp. Τῶν δὲ Κορυβάντων ὀρχηστικῶν ὄντων καὶ ἐνθουσιαστικῶν ὄντων, καὶ τοὺς μανικῶς κινουμένους κορυβαντιᾷν φαμέν verba ſunt *Strabonis* X. p. 326. *J.C.*

Φ. Κορύβαντες] Quia Corybantes metallarii. *Anonym.*

Φίλοι Κορύβαντες] Illos furoris terrorumque repentinorum auctores propitiabant, ſi quod portentum aut prodigium ſubito fuiſſet oblatum, ſtuporemque excitaret. Similiter exclamat juvenis ille Ariſtophaneus inter vetularum, quas ſupra portenta quaevis averſabatur, manus prope direptus — ὦ Ἡράκλεις, Ὦ Πᾶνες, ὦ Κορύβαντες, ὦ Διοσκόρω Eccleſ. v. 1061. Notat ibi *Faber*: *Ex Luciani* Timone *apparet* (*ſed & aliunde conſtat*) *Corybantas bonis & ſecundis rebus praefuiſſe.* Nimis, credo, feſtinabat, quum iſta ſcriberet: niſi teſtes adſint certiores, nihil ipſum *Lucianus* juvabit; apud quem ut Ζεὺς τεράστιος invocatur, ſic & Φίλοι Κορύβαντες in prodigio tam inuſitato. Cur tertium addiderit Ἑρμῆν Κερδῷον, palam eſt: vid. *Alciphr.* III. Ep. 47. & *Berglerum. Liban.* T. I. p. 367. D. ἦλθον εἰς Διὸς Κτησίου καὶ Ἑρμοῦ Κερδῴου ab his theſauri inventionem avarus homo precibus volebat impetrare. De verſu Euripidis ad *Luciani* Gallum dicemus. *T.H.*

73. Κερδῷε] Mercurio, ut ſupra viſum eſt ad c. 15. acceptum referebant quicunque theſaurum inveniebant. inde ἕρμαιον toties Noſtro memoratum, κοινὸς Ἑρμῆς, & ſi quæ talia. Κερδῷος apud *Lycophronem* v. 208. etiam legitur. *M. du S.*

74. Μὴ ἄνθρ.] *Eraſm.* in Prov. *Theſaurus carbones erant.* *J. Br.*

75. Ἀνεγρ.] Quaſi hoc ſomnium eſſet. *J. Br.*

78. Ὦ χρυσὲ] Jambus: cætera ex *Pindaro* 1 Olympionicarum. *J.B.*

Ὦ χρυσὲ . . .] *Euripidis* verſus, qui apud *Stobæum* legitur. *A.V.*

Ὦ χρυσὲ . . .] Extat etiam in *Eurip. fragmenta ex Bellerophonte* v. 64. p. 461 ed. noviſſimæ in hunc modum.

Ἔα με κερδαίνοντα κεκλῆσθαι κακόν.

Deinde deſiderantur ſex verſus. & mox,

Ὦ χρυσὲ δεξίωμα κάλλιστον βροτοῖς,
Ὡς οὐδὲ μήτηρ, ἡδονὰς τοιάσδ᾽ ἔχει,
Οὐ παῖδες ἀνθρώποισιν, οὐ φίλος πατὴρ,
Οἵας σὺ, χ᾽ οἱ σὲ δώμασιν κεκτημένοι.
Εἰ δ᾽ ἡ Κύπρις τοιοῦτον ὀφθαλμοῖς ὁρᾷ,
Οὐ θαῦμ᾽ ἔρωτας μυρίους αὐτὴν τρέφειν.

Sine me vocari peſſimum, ut dives vocer.
An dives, omnes quærimus; nemo, an bonus.
Non quare & unde: quid habeat tantum rogant.
Ubique tanti quisque, quantum habuit, fuit.
Quid habere nobis turpe ſit, quæris! Nihil.
Aut dives opto vivere, aut pauper mori.
Bene moritur, qui dum moritur, lucrum facit.
Pecunia, ingens generis humani bonum,
Cui non voluptas matris aut blanda poteſt
Par eſſe prolis, non ſacer meritis parens.
Tu, compotesque tale gaudebunt tui.
Tam dulce ſi quid Veneris in vultu micat,
Merito illa amores Coelitum atque hominum movet.

Extat etiam hujus fragmenti pars apud Stobæum. (*Grot. Flor.* 367.) *Senec. Ep.* 115. *Cum hi noviſſimi verſus in Tragoedia Euripidis pronuntiari eſſent, totus populus ad ejiciendum & actorem & carmen conſurrexit uno impetu: donec* Euripides *in medium ipſe proſiluit, petens, ut expectarent, viderentque, quem admirator auri exitum faceret. Dabat in illa fabula poenas Bellerophontes, quas in ſua quisque dat.* *Henr. Stephanus* cohærere hos verſus inter ſe, licet alioquin argumento conveniant, non putat. Sed & hoſce duos illi ſubjunctos alicubi legere ſe ait meminiſſe;

Κρεῖσσον γὰρ ἡ σέβοντα τοὺς θεῶν νόμους
Πένητα μᾶλλον δόξαν ἠμπολημένα.

p. 27. *tract. de habendo delectu ſententiarum*, quem *Comic. Sententiis* præmiſit. V. *Athen.* IV. p. 159. B. *M. du S.*

Ibid. Δεξ. κάλλ.] Haec *Euripidis*. *J. Br.*

79. Αἰθόμενον] *Pindarus* Hymno Olymp. primo. *J. Br.*

καὶ μεθ' ἡμέραν. ἐλθὲ, ὦ φίλτατε, καὶ ἐρασμιώτατε. νῦν πείθομαί γε καὶ Δία ποτὲ γενέσθαι χρυσόν. τίς γὰρ οὐκ ἂν παρθένος ἀναπεπταμένοις τοῖς κόλποις ὑποδέξαιτο οὕτω καλὸν ἐραστὴν διὰ τοῦ τέγους καταῤῥέοντα;

Ὦ Μίδα, καὶ Κροῖσε, καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα, ὡς οὐδὲν ἄρα ἦτε ὡς πρὸς Τίμωνα, καὶ τὸν Τίμωνος πλοῦτον, ᾧγε οὐδὲ βασιλεὺς ὁ Περσῶν ἴσος· ὦ δίκελλα, καὶ φιλτάτη διφθέρα, ὑμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι καλόν· αὐτὸς δὲ ἤδη πᾶσαν πριάμενος τὴν ἐσχατιὰν, πυργίον οἰκοδομησάμενος ὑπὲρ τοῦ θησαυροῦ, μόνῳ ἐμοὶ ἱκανὸν ἐνδιαιτᾶσθαι· τὸν αὐτὸν καὶ τάφον ἀποθανὼν ἕξειν μοι δοκῶ. Δεδόχθω δὲ ταῦτα, καὶ νενομοθετήσθω πρὸς τὸν ἐπίλοιπον βίον, ἀμιξία πρὸς ἅπαντας, καὶ ἀγνωσία, καὶ ὑπεροψία· φίλος δὲ, ἢ ξένος, ἢ ἑταῖρος, ἢ Ἐλέου βωμὸς, ὕθλος

& interdiu. ades huc, o mea volupeas. Nunc ſane mihi credibile ſit, Jovem ſe in imbrem aureum convertiſſe. Quæ enim virgo amantem adeo formoſum, & per impluvium defluentem, expanſo ſinu non exciperat?

42. O Mida, o Crœſe, & vos Delphici templi donaria, quam nihil eſtis præ Timone, & Timonis opulentia! ad quem magnus ille Perſarum rex ne comparandus quidem eſt. O ligo, & tu rheno ſuaviſſime, optimum erit vos huic Pani conſecraſſe. At ego univerſum hunc agrum coëmam, turremque aſſervando auro exſtruam, quæ me unum excipere poſſit, non plures: in ea quoque ſepulchrum mihi, ut opinor, faciam. Ceterum quoad vivam, hæc ſancita ſunto, & lege confirmata. Hominum congreſſum fugere, notum habere neminem, omnes autem deſpicere; amicus autem vel hoſpes, vel ara Miſericordiæ, logi ac nugæ.

89. Ἡμᾶς μὲν τῷ Πανὶ τούτῳ] Ἐπὶ ταῖς ἐσχατιαῖς γὰρ καὶ ταῖς ἐρημοτέροις τῶν χωρίων εἰώθεσαν Ἕλληνες τὸν Πᾶνα * ἱδρύεσθαι. V.

97. Ἡ Ἐλέου βωμός] Ἵδρυτο γὰρ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλέου βωμὸς, ἐπὶ συμπάθειαν καὶ φιλανθρωπίαν αὐτοὺς προσκαλῶν. V.

* Ἱδρύσθαι] M. du Soul ἱδρῦσθαι ego vulgatum retinui. T. H.

81. Γεν. χρυσόν] In aureum imbrem mutatus Danae vitium obtulit. *J. Br.*

85. Καὶ τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα] De quibus in Charonte, diſſertatione Solonis & Crœſi. *J. B.*

Τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθ.] Vid. *J. Perizon.* ad AElian. V. H. VI, 9. *T. H.*

89. Τῷ Πανὶ τούτῳ ἀναθεῖναι] *Longus* lib. 1. & 2. proprie dicuntur ἀναθεῖναι & ἀνακεῖσθαι, ut notavit Clariſſ. μακαρίτης *Iſaac. Caſaub.* ad *Athen.* *J. B.*

Τῷ Πανὶ τούτῳ] Mutato vitae genere prioris inſignia Diis praeſidibus ſuſpendebant; quam conſuetudinem Epigrammata Veterum inprimis celebrarunt: *Long.* Paſtor. IV. p. 175. Daphnis jam dominus ex paſtore & ſervo τῷ Διονύσῳ μὲν ἀνέθηκε τὴν πήραν, καὶ τὸ δέρμα. τῷ Πανὶ τὴν σύριγγα καὶ τὸν πλάγιον αὐλὸν &c. Vid. *Jungermann.* p. 213. Conferendus *Ariſtoph.* in Plut. v. 843. *T. H.*

91. Πυργίον] *Pauſan.* in Attic. Φαίνεται πύργος Τίμωνος, ὃς μόνος εἶδε μηδένα τρόπον εὐδαίμονα εἶναι γενέσθαι, πλὴν τοὺς ἄλλους φεύγοντα ἀνθρώπους. *J. Br.*

94. Δεδόχθω] Ex formula ψηφισμάτων, quam paſſim imitatur. *J. B.*

96. Ἐλ. β.] *Pauſan.* in Attic. Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν οὐκ ἐς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ Ἐλέου βωμός. *J. Br.*

Ἐλέου βωμὸς] Ara Clementiæ Athenis, quam *Stat.* L. XII. Theb. divine deſcribit. *Anonym.*

Ἐλέου βωμὸς] V. Δημων. c. 58. & A. G. IV. 995. De ara illa ex inſtituto *Meurſius Ceramico gemino* c. XVI. *M. du S.*

99. Κατάλυσις] Sic B. πρ. c. 10. & Plut. in *Catone* 641, 1. Apud *Clem. Alex.* p. 32. C. ἀλλ' οὐκ πατέρων, φίλε, παραδεδομένον ἡμῖν ἔθος ἀνατρέπειν οὐκ εὔλογον. *M. du S.*

1. Μονήρης ἡ δίαιτα] Sic poſtea in Saturnal. μονιοὶ λύκοι, quorum victus, ut ſuum, μονήρης. *J. B.*

Μονήρης .. ἡ δίαιτα] Confer. Κρον. *Epiſt. ad Div.* c. 4. & notam *Bourdelotii*. Atqui & res nota eſt, & ab *Æliano* prodita, συννόμους eſſe lupos, quamvis ille binos tantum tradat, ſive lupum cum lupa, (*de anim.* IV. 3.) ad paſtum prodire. Ego proverbialem eſſe phraſin puto, quarum non ſemper ſevere penſitanda ratio eſt. Aliter *Bourdelotius*, cujus notam, ſi lubet, vide ad Epiſt. ad D.., inter Κρον. c. 4. ubi diſerte noſter *Leones & Lupos ſolitarios veſci* vulgo tradi ait. *M. du S.*

Μονήρ. δὲ ἡ δίαιτα] *Liban.* T. I. p. 320. C. ἀλλ' ἤδη καὶ μονήρη καὶ μόλις ἀρκοῦντα. Saepe aliis in locis utitur. *Hippocr.* .. ad Philopoem. Melancholici συγνοὶ ἐνίοτε εἰσὶ καὶ μονήρεις καὶ φιλέρημοι τυγχάνουσι. Ex Scriptoribus Eccleſiaſticis ſumtum illud *Heſychii*, Μονήρη βίον, μοναχικὸν βίον· iis enim εἰ τὸν μονήρη βίον ἐπανῃρημένοι ſunt *monachi*. Lupi, cum quorum moribus haec vi-

gæ. Cujuſquam lamentantis miſereri, vel inopi ſubvenire, legis transgreſſio habeatur, & morum ſubverſio: mihi autem vita ſit ſolitaria itidem ut lupis; & unus omnino amicus Timon Timoni.

43. At ceteri mihi in hoſtium loco ſint, & inſidiatorum. Eorum quempiam ſi alloquar, impurus habear; ſi quando aliquem videro tantum, is dies ater eſto. denique nihil apud me ſtatuatur diſcriminis eos inter & ſimulacra marmorea, aut ærea. Neque miſſum ab iis legatum recipiamus, neque cum iis percutiamus fœdus; fines inter me atque illos ſunto deſerta atque ſolitudines; tribules vero, & curiales, & populares, quin & patria ipſa, frigida & inutilia nomina habeantur, ac fatuorum hominum ambitio. Solus Timon dives eſto, ceteroſque deſpicetur; molliter ſecum vivat, procul ab aſſentatoribus, & iis qui immodice laudare ſolent; diis ſacrificet, ac ſplendide epuletur ſolus,

πολύς· καὶ τὸ οἰκτεῖραι δακρύοντα, ἢ ἐπικουρῆσαι δεομένῳ, παρανομία, καὶ κατάλυσις [a] τῶν ἐθῶν· μονήρης δὲ ἡ δίαιτα καθάπερ τοῖς λύκοις, καὶ φίλος εἷς Τίμων.

Οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ἐχθροὶ, καὶ ἐπίβουλοι· καὶ τὸ προσομιλῆσαί τινι αὐτῶν, μίασμα. καὶ εἴ τινα ἴδω μόνον, ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα, καὶ ὅλως ἀνδριάντων λιθίνων, ἢ χαλκῶν, μηδὲν ἡμῖν διαφερέτωσαν· καὶ μήτε κήρυκα δεχώμεθα παρ' αὐτῶν, μήτε σπονδὰς σπενδώμεθα· ἡ ἐρημία δὲ, ὅρος ἔστω πρὸς αὐτούς. φυλέται δὲ, καὶ φράτορες, καὶ δημόται, καὶ ἡ πατρὶς αὐτὴ, ψυχρὰ, καὶ ἀνωφελῆ ὀνόματα, καὶ ἀνοήτων ἀνδρῶν φιλοτιμήματα· πλουτείτω δὲ Τίμων μόνος, καὶ ὑπεροράτω ἁπάντων, καὶ τρυφάτω μόνος καθ' ἑαυτὸν, κολακείας καὶ ἐπαίνων φορτικῶν ἀπηλλαγμένος· καὶ θεοῖς θυέτω, καὶ [b] εὐωχείσθω μόνος, ἑαυτῷ

a Τῶν ἐθῶν] τῶν ἠθῶν R. ἐθνῶν *J.* Marg. *AiW.* *b* Εὐωχείσθω] Priores Edd. εὐωχείτω.

5. Ἀποφρὰς ἡ ἡμέρα] * Ἔστι τοῦ Λουκιανοῦ ἐπιγραφόμενος οὕτω λόγος. Ἦσαν παρ' Ἕλλησιν ἡμέραι ἀπραξίαν εἰσηγουμέναι παντὸς καὶ ἀργίαν, ἃς ἀποφράδας ἐκάλουν. ἐν ταύταις οὐδὲ προσεῖπεν ἄν τις τινὰ, οὐδὲ καθάπαξ φίλος † ἐπεμίγνυτο φίλῳ, ἀλλὰ καὶ τὰ ἱερὰ ἀχρημάτιστα ἦν αὐτοῖς· ἐτελεῖτο δὲ ταῦτα αὐτοῖς κατὰ τὸν ‡ Φεβρουάριον μῆνα, ὅτε καὶ ἐνήγιζον τοῖς καταχθονίοις καὶ πᾶς οὗτος ὁ μὴν ἀνεῖτο τοῖς κατοιχομένοις μετὰ συννοίας(?) πάντων προϊόντων § ἕτερον τρόπον, ὃν καὶ τὰ Διάσια συγκάζοντες ἦγον Ἀθηναῖοι. Ἐντεῦθεν καὶ πάντα τὸν ἀπαίσιον ἀποφράδα ἐκάλουν, οἱονεὶ ¶ ὃν μηδὲ φάσαι τίς, μηδὲ προσειπεῖν ἄξιον νομίσαι δι' ὑπερβάλλουσαν κακίαν. *V.*

* Ἔστι . . . λόγος] Haec interponi juſſit *M. du Soul*, procul dubio ex *G.* Exc. vel *C.* depromta. *T. H.*
† Ἐπεμίγνυτο] Prius edebatur ἐπιμίγνυτο. *T. H.*
‡ Φευρουάριον] *Matth. Sladus* Φεβρουάριον· ſed nota recentiorum ſcribendi forma, quam corrupta pronunciatio invexit. Mox auctius *M. du Soul*, τοῖς καταχθονίοις θεοῖς. De Februarii menſis luſtrationibus *Plutarch.* Rom. p. 31. A. Quaeſt. Rom. p. 280. B. *T. H.*
§ Ἕτερον] Corruptam hanc vocem cenſeo. *M. du S.*
Quid ſi ἐν . . . ων τρόπον; inferorum more: inferos imitati: ſic ἐνε . . . llidi. Confer de Diaſiis *Heſych.* in *V.* *T. H.*
¶ Ὃν . . . φάσαι] Exc. *G.* & *V.* ὃν μηδὲ φρ. *M. du S.*
Id . . . *Matth. Slado* venerat in mentem. *T. H.*

vita comparatur, ſunt μόνιοι, μονοπεῖραι. Vid. *Bochart.* Hieroz. III. c. 10. p. 823. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Dian. v. 84. *Menag.* Etymol. L. G. . . . *garou.* *T. H.* *J. Br.*

4. Αὐτῶν] Caſtiga αὐτῶν. *J. Br.*

5. Ἴδω μ.] *Duntaxat aſpexero.* . . . uſpicatus dies.

Ibid. Ἀποφρὰς ἡ ἡμ.] Nefaſtus & . . . *A. V.*

Vide Ψευδόλογον . . . Catapl. *Demoſthen.*

10. Φυλέται δὲ καὶ φράτορες] S . . . *J. B.*

Thucyd. Heliod. . . . ia. *J. Br.*

11. Ψυχρὰ] *Frigida* . . . ſitiſſimus eſt *Quintiliani*

14. Τρυφάτω μόνος]. IX. §. 9. *Pulcrum id quidem* locus de C. C. Elo . . . *ingenio mereri: quanto tamen indulgentiam Pri . . . familiaris exigat, ſe ipſum colere, pulcrius, ſi . . . tiare, ſuam experiri liberalitatem.* *T. H.* *ſuum genium*

16. Εὐωχείτω (recte *Faber* εὐωχείσθω) μόνος ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος ἐκστείων τῶν ἄλλων. καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν] Diu in poſtrema horum verborum parte, quo eam recte intelligerem, haeſi, nec dum perſpicuum ejus ſenſum percipio. An vult Timon, Decretum eſto, ſemel ſemet ipſum excipere laute & ſplendide; ſemel genio ſuo indulgere & frontem exporrigere, ſiquidem moriendum ſit; & ut apud *Catullum*,

Vivamus mea Lesbia, atque amemus.
* * *
Soles occidere & redire poſſunt:
Nobis, quum ſemel occidit brevis lux,
Nox eſt perpetua una dormienda.

ἑαυτῷ γείτων καὶ ὅμορος, ἐκσείων τῶν ἄλλων. καὶ ἅπαξ ἑαυτὸν δεξιώσασθαι δεδόχθω, ἢν δέῃ ἀποθανεῖν, ἢ αὐτῷ στέφανον ἐπενεγκεῖν.

Καὶ ὄνομα μὲν ἔστω ὁ Μισάνθρωπος ἥδιστον. τοῦ τρόπου δὲ γνωρίσματα, δυσκολία, καὶ τραχύτης, καὶ σκαιότης, καὶ ὀργὴ, καὶ ἀπανθρωπία· εἰ δέ τινα ἴδοιμι ἐν πυρὶ δια-

ſibi vicinus & finitimus, longe a ceteris remotus hominibus. denique hæc lex eſto, ſe unum amplecti atque amare, ſi vel mori oporteat, & coronam ſibi ipſi imponere.

44. Nomen ſuaviſſimum ſit Μισάνθρωπος. morum autem character eſto moroſitas, aſperitas, ruſticitas, iracundia, atque inhumanitas; ſi quem autem forte igne pereuntem

Ita correxerat etiam *M. Sladus.* Ceterum haec omnia verbis iisdem ſunt translata e *Suida* in Ἀγχιστεὺς, niſi quod ἐγγυτάτω τελευτήσαντος, ubi τοῦ hinc eſt reſtituendum, & συγγενεῖς μόνοι, & τοῖς οἴκοις, quae utraque hic pejus leguntur. Mutari autem non debet ἐγγυτάτω· ſic οἱ ἀνωτάτω, κατωτάτω &c. *T. H.*

† Ἐγγυτάτω] L. ἐγγύτατοι. *M. du S.*

48. Τραγ. καινοῖς] Καινοῖς addi conſuevit, quod novae quotannis tragoediae & comoediae agerentur. *J. Br.*

Τραγῳδοῖς καινοῖς] Apud *Demoſth. pro Cor.* ea formula paſſim occurrit. *M. du S.*

Τραγῳδοῖς καινοῖς] Formula non ignota: majoris operae videtur rationem ejus certam reddere. *P. Victorius* V. L. IX, 20. novas fabulas a *Terentio* dici obſervat, ut a Graecis καινὰ δράματα· Graecos autem non fabulas ſolum novas appellaſſe, ſed hiſtriones etiam novos; unde καινοῖς τραγῳδοῖς apud *Plutarchum.* Per iſta non multum profici ſatis patet. *Kuhnius* in *AElian.* Ind. V. Καινὸς, apertius exponit, *tempore, quo novi Tragoedi ſpectantur; novis Tragoedis certantibus:* quamquam ea veterum, quae profert, loca minus accurate cum hac locutione comparet. *J. Perizonius* ad *AElian.* V. H. II, 13. ita verſatur in hac re, ut incertus fluctuet, nec ſatis expeditum habeat, quid conſtitui velit, aut qua in parte a *Kuhnio* ſibi diſcedendum putet. Scripſerat *Euſebius* in Chron. p. 205. Νέρων κιθαρῳδίαις, τραγῳδίαις κατὰ Ῥώμην &c. ἐστεφανοῦτο κήρυξιν· (addendum foret ex uſitato Graecorum loquendi more ὑπὸ κήρυξιν, ſi recte *Scaliger* interpretatur, *ſub praeconibus* vel *praeconio:* ſed κήρυκες eſt *praeconum certamen*, ut in *Philoſtrati* V. A. T. IV. c. 24. de Nerone: αἱ δὲ νίκαι ἦσαν κιθαρῳδίαι καὶ κήρυκες· ipſe *Euſeb.* p. 44. Νέρων δὲ κηρύκων ἀγῶνα ἐστεφανοῦτο, τραγῳδοὺς, κιθαρῳδοὺς, ἅρμα πωλικὸν, καὶ τὸ τέλειον καὶ τὸ δεκάπωλον.) Iſtorum pravam *Hieronymi* verſionem poſtquam caſtigavit Vir Maximus Anim. in *Euſeb.* p. 196. haec mox ſubjungit: *Malim vero*, ludis tragicis & citharoedicis coronabatur ſub praeconio. *Nam hoc frequentiſſimum fuit, ut coronae bene meritis darentur celeberrima die, puta,* τραγῳδοῖς, Διονυσίοις, *hoc eſt*, ſpectaculis tragicis *aut* Liberalibus, *ut eſt apud Demoſthenem in Oratione pro Corona, in* ψηφίσμασι, *quae ibi producuntur, & in Decreto Athenienſium in gratiam Hyrcani Judaeorum Ethnarchae apud Joſephum.* In quibus nihil eſt, quod reprehendam, niſi quod disjungere videatur Scaliger, *ſpectaculis tragicis aut Liberalibus*, quae fuerant copulanda: quoniam vero ad certum aliquod tempus deſignandum aeque ac Διονυσίοις, cui pari ſtructurae forma conjungitur, hic loquendi modus adhibetur, facile concedendum eſt *Scaligero* per τραγῳδοὺς ipſam ſignificari temporis conditionem, atque adeo ludos ſcenicos, quibus fabulas agebant novi actores; cujus generis ſimilia multa paulo peritiores praeterire non poſſunt: quamvis alioquin propria loquendi ratio alia non eſt, ac ſi Latine dicas, fabulam eſſe commiſſam, aut rem quamlibet eveniſſe Ludis Megalenſibus, hiſtrionibus vel actoribus novis, recteque propterea dederit *Faber, tragoedis novis:* nam quod priores Interpretes expreſſerant, *per tragoedos novos*, abhorret ab antiqui moris veritate: non enim tragoedi, ſed praecones in theatro ſolebant ἀνειπεῖν, ἀνακηρύττειν, ἀναγορεύειν στεφάνους, niſi quis forte tragicus actor idem eſſet & praeco. Nunc videndum eſt, ut cuncta ſimul ſub lectoris conſpectum adducantur, in hac formula quomodo veteres varient. *AEſchin.* in Cteſiph. p. 433. C. commemorat νόμον τὸν δεδωκότα ἐξουσίαν ποιεῖσθαι τὴν ἀνάρρησιν τοῦ στεφάνου τραγῳδοῖς ἐν τῷ θεάτρῳ. & p. 434. E. μὴ κηρύττεσθαι τοῖς τραγῳδοῖς. Diverſa ſunt apud *Demoſth.* περὶ Στεφ. populi decreta, ubi plenius occurrat, ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς p. 486. C. p. 492. στεφανῶσαι Χαρίδημον καὶ Διότιμον χρυσῷ στεφάνῳ, καὶ ἀναγορεῦσαι Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις ἐν τῷ γυμνικῷ ἀγῶνι, καὶ Διονυσίοις, τραγῳδοῖς καινοῖς· & 493. A. in eo pſephiſmate, quod Cteſiphon in gratiam Demoſthenis ſuaſerat: mox in Lege poſterius omittitur ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις ἀναγορεύεσθαι, prius ab *AEliano* V. H. II. c. 13. ſed in ipſo accuſationis libello, quem AEſchines adverſus Cteſiphontem detulit p. 481. D. auctius, ἀναγορεῦσαι ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τοῖς μεγάλοις, τραγῳδοῖς καινοῖς. Aliquantulum hinc divertit *Plutarch.* T. II. p. 603. C. Academia domicilium erat perpetuum Platonis, Xenocratis & Polemonis, πλὴν μίαν ἡμέραν, ἐν ᾗ Ξενοκράτης καθ' ἕκαστον ἔτος εἰς ἄστυ κατῄει Διονυσίων καινοῖς τραγῳδοῖς, ἐπικοσμῶν, ὡς ἔφασαν, τὴν ἑορτήν· ita diſtingui debent, ne quis errore Interpretis implicetur. Contra Scriptor Arg. ad *AEſchinis* Orat. conditum a Cteſiphonte decretum juſſiſſe refert ἀναγορεῦσαι τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις τραγῳδῶν καινῶν· mutat iterum hanc formam, modo ſcriptura vitio careat, *Anonym.* in Hypoth. Orat. pro Cor. ἐν τῷ θεάτρῳ τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν, ἴσως ὅτι πλήθη συντρέχει ἐπιθυμοῦντα καινὰ δράματα βλέπειν· optimum *Victorium* memoria fefellit, quando notat: *In plebiſcito etiam quodam, incluſo nunc in oratione Demoſthenis pro Cteſiphonte, ſcriptum eſt,* τραγῳδιῶν ἀγομένων καινῶν· extra Hypotheſin illam, cujus auctor ſe non doctiſſimum ſatis prodit, nusquam invenias. Cum his jam tempus eſt ut componamus, quae in AEſchinis παρανόμων γραφῇ reperiuntur apud *Demoſth.* p. 481. D. ἔτι δὲ μὴ ἀναγορεύειν τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις δεῖ τραγῳδῶν τῇ καινῇ· offendit lectio tam inuſitata: *Wolfius* adſciſcit εἰσόδῳ, haud inepte: *Perizonius*, ſi verum dicere licet, abſurde ἡμέρᾳ· quis enim auribus exercitatis inauditum loquendi ge-

ejusque diſcipulus; etenim optimus rhetor eſt Timon, & quicquid ei libuerit.

ϗ μαθητὴς [a] αὐτοῦ ὤν· ϗ γὰρ ῥήτωρ ἄριστος ὁ Τίμων, ϗ τὰ ἄλλα πάντα ὁπόσα ἂν ἐθέλοι.

Τουτὶ

[a] αὐτοῦ] Deeſt in *F.*

genus ferat, τραγῳδῶν τὴν καινὴν ἡμέραν; Ego, quum praeſtantiſſimus Cod. Aug. ſuppeditet καινῶν vel τῶν καινῶν, non video, quid obſtare poſſit, quominus auctoritati ejus obtemperemus tot exemplis firmatae. Porro ſolent integra locutione καινῶν ἀγωνιζομένων τραγῳδῶν *Plutarch.* Symp. p. 710. F. *Aeſchin.* in Cteſiph. p. 433. B. οὐδ' ἐκκλησιαζόντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, οὐδ' ἐναντίον τοῦ δήμου, ἀλλ' ἐναντίον τῶν Ἑλλήνων. Idem p. 434. B. rariore forma ſcripſit, quam alibi extare non ſane memini: γινομένων γὰρ τῶν ἐν ἄστει τραγῳδῶν ἀνεκήρυττόν τινες &c. quod ſi ſanum quî poteſt aliter explicari, quam, *factis enim, qui celebrari ſolent in aſty, ludis tragicis?* Ἐν ἄστει vero, quia Liberalibus urbanis, Διονυσίοις ἀστικοῖς, τοῖς κατ' ἄστυ, ſive μεγάλοις iſta fieri ſolebat fabularum commiſſio: ſic & p. 435. A. τὸν χρυσοῦν στέφανον, ὃς ἂν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐν ἄστει ἀναῤῥηθῇ. Tandem in illo populi decreto, cujus *Scaliger* meminit, ad Hyrcanum miſſo apud *Joſeph.* A. J. XIV, 8. p. 699. ἀνειπεῖν δὲ τὸν στέφανον ἐν τῷ θεάτρῳ Διονυσίοις, τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγομένων, ϗ Παναθηναίοις, ϗ Ἐλευσινίοις ἐν τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσι· eum in modum poſtrema conſtituo. Verum ex hoc loco facile cuivis in mentem veniat, pro τραγῳδιῶν in Anonymo Hypotheſeos auctore revocandum eſſe τραγῳδῶν eo magis, quod inſolens quiddam & vix uſitatum ſonet, τραγῳδιῶν ἀγομένων. Immo non diffiteor, multo mihi phraſin expeditiorem videri, ſi corrigere concedatur utrobique τραγῳδῶν ἀγωνιζομένων καινῶν, &, τραγῳδῶν τῶν καινῶν ἀγωνιζομένων· nam licet τραγῳδοὺς in hac formula capias pro ludis ipſis ſcenicis, quibus actores novas tragoedias agebant, quod ſecundum Scaligeri mentem prolata a nobis exempla ſatis adſtruunt, tamen vix crediderim, quemadmodum uſurpantur ἀγομένης τῆς ἑορτῆς, ἀγομένων τῶν Διονυσίων, Παναθηναίων, Ὀλυμπίων, ſic perinde dici poſſe τραγῳδῶν ἀγομένων· eſt enim in his rebus perceptu quidem difficilis, attamen aliquis modus, & certi fines, ultra quos uſus, quantacumque libertate gaudeat, non procedit: neque a meo judicio multum diſcrepabit, ſi quis in ipſo *Aeſchine* τῷ γινομένων anteponat ἀγωνιζομένων. Ceterum cur τραγῳδοῖς καινοῖς dici conſueverit, ratio eſt, quod Liberalibus urbanis non tantum poëtae recentes fabulas in ſcenam darent, ut diſertis verbis docet *Schol. Ariſtoph.* ad Nub. v. 311. praeſertim Tragici tetralogias ſuas, quam in rem egregius eſt, at parum hactenus, ni fallor, intellectus *Diogenis L.* locus III, 56. ſed etiam actores ſcenici ſorte ducti ſuis quisque poëtis attribuerentur. Atque haec eſt illa νέμησις ὑποκριτῶν, de qua *Heſychii* verba nonnihil, quam vulgantur, emendatiora proponere juvat: Νέμησις ὑποκριτῶν· οἱ ποιηταὶ ἐλάμβανον τρεῖς ὑποκριτὰς κλήρῳ νεμηθέντας, ὑποκρινουμένους τὰ δράματα. ὧν ὁ νικήσας εἰς τοὐπιὸν ἀκρίτως παρελαμβάνετο· ἔστιν οὖν ὡς ἂν (vel οἷον) διαίρεσις· eadem fere in *Suida:* quod initio dicitur, neminem morari poteſt: deinceps ſequentia ſic interpretor: *quorum poëtarum qui ſuperior diſceſſit, in poſterum ſine ſortis diſcrimine ſuos ſibi actores legebat:* nam in Notas *Mauſſaci* ad *Harpocr.* p. 294. ſummi *Valeſii* ſubitanea quaedam eſt, & non meditata conjectura refingentis εἰς τὸ πιεῖν ἄκρατον παρ. quam attentiore cura repetitam ipſe ſine dubio primus abjeciſſet: ἀκρίτως χωρὶς κλήρου pari modo ſumitur a *Schol. Ariſtoph.* ad Plut. v. 277. Ex his, ut mihi quidem eſt perſuaſum, expediri debet proverbium aliquod ab *Harpocratione* & *Suida* commemoratum, quod poſtquam *Eraſmus* perperam accepit, haud ſcio, an quisquam alius feliciore cura fuerit aggreſſus. Primum *Harpocrationem* ita reſtitue: Τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Λυκοῦργος ἐν τῷ πρὸς Δημάδην. Δίδυμος φησὶν (ita Mediceus Codex: hoc autem probes, an *Suidae*, ὡς Δίδυμός φησι, nihil intereſt) ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων πρὸς τὰ ἐπιόντα, ϗ σεμνοποιούντων ἑαυτούς. Talem, ſi cui forte difficilior videatur, habent ſenſum: *Aliis* (pone, in ſequentem annum) *tragoedis* vel *ludis tragicis decertabit. Lycurgus Orat. contra Demadem. Proverbium ad eos ſpectat, qui ſeſe comparant ad res venturas ſuſcipiendas, & largis promiſſis magnificos ſe faciunt.* Sic nimirum exiſtima Demadem, ut judicium effugeret, operam ſuam in poſterum luculentiſſimam Athenienſibus venditaſſe; perfecturum ſe multis & egregiis meritis, ne eos ſui accuſatorum e manibus erepti unquam poeniteat: immo vero, *Lycurgum* reſpondere, hunc hominem tot criminum convictum, quem nunc tenetis, dimittite, & vanis pollicitationibus ductari vos ſinite; ſcilicet τοὺς ἑτέρους τραγῳδοὺς ἀγωνιεῖται. Conjecturae fidem facit uſus τοῦ ἁρμόζεσθαι πρός τι certiſſimus hac ſtructura: contra σεμνοποιεῖν ἑαυτὸν πρὸς τὰ ἐναντία, aut ſimili modo qui dixerit, nemo, ut opinor, dabitur. Jam *Eraſmum* lege in, *Alios tragoedos provocat:* nam de *Schotto*, homine literarum ſtudioſiſſimo, ad *Suidae* Prov. C. XIII. n. 86. non magnopere miror, ſi nihil extricet. Nunc teneri non poſſum, quin *Mich. Apoſtolii* locum proferam ex C. XIX. n. 41. Τορώνη] Δίδυμός φησιν, ὅτι παροιμία ἐστὶν ἐπὶ τῶν ἁρμοζομένων ϗ σεμνοποιούντων ἑαυτοὺς πρὸς τὰ ἐναντία. Ἰσοκράτης δὲ φησὶ πόλιν εἶναι ἐν Θράκῃ. Ex iis, quae dixi, dubium eſſe nemini poteſt, quin iſta Δίδυμος . . . . τὰ ἐναντία ad paroemiam illam commemoratam ejusque declarationem pertineant: tum animadvertendum in *Harpocratione* praecedere: Τορώνη· Ἰσοκράτης Παναθηναϊκῷ, πόλις ἐν Θράκῃ &c. His perpenſis quid planius eſt, quam ut colligas, duos articulos diſparatos vel ipſius *Apoſtolii* culpa, vel Codicis, unde ſua deſcripſit, perverſe in unum coaluiſſe? Porro ſi ſuſpiceris, de Torone quae dicuntur, ad proverbium aliquod explicandum debuiſſe ſcribi, quandoquidem tale eſt *Michaelis* inſtitutum, id quoque non eſt, ut longe quaeras: ſponte enim offert ſe, literarumque ordini commode reſpondet Τορωναίου λιμένος κωφότερος, cujus meminit *Zenob.* C. IV. n. 68. hunc in modum reſtituendus. Κωφότερος τοῦ Τορωναίου (vel Τορωναίων) λιμένος] Λιμὴν ἐστὶν ἐπὶ Τορώνῃ τῆς Θράκης· ταινίας δὲ ἔχει δύο μακρὰς τὰς ἀπὸ τοῦ

πε-

Τουτὶ μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα· ἐγὼ δέ σοι καὶ τὸν υἱὸν ἐβουλόμην ἀγαγεῖν παρὰ σέ, ὃν ἐπὶ τῷ σῷ ὀνόματι Τίμωνα ὠνόμακα. ΤΙ. πῶς, ὦ Δημέα, ὃς οὐδὲ γεγάμηκας, ὅσαγε καὶ ἡμᾶς εἰδέναι; ΔΗ. ἀλλὰ γαμῶ, ἢν διδῷ θεός, ἐς νέωτα, καὶ παιδοποιήσομαι, καὶ τὸ γεννηθησόμενον (ἄῤῥεν γὰρ ἔσται) Τίμωνα ἤδη καλῶ. ΤΙ. οὐκ οἶδα εἰ γαμήσεις ἔτι, ὦ οὗτος, τηλικαύτην παρ' ἐμοῦ πληγὴν λαμβάνων. ΔΗ. οἴμοι· τί τοῦτο; τυραννίδι Τίμων ἐπιχειρεῖς, καὶ τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους, οὐ καθαρῶς ἐλεύθερος, οὐδ' ἀστὸς ὤν; ἀλλὰ δώσεις ἐν τάχει τὴν δίκην τά τε ἄλλα, καὶ ὅτι τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας.

ΤΙ. Ἀλλ' οὐκ ἐμπέπρησται, ὦ μιαρέ,

52. Ad hunc igitur modum ſe tibi habet decretum; ego autem de adducendo ad te filio cogitabam, quem de tuo nomine Timonem vocavi. TIM. Quo pacto, Demea, qui, quod ſciam, nunquam uxorem duxiſti? DEM. At, deo juvante, ducam anno proximo, & liberis creandis operam dabo; &, quod naſcetur, Timonem ei jam dico nomen; nam haud dubie mas erit. TIM. Haud equidem ſcio, utrum tam gravi ictu accepto uxorem unquam ducturus ſis. DEM. Hei, hei. Quid hoc? tyrannidem invadere cogitas, Timon, liberos homines percutiens, tu, inquam, de cujus libertate & civitate non plane conſtat? ſed cito pœnas dabis, tum ob alia multa, tum quod ignem arci ſubjeceris.

53. TIM. At enim, o ſcelus, incenſa arx

πελάγους καθαίρουσας (vel καθήκουσας, vel potius καθατείνουσας) ὡς μὴ ἀκούειν τοῖς ἐν αὐτῷ τῆς θαλάττης ἦχον cui emendationi tanto minus diffido, quod *Petri* noſtri *Weſſelingii* calculum tulerit: haec in Prov. Alexandr. truncata n. 91. pariter autem quum in *Heſychio* V. Δημωνίσκους prave legeretur σινὰς, eruditus homo ad marginem refinxit, ταινίας. Vide jam, quomodo mirifica moliatur in *Apoſtolio* Vir primarius *Th. Reineſius* V. L. I. c. 24. & proverbium excudat Τορωναῖοι, vel, Τορώνης σπόγγοι, quale nulla Graecorum memoria putem extitiſſe: ſubſcripſit tamen ejus ſententiae *Reineſio* non inferior *L. Holſtenius* ad *Stephan.* in Τορώνη praeterea, ut error ſaepe errorem trahit, pro Iſocrate Socratem, quippe Θρᾳκικῶν auctorem, ſubſtituendum arbitratus eſt; de quo, ſi ad manum habuiſſet *Harpocrationis* locum, nunquam cogitaſſet. Ceterum ut τραγῳδοὺς ἀγωνίζεσθαι, ſic & τραγῳδοῖς νικᾶν *Andocid.* in Alcibiad. p. 34. *Iſaeus* p. 54. οὗτος τῇ μὲν φυλῇ εἰς Διονύσια χορηγήσας τέταρτος ἐγένετο, τραγῳδοῖς δὲ καὶ πυῤῥιχισταῖς (ineptum eſt πυῤῥιχίσταις, quod vulgatur) ὕστατος. *T. H.*

53. Τουτὶ μὲν οὖν σοι τὸ ψήφισμα] Cl. *Faber* in his verbis manifeſtum errorem agnoſcit, quia σοὶ, non τοὶ vulgatum ſit. Sed ne parum Faber & hic audiendus ſit, vereor. Etenim neutiquam debuit, ut ſaepe alias ſolet, ſeparatim ſpectare Faber haec σοὶ παρὰ σέ at σοὶ eo, quo locatum eſt, ordine ſpectatum, elegantiam & conſuetudinem loquendi Noſtro frequentiſſimam exhibet. Παρέλκει nimirum σοὶ, ut in Nigrino §. 5. Οὕτω σοὶ καὶ αὐτὸς ἔνθους καὶ μεθύων ὑπὸ τῶν λόγων περιέρχομαι. *Ita tibi & ipſe, plenus numine atque ebrius ſermonibus circumeo.* In Deor. Marinor. Dialog. II. §. 2. Τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον & III. Ἡ δὲ, πῶς σοι γῆς αὐτὴ ῥεῖ; In Necyomantia §. 21. ſimiliter poſt ψήφισμα apud Inferos κυρωθὲν legimus, Ταῦτα μὲν δή σοι τὰ ἐν ἐκκλησίᾳ. In Contemplantib. §. 1. Οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμφιβολεύτην. & §. 5. Σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιπολίζων, ἐπισκόπει ἅπαντα. & paſſim alibi, etiam apud alios. Miror profecto doctiſſimum *Fabrum*, quod uſus hujus voculae σοὶ, ita receptus, eum fugit: nec tantum id hic ad Timonem oſtendit, ſed & ad Mortem Peregrini §. 31. ubi cum rectiſſime legatur, Ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν Ἤλιδι, Faber continuo *Leg.* ait, Ταῦτα μέν τοι.

Sicut σοὶ, ita & μοὶ ſaepe παρέλκει. Timon Noſter §. 41. Ἄγε δὴ, ὦ δίκελλα, νῦν μοι ἐπίῤῥωσον σεαυτήν. Similem in modum ἡμῖν eleganter abundat in Necyomantia. Καὶ πόθεν ἡμῖν ἀφῖξαι. In Contemplantib. Κᾆτα εἰμάζεται ἡμῖν δηλαδή. In de Sacrificiis: Ἐτεθνήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος. In Hermotimo: Ἔξω ἡμῖν φιλοσοφίας μενέτωσαν οἱ τυφλοί. Non ſatis ad hunc pleonaſmum etiam τοῦ ἡμῖν videtur attendiſſe, omnis elegantiae & politae eruditionis quondam decus, *Aeg. Menagius*, dum in verbis *Luciani* adverſus Indoctum §. 3. [οὐδὲ διατριβὰς τοιαύτας ἡμῖν ἐν παισὶν ἐποίει] non locum habere τὸ ἡμῖν ſibi videri ait, legendumque cenſet ἡμῶν. Plane autem nihil ibi mutandum; nam vel ex hoc, quem oſtendimus ſatis eſſe frequentem, pleonaſmi uſu poteſt & illic locutus eſſe *Lucianus*; vel intellexiſſe ἡμῖν tamquam σὺν ἡμῖν, *nobiscum*. Dialogum enim iſtum videtur *Lucianus* ſcripſiſſe contra popularem quemdam & aequalem ſuum. Paullo quoque ante dixerat: Τί οὖν φῄς, καὶ ταῦτα μὴ μαθὼν ἡμῖν εἰδέναι; ubi ἡμῖν itidem, ut videtur conſideraſſe interpres, poteſt eſſe παρέλκον.

Invenio quoque τὸ αὐτῷ apud *Lucianum* redundare in Contemplantib. Εἰ μάθοι, ὅτι ἡ μὲν, ἕξει τέλος αὐτῷ. Apud eumdem in De luctu: Λοιπὸν οὖν ἐστιν αὐτὸν τῶν παρόντων ἕνεκα ταῦτα ληρεῖν, οὐδ' ὅ, τι (ſic enim diviſim, non junctim ὅτι, ut vulgo, legendum) πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. *Reliquum igitur eſt, eum talia nugari ob eos, qui adſunt, plane ignarum quid filio ſuo acciderit.* Apud Latinos quoque *mihi*, *tibi*, *vobis*, aliquando παρέλκειν, quis ignorat? *J. J.*

57. Ὅσαγε] Ἀντὶ τοῦ, ὅσονγε. *J. Br.*

Ibid.

arx non eſt: quare cuivis apparet eſſe te ſycophantam. DEM. At perfodiſti ærarium, & inde natæ tibi opes ſunt. TIM. Sed perfoſſum non eſt; quare ne iſthæc quidem credibilia ſunt, quæ dicis. DEM. Perfodietur quidem poſtea; ſed jam illa omnia penes te habes, quæ in eo antehac fuere. TIM. Itaque hunc tibi ictum habeto denuo. DEM. Hei, hei tergo meo. TIM. Mitte clamorem; ſin minus tertium tibi ictum inflixero: alioqui hoc plane ridiculum mihi acciderit, ſi unicum modo homuncionem, eumque impuriſſimum perdere nequeam, qui Lacedæmonios mille inermis ipſe internecione deleverim. Nam fruſtra quoque vicerim Olympia, & pugilatu, & lucta.

ἡ ἀκρόπολις, ὥστε δῆλος εἶ συκοφαντῶν. ΔΗ. ἀλλὰ καὶ πλουτεῖς, τὸν ὀπισθόδομον [a] διορύξας. ΤΙ. οὐ διώρυκται οὐδὲ οὗτος, ὥστε ἀπίθανά σου καὶ ταῦτα. ΔΗΜ. [b] διορυχθήσεται μὲν ὕστερον· ἤδη δὲ σὺ πάντα τὰ ἐν αὐτῷ ἔχεις. ΤΙ. οὐκοῦν καὶ ἄλλην λάμβανε. ΔΗΜ. οἴμοι τὸ μετάφρενον. ΤΙ. μὴ κέκραχθι· κατοίσω γάρ σοι καὶ τρίτην. ἐπεὶ καὶ γελοῖα πάμπαν πάθοιμι, δύο μὲν Λακεδαιμονίων μοίρας κατακόψας ἄνοπλος, ἓν δὲ [c] μιαρὸν ἀνθρώπιον μὴ ἐπιτρίψας. μάτην γὰρ ἂν εἴην καὶ νενικηκὼς Ὀλύμπια πὺξ καὶ πάλην.

54. Quid hoc autem? ecquid hic eſt Thraſycles philoſophus? & certe is eſt. Sane ex-

Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐ Θρασυκλῆς ὁ φιλόσοφος οὗτός ἐστιν; οὐ μὲν οὖν ἄλλος· ἐκπετάσας

a Διορύξας] ὀρύξας Schol. διωρύξας priores Edd. διορύξας J. Marg. A1W. b Διορυχθήσεται] διωρυχ. Edd. priores. c Μιαρὸν] μικρὸν J. Marg. A1W.

69. Τὸν ὀπισθόδομον * ὀρύξας] Ὡς ἱερόσυλον διαβάλλων ταῦτά φησιν· ὁ γὰρ ὀπισθόδομος ἱερὸν [illegible] τὸ ὄπισθεν δὲ τοῦ ἀδύτου ἔτυχε λέγεσθαι. V.

* Ὀρύξας] L. ut in textu eſt διορύξας. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλὰ γελοῖα] Ego, quanquam ceteroquin ſingularis hujus libelli venuſtas & comicus lepor mirifice me capiat, offendi me tamen profiteor hac nimis affectata deterrimi aſſentatoris atque incredibili blanditia, quae quum nihil habeat ingenioſe ridiculum, nullam probabilem ingenii adulatorii notam, tuto potuerat a *Luciano* ac ſine ullo elegantiae diſpendio praetermitti. *T.H.*

62. Πληγὴν χαλκῶσαι] Vid. *Deſ. Herald.* Anim. in *Salmaſ.* Obſ. ad J. A. & R. II. c. 9. §. 11. *T.H.*

63. Τυραννίδα] *Cives tuos ultro pulſans.* *J. Br.*

Τυραννίδα] Invidioſe & odioſe ſupra modum Athenis præſertim. *Terent.* in *Phorm.* & paſſim alibi. *Anonym.*

Ibid. Τύπτεις τοὺς ἐλευθέρους] *Deſ. Herald* Obſ. & Emend. c. XLVIII. Tyrannidem Athenis vulgo potentioribus & ad inferendas injurias promtis objiciebant, nullumque erat in civitate liberrima crimen invidioſius: Comicis frequens: *Ariſtoph.* Veſp. v. 415. Ταῦτα δῆτ' οὐ δεινά, καὶ τυραννίς ἐστιν ἐμφανής v. 462. *T.H.*

66. Τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας] Commode notavit *Steph. Bergler.* ad *Alciphr.* I. Ep. 32. [illegible] (τοῦ [illegible]) καὶ ὄψει [illegible] ἐμπεπρηκέναι [illegible] καταλύουσαν. *Poll.* IX, 156. ex Hyperidis oratione pro Lycophrone: ἢ νεωρίων προδοσίαν, ἢ ἀρχείων ἐμπυρισμόν (ἐμπρησμοὺς in quibusdam libris olim fuiſſe lectum, e *Polluce* colligi poteſt) ἢ κατάληψιν ἄκρας. Hæc erant talia, ut crimen apud Athenienſes nulli gravius potuerit impingi. *T.H.*

69. Τὸν ὀπισθόδομον] *Opiſthodomus*, locus eſt Athenis in arce, ubi ærarium. *J. Br.*

Τὸν ὀπισθόδομον διορύξας] Ἁπλῶς Interpres *effoſſo ærario*. Sed aliud voluit hic Demeas. cum enim dixiſſet τὴν ἀκρόπολιν ἐνέπρησας, ſubjungit τὸν ὀπισθόδομον διορύξας. Nam ὀπισθόδομος locus erat ὄπισθεν τοῦ νεὼ τῆς καλουμένης Πολιάδος ἔχων θύρας, ὅπου ἦν θησαυροφυλάκιον. *Interpres Ariſtoph.* ad Plut. *Lucian. Herod.* *J. B.*

70. Διωρύξας] Haud dubie διωρύξας pro participio ponitur: ſcribe ergo διορύξας. *Immo vero dives es, effoſſo aerario, ſive, ut qui aerarium effoderis.* Scholiaſtes legit ὀρύξας, minus recte. *J. J.*

Διορύξας] Secuti ſumus Cl. *Jenſii* emendationem omnino neceſſariam. In omnibus διωρύξας prave legitur præter J. quæ habet διορύξας. Vide initium Ἰπβ΄. *M. du S.*

78. Μιαρὸν] Ex Ed. J. arripui: reliquæ μικρόν, quod minus arridet, quamvis alibi a noſtro uſurpatum videam, Καλ. [illegible] c. 12. quia hic *robur*, non *juſtitia*, Timonis requiritur. *M. du S.*

Μιαρὸν] Μιαρὸς & μικρὸς ſæpe confunduntur: illud hujus vicem reſtituit egregie ſummus *Bentleius* in Callim. Ep. VII. Hic omnino repudiandam cenſeo ſcripturam editionis Juntinae. Convicium gravius, quale merebatur Demeas, atque Atticis perquam familiare. *T.H.*

82. Ἐκπετάσας τὸν πώγωνα] Character philoſophi, quem paſſim proponit, ut Βίων πρ. in Piſcat. in Catapl. *J. B.*

σας γῦν τ̓ πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας, καὶ βρενθυόμενός τι πρὸς αὑτὸν, ἔρχεται, Τιτανῶδες βλέπων, ἀνασεσοβημένος τ̓ ἐπὶ τῷ μετώπῳ κόμην, Αὐτοβορέας [a] τις, ἢ Τρίτων, οἵους ὁ Ζεῦξις ἔγραφεν. οὗτος ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς, καὶ κόσμιος τὸ βάδισμα, καὶ [b] σωφρονικὸς τ̓ ἀναβολὴν, ἕωθεν μυρία ὅσα περὶ ἀρετῆς διεξιὼν, καὶ τῶν ἡδονῇ χαιρόντων καλιγορῶν, καὶ τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν, ἐπειδὴ λουσάμενος ἀφίκοιτο ἐπὶ τὸ δεῖπνον, καὶ ὁ παῖς μεγάλην τ̓ κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ (τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα) καθάπερ τὸ Λήθης ὕδωρ ἐκπιὼν, ἐναντιώτατα ἐπιδείκνυται τοῖς ἑωθινοῖς ἐκείνοις λόγοις, προαρπάζων ὥσπερ

porrecta barba, extenſis ſuperciliis, et gra[illegible]viter ſecum ac ſuperbe murmurans, [illegible] Titanicis oculis aſpiciens, capillis [illegible]bus retrorſum rejectis, plane illum [illegible] Boream aut Tritonem referens, [illegible] Zeuxis. Hic ille eſt, qui habi[illegible]tatem, inceſſu modeſtiam, [illegible]tiam, ac moderationem præ ſe fert; qui mane de virtute diſſerit, & eos, qui voluptate gaudent, graviter accuſat, frugalitatem laudans; talis vir, ubi lautus a balneo ad cœnam venit, & ei capaciorem calicem ſervulus porrexit, (meracius autem libenter bibit,) quaſi letheum poculum hauſerit, ea omnia facit, quæ plane cum illis matutinis ſermonibus pugnant, convivis cibaria veluti mil-

a Τις] Deeſt in *J.* b Σωφρονικὸς] Schol. *V.* & *F.* Σωφρονίσκος.

84. Βρενθύεσθαι] * Διὰ θυμὸν μυξωρίζεσθαι, ἢ προσποιεῖσθαι, ὀργίζεσθαι· καὶ βρενθύεται, ἐπαίρεται. Βρένθος δὲ εἶδος μύρου, ᾧ χριόμεναι αἱ γυναῖκες μέγα φρονοῦσι. *V.*

88. Καὶ Σωφρονίσκος] † Οἷον τοῦτο πέπαιχεν ἀπὸ τοῦ Σωφρονίσκου παρῳδήσας. *V.*

* Διὰ θυμὸν μυξωρίζεσθαι] Haec *Suidas* debentur in Βρενθύεσθαι. Ante ὀργίζεσθαι comma fuit in *B. A.* ſecus atque oportebat: eſt enim, *iram, ſpeciem irati prae ſe ferre.* *T. H.*

† Οἷον τοῦτο π.] Prava lectio Scholio huic anſam dedit. Socratem autem intelligit Sophtoniſci filium. *M. du S.*

Diſtingue Οἷον· τοῦτο πέπαιχεν. Intelligi voluit Scholiaſtes οἷον Σωφρονίσκος, tanquam Sophtoniſcus aliquis. *T. H.*

84. Τιτανῶδες βλ.] *Eraſm.* in Adagio, *Titanicus adſpectus.* *J. Br.*

86. Αὐτοβορέας] *Ipſemet Boreas, aut Triton:* Deus marinus ac buccinator. *J. Br.*

Αὐτοβ.] Sic Αὐτοβαΐδης in Ῥητ. c. 12. *M. du S.*

Αὐτοβορέας] Praeterquam ex hoc loco aliunde notae non ſunt hae Zeuxidis tabulae, neque *Junius* in Catal. Artif. quemquam alium extra Lucianum adduxit teſtem. Αὐτοβορέας autem verus & ipſiſſimus Boreas: αὐτοανθρώπῳ ὅμοιος quale ſit, videbimus ad Philopſ. §. 18. *Alciphr.* III. p. 446. σείλας ἐμαυτὸν ἀγροικῶς &c. αὐτοσκανταντὶς ἐδόκουν. Ὁ, τε βασιλεὺς τ̓ τρόπον ἦν αὐτοαπλότης apud *Suid.* in V. Vid. *Simpl. Verin.* ſive *Salmaſ.* de Tranſſubſt. p. 534. Ejus generis apud Philoſophos frequentantur, αὐταρχὴ, αὐτοσοφία, quibus appellationibus Deum adficiunt. *T. H.*

87. Ζεῦξις] Zeuxidis hanc tabulam, quænam fuerit, haud facile eſt ex hoc loco conjicere. In Poecile poſitam fuiſſe ſuſpicor. *M. du S.*

Ibid. Ὁ τὸ σχῆμα εὐσταλὴς] Tangit hunc locum *O. F. Ferrar.* de Re Veſt. P. II. lib. IV. c. 6. *T. H.*

88. Κόσμιος τὸ βάδισμα] Sic in Harmon. βαίνειν ἐν ῥυθμῷ. Dixi ad illud *Petron. Inceſſus tute compoſitus.* Sic in tractatu de Saltat. & in Demonact. vita, & antea. *J. B.*

89. Σωφρονικὸς] Scholiaſtes hic aliter legit; nempe Σωφρονίσκος in quo nullam prae vulgata lectione perſpicio elegantiam. *J. J.*

91. Τὸ ὀλιγαρκὲς ἐπαινῶν] Φιλοχρήματοι iſti philoſophi καὶ ῥυπαροὶ τὴν καρδίαν, nihil aliud in his dialogis laudant quam τὸ ὀλιγαρκές. Sic pag. ſeq. & paſſim, quibus tamen nihil usquam ſatis. *J. B.*

93. Μεγάλην τὴν κύλικα] Sic Lapith. τῇ ζωροτέρᾳ, *amariore:* amabant calices amariores: μεγάλην autem videtur eſſe κύλικος ὄνομα, ut apud *Virg.* 1. Æn. *Achil. Tat.* lib. 2. *J. B.*

96. Ὥσπερ ἰκτῖνος] Vid. *P. Burmann.* ad *Petron.* p. 193. *Plato* de Rep. I. p. 589. E. ἀλλ' ὥσπερ οἱ λίχνοι τοῦ ἀεὶ παραφερομένου ἀπογεύονται ἁρπάζοντες &c. Teſtimonium eſt coqui non nimis honorificum de philoſophis apud *Athen.* IX. p. 404. D. Τῷ φιλοσόφῳ παρέθηκα κωλῆνα, πόδας· Ἀδδηφάγον τὸ ζῷον εἰς ὑπερβολήν Ἐγώ —. *T. H.*

98. Τὸ γένειον ἀνάπλεως] Ut in Lapith. & Merc. Cond. quod in Nigr. §. 25. dixit ἐμφοροῦνται. *J. B.*

2. Τὰ τρύβλια] Generaliter pro catinis apud *Ariſtoph.* ubi tamen interpretantur τὸ τρύβλιον εἶδος ὀξυβάφου, ad Pac. ad Concion. aliter etiam Heſych. *J. B.*

Ibid. Τῷ λιχανῷ] De indice digito, ſive λιχανῷ, *Caſaub.* ad *Athen.* c. 13. lib. 1. *J. B.*

4. Μεμψίμοιρος &c. ὄφελος] Ita vertenda haec verba: *Semper querulus, ut totam placentam, vel ſuem totum inter alios accipiat, quod edacitatis & inſatiabilitatis culmen eſt.* Teſtatur *H. Stephanus* vocem ὄφελος verti *culmen, faſtigium* in vulgatis Lexicis, ſed ſine exemplo. Hoc accipiat, neque enim aliter hic locus verti poteſt. Quo ſenſu ſumtum ὄφελος deducendum ab ὀφέλλω, quatenus ſignificat, *augeo, accumulo.* Hinc ὄφελος inter alia ab *Heſychio* dicitur ſignificare αὔξησιν, *augmentum.* *J. C.*

Ibid. Πλακοῦντα ...] Ea enim domum auferre apud veteres moris erat. Vid. Νιγρ. c. 25. *M. du S.*

5. Ὁ,

milvus præripiens, & ſibi accumbentem cubito propellens, mentum caryca illitum habens, canum more incurvus ſe ſe cibis implens, quaſi in patinis virtutem inventurum ſe ſperans, lances digito indice ſedulo detergens, ut nihil ex alliato quidquam relinquat.

55. Iniquius partita obſonia ſemper querens, ut ſolus placentam aut aprum integrum ſibi habeat; tum porro, (qui gulæ & inſatiabilis voracitatis fructus eſt,) ebrius ac temulentus, non ad cantum usque & ſaltationem, ſed ad convicia & iracundiam provehitur. Ibi ſumpto in manum calice, multos ſermones funditat. Tum enimvero de ſobrietate & modeſtia agit, idque jam vi-

ἰκτῖνος τὰ ὄψα, καὶ τὸν πλησίον παραγκωνιζόμενος, καρύκης τὸ γένειον ἀνάπλεως, κυνηδὸν ἐμφορούμενος, ἐπικεκυφὼς, καθάπερ ἐν ταῖς λοπάσι τὴν ἀρετὴν εὑρήσειν προσδοκῶν, ἀκριβῶς τὰ τρύβλια τῷ λιχανῷ ἀποσμήχων, ὡς μηδὲ ὀλίγον τοῦ μυττωτοῦ καταλίποι.

Μεμψίμοιρος ἀεὶ [c] ὡς τὸν πλακοῦντα ὅλον, ἢ τὸν σῦν μόνος τῶν ἄλλων λάβοι, ὅ, τι περ λιχνείας καὶ ἀπληστίας ὄφελος, μεθυσος, καὶ πάροινος, οὐκ ἄχρις ᾠδῆς καὶ ὀρχηστύος μόνον, ἀλλὰ καὶ λοιδορίας, καὶ ὀργῆς προσέτι. καὶ λόγοι πολλοὶ ἐπὶ τῇ κύλικι, τότε δὴ καὶ μάλιστα, περὶ σωφροσύνης καὶ κοσμιότητος· καὶ ταῦτά φησιν ἤδη ὑπὸ τοῦ ἀκρά-

τυ

c Ὡς] κἂν Marg. AiW.

98. Καρύκης] ‡ Βρῶμα Λύδιον ἐξ αἵματος ἡ καρύκη. V.

3. Τοῦ μυττωτοῦ] Μυττωτὸς τρίμμα ἐξ ἀρτυμάτων πολλῶν συντεθειμένον· ἐκάλουν δὲ § καί τι ὑπότριμμα διὰ σκοροδων, ὡς Ἀριστοφάνης ἐν Εἰρήνῃ. Ἔοικε δὲ νῦν μυττωτὸν τὸν ἀπὸ τῶν κρεῶν ἐν τῷ ζωμῷ γλοιὸν καλεῖν, ὃς τοῦ ζωμοῦ ἐγκαταλειπόμενος τῷ ¶ τρυβλίῳ περικάθηται. V.

‡ Βρῶμα Λύδιον] Ex *Suida* in Καρύκη, & *Heſychio*, in quibus tamen multo plura. *T. H.*

§ Καί τι] Interpoſuit *Moſes du Soul*, & mox νῦν. *Ariſtophanis* locus in Pac. v. 272. *T. H.*

¶ Τρυβλίῳ] Emenda τρυβλίῳ. *J. J.*

Si tanti eſt monere, idem viſum fuit *M. Slado* & *M. du Soul*, qui praeterea pro περικάθηται ex *V.* & *C.* notavit παρακάθηται. *T. H.*

5. Ὅ, τι περ. λ. καὶ ἀ. ὄφελος] Ad ſequentia referunt *Eraſmus*, *Benedictus*, &, quod miror, *Tan. Faber* contra primas Edd. in quibus major eſt diſtinctio poſt ὄφελος poſita. *Clerico* ſi locutionis indoles, quam & priores ignorarunt, fuiſſet perſpecta, res melius ſucceſſiſſet. De eo, quod in quoque genere praeſtantiſſimum eſt atque excellit, iſtam loquendi formulam uſurpant Graeci: *Xenoph.* Hell. V. p. 328. v. 32. παμπληθεῖς ἀπέκτειναν ἀνθρώπους, καὶ ὅ, τι περ ὄφελος ἦν τοῦ τοιούτου (male τούτου τοῦ) στρατεύματος. *Arrian.* A. A. V. c. 15. p. 214. τῶν πεζῶν δ', τι περ ὄφελος ἐς τρισμυρίους, *peditum ſtrenuiſſimos ad triginta millia. Ariſtid.* T. I. p. 5. A. Muſas alloquitur, invitans, ut ſibi Jovis hymnum peracturo propitiae ſubveniant: εἶτε ἐν Ἑλικῶνι τῷ Βοιωτίῳ χορεύετε, τῶν Διὸς ἔργων τε καὶ δωρεῶν ὅ, τιπερ ὄφελος, *Vos, o Muſae, operum Jovis & donorum decus atque ornamentum*: *Canterus* in his vertendis prorſus aberravit. *Arrian.* de Venat. c. XX. καὶ τοῦ θεάματος ὅ, τιπερ ὄφελος ἀπόλοιτο, *& ſpectaculi quod jucundiſſimum eſt*, vel, *& jucundiſſima ſpectaculi pars interierit*: *Holſtenius* non accuratiſſime: *& ſpectaculum, maximum operae pretium perit.* Similis uſus in ὅ, τιπερ ἄνθος ἦν. *Thucydid.* IV. c. 133. ὅ, τι ἦν αὐτῶν ἄνθος ἀπώλεσεν imitatur *Dion Caſſ.* XLVI. p. 313. B. πᾶν ὅ, τι περ (non muto; quanquam videri poſſit, ὅ, τι περ ἦν) ἄνθος αὐτῶν ἔξω τῶν ὁρώντων (lego τῶν διαδράντων) σφᾶς, ἔφθειραν L. p. 428. C. καὶ τὸ πλῆθος πολὺ ὑμῶν ἐστι πᾶν ὅ, τιπερ ἄνθος καὶ περὶ τῶν ὑπηκόων καὶ παρὰ τῶν συμμάχων ἐξειλεγμένον. Igitur in *Luciano*, ſi lectionem receptam probas, tota placenta, vel porcus carum rerum, quae gulae helluationique inſerviunt, delicatiſſimum, vel caput coenae intelligetur: ſed vereor equidem, ne ante ὅ, τι περ exciderit ἢ, quod reprehendi malim, tali ſententia: *Querulus ſemper, & portione ſua non contentus, ut placentam totam, aut porcum ſolus prae aliis accipiat, aut quodcumque aliud gulae ſupra cetera gratiſſimum fuerit appoſitum.* T. H.

9. Ἐπὶ τῇ κύλικι] Solent ἐπὶ τῆς κύλικος. *Diogen. L.* II, 82. ἕως ἂν τις ἡμᾶς ἐπὶ τῆς κύλικος φλυαρῶν διαπράξῃ sed multo frequentius ἐπὶ τῇ κύλικι. *Arrian.* A. A. VII. c. 27. ἐδόκει τι αὐτῷ ἐπὶ τῇ κύλικι γενέσθαι ὀξεῖαν. *Ariſtaen.* I. Ep. 3. p. 18. ὃς (Διόνυσόν τε καὶ Ἀφροδίτην) ἐπὶ τῇ κύλικι συνάγοντες ἐθελγόμεθα· minus opportune *Mercerus*: *quos in pateram cunctos delibavimus*: debuerat, *quos inter pocula conſocuantes delectabamur.* Aliter *Appian.* de B. Mithr. p. 363. Χρυσίον ἐπί τε τῇ κύλικι καὶ τῇ τροφῇ &c. προτιθέναι, *aurum illi, qui calicibus eductis & cibi ingerendi multitudine ſuperior eſt, praemium ponere.* Hinc λόγοι ἐπὶ τῇ κύλικι, *ſermones ad vinum*, ut *Cicero* dixit *ad vinum diſertos* pro Coel. §. 67. vel, *qui ad menſam ſolent ſuboriri*, ut *Atta* in Megal. apud *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. VII, 33. Iidem λόγοι ἐπικυλίκειοι *Athenaeo* initio libri I., ubi vide *Caſaub.* ἐπικυλίκειοι ἐξηγήσεις *Diogen. L.* IV, 42. Vox corrupta in *Plutarcho* de Muſ. p. 1148. D. Ἔχεις τοὺς ἐπικυκλίους περὶ μουσικῆς λόγους Interpr. *circularem de muſica diſputationem*: *Luiſin.* Par. III. c. 11. melius ad ſenſum, *ſermones de muſica ad menſam habitos*: ſed quod *Aldus*

im-

τυ πονήρως ἔχων, καὶ ὑποτραυλίζων [a] γελοίως· εἶτα ἔμετος ἐπὶ τούτοις. καὶ τὸ τελευταῖον, θεράποντες τινες ἐκφέρουσιν αὐτὸν ἐκ τοῦ συμποσίου τῆς αὐλητρίδος ἀμφοτέραις ἐπειλημμένον· πλὴν ἀλλὰ καὶ νήφων οὐδενὶ [b] τῶν πρωτείων παραχωρήσειεν ἂν ψεύσματος ἕνεκα, ἢ θρασύτητος, ἢ φιλαργυρίας. ἀλλὰ καὶ κολάκων ἐστὶ τὰ πρῶτα, καὶ ἐπιορκεῖ προχειρότατα, καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται, καὶ ἡ ἀναισχυντία παρομαρτεῖ· καὶ ὅλως πάνσοφον τὸ χρῆμα, καὶ πανταχόθεν ἀκριβὲς, καὶ ποικίλως ἐντελές· οἰμώξεται τοιγαροῦν οὐκ εἰς μακρὰν χρηστὸς ὤν. Τί τοῦτο; παπαὶ, χρόνιος ἡμῖν Θρασυκλῆς.

ΘΡΑ. Οὐ κατὰ ταὐτὰ, ὦ Τίμων, τοῖς πολλοῖς τούτοις ἀφῖγμαι, ὥσπερ οἱ τὸν πλοῦτον [c] σου τεθηπότες, ἀργυρίου, καὶ χρυσίου,

no fere depoſitus, & ridicule b[illegible] poſt hæc vomit. Ad poſtremum [illegible] nio a nonnullis effertur, tibicinam [illegible] retinens manibus. Ceterum cum [illegible] nemini homini palmam vel mendaci[illegible] daciæ, vel avaritiæ conceſſerit; ſed [illegible] torum longe princeps eſt, & pe[illegible] non cunctatur: illum in quovis neg[illegible] fallacia, juxta autem ſequitur impudenti[illegible] denique homo plane ſapiens, & undiquaque conſummatus eſt, & varia quadam perfectione præſtans. Quare dabo operam, ut tam bonus vir jam jam auferat hinc grande infortunium. Quid hoc? papæ! tamdiu eſt cum venire diſtulit Thraſycles?

56. THRAS. Alia me cauſa ad te ut venirem compulit, quam quæ hos omnes; qui divitiarum tuarum amore perculſi huc concurrerunt, auri atque argenti, &

a Γελοίως] Γελοῖος priores Edd. *b* Τῶν πρωτείων] Ita *V2. B2. S.* ceterae pleraeque πρωτείων. *c* Σου] Ita recte *P. S. A.* Priores σοι.

20. Καὶ ἡ γοητεία προηγεῖται] Οὐδὲ Ζεῦξις, * ἢ ὁ Παῤῥάσιος οὕτως ἡμῖν † διὰ φαρμάκων φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας γράψας διετυπώσατο, ὡς ‡ οὗτος ἀπαραλλάκτως διὰ τοῦ προκειμένου Θρασυκλέους θρασύτητά τε καὶ μιαρίαν ἠθῶν ψευδοσόφων ἀνδρῶν, ὡς ἐπὶ πίνακος, ἐναργῶς τῷ λόγῳ ἀπηκριβώσατο. *V.*

* Ἢ καὶ] Notaverat *M. du Soul* οὐδ', neque tamen addiderat, unde ſumtum ſit. Mihi ſatis facit ἢ καί. *T. H.*

† Δ. φ. φιλόσοφοι γοητείας καὶ τερατείας] Id vult Graeculus Commentator, Philoſophorum veneficia & praeſtigias exemplo Thraſyclis bellius effingi, quam coloribus fieri poſſet a Zeuxide vel Parrhaſio: ſed lege & tria tolle menda, δ. φ. φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας γρ. *J. J.*

L. φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας. C. φιλοσόφων γοητείας καὶ τερατείας. *M. du S.*

Hoc ſequendum duxi. *T. H.*

‡ Οὗτος] Ita pro οὕτως emendavit *M. du Soul*. Ἀπαραλλάκτως intellige, *quam ſimillime*, vel, quemadmodum apud recentiores nonnunquam uſurpari ſolet, *eum in modum, ut ſuperari non poſſit.* *T. H.*

impreſſerat ἐπικυλικείους adjecta litera juvandum fuit. Hinc κυλικηγορεῖν *Athen.* XI. p. 461. E. p. 480. C. καὶ τὸ κυλικηγορεῖν, ὅταν ἐπὶ τῇ κύλικι τις ἀγορεύῃ. *Poll.* VI, 29. λάλος, λῆρος, φλύαρος, κυλικηγορεῖν, φορτικός. Commoda diſtinctione ſententiam *Luciani* dilucidiorem dedi. Τότε δὴ ſaepe apud *Noſtrum*: *Duker.* ad *Thucydid.* V. p. 327. n. 64. *T. H.*

12. Ὑποτραυλίζων] Ψελλίζων ἢ μηδὲν ἐναρθρον λαλῶν. *Interp. Ariſtoph.* ad Nub. *J. B.*

Ibid. Γελοίως] In omnibus *Luciani* operum editionibus γελοῖος; mendoſe, haud dubie. Cl. *Hemſterhuſius* recte in ſua emendavit. *M. du S.*

13. Εἶτα ἔμετος] Idem Lapith. de his vomitibus copioſe alibi. *J. B.*

15. Τῆς αὐλητρίδος &c.] *Utraque manu tibicinae adhaerentem.* *J. Br.*

16. Τῶν πρωτείων] *Nulli primas conceſſerit.* *J. Br.*

19. Τὰ πρῶτα] *Primum locum tenens.* *J. Br.*

20. Γοητεία] Hanc paſſim nugonibus iſtis exprobrat ut in Piſcat. in Catapl. *J. B.*

21. Πάνσοφον τὸ χρῆμα] Cl. *Faber* legendum monet πάνσοφόν τι χρῆμα. Verum quidem eſt, in hac loquendi formula, ſaepe τὶ poni, ut alibi apud *Noſtrum*, παμβέβηλος παγκαλόν τι χρῆμα, & ſimiliter ſaepe apud *Aelianum*, *Ariſtophanem* & alios. Sed mihi hoc in loco vulgata ſcriptura praeponitur; intelligendum enim eſt, quaſi diceret, *Denique ut ſummatim dicam*, τοῦτο τὸ χρῆμα (Thraſycles nempe) ἐστὶ πάνσοφον, καὶ πανταχόθεν ἀκριβές, &c. Id enim hic Articulum τὸ valere, ex toto contextu perſpicuum eſt. Et ſic quoque in Βίων πράσει. Ἄγε δὴ πρόσεχε πᾶς· πολυτελές τὸ χρῆμα, καὶ πλουσίων δεόμενον. *Age vero, advertat quilibet animum; id, quod videtis, eſt lautum aliquid, & divites* (emptores) *poſtulans.* Sane non ita temere immittenda falx critica, ubi quid primo adſpectu videtur recedere a vulgari loquendi conſuetudine; quum omnes voces non omni loco adhiberi queant eodem modo. *J. J.*

Πάνσοφον τὸ χρ.] *Ariſtoph.* Pac. v. 38. Μιαρὸν τὸ χρῆμα, καὶ κάκοσμον, καὶ βορόν. *T. H.*

23. Οὐκ εἰς μακρὰν] *Brevi.* *J. B.*

Ibid. Χρηστὸς ὤν] Ironia. *J. Br.*

Χρηστὸς ὤν] Ironiam *Brodaeus* interpretatur, quae hoc quidem in loco omni aculeo deſtituta eſt: utcunque tamen exprimere conatus eſt *Faber*. Mihi, quanquam remedium nullum ſuccurrat, diſplicet illud

χρη-

& ſumptuoſarum cœnarum ſpe, experiundi gratia quid in te aſſentationibus ſuis poſſint, virum ſimplicem, & qui facultates tuas liberiter aliis elargiris. Noſti enim, opinor, [illegible]m ſatis mihi eſſe ut recte cœnem, cæpe autem & naſturtium jucundiſſimum mihi eſſe opſonium, aut, ſi quando mihi melius eſſe volo, ſalis paululum: potus mihi ex Enneacruno [ex Calliroë fonte] pallium autem hoc qualibet purpura carius eſt. Nam aurum mihi quidem haud pretioſius videtur iis lapillis, quibus plena ſunt litora. Sed huc tui unius gratia me contuli, ne te divitiæ, perniciosiſſima atque inſidioſiſſima poſſeſſio, corrumpant, quæ multis ſæpe graviſſimas calamitates importarunt. Nam ſi mihi auſcultabis maxime, illas in mare conjicies,

καὶ δείπνων πολυτελῶν ἐλπίδι συνδεδραμήκασι, πολλὴν τὴν κολακείαν ἐπιδειξόμενοι πρὸς ἄνδρα, οἷόν σε, ἁπλοϊκὸν, καὶ τῶν ὄντων κοινωνικόν. οἶσθα γὰρ ὡς μάζα μὲν ἐμοὶ δεῖπνον ἱκανὸν, ὄψον δὲ ἥδιστον θύμον, ἢ κάρδαμον, ἢ εἴποτε τρυφῴην, ὀλίγον τῶν ἁλῶν· ποτὸν δὲ ἡ ἐννεάκρουνος. ὁ δὲ τρίβων οὗτος ἧς βούλει πορφυρίδος ἀμείνων. τὸ χρυσίον μὲν γὰρ οὐδὲν τιμιώτερον τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων μοι δοκεῖ. σοῦ δὲ αὐτοῦ χάριν ἐστάλην, ὡς μὴ διαφθείρῃ σε τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλοῦτος, ὁ πολλοῖς πολλάκις αἴτιος ἀνηκέστων συμφορῶν γεγενημένος· εἰ γάρ μοι πείθοιο, μάλιστα ὅλον εἰς τὴν θάλατταν ἐμβαλεῖς [illegible], οὐδὲν

34. Ἐννεάκρουνος] Κρήνη τις Ἀθήνησι Καλλιρόη καλουμένη πρότερον. V.

χρηστὸς ὤν debebat ſequi ἄξιος ὤν, aut aliud quiddam argutius. Non me fugiunt τουτουὶ τοῦ χρηστοῦ Δ. Ετ. XII. & hujus generis alia non pauca: neque tamen propterea ſententiam de hoc loco muto. *T. H.*

26. Ὥσπερ οἱ &c.] *Faber* deleri hic vult ὥσπερ. Utique ſi quid mutationis hic opus, legerim pro ὥσπερ οἱ, οἰκτροὺς, ſenſu convenientiſſimo, *qui nimirum divitiarum tuarum admiratione capti*, &c. At maximam quidquam hic ſollicitandi neceſſitatem non video. *J. J.*

Ὥσπερ οἱ &c.] Si interponas, οὐδ' ὥσπερ οἱ &c. omnis orationis intricatioris difficultas fuerit ſublata: ſed cum Clariſſ. *Jenſio*, non maximam eſſe quicquam hic ſollicitandi neceſſitatem ſentio. *T. H.*

30. Ἁπλοϊκὸν] Recte *ſimplicitas* cum liberalitate conjungitur, quod ſimpliciores ſoleant eſſe liberaliores. Hinc ἁπλότης ſumitur pro *liberalitate* in N. T. Vide quae notavimus in Addit. ad *Hammond.* ad Rom. XII, 8. *J. C.*

31. Μάζα] Pro quovis genere panis. tenuiorum cibus, unde mirum, *Carionem* μάζαν accepiſſe pro delicatiori cibo. Fuere quidem μάζαι in deliciis ſed compoſitæ. *Ariſtoph. Heſiod. Athen. Heſych. Suid. J. B.*

Μάζα] Idem plane Thraſyclis temperantiam ſimulantis victus, qui Perſarum, de quo vide *Briſſon.* de R. P. II. p. 213 214. Salem pauperioris fortunae hominibus opſonium fuiſſe, res nota: *ſalem delingere*, ἅλας λείχειν Athenis malebat Diogenes Cynicus, quam παρὰ Κρατέρῳ τῇ πολυτελεῖ τραπέζης ἀπολαύειν *Diogen. L.* VI, 57. Egregia quaedam eſt *Apollonii* Tyaneiſis figura, & ad exemplar Pythagoreorum praeceptorum expreſſa Ep. VII. Πάντα φασὶ δεῖν τὸν ἐμπόρον κάλων κινεῖν· ἐμοὶ δὲ εἴη τις ἀλύπως τροφὴ ἐν θέμιδος οἴκῳ. *Mercatorem* (Euphratem ſugillat ex ſapientiae ſtudio lucrum turpiſſime captantem, quales philoſophos Socrates καπήλους appellabat) *oportet omnem, ut ajunt, rudentem commovere: mihi contra ſit in honeſta pauperie nullas opes venantem juſte temperanterque vivere.* Haec recte jampridem intellexit *Caſaubonus* ad illud *Perſii* Sat. V. — *reguſtatum digito terebrare ſalinum*; itidemque *Gatakerus* A. M. P. c. 43. p. 879. ne de me dicam ad *Poll.* X, 169. quo magis mirificus eſt in his explicandis *Olearii* error, qui indicari tantum debet, non refutari. Τὸ θύμον apud *Lucianum*, & ἡ ἐννεάκρουνος ad Atticorum tenuiorem vivendi rationem pertinet: *Ariſtoph.* Plut. 253. Ὦ πολλὰ δὴ τῷ δεσπότῃ ταὐτὸν θύμον φαγόντες· optime *Schol.* τῆς αὐτῆς πενίας μεθεξόντες. *T. H.*

32. Θύμον] Male θυμὸν antea, qua loquendi formula paſſim utitur. *J. B.*

Ibid. Ἢ κάρδαμον] Dixi ad illud *Petronii Naſturcii ſuccum.* *J. B.*

34. Ἐννεάκρουνος] Fons Athenis qui ab aliis dicitur Καλλιρόη de quo *Interpr. Ariſtoph.* male apud *Heſych.* ἐννεάκρουνος dicitur. hac de re legendus *Thucydides*, qui rem totam indicat, & *Portus* interp. *J. B.*

Ἐννεάκρουνος] Κρήνη Ἀθήνησιν, novem venis ſaliens, unde & hoc nomen illi impoſitum. Vide *Heſych.* & *Etymol.* M. *A. V.*

Ἡ ἐννεάκρουνος] Appoſitus eſt *Alciphronis* locus III. p. 386. *Si nemo me [illegible] vocet*, inquit paraſitus, ἀνάγκη μοι σκάνδικας [illegible] τρώγειν, ἢ πόας ἀναλέγειν, καὶ τῆς Ἐννεακρούνου πίνοντα [illegible] τὴν γαστέρα· ibi *Berglerum* haec Lucianea non praeterierunt: p. 392. ὕδωρ τῆς Καλλιρρόης. Ariſtippus ad Antiſthenem in Epp. Socraticorum p. 25. καὶ ἀπὸ τῆς Ἐννεακρούνου λούου τε καὶ πῖνε, καὶ τὸν αὐτὸν τρίβωνα θέρους τε καὶ χειμῶνος ἔχε ῥυπῶντα, ὡς πρέπει ἐλεύθερον καὶ ζῶντα ἐν Ἀθήναις δημοκρατικῶς. De Enneacruno vel Callirrhoë Athenarum fonte multa Commentatores Eruditiſſimi ad *Thucyd.* II, 15. *T. H.*

42. Εἰς τὴν θάλ. ἐμβαλεῖς] Hoc Diogenis eſt monitum in Βίων Πρ. §. 9. cujus ſuaſu Crates id ipſum feciſſe dicitur. *Diogen. L.* VI, 87. & *Menagius*: eam hiſtoriam ob oculos habuit *Hieronym.* Conſol. ad *Julianum*: *Contemnit aurum: contempſerunt & multi philo-*

οὐδὲν ἀναγκαῖον ἀνδρὶ ἀγαθῷ [a] ὄντα, καὶ τὸν φιλοσοφίας πλοῦτον ὁρᾷν δυναμένῳ. μὴ μέντοι ἐς βάθος, ὦ 'γαθὲ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας [b] ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματωγῆς, ἐμοῦ ὁρῶντος μόνου.

Εἰ δὲ μὴ τοῦτο βούλει, σὺ δὲ ἄλλον τρόπον ἀμείνω κατὰ τάχος ἐκφόρησον αὐτὸν ἐκ τῆς οἰκίας, καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτῷ [c] ἀνῇς, διαδιδοὺς ἅπασι τοῖς δεομένοις, ᾧ μὲν, πέντε δραχμὰς, ᾧ δὲ, μνᾶν, ᾧ δὲ, [d] ἡμιτάλαντον. εἰ δέ τις φιλόσοφος εἴη, διμοιρίαν, ἢ τριμοιρίαν φέρεσθαι δίκαιος· ἐμοὶ δὲ, καίτοι οὐκ ἐμαυτοῦ χάριν αἰτῶ, ἀλλ' ὅπως μεταδῶ τῶν ἑταίρων τοῖς δεομένοις, ἱκανὸν εἰ ταύτην τὴν πήραν ἐμπλήσας παράσχοις, οὐδὲ ὅλους δύο μεδίμνους χωροῦσαν Αἰγινητικούς. ὀλιγαρκῆ δὲ καὶ μέτριον χρὴ εἶναι τὸν [e] φιλοσοφοῦντα, καὶ μηδὲν ὑπὲρ τὴν πήραν φρονεῖν. ΤΙ. ἐπαινῶ ταῦ-

quippe quas non deſideret vir bonus, & qui philoſophiæ opes poſſit contemplari. Ne tamen, o Timon, eas in altum mittas, ſed inguinum tenus aquam ingreſſus, paulo infra litoris crepidinem projicito, me uno vidente.

57. Id vero ſi minus placet, eas ex ædibus alia quavis ratione, quantum potes, ejicito, neque tibi vel obolum relinquas, ſed omnia egentibus diſtribuas, huic minam, huic ſemitalentum. Si quis vero ex iis philoſophus erit, duplam is aut triplam partem auferre debet: mihi autem, (quanquam non mea cauſa peto, ſed ut amicis, ſi qui forte egebunt, largiar) abunde erit, ſi hanc peram aureis offertam mihi reddas, quæ duos Ægineticos modios non prorſus capit: paucis enim eſſe contentum, & mediocritatem ſequi, hominem philoſophantem decet, neque ſupra peram ſuam ſapere. TIM. Iſthuc recte

a Ὄντα] ὄντι *J.* In Marg. *A1W.* ὄτι notatum erat pro μέντοι, quod accidiſſe credo deſcribentis culpa, qui variationem Ed. *J.* nec fideliter expreſſit, & ad alienam voculam retulit. b Ἐπεμβὰς] ἐπιβὰς *J.* Marg. *A1W.* c Ἀνῇς] ἀνεὶς *J.* Marg. *A1W.* Locus ſuſpectus. d Ἡμιτάλαντον] Priores Edd. τάλαντον praeter *J.* cum qua conſentiunt R. Schol. & Th. Magiſt. Habet etiam Margo *A1W.* e Φιλοσοφοῦντα] φιλόσοφον *J.* M. *A1W.*

loſophi: e quibus unus, ut ceteros ſileam, multarum poſſeſſionum pretium projecit in pelagus, Abite, dicens, in profundum, malae cupiditates: ego vos mergam, ne ipſe mergar a vobis: philoſophus gloriae animal, & popularis aurae vile mancipium totam ſimul ſarcinam depoſuit. Improbat, & merito quidem, *Plutarch.* de Nobil. p. 218. §. 11. οὐχ ἧττον δ' ὡς ἄχρηστα τὰ χρήματα εἰς θάλατταν καταποντισθήσεσθαί τις κελεύῃ. Paulo aliter *Iſocr.* in Archid. p. 130. A. οἱ μὲν κεκτημένοι τὰς οὐσίας ἥδιον ἂν εἰς τὴν θάλατταν τὰ σφέτερ' αὐτῶν βάλοιεν, ἢ τοῖς δεομένοις ἐπαρκέσειαν. *Phoenicidis* apud *Stob.* p. 80. & *Gellii* N. A. IX, 2. loca non diſſimilia inter ſe comparavit *Bern. Martin.* V. L. I. c. 8. recte explanans illud Muſonii, ἄξιος ὢν ἐστὶν ἀργυρίου, quod Interpretum nemo fuit adſecutus. Talia vero Lucianus adſcripſit Taraſycli, quae recentioribus philoſophis prius conveniant, quam iis, qui Timonis aetate vixerunt. *T. H.*

46. Ἐπεμβὰς] *J.* Ed. hic corrupte ἐπιβάς. Vulgatam firmant hæc verba *Dial. Enip. & Nept.* ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ λουομένη. *M. du S.*

Ibid. Τῆς κυματώδους γῆς] Audio Mſſ. & *Tanaq. Fabrum.* Sed quid *Lucianus* amaverit, colligere etiam poſſumus ex fine Hermotimi, ubi ſic ſcribit. Ἄνθρωπον τινὰ ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον ἐπὶ τῆς κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *J. G.*

Κυματωγῆς] Vide etiam noſtram & *Grævii* notam ad *Hermot.* c. 84. ubi eadem vox occurrit, quæ & illic in impreſſis in κυματώδη mutata eſt. *M. du S.*

Τῆς κυματώδους γῆς] Codice Regio ſponſore κυματωγῆς reſtitui: fruſtra *Grenovius* obducit locum ex Hermotimo: addidiſſe poterat *Long.* Paſt. III. p. 95. καὶ ἐπὶ τῆς ψάμμου πλησίον τῆς κυματώδους γῆς ἐβάδιζε ζητῶν τὰς τρισχιλίας. Quanquam e Codicibus nihil a *Jungermanno* ſit notatum, *Mollius* tamen hic etiam κυματωγῆς debere legi ſuſpicatus eſt. Rem pluribus alias exponemus. *T. H.*

50. Αὐτῷ] Καὶ μηδ' ὀβολὸν αὐτοῦ ἀνῇς· αὐτοῦ, αὐτόθι, nempe ἐν τῇ οἰκίᾳ, ſive οἴκοι. *Th. M.*

Αὐτῷ] Perſpicue legendum σεαυτῷ, vel σαυτῷ, vel ἑαυτῷ, quum hoc de omnibus perſonis dicatur. Id enim vult Thraſycles, ut Timon ne obolum quidem ſibi retineat, Idque jam conſideravit Interpres, vertens: *Tu eas alio potiore modo, confeſtim ex aedibus ejicito* (potius, *confeſtim eum foras effer*) *ac ne obolum quidem tibi reliquum facias, largiens quibuscumque opus eſt.* Marcilius legit αὐτοῦ, *illic.* *J. J.*

Ibid. Ἀνῇς] Proba ſcriptura, vide Ἀναχ. c. 1. Ed. *J.* ἀνεὶς. *M. du S.*

52. Ὦ δὲ μνᾶν, ᾧ δ' ἡμιτ.] Variant hic libri. τάλαντον vulgatarum non agnoſcit *J.* Ed. nec reperitur apud *Thomam Magiſtrum*, qui hunc locum adducit v. Ἀ μὲν, ᾧ δὲ neque in Scholio, quod vide in Ἀττ. Διό. Sed pro eo hi omnes habent ἡμιτάλαντον, quod adeo admiſimus; quia ea ratione talentum ſibi integrum, ut Philoſopho, quem duplo donari auctor eſt, conficit. Reliquarum ergo Edd. *talentum* rejecimus. Sed in eo ſecuti auctoritatem Ed. *J.* potiſſimum, in alio reſpuimus, quod μνᾶν non agnoſcit, quod probum

&

ſte, o Thraſycles; ſed ante tibi caput implebo pugnis, auctarium hoc ligone addens, priusquam tibi peram impleo. THRAS. O democratia, & leges, in libera civitate ab homine ſceleratiſſimo percutimur. TIM. Quid conquereris, bone Thraſycles? an quod te inter admetiendum circumveni? atqui auctarii etiam loco adjiciam chœnices quatuor.

58. Sed quid hoc? multi concurrunt ſimul, Blepſias videlicet, & Laches, & Gniphon, ac denique hominum legio, quos ego miris modis mulcabo. Quid itaque cauſæ, quin petram hanc conſcendam, & aliqua requie ligonem meum reficiam, quem jam tantopere exercui? ipſe autem magna vi lapidum in unum collata, eos grandinis in morem feriam? BLEPS. Parce quæſo mittere, Timon: abimus enim. TIM. At ego certe ſine cruore & vulneribus ne abeatis faxo.

τά σου, ὦ Θρασύκλεις· πρὸ γοῦν τῆς πήρας, εἰ δοκεῖ, φέρε σοι τὴν κεφαλὴν ἐμπλήσω κονδύλων, ἐπιμετρήσας τῇ δικέλλῃ. ΘΡ. ὦ δημοκρατία, καὶ νόμοι, παιόμεθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει; ΤΙ. τί ἀγανακτεῖς, ὦ 'γαθὲ Θρασύκλεις; ᶠ μῶν παρακέκρουσμαί σε; καὶ μὴν ἐπεμβαλῶ χοίνικας ὑπὲρ τὸ μέτρον τέτταρας.

Ἀλλὰ τί τοῦτο; πολλοὶ ξυνέρχονται· Βλεψίας ἐκεῖνος, καὶ Λάχης, καὶ Γνίφων, καὶ ὅλως τὸ σύνταγμα τῶν οἰμωξομένων. ὥστε τί οὐκ ἐπὶ τὴν πέτραν ταύτην ἀνελθὼν, τὴν μὲν δίκελλαν ὀλίγον ἀναπαύω πάλαι πεπονηκυῖαν, αὐτὸς δὲ ὅτι πλείστους λίθους ξυμφορήσας, ἐπιχαλαζῶ πόρρωθεν αὐτούς; ΒΛ. μὴ βάλλε, ὦ Τίμων· ἄπιμεν γάρ. ΤΙ. ἀλλ' οὐκ ἀναιμωτί γε ὑμεῖς, οὐδὲ ἄνευ τραυμάτων.

f Μῶν] Τίμων R. vocem dividit *T. Faber* τί; μῶν π-

66. Παρακέκρουσμαί σε] * Ἠπάτων σε ἐν εἷς ἔλεγον περὶ τοῦ πλούτου. *V.*

* Ἠπαίτων] Quid ſit ἠπαίτων, ignoro. Lege ἠπάτων, *decipiebam.* *J. J.*

Lege ἠπάτων ſed reliqua hujus ſcholii abſurda ſunt; agitur enim de pugnis. *M. du S.*

& in omnibus legitur. Sic enim gradatim melius ad ſummam, quam captat, aſcenditur. *M. du S.*

57. Δύο μεδ. χωρ. Αἰγ.] Medimnus Atticus circiter octoginta libras tritici continebat, AEgineticus plures. Auri vero plus quam, ut opinor, quinquageſies tritico gravioris tantum pondus complexa eſſet ejusmodi pera, ut viginti camelis opus fuiſſet ad eam bajulandam. Inſaniam Pſeudophiloſophi graphice deſcribit *Lucianus.* *J. C.*

Μεδ . . . Αἰγ.] V. *Leon Torcius* AG. IX, 1483. Drachma etiam Æginetica dupla fere Atticæ drachmæ fuiſſe traditur. Attica VII. Solidorum ſive denariorum Anglicorum, Æginetica XII. ſeu unius *Shilling.* *M. du S.*

Μεδίμνους Αἰγινητικούς] *Modios* etiam *Faber*: *medimnos* transferre debuerat: vid. *Perizon.* ad *AElian.* V. H. VI. c. 12. Eodem nomine *Strabonis* Interpretem reprehendit *Hoſtus* de Menſ. Gr. c. VI. Multis error communis: neque tamen non verum eſt, Graecos recentiores μόδιον & μέδιμνον nonnunquam confundere. Medimni, aliusve aridorum menſurae AEgineticae nusquam reperi mentionem factam: propterea negare nolim, ut ponderibus & pecuniae pretio Atticos AEginetae praeceſſerunt, ſic & menſurarum magnitudine. Sed fieri poteſt, ut, quod de ponderibus & nummis erat certum, ridicule *Lucianus* ad menſuram traduxerit. Mox φιλοσοφοῦντα contra Ed. *J.* auctoritatem ſervavi. *Noſter* in Peregr. §. 30. Χρυσῷ σωζόμενος πήρῳ—. *T. H.*

59. Φιλόσοφον] Ex Ed. *J.* Reliquæ φιλοσοφοῦντα. *M. du S.*

Καλάμους ἐμπήξας] Habes deſcriptionem teſtudinis a Mercurio inventae, ex qua lyram confecit; ſed male intellectam & imperitiſſime verſam: χελώνην που νεκρὰν εὑρὼν ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο. Πήχεις γὰρ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντεινάμενος ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε. In editione Salmurienſi haec eſt iſtorum verborum interpretatio: *Teſtudinem mortuam alicubi nactus, ex ea compegit inſtrumentum. brachiis enim adaptatis, & ſuperinducto jugo, deinde calamis infixis, & ſubjecto hemiſphaerio, & intentis inde ſeptem chordis elegans adeo & concinnum quiddam modulatur:* non ſane muſice. Deſcriptio haec eſt petita ex hymno in Mercurium, qui tribuitur *Homero*, ut olim obſervavit maximus *Scaliger* ad *Manilium*: ſed cum in illa queritur omiſſum eſſe τὸ καιριώτατον, dicendum enim fuiſſe ἔπειτα καλάμους ἐμπήξας, καὶ ἔτι δέρμα βόειον προσαρμόσας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, verum erat, ſi καλάμους ſcripſiſſet *Lucianus*, & hymni auctorem κατὰ πόδα ſequendum ſibi exiſtimaſſet. Cum vero corii bovilli, quo ceu theca lyram Mercurii tegebat hymnus, mentionem omiſiſſet, & accommodaſſet ejus deſcriptionem ad ſui temporis mores, locus nullus erat arundinibus in lyra. Pro καλάμους legendum ex Mſ. κολλάβους. Κόλλαβοι ſunt *paxilli*, vel *claviculae, quibus fides in lyris intenduntur.* *Homero* Odyſſ. Φ. dicuntur κόλλοπες

Ῥηϊδίως ἐτάνυσσε νέῳ ἐπὶ κόλλοπι χορδήν.
Facile intendit nova clavicula fides.

Ubi *Euſtathius*: κόλλοψ ὁ περὶ τὰ ὄργανα κόλλαβος, δι' οὗ τείνονται αἱ τοιαῦται χορδαί. καὶ οὕτω φασὶ λεγόμενος, διότι τὸ παλαιὸν ἐκ δερμάτων σκληρῶν ἦν τῶν πρὸς τραχήλῳ τῶν βοῶν, ἔτι δὲ ὅτι καὶ τῶν οἰῶν quaere ibi plura. Vides ex calloſo illo corio, quod eſt in cervicibus boum & ovium, olim iſtos verticillos eſſe factos, quod tamen negat *Scaliger*; qui poſtea conficiebantur ex lignis. Πήχεις vero ſunt *manubria*. *Hyginus brachia* vertit: ζυγὸς vero, ſive ut aliis ζύγωμα, *jugum*, eſt tranſverſum tranſtillum, in ſumma cithara, cui chordae annectebantur: μαγάδιον eſt ligneus aſſerculus, qui ſubjiciebatur fidibus, ſine quibus nullum illae ſonum edebant; olim erat calamus, poſtea lignum quadratum, quod hodie adglutinatur muſicis inſtrumentis, olim ſupponebatur, ut erudite *Scaliger* oſtendit. Qui veteres lyras in nummis & marmoribus, ubi ſaepius occurrunt, vidit, facilius haec intelliget. Locus autem ſic vertendus eſt: *Teſtudinem mortuam cum alicubi inveniſſet, ex ea inſtrumentum muſicum compegit. Manubria enim adaptavit, & jugum addidit, & adfixit claviculas, & ſubjecit aſſerculum, fideſque intendens ſeptem valde tenerum & concinnum quid cecinit:* Eadem omnia recenſet inferius in lyra Polyphemi in Colloquio Doridos & Galateae, excepto μαγαδίῳ. Αὐτὴ ἡ πηκτὶς οἷα κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν. καὶ τὰ μὲν κέρατα πήχεις ὥσπερ ἦσαν· ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι καὶ ἀπῳδόν. Sic legendus iſte locus lepidiſſimus: *Ipſa lyra ſolummodo erat cranium cervi, nudatum carne, cornua vero erant quaſi manubria, quibus cum jugum adjeciſſet, & fides alligaſſet, quas non fidiculis tendebat, agreſte quiddam & abſonum canebat*: legendum autem οἷα, *ſolummodo*, non οἷα, ut editur vulgo. Vides hic κόλλοπα dici, qui dicitur κόλλαβος in dialogo ſuperiore. Cranium cervi erat πηκτὶς, quod in Mercurii lyra teſtudo; cornua vero erant πήχεις· ſed κόλλαβοι nulli, aut iis non utebatur. *J.G.G.*

Καλάμους] In exemplaribus vulgatis legitur μαγάδιον & καλάμους, mendoſe pro μαγάδιας & κολλάβους. Ita *Moſchop.* in ſua conſtructione locum allegat; & hujus lectio magis quadrat ſenſui quam uſitata. *Hartung.* Th. Crit. T. II. p. 638.

Καλάμους] Vox κολλάβους, quam exhibent P. L. Gr. Mſ. & Schol. quamque ego etiam ex Mſ. adſcriptam vidi margini vetuſtiſſimi impreſſi Codicis, gloſſema eſt viri quidem docti, ſed ad rudem hujus lyræ fabricam non ſatis, ut mihi quidem videtur, attendentis. Si cui tamen placeat, litem ea de re nemini ſum moturus; cetera enim ſatis ſcite deſcripta ſunt, & ipſa artis vocabula ab artifice ſummo Apolline haud dubie uſurpata: quod ex doctiſſimis *Gravii* notis facile perſpicies. V. etiam Marm. Ox. p. 199. Obſervandum denique Noſtro κόλλοπας τῆς κιθάρας alibi dici. Vide Z. τρ. c. 10. *M. du S.*

Κολλάβους] Quanquam κάλαμος olim in lyra, huc tamen nihil pertinet: praeterquam quod, ſi de eo loqui voluiſſet *Lucianus*, ſcribendum fuerat κάλαμον ἐμ-

ἐμ-

4. AP. Teſtudinem alicubi mortuam quum inveniſſet, inſtrumentum ex ea muſicum compegit: manubriis enim adaptatis, jugo addito, tum claviculis infixis, & aſſerculo ſuppoſito, fidesque inten-

ΑΠ. Χελώνην πȣ νεκρὰν εὑρὼν, ὄργανον ἀπ' αὐτῆς συνεπήξατο· πήχεις γὰρ ἐναρμόσας, καὶ ζυγώσας, ἔπειτα [a] κολλάβȣς ἐμπήξας, καὶ μαγάδιον ὑποθεὶς, καὶ ἐντειναμενος

[a] Κολλάβους] καλάμους priores Edd. καλάβους P. κολάβους Schol. κολλάβους G.L. Margo *A1W.* ubi & μαγάδα pro μαγάδιον.

79. Χελώνην] Τούτου μέμνηται καὶ Νίκανδρος ἐν τοῖς * Ἀλεξιφαρμάκοις. G.

81. Κολάβους] Τὰ τῶν χορδῶν ἐπιτόνια. V.

82. Καὶ † μαγάδα] ‡ Σανὶς τετράγωνος, ὑπόκυφος, δεχομένη ἐφ' ἑαυτῇ τὰς τῆς κιθάρας νευράς. V.

* Ἀλεξιφαρμάκοις] v. 557. *T.H.*

† Μαγάδα] *L.* μαγάδιον. Sic tamen etiam C. M. *M. du S.*

‡ Σανὶς τετράγ.] Haec totidem verbis habet *Suidas*, ex quo emendandus eſt *Heſychius*. Vid. *H. Stephani* Ind. Theſ. in Μαγάς, quem nec *Luciani* locus praeteriit, *Olearium* ad *Philoſtr.* Vit. Soph. I. p. 487. *T.H.*

ἐμπήξας. *Otto* quidem *Sperlingius* Diſſ. de Fur. Sabin. Tranquill. p. 74. *Lucianum* melius adfirmat extuliſſe καλάμους ἐμπήξας· *nam erant duo calami arte juncti, inter quos chordae ducebantur & tendebantur*: ſed haec dicenti ſine veterum auctoritate, non aegre feret, ſi fidem denegemus. Κόλλαβοι contra optime conveniunt, quippe in hoc inſtrumento muſico neceſſarii: error autem plane facilis; nam litera liquida non geminata κολάβους exarare moris erat, ut apud *Thom. Magiſtr.* in Κόλοπας· unde ob ſimilitudinem β & μ, praeſertim in membranis antiquis, quam proclivi via potuerit oriri καλάμους, in aperto eſt poſitum. Verum eſt, *Lucianum* Δ. Ἐν. I. Jov. Trag. §. 10. adv. Indoct. §. 10. κολλόπας uſurpare, quod equidem ad normam Atticam magis congruere non diffiteor; ſic enim praecipit *Phrynich.* p. 32. Κολλάβους τοὺς ἐν τῇ λύρᾳ εἰ μὲν ἄλλη διάλεκτος λέγει, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ· σὺ δὲ ὡς Ἀθηναῖος λέγε κόλλοπας· ſed nihil obſtat, quominus ab ea lege, quam ſaepe judicio non levitate migravit, in hoc etiam loco receſſerit *Lucianus*; inprimis quoniam illa aetate, qua ſcripſit, longe frequentior erat uſus τῶν κολλάβων, quam κολλόπων. Hoc vel ex ipſo *Phrynicho* manifeſtum eſt, qui vulgatam deterioris vocabuli conſuetudinem caſtigare neceſſe habuit, & ad veteris Atticiſmi praeſcripta revocare: in antiquis ſane ſcriptoribus vix unquam aliter invenias, ac κολλόπας. *Plato* de Rep. VII. p. 703. B. τοὺς ταῖς χορδαῖς πράγματα παρέχοντας καὶ βασανίζοντας ἐπὶ τῶν κολλόπων στρεβλοῦντας· plura collegit eximius ille *Leopardus* Emend. XIX. c. 16. ſed κόλλαβος tamen, ex quacumque dialecto in uſum communem venerit, notae eſſe ſatis vetuſtae, non pauca ſunt indicio: aliunde quidem deducere non licet verbum illud in *Heſychio* Comicum: Ἐκκολλαβώσαντα, ἐκλακίσαντα, ἐκφροντίσαντα· Grammatici quoque κολλάβους, quoddam eſt panis genus ab *Ariſtophane* aliisque memoratum, ab horum verticillorum ſimilitudine dictos volunt: vid. *Schol.* ad Ran. v. 510. At in recentioribus, quique *Luciani* aetati fuerunt ſuppares, jam nihil eſt iſto vocabulo tritius. *Jamblich.* de V. P. §. 118. τὴν δὲ πόσιν ἐπίτασιν ἀναλόγως τοῖς βάρεσι εἰς τὴν τῶν κολλάβων ἄνωθεν σύμμετρον περιστροφήν· haec in *Nicomacho* totidem verbis extare p. 13. monuit *Kuſterus*: *Schol. Homeri* parvus ad Il. I, 187. ab eoque ne litera quidem diſcrepans *Etymol.* in Ζυγός *Athanaſ.* in Pſalm. p. 1241. ubi, quale ſit ψαλτήριον, exponit: δέκα γὰρ κόλλαβοι, εἴτουν πασσαλίσκοι, περὶ τὸν πῆχυν τοῦ ψαλτηρίου στρεφόμενοι ἔτεινόν τε τὴν χορδὴν καὶ ἐχάλων· quae pæne eadem leguntur in *Euthymii Zygabeni* Praef. ad Pſalm. p. 185. & apud plures alios. Olim autem paxillos hoſce fuiſſe confectos de corio calloſo & durato, ſi quid omnino Grammaticis eſt credendum, ambigi non poteſt: vid. *Heſych.* in Ἐκολλόπευσε. Κεράσβολα vocabantur, ut Idem docet, οἱ ἐν ταῖς ἀρχαίαις λύραις κόλλαβοι· alibi voce truncata, Κράσβολα, κόλλαβοι δερμάτινοι· atque haec ipſa eſt ratio, cur κόλλοπες fuerint dicti; a qua voce non alia re κολλάβους diſtare arbitror, quam vel pronunciandi depravatione, vel dialecti diſcrimine. Hos igitur κολλάβους *Luciano* reſtitui par erat, quem vere *Graevius* obſervavit *accommodaſſe lyrae deſcriptionem ad ſui temporis mores*: locum enim illum Hymni in Mercurium, quum haec ſcriberet, in animo fuiſſe *Noſtro* mihi ſane non tam compertum videtur, quam credi voluit *Scaliger* ad Manil. V, 319. fierique facile poteſt, ut de eo tum ne cogitaverit quidem: alioqui multos oporteret eodem reſpexiſſe, qui in lyrae a Mercurio inventae deſcriptione parum a *Luciano* diſcedunt. Μαγάδας autem pro μαγάδιον *Hartungus* ex *Moſchopulo* probat; quod *Leopardus* commemorans judicium ſuum non interponit: ferrem equidem, ſi μαγάδα, quod *Scholiaſtes* habet, ſcriberetur: ſed nihil eſt, cur μαγάδιον ſatis uſitatum repudiemus. Vide praeterea magnum illum etiam in puero *Grotium* ad Phaen. *Arati* p. 7. & ad Imag. p. 54. 55. Res ipſa de veterum lyra, ejusque tum partibus, tum pro diverſo temporum intervallo differentia non tantum intricatior eſt, quam ut paucis expediri queat, ſed magnorum etiam hominum erroribus inſignis: neque id adeo mirandum; quum ejusmodi ſit haec materia, quae non niſi lenta diuturnaque meditatione, ſaepe, quae prius placuerant, verſo ſtylo inductis, ſubigi ſe patiatur ac molliri. *T.H.*

82. Μαγάδιον] Μαγὰς ab aliis dicitur. V. *Philoſtr.* p. 778. Equuleum noſtri vocant. *M. du S.*

83. Ἐπεὶ

νος ἑπτὰ χορδὰς, μελῳδεῖ πάνυ γλαφυρὸν, ὦ Ἥφαιστε, καὶ ἐναρμόνιον, ὡς κἀμὲ αὐτῷ φθονεῖν τὸν πάλαι κιθαρίζειν ἀσκοῦντα. ἔλεγε δὲ ἡ Μαῖα, ὡς οὐδὲ μένοι τὰς νύκτας ἐν τῷ οὐρανῷ, ἀλλ' ὑπὸ περιεργίας ἄχρι τοῦ ᾅδου κατίοι, κλέψων τι κἀκεῖθεν δηλαδή. ὑπόπτερος δ' ἐστὶ καὶ ῥάβδον τινὰ πεποίηται θαυμασίαν τὴν δύναμιν, ᾗ ψυχαγωγεῖ, καὶ κατάγει τοὺς νεκρούς. ΗΦΑΙ. ἐγὼ ἐκείνην ἔδωκα αὐτῷ παίγνιον εἶναι. ΑΠ. τοιγαροῦν ἀπέδωκέ σοι τὸν μισθὸν τὴν πυράγραν. ΗΦΑΙ. εὖγε ὑπέμνησας· ὥστε βαδιοῦμαι ἀποληψόμενος αὐτὴν, εἴ που ὡς φὴς εὑρεθείη ἐν τοῖς σπαργάνοις.

dens ſeptem canit valde tenerum quiddam; o Vulcane, & concinnum, ut egomet ipſi invideam, qui dudum arte pulſandæ citharæ exerceor. Præterea dicebat Maja, illum ne noctu quidem manere in cœlo, ſed curioſitatis ergo usque ad inferos deſcendere, nempe furaturum aliquid inde etiam: alis autem eſt inſtructus: & virgam quandam ſibi confecit mirabili virtute præditam, qua animas ducit, deducitque mortuos. VULC. Hanc ipſi donavi, ludicrum ut eſſet. AP. Proinde reddidit tibi mercedem forcipem (furto ſublatum.) VULC. Recte ſane admonuiſti: quare ibo ad eum recuperandum, ſicubi, ut ais, reperiatur in faſciis.

VIII.

ΗΦΑΙΣΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

ΗΦΑΙ.

ΤΙ με, ὦ Ζεῦ, δεῖ ποιεῖν; ἥκω γὰρ, ὡς ἐκέλευσας, ἔχων τὸν πέλεκυν ὀξύτα-

VULCANI ET JOVIS.

VULC.

QUid me, Jupiter, oportet facere? venio enim, ut juſſiſti, ſecurim habens acutiſſimam,

83. Γλαφυρὸν] Ἡδὺ, κοῖλον, σοφὸν, ἔμπειρον, ἀκριβὲς, λαμπρὸν· ταῦτα σημαίνει τὸ γλαφυρόν. *V.*

83. Ἑπτὰ χ.] Conſentiunt omnes Mercurium eſſe lyræ repertorem. Sed de numero chordarum non itidem liquet: ſunt qui dicant primo fuiſſe tantum tres, ſunt qui quatuor. Videat, cui libet, *Macrob.* Saturn. I, 19. *Pol. Virg.* de rerum invent. I. 15. *Diod. Sic.* I. & V. Sentit cum *Luciano Horatius* I, 15.

Tuque teſtudo reſonare ſeptem
Callida nervis. E.L.

84. Κἀμὲ . . . . κτλ.] Si recte hic *Lucianus*, erravit *Torrentius*, qui in *Horat.* Od. 21. I. Sic ait, *lyra ſibi conceſſa, Orpheum Apollo docuit, at poſtea, inventa a ſe Cithara, ei lyram conceſſit.* Aliquid autem intereſſe inter *Lyram* & *Citharam*, ſatis hinc liquet; ſed quid id ſit, laborat quidem oſtendere *Martinius* in Lexico ad vocem *Lyra*, at quam feliciter judicet alius: ego ab eo in hac re parum redii inſtructior. E.L.

89. Ὑπόπτερος] *Lilius Gregorius* in Mercurii Syntagmate ſcribit, vidiſſe ſe Mercurii imaginem in libro quodam antiquitatum hoc modo effictam: ſilo quidem erat corporis juvenili, facie imberbi, cum alis ſupra aures, nudus vero totus, praeterquam quod pallium habere videbatur, dextra marſupium continebat, quod ſupra caput hirci jacebat: ſiniſtra vero caduceum praeferebat: ad pedes illius hircus & gallus ſuberant. Vid. *Macrob.* G.C.

Ibid. Ῥάβδον τινὰ] De Mercurii virga *Homerus* Od. 5. cujus verba expreſſit *Virgil.* IV. AEn. vſ. 242.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit,
Dat ſomnos adimitque, & lumina morte reſignat.

Ab aurea autem virga dictus eſſe Mercurius χρυσόῤῥαπις. G.C.

90. Ψυχαγ.] *Virg. Æn.* IV. 242.

Tum virgam capit: hac animas ille evocat orco
Pallentes, alias ſub triſtia tartara mittit.

Homer. Od. E, 47. *M. du S.*

91. Ἐγὼ . . ἔδωκα] Vulgo traditur hanc virgam ab Apolline Mercurio fuiſſe traditam, accepta ab eo lyra. Vide *Serv.* in *Æn.* IV. 242. E.L.

3. Εἰ μάμμην] Longoliani exemplaris ἢ μάμμης corrigentis ingenio an vetuſto Codici ſit tribuendum, non ſatis mihi patet. Quanquam ſenſum faciat non plane

firmam, etiam ſi lapides opus ſit uno ictu diſſecare. JUP. Recte ſane, o Vulcane. At tu divide meum caput in duas partes dejecta ſecuri. VULC. Tentasne me an inſaniam? Quin impera vere quod vis tibi fieri. JUP. Divide mihi calvariam: quod ſi morem non geſſeris, non nunc primum iratum experiere me. Sed vide ut ferias omni animi contentione, neque cuncteris: pereo enim præ doloribus, qui meum cerebrum convellunt. VULC. Vide, Jupiter, ne mali quid faciamus: acuta enim ſecuris eſt, & non ſine ſanguine, neque ad Lucinæ morem tibi obſtetricabitur. JUP. Incute modo, Vulcane, audacter: ego enim novi quid conducat. VULC. Invitus quidem, ſed tamen feriam: quid enim aliquis faciat, te jubente? Quid hoc? puella armata? Magnum, o Jupiter, malum habuiſti in capite: merito igitur iracundus eras, qui tantam ſub cerebri membrana virginem vivam nutrires, idque armatam: profecto caſtra, non caput clam nobis habuiſti. Hæc vero ſal-

τον, εἰ καὶ λίθους δέοι [a] μιᾷ πληγῇ διατεμεῖν. ΖΕΥΣ. εὖγε, ὦ Ἥφαιστε· ἀλλὰ δίελέ μου τὴν κεφαλὴν εἰς δύο καταvεγκών. ΗΦΑΙ. πειρᾷ μου, [b] εἰ μέμηνα; πρόσταττε δ᾽ οὖν τἀληθὲς, ὅπερ θέλεις σοι γενέσθαι. ΖΕΥΣ. διαιρεθῆναί μοι τὸ κρανίον· εἰ δὲ ἀπειθήσεις, οὐ νῦν πρῶτον ὀργιζομένου πειράσῃ μου· ἀλλὰ χρὴ καθικνεῖσθαι παντὶ τῷ θυμῷ, μηδὲ μέλλειν· ἀπόλλυμαι γὰρ ὑπὸ τῶν ὠδίνων, αἵ μου τὸν ἐγκέφαλον ἀναστρέφουσιν. ΗΦΑΙ. ὅρα, ὦ Ζεῦ, μὴ κακόν τι ποιήσωμεν· ὀξὺς γὰρ ὁ πέλεκύς ἐστι, καὶ οὐκ [c] ἀναιμωτὶ, οὐδὲ κατὰ τὴν Εἰλείθυιαν μαιώσεταί σε. ΖΕΥΣ. κατένεγκε μόνον, ὦ Ἥφαιστε, θαῤῥῶν. οἶδα γὰρ ἐγὼ τὸ συμφέρον. ΗΦΑΙ. ἄκων μὲν, καθοίσω δέ· [d] τί γὰρ χρὴ ποιεῖν, σοῦ κελεύοντος; τί τοῦτο; κόρη ἔνοπλος; μέγα, ὦ Ζεῦ, κακὸν εἶχες ἐν τῇ κεφαλῇ· εἰκότως γοῦν ὀξύθυμος ἦσθα, τηλικαύτην [e] ὑπὸ τὴν μήνιγγα παρθένον ζωογονῶν, καὶ ταῦτα ἔνοπλον· ἤπου στρατόπεδον, οὐ κεφαλὴν ἐλελήθεις ἔχων· ἡ δὲ πηδᾷ,

[a] Μιᾷ πλ. διατεμ.] Haec notantur in Exc. P. μιᾷ πληγῇ διατεμεῖν] γρ. διακόψαι. |. λίθον |. διατεμεῖν. [b] Εἰ μέμηνα] ἢ μέμηνας. L. [c] Ἀναιμωτὶ] ἀναιμοτὶ F. & veteriores Edd. in margine *AiW.* notatur ἀναιμωτί. Aldus. [d] Τί γὰρ χρὴ π.] τί γὰρ οὐ χρή. Marg. *AiW.* [e] Ὑπὸ τὴν μήνιγγα] Schol. *V.* τῇ μήνιγγι.

11. Τὴν Εἰλείθυιαν] Ἡ τῶν τικτουσῶν θεά. *V.*

18. Ὑπὸ τῇ μήνιγγι] Τοῦ ἐγκεφάλου ὑμένι. *V.*

plane abſurdum (parum enim abeſſe videri poteſt ab inſania, qui caput ſibi ſecuri diffindi poſtulat) minus tamen verecunde hoc a Vulcano dicatur ad Jovem: quare lectioni vulgatae lubens acquieſco. *T. H.*

12. *Μαιώσεταί σε*] Nonnulli dicunt Jovem Thetidem a ſe compreſſam, quia metuebat ſibi ab eo quod naſceretur, abſorbuiſſe: atque ut neceſſe erat gravidum factum, ad amnem Tritonem peperiſſe. Cui ſi fidem habemus, opus erat, ut venter potius, quam calvaria, divideretur. *E. L.*

14. *Τί γὰρ χρὴ ποιεῖν*] In Dialogorum Selectorum editione dederam olim, *τί γὰρ οὐ χρὴ ποιεῖν, σοῦ κ.* quod poſtea notatum quoque reperi ad marginem *AiW. nihil eſt omnino, quod quis facere non debeat, te jubente*: uſitatae loquendi formulae; *τί οὐ ποιῶ; τί οὐ φθέγγομαι ἢ λέγω; τί οὐ πάσχω;* Etſi ſenſus egregie conſtet, nunc tamen, quoniam nullum eſt in membranis ſubſidium, priſtinam ſententiam retexo: commodum eſt; *quid enim aliquis faciat?* id eſt, *fruſtra quis tergiverſetur, & imperata detrectet, te jubente.* Sic, *τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις;* Θ. Κρ. §. 9. *T. H.*

15. *Κόρη ἔνοπλος*] Fabulantur poëtae, a Jove devoratam *Μῆτιν* qua devorata mox Minervam concepiſſe. Jupiter, inquit *Heſiodus* Theog. v. 886. & ſequ. Metin uxorem ſuam, Deorum atque hominum ſapientiſſimam devoravit, Coeli Terraeque conſilio, ne quis alius Deorum imperium ei praeripere poſſet &c. Si cui vacat, *Procli* & *Moſchopuli* hunc in locum annotata adeat. *Clemens* etiam, *Epiphanius*, *Theophilus* hujus fabulae mentionem faciunt. Addunt Vulcanum ſecuri Jovis patris ſui caput aperuiſſe, ex quo Minerva adulta & armata prodiit: a qua re *κορυφαγενὴς* dicta eſt. *Lucanus* lib. IX.

Hanc & Pallas amat, patrio quae vertice nata eſt.

& alius:

— *Quae de patrio vertice nata Dea eſt.*

Hoc & *Lucianus* ridet. *G. C.*

δᾷ, καὶ πυῤῥιχίζει, καὶ τὴν ἀσπίδα τινάσσει, καὶ τὸ δόρυ πάλλει, καὶ ἐνθουσιᾷ· καὶ τὸ μέγιστον, καλὴ πάνυ καὶ ἀκμαία γεγένηται ἤδη ἐν βραχεῖ· γλαυκῶπις μὲν, ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο ἡ κόρυς. ὥστε, ὦ Ζεῦ, μαίωτρά μοι ἀπόδος ἐγγυήσας μοι αὐτήν. ΖΕΥΣ. ἀδύνατα αἰτεῖς, ὦ Ἥφαιστε· παρθένος γὰρ ἀεὶ θέλει μένειν. ἐγὼ γοῦν τό γε ἐπ' ἐμοὶ οὐδὲν ἀντιλέγω. ΗΦΑΙ. τοῦτ' ἐβουλόμην· ἐμοὶ μελήσει τὰ λοιπά· καὶ ἤδη συναρπάσω αὐτήν. ΖΕΥΣ. εἴ σοι ῥᾴδιον, οὕτω ποίει. πλὴν οἶδα ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς.

tat, inque armis tripudiat, clypeum concutit, ac haſtam vibrat, & furore concitatur: quodque maximum eſt, formoſa admodum ac matura extitit brevi: cæſia quidem, ſed ornat hoc etiam ipſum galea. Quare, o Jupiter, obſtetriciam mercedem redde illa virgine mihi deſponſa. JUP. Quæ fieri nequeant petis, Vulcane: perpetuo enim virgo manere vult. Attamen, quantum in me eſt, nihil obloquor. VULC. Hoc volebam: reliqua mihi curæ erunt: jamque ipſam corripiam. JUP. Si tibi hoc facile, ita fac: novi tamen, quæ fieri nefas ſit, te appetere.

IX. NEPTU-

21. * Πυῤῥιχίζει] Ἐνοπλίῳ ὀρχίζει. V.
26. Ἐγγυήσας ἤδη αὐτήν] Ἤδη κατὰ γάμου κοινωνίαν συνάψας μοι αὐτήν. V.

* Πυῤῥιχίζει] Mutaverat etiam *M. Sladus*; & pro ὀρχίζει ὀρχεῖται hoc quidem rectius; ſed alterum eſt recentioris Graeciſmi. *T. H.*

21. Πυῤῥιχίζει] Vid. *Ez. Spanhem.* ad *Callim.* H. in Jov. v. 53. Recte Minerva vixdum nata πυῤῥιχίζει, Dea bellatrix ἐνόπλιον ὄρχησιν ſaltans. Pyrrichen qui principes inſtituerint, non pauci memorantur, Curetes inprimis, Pyrrichus vel Cretenſis Cydoniates vel Lacedaemonius, Achilles, filius ejus Pyrrhus ſive Neoptolemus; verum etiam Dioſcuri: ſed hi quidem Minerva modos praecinente. *Schol. Pindar.* ad Π. B, 127. inter alia non protrita: ὁ δὲ Ἐπίχαρμος τὴν Ἀθηνᾶν φησὶ τοῖς Διοσκούροις τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλῆσαι· paulo plenius quam apud *Athenaeum* in fine lib. IV. Epicharmi locum ſine dubio cogitavit *Ariſtid.* T. I. p. 26. C. Διόσκουροι δὲ ὑπ' αὐτῇ (Ἀθηνᾷ) πυῤῥιχίζουσι· ὑπ' αὐτῇ non eſt *ipſius ductu*, ut *Canterus*, neque *ſub ipſa*, ut *J. Meurſius* Miſc. Lac. II, 12. ſed id, quod ſignificaverat Epicharmus, ὑπ' Ἀθηνᾶς τὸν ἐνόπλιον νόμον ἐπαυλησάσης, tibia praecinente, modoſque temperante Minerva. *T. H.*

24. Γλαυκῶπις] Sic de Sylla *Plut.* p. 826. A. τὴν δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα, δεινῶς οὖσαν πικρὰν καὶ ἄκρατον, ἡ χρόα τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν. *M. du S.*

Ibid. Ἀλλὰ κοσμεῖ καὶ τοῦτο] Male *Guyetus* mutat. *Caeſia quidem; ſed ornat hoc etiam ipſum caſſis:* caeſii oculi truculentum quiddam habent ac terribile, quod tamen bellipotentem Deam haud dedeceat: hoc Grammatici ſpectant, quando γλαυκὸς interpretantur φοβερὸν, Γλαυκιῶν, καταπληκτικὸν, ἔμπυρον ἢ φοβερὸν βλέπων. & Γλαυκῶπιν, φοβερὰν ἐν τῷ ὁρᾶσθαι, γλαυκοὺς ἢ καταπληκτικοὺς ὦπας ἔχουσαν. De Sylla *Plutarch.* T. I. p. 451. E. τὴν δὲ τῶν ὀμμάτων γλαυκότητα δεινῶς οὖσαν πικρὰν καὶ ἄκρατον ἡ χροιὰ τοῦ προσώπου φοβερωτέραν ἐποίει προσιδεῖν. Poterat hic oculorum aſpectus cum grata pulcritudine parum videri convenire; ſed torvitatem iſtam emendat & decoram reddit addita capiti galea, quam propterea deponi volebat Venus in Jud. Dear. §. 5. ut hoc remedio careret vitio paene proximum τὸ γλαυκὸν τῶν ὀμμάτων utrumque *Luciani* locum uſurpavit Vir ſummus *Nic. Heinſius* ad *Ovid.* A. A. II, 659. *Philoſtr. Jun.* Icon. c. VIII. Minerva γλαυκὸν ὑπὸ τῆς κόρυθος ὁρῶσα, ξὺν ἀῤῥενωπῷ τε τῷ ἤθει τὴν παρειὰν ἐπιφοινίττουσα. *Stat.* Theb. II, 715. *Diva ferox, magni decus ingeniumque parentis Bellipotens, cui torva genis horrore decoro Caſſis & adſperſo crudeſcit ſanguine Gorgo.* Multa ſunt in utriuſque linguae poëtis, quae Palladis eam ſpeciem depingant. Fortitudinis imaginem ſimiliter expreſſit, ſed incultius & rudiore penicillo, quod aetati, qua vixit, condonandum eſt, *Euſtath.* de Iſm. Amor. II. p. 37. ὅλη στρατιῶτις πλὴν τοῦ προσώπου, εἰ μὴ δὲ ὅτι καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀγριωτέρους (ἔχει videtur excidiſſe) ἢ κατὰ παρθένον ἰδεῖν· κόρυς περιαστράπτει τὴν κεφαλὴν ἢ ταύτην καλλωπισμοῦ. Ceterum γλαυκῶπιν non Minervam ſolum *Homerus*, ſed Lunam etiam Empedocles & poëtae phyſici vocarunt, cujus appellationis explicatam rationem legere licet apud *Plutarch.* T. II. p. 934. C. 929. C. Hos auctores libenter ſequebatur philoſophus in ſcena *Euripides*, cujus, γλαυκῶπις τε στρέφεται μήνη, protulit *Schol. Apollon. Rh.* ad I, 1281. *T. H.*

Ibid. Καὶ τοῦτο] Καὶ ταύτην. *F. G.*

31. Ῥᾴδιον οὕτω, ποίει] Haec in *Flor.* quae preſſe ſcripti Codicis veſtigiis inſiſtit, leguntur indiſtincte: ſequentes Edd. nec minus Interpretes οὕτω prioribus adjunxerunt, quum ſine dubio pertineat ad ποίει. Nota eſt Vulcani ad Minervae connubium fruſtra adſpirantis fabula: vid. *Eratoſthen.* Cataſt. c. XIII. *Philoſtr.* Icon. II. c. 27. Verumtamen alia Minerva, omniumque prima (quinque numerant, qui propius arcana priſcorum numinum inſpexerunt) juncta fuit Vulcano, itidem vetuſtiſſimo, Cœli filio; ex eoque procreavit Apollinem illum, cujus in tutela Athenae, quas ipſa nimirum urbium antiquiſſimam condiderat, dicuntur fuiſſe: *Cicer.* de N. D. III. §. 55. 59. *Clem.* Protr. p. 72. D. *Arnob.* IV. p. 135. *Auguſtinus.* Fuere tamen, qui non uxorem Vulcani, ſed filiam eſſe tra-

IX.

NEPTUNI ET MERCURII. ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

N E P T.

1. Eſtne, Mercuri, nunc convenire Jovem? MERC. Nequaquam, Neptune. NEPT. Attamen adeſſe me renuncia ipſi. MERC. Ne moleſtus ſis, inquam: non opportunum enim; atque adeo viſere non licet eum in præſentia. NEPT. Num Junoni dat operam? MERC. Minime: ſed longe aliud quiddam eſt. NEPT. Intelligo: Ganymedes intus. MERC. Neque hoc: at ipſe ſane non optime valet. NEPT. Unde vero, Mercuri? nam mirificum hoc eſt, quod narras. MERC. Pudet eloqui, tale eſt. NEPT. At non decet apud me quippe patruum. MERC. Peperit jam modo, Neptune. NEPT. Apage:

Π Ο Σ.

Ἔστιν, ὦ Ἑρμῆ, νῦν ἐντυχεῖν τῷ Διΐ; ΕΡΜ. οὐδαμῶς, ὦ Πόσειδον. ΠΟΣ. ὅμως προσάγγειλον αὐτῷ. ΕΡΜ. μὴ ἐνόχλει, φημί. ἄκαιρον γάρ, ὥστε οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν ἐν τῷ παρόντι. ΠΟΣ. μῶν τῇ Ἥρᾳ σύνεστιν; ΕΡΜ. οὔκ· ἀλλ᾽ ἑτεροῖόν τι ἐστί. ΠΟΣ. συνίημι. ὁ Γανυμήδης ἔνδον. ΕΡΜ. οὐδὲ τοῦτο· ἀλλὰ μαλακῶς ἔχει αὐτός. ΠΟΣ. πόθεν, ὦ Ἑρμῆ; δεινὸν γὰρ τοῦτο φής. ΕΡΜ. αἰσχύνομαι εἰπεῖν, τοιοῦτόν ἐστι. ΠΟΣ. ἀλλ᾽ οὐ χρὴ πρὸς ἐμὲ θεῖόν γε ὄντα. ΕΡ. τέτοκεν ἀρτίως, ὦ Πόσειδον. ΠΟΣ. ἄπαγε,

τέ-

tradiderint: *Jul. Firmic.* de Err. Pr. Rel. p. 20. etiam *Clemens*, ut videtur, in Protr. p. 17. C. niſi graviore menda, quod ſuſpicor, iſte locus laboret. Praeterea ſecuris obſtetriciae operam commodaſſe Jovi non Vulcanum, ſed Prometheum alii ſcripſerunt: *Apollodor.* I. p. 11. ὡς δ᾽ ὁ τῆς γενέσεως ἐνέστη χρόνος, πλήξαντος αὐτοῦ τὴν κεφαλὴν πελέκει Προμηθέως, ἢ καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, καὶ Ἡφαίστου, ἐκ κορυφῆς ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνέθορε. Is quoque tenere ſe non potuit quantacumque praeditus futuri providentia, quin ad pudicitiam Minervae viam adfectaret: cujus immodeſtae ſpei crimen ad Caucaſum adfixus expiavit: idcirco, qui montem eum accolebant Promethei vicem miſerti ſolis Jovi ac Minervae ſacra facere noluerunt, quum contra Herculem liberatorem magna veneratione proſequerentur. Haec *Duris* Samius apud *Schol. Apollon. Rh.* ad II, 1253. *Pindari Schol.* ad O. VII, 66. Οἱ μὲν Παλαιφάτῳ λέγουσι ῥῆξαι τὴν τοῦ Διὸς κεφαλὴν, ὅτε Ἀθηνᾶ ἐγεννᾶτο· οἱ δὲ Ἑρμῆν· οἱ δὲ Προμηθέα. Magnum habet auctorem Prometheus & ſingularis miniſterii teſtem *Euripidem* Jon. v. 455. quanquam enim hic locus non una macula ſit foedatus, quin tamen huc referri debeat, minime dubitandum puto: longe aberrat *Barneſius*. Palladem autem ἔνοπλον vel σὺν ὅπλοις ex vertice patris profiluiſſe Steſichoro primum adfirmanti poſteri crediderunt, teſte *Schol. Apollon. Rhod.* ad IV, 1310. Quod ſi verum eſt, Steſichoro recentiorem oportet fuiſſe Orpheum illum, qui cecinit, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν ὁ Ζεὺς ἀπεγέννησεν ἐκ τῆς κεφαλῆς Ὅπλοις λαμπομένην χαλκήϊον ἄνθος ἰδέσθαι, apud *Procl.* in Tim. Plat. I. p. 51. *T. H.*

32. Ἀδυνάτων ἐρᾷς] Vulcanum tamen habuiſſe Minervam τὴν νόμῳ γαμετὴν, teſtatur oraculum Byzantinum:

> Νῆσός τις ἐστι φυτώνυμον ὄρμα λαχοῦσα
> Ἰσθμοῦ ὁμοῦ καὶ πορθμοῦ ἐπ᾽ ἠπείροιο φέρουσα;
> Ἔνθ᾽ Ἥφαιστος ἔχων χαίρει γλαυκῶπιν Ἀθήνην. *J. B.*

Ἀδυνάτων ἐρᾷς] Vide Ἑρμ. c. 51. & *Eurip.* p. 728. B. *M. du S.*

Ἀδυνάτων ἐρᾷς] Proverbiorum in numerum retulerunt *Zenobius* & *Suidas*, Ἀδύνατα θηρᾷς. Apud *Stobaeum* inter Chilonis dicta p. 45. Μὴ ἐπιθύμει ἀδύνατα. Sed ipſam hanc formulam ab *Euripide* ſumſit *Noſter*: in Herc. Fur. v. 318. — ἄλλως δ᾽ ἀδυνάτων ἔοικ᾽ ἐρᾷν. *T. H.*

36. Οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 198. monet ἰδεῖν in Attico ſermone de congreſſu vel colloquio dici, cujus ſignificationis manifeſtiſſimum ſit hoc loco exemplum: ibi enim illud verbi ἰδεῖν ſignificatum alio verbo exponi, & οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν idem eſſe quod οὐκ ἂν ἐντύχοις αὐτῷ. In uſu hujus poteſtatis Atticis tribuendo ſecutus eſt *Scholiaſten Thucydid.* ad IV, 125. verum Grammatici veteres nimis ſaepe liberaliter Atticis tanquam propria donant, quae per rationem loquendi naturalem non Graecorum tantum omnium ſunt communia, ſed aeque in qualibet etiam lingua poſſunt uſurpari. Iſtius generis eſt illa vis τοῦ ἰδεῖν neque enim aliter aut Latini ſuum *videre*, aut nos Belgae vernaculum ejuſdem poteſtatis verbum ponere ſolemus. Vid. Clariſſ. *Dukerum* ad *Thucydidis* locum. *T. H.*

46. Οἱ-

τέτοκεν ἐκεῖνος; ἐκ τίνος; οὐκοῦν ἐλελήθει ἡμᾶς ἀνδρόγυνος ὤν; ἀλλ' οὐδὲ [a] ἐπεσήμαινεν αὐτῷ ἡ γαστὴρ ὄγκον τινά. ΕΡΜ. εὖ λέγεις· οὐ γὰρ ἐκείνη εἶχε τὸ ἔμβρυον. ΠΟΣ. οἶδα· ἐκ τῆς κεφαλῆς ἔτεκεν αὖθις, ὥσπερ τὴν Ἀθηνᾶν· τοκάδα γὰρ τὴν κεφαλὴν ἔχει. ΕΡΜ. οὐκ· ἀλλ' ἐν τῷ μηρῷ ἐκύει τὸ ἐκ τῆς Σεμέλης βρέφος. ΠΟΣ. εὖγε ὁ γενναῖος, ὡς ὅλος ἡμῖν κυοφορεῖ καὶ πανταχόθι τοῦ σώματος. ἀλλὰ τίς ἡ Σεμέλη ἐστίν;

ΕΡ. Θηβαία, τῶν Κάδμου θυγατέρων μία. ταύτῃ συνελθὼν, ἐγκύμονα ἐποίησεν. ΠΟΣ. εἶτα ἔτεκεν, ὦ Ἑρμῆ, ἀντ' ἐκείνης; ΕΡΜ. καὶ μάλα, εἰ καὶ παράδοξον εἶναί σοι δοκεῖ. τὴν μὲν γὰρ Σεμέλην ὑπελθοῦσα ἡ Ἥρα, οἶσθα δὲ ὡς ζηλότυπός ἐστι, πείθει αἰτῆσαι παρὰ τοῦ Διὸς, μετὰ βροντῶν καὶ ἀστραπῶν ἥκειν παρ' αὐτήν· ὡς δ' ἐπείσθη, καὶ ἧκεν ἔχων καὶ τὸν κεραυνὸν, ἀνεφλέγη ὁ ὄροφος· καὶ ἡ Σεμέλη μὲν διαφθείρεται ὑπὸ τοῦ πυρός. ἐμὲ δὲ κελεύει ἀνατεμόντα τὴν γαστέρα τῆς γυναικὸς, ἀνακομίσαι ἀτελὲς ἔτι αὐτῷ τὸ ἔμβρυον ἑπταμηνιαῖον. καὶ ἐπειδὴ ἐποίησα, διελὼν τὸν ἑαυτοῦ μηρὸν, ἐντίθησιν, ὡς ἀποτελεσθείη ἐνταῦθα, καὶ νῦν τρίτῳ ἤδη μηνὶ ἐξέτεκεν αὐτό, καὶ μαλακῶς ἀπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. ΠΟΣ. νῦν οὖν ποῦ τὸ βρέφος ἐστίν; ΕΡΜ. ἐς τὴν Νύσαν ἀποκο-

illene peperit ? ex quo ? ergo nobis nec opinantibus fuit ambiguo ſexu : ſed nec indicium fecit ejus uterus tumoris ullius. MERC. Recte ais : neque enim ille habebat foetum. NEPT. Teneo : ex capite peperit iterum, ut Minervam: puerperum enim habet caput. MERC. Neutiquam : ſed in femore ferebat ex Semele infantem. NEPT. Euge : ut bonus ille totus nobis uterum geſtat, & in omni parte corporis : at quænam eſt Semele?

2. MERC. Thebana, Cadmi filiarum una : illam congreſſus gravidam fecit. NEPT. Tum peperit, Mercuri, ejus vice? MERC. Ita plane, tametſi fidem mereri res tibi non videatur : Semelen enim dolis aggreſſa Juno (noſti gravem ejus æmulationem) inducit ad petendum a Jove cum tonitrubus ac fulminibus ut veniat ad ſe : quum morigeratus acceſſit fulmen habens, ſuccenſum eſt tectum, ipſaque Semele perit ab igne : tum me jubet, exſecto utero mulieris, deferre nondum maturum ad ſe foetum ſeptimeſtrem : poſtquam feci, perſciſſo femori ſuo indit, ut maturaretur ibi. Nunc tertio jam menſe partum edidit, atque imbecillius ex laboribus habet. NEPT. Ubinam nunc infans eſt ? MERC. In Nyſam ablatum

[a] Ἐπεσήμαινεν] ἐπισήμαινεν P. J. Marg. AtW.

46. Οὐκοῦν] G. Budaeus C. L. G. p. 908. quum in hoc loco prolato ſcripſiſſet οὐκοῦν ἐλελ. addit : *Sed in hoc poſteriore* οὐκοῦν [illegible] *videtur* [illegible] Ita ſane legitur in [illegible] quas vidi, Edd. *T. H.*

47. Ἐπεσήμαινεν] H[illegible] ἐπισήμαινεν legas, nihil intereſt : certius videtur reponendum eſſe αὐτῷ ἡ γαστήρ. *T. H.*

51. Τοκάδα τὴν κεφαλὴν] [illegible] ridicule vocem poëticam uſurpavit. Τοκὰς [illegible] *Lycophr.* v. 316. qui matrem ſaepius ſic appellat [illegible] Semelen *Euripides* — τοκάδα Τὰν Διογόνοιο [illegible] Hippol. v. 559. ex quo plura dedit exempla H. Stephan. in Theſ. Τοκὰς λίμνα *Theocrito* Eid. XXVI. [illegible] *T. H.*

52. Ἐν τῷ μηρῷ] [illegible] Phoenices ortum cujuſpiam ab alio hiſce verbis [illegible] exprimere, יצא מירכו, *egreſſus eſt ex ejus femore*, quod perinde eſt, ac *ab eo genitus eſt*, vel *ab eo* [illegible] *ortus*, ut liquet ex Gen. XLVI, 26. Hinc [illegible] fabula de Baccho Thebano a Jove ortum ducente : [illegible] circumſtantiae enim fictae ſunt a Graeculis, ut rationem redderent locutionis, quam ignorabant. Nomen Semelae forte fuit צמלא, quod *virginem viro maturam* apud Thalmudicos ſonat. *J. C.*

Ἐν τῷ μηρῷ] Haec tradiderat *Clericus* ad *Heſiodi* Theog. v. 940. *T. H.*

61. Ζηλότυπος] Sic antea Dial. Jun. & Jov. & de Sacrif. *Senec.* Herc. Fur. *J. B.*

67. Ἔμβρυον ἑπταμηνιαῖον] Conſentit *Cornut* : de Nat. D. c. II. Ἔτεκε δὲ καὶ τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ ἑπταμηνιαῖον παρὰ τῆς Σεμέλης pluresque alii. Ὀκτάμηνος dicitur natus apud *Stephan.* & *Suid.* in Νάξος, tributumque a Junone jam cum Baccho reconciliata Naxiis mulieribus, eas ſolas ὀκτάμηνα τίκτειν quanquam hujus rei tam memorabilis nulla ſit apud *Diodorum Siculum* mentio V. p. 224. 225. ubi de Baccho Naxiorum fabulas perſequitur. Bacchi in lucem editi ſcenam in coelo *Lucianus* inſtruxit : plures alibi, & quidem valde diſſitis in locis : *Theocrit.* Eid. XXVI, 33. Χαίροι μὲν Διόνυσος, ὃν ἐν Δρακάνῳ νιφόεντι Ζεὺς ὕπατος μεγάλαν ἐπι-

tum tradidi Nymphis educandum, impoſito Dionyſi nomino. NEPT. Ergo utrumque Dionyſi iſtius & mater & pater eſt hicce. MERC. Ita quidem videtur. At abeo, aquam ipſi ad vulnus laturus, ceteraque curaturus, quæ ſolent, tanquam puerperæ.

μίσας, παρέδωκα ταῖς Νύμφαις ἀνατρέφειν, Διόνυσον ἐπονομασθέντα. ΠΟΣ. οὐκοῦν ἀμφότερα, τοῦ Διονύσου τούτου καὶ μήτηρ καὶ πατὴρ οὗτος ἐστίν; ΕΡΜ. ἔοικεν. ἄπειμι δ᾽ οὖν ὕδωρ αὐτῷ πρὸς τὸ τραῦμα οἴσων, καὶ τἄλλα ποιήσων, [b] ὅσ᾽ ἂν νομίζηται, ὥσπερ λεχοῖ.

X.

MERCURII ET SOLIS.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

MERC.

1. SOl, ne currum egeris hodie, Jupiter ait, nec cras, neque perendie; ſed intus mane: idque temporis intervallum una eſto nox longa. Quare ſolvunto Horæ iterum equos: tu reſtingue ignem, teque recrea quiete poſt longum tempus. SOL. Inſolita hæc, o Mercuri, atque inuſitata nuncians ades: ſed numquid de via aberrare viſus ſum in curſu, & extra limites equos agere, idque mihi ſuccenſet, & propterea noctem triplo majorem die facere conſtituit? MERC. Nihil quidem tale: neque ſemper illud erit: ſed ita nimirum uſus eſt, ut noctem ſibi fieri productiorem velit. SOL.

ΕΡΜ.

Ὦ Ἥλιε, μὴ ἐλάσῃς τήμερον, ὁ Ζεύς φησι, μηδὲ αὔριον, μηδ᾽ ἐς τρίτην ἡμέραν, ἀλλ᾽ ἔνδον μένε· καὶ τὸ μεταξὺ μία τις ἔστω νὺξ μακρά, ὥστε λυέτωσαν μὲν αἱ Ὧραι αὖθις τοὺς ἵππους, σὺ δὲ σβέσον τὸ πῦρ, καὶ ἀνάπαυε διὰ μακροῦ σεαυτόν. ΗΛ. καινὰ ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἀλλόκοτα ἥκεις [c] παραγγέλλων. ἀλλὰ μὴ παραβαίνειν τι ἔδοξα ἐν τῷ δρόμῳ, καὶ ἔξω ἐλάσαι τῶν ὅρων, κᾆτά μοι ἄχθεται, καὶ τὴν νύκτα τριπλασίαν τῆς ἡμέρας ποιῆσαι διέγνωκεν; ΕΡ. οὐδὲν τοιοῦτον, οὐδ᾽ ἐς ἀεὶ τοῦτο ἔσται. δεῖται δέ τι νῦν αὐτὸς ἐπιμηκεστέραν γενέσθαι οἱ τὴν νύκτα. ΗΛ. ποῦ

b Ὅσ᾽ ἂν] ἃ ἂν A. P. Margo A. W. c Παραγγέλλων] Priores Edd. παραγγέλλων. Sola F. παραγγέλλων.

ἐπιγουνίδα θήκατο λάτρις· quem locum ignorare ſe fatetur *Burmann.* ad *Ovid.* Metam. III, 314. potuerat didiciſſe ex *Diodoro Siculo* III. p. 140. qui Poëtae in Hymnis iſtos verſus ponit: Οἱ μὲν γὰρ Δρακάνῳ σ᾽, οἱ δ᾽ Ἰκάρῳ ἠνεμοέσσῃ Φασίν, οἱ δ᾽ ἐν Νάξῳ, δῖον γένος, εἰραφιῶτα, Οἱ δέ σ᾽ ἐπ᾽ Ἀλφειῷ ποταμῷ βαθυδινήεντι &c. Homeri ſint an verius Herodoti, ſub cujus nomine duos profert *Schol. Apollon. Rh.* ad II, 1215. nunc diſceptare non vacat; neque etiam, rectene an ſecus veterum Scholiaſtarum eruditiſſimum magni erroris inſimularit *G. Cuper.* Obſ. IV. p. 89. Id notandum, Δράκανον hic ſcribi, quemadmodum a *Strabone* & in *Euphorionis* Epigrammate, quum Δράκονον *Stephanus* habeat: quod ne temere cum *Berkelio* mutes, intercedit *Nonn.* Dion. IX, 16. Καί μιν (Bacchum de femore Jovis prodeuntem) ἔσω Δρακάνοιο λεχώιον ἀμφὶ κολώνην Πήχεϊ κολπωθέντι λαβὼν Μαιήϊος Ἑρμῆς Ἠερίην πεπότητο — Hic etiam de patre rubentem Dionyſum Mercurius excipit: eundem puerum in coelum ferens a Bathycle fuit efſictus in Amyclaei throno, teſte *Pauſan.* III. p. 255. De nymphis Bacchi nutricibus *Burmannus* dicto loco, & inprimis, quem advocat, *Iſ. Caſaubon.* de Satyr. Poeſ. p. 35. nobis enim in luculentiore materia nunc morari non lubet. *T. H.*

72. Ἐς τὴν Νύσαν] *Callimach.* Hym. Jovis. *J. B.*

78. Ὅσ᾽ ἂν] Angl. ἃ. *J. B.*

82. Αἱ Ὧραι] Ex *Homero.* *J. B.*

Αἱ Ὧραι] *Heſ.* Θεογ. 901. *Ovid.* Met. II, 118. *M. du S.*

85. Παραγγέλλων] Flor. παραγγέλων, ſpatiolo ante λ relicto, quod alteri literae ſufficiat. Legi debuit παραγγέλλων, quanquam cunctae poſt primam Edd. expreſſerint παραγγέλλων quod quidem hoc in loco ſane non eſt opportunum: καινὰ ΤΑΥΤΑ poſtulat παραγγέλλων. Porro in ſcriptis Codd. nihil eſt frequentius, quam ut altera duplicatarum omittatur. Mox recte ἀγγέλλων tametſi in *Flor.* ſit ibi quoque ἀγγέλων. *T. H.*

ποῦ δὲ καὶ ἐστὶν, ἢ πόθεν ἐξεπέμφθης ἀγγελῶν ταῦτά μοι; ΕΡ. ἐκ Βοιωτίας, ὦ Ἥλιε, παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ σύνεστιν. ΗΛ. ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία; ΕΡ. οὐδαμῶς. τεχθῆναι γάρ τινα δεῖ ἐκ τῆς ὁμιλίας ταύτης μέγαν, καὶ πολύαθλον θεόν. τοῦτον οὖν ἐν μιᾷ νυκτὶ ἀποτελεσθῆναι ἀδύνατον. ΗΛ. ἀλλὰ τελεσιουργείτω μὲν ἀγαθῇ τύχῃ.

Ταῦτα δ' οὖν, ὦ Ἑρμῆ, οὐκ ἐγίνετο ἐπὶ τοῦ Κρόνου, ([a] αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμὲν) οὐδ' ἀπόκοιτος ἐκεῖνος [b] παρὰ τῆς Ῥέας ἦν, οὐδ' ἀπολιπὼν ἂν τὸν οὐρανὸν ἐν Θήβαις ἐκοιμᾶτο· ἀλλὰ ἡμέρα μὲν ἦν ἡ ἡμέρα, νὺξ δὲ κατὰ μέτρον τὸ αὐτῆς ἀνάλογον ταῖς ὥραις· ξένον δὲ, ἢ παρηλλαγμένον οὐδέν. οὐδ' ἂν ἐκοινώνησέ ποτε ἐκεῖνος θνητῇ γυναικί. νῦν δὲ δυστήνου γυναίου ἕνεκα χρὴ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα, καὶ ἀκαμπεστέρους μὲν γενέσθαι τοὺς ἵππους ὑπὸ τῆς ἀργίας, δύσπορον δὲ τὴν ὁδὸν, ἀτριβῆ [c] μένουσαν ἑξῆς τριῶν ἡμερῶν, τοὺς δ' ἀνθρώπους ἀθλίως ἐν σκοτεινῷ διαβιοῦν. [d] τοιαῦτα ἀπολαύσονται τῶν Διὸς ἐρώτων, καὶ καθεδοῦνται περιμένοντες, ἔστ' ἂν ἐκεῖνος ἀποτελέσῃ τὸν ἀθλητὴν, ὃν λέγεις, ὑπὸ μακρῷ τῷ ζόφῳ. ΕΡ.

Ille autem ubi eſt, aut unde miſſus tu, ut hæc mihi nunciares? MERC. Ex Bœotia, Sol, ab Amphitryonis uxore, cum qua una eſt. SOL. Scilicet illam amans: tum porro non ſatis eſt una nox? MERC. Neutiquam: creari enim aliquem oportet ex illo congreſſu magnum & multis certaminibus inſignem Deum: is talis ut una nocte abſolvatur, fieri non poteſt. SOL. Quin ergo, quod bene vortat, conſummato.

2. At illa certe, Mercuri, non fiebant ætate Saturni (ſumus autem ſoli ſine arbitris) neque ſecubabat ille a Rhea, nec relicto cœlo Thebis in lectum ibat: ſed dies erat dies, & nox itidem pro menſura ſua exacta ad anni tempeſtates; inſolens vero, aut præter ordinem mutatum nihil; nec unquam ille rem habuiſſet cum mortali femina. Nunc contra miſeræ mulieris ergo cuncta ſunt ſurſum deorſum vertenda: minus agiles fiunt equi quieſcendo; via difficilior, non terenda quippe per continuos tres dies; homines interea miſere in caligine degent: hos ſcilicet fructus capient ex Jovis amoribus, ſedebuntque expectantes usque dum ille perficiat athletam, quem dicis, inter longas iſtas tenebras. MERC. Ta-

a Αὐτοὶ] Schol. *V.* notat variam lectionem, μόνοι. Ea eſt in L. *J.* Pro ἐσμὲν Margo *A1W.* ἰσμέν. *b* Παρὰ] Ita *F. J. V2. S. A.* Reliquae περί. *H. Stephan.* Theſ. T. II. p. 293. etiam παρά. *c* Μένουσαν] Sic ſcribitur in A. P. L. *J. V2.* Marg. *A1W.* Ceterae μὲν οὖσαν. *d* Τοιαῦτα] τοιούτων P. L.

3. Αὐτοὶ γὰρ] Γράφεται, μόνοι γάρ. *V.*

95. Ἐρῶν αὐτῆς; εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία] Male ordinatae ſunt perſonae. Denunciat nempe Mercurius Soli Jovis nomine, ut in tres dies ſolitum equorum curſum ſiſtat; opus namque Jovi eſſe tempus trinoctium. Rogat Sol Mercurium, ubi Jupiter ſit, vel unde ipſe miſſus veniat. *Ex Boeotia,* inquit ille, *venio ab uxore Amphitryonis, quacum Jupiter concumbit, amore ejus captus. Et una nox non ſufficit?* ſubjicit ille. Patet τὰ, ἐρῶν αὐτῆς, pertinere ad verba Mercurii, atque ita dirimendas eſſe perſonas; ΕΡ. Ἐκ Βοιωτίας, ὦ Ἥλιε, παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ᾗ σύνεστιν, ἐρῶν αὐτῆς. ΗΛ. Εἶτα οὐχ ἱκανὴ νὺξ μία. *J. J.*

Ἐρῶν αὐτῆς] Nihil mutandum cenſeo. Non ignarus Sol, quam proclivis in amorem eſſet Jupiter, ſtatim ac cum femina eum eſſe audiſſet exclamat, *Amans! Scilicet.* Frigebit ſi Mercurio tribuatur. *M. du S.*

3. Αὐτοὶ] L. & Ed. *J.* μόνοι. Sed gloſſema pro ipſo vocabulo rariore, ut fere fit, in ipſum textum receptum eſt. V. Ὀν. c. 34. & Ὀρχ. c. 4. *Xenoph.* Ed. St. p. 130, 33. ubi delendum μή. & *Plat.* Ed. Baſ. p. 142. B. *M. du S.*

Αὐτοὶ γὰρ ἡμεῖς ἐσμὲν] Conſueta loquendi formula αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, *ſoli ſumus & ſine arbitris,* qua tum potiſſimum utuntur, ſi quis liberius quiddam, quod alios, ſi adſint, poſſit offendere, ſit dicturus. Vid. *Ariſtoph.* Acharn. v. 503. Theſmoph. v. 479. *Plato* de LL. VIII. p. 910. E. *Philoſtr.* V. A. T. VI. p. 271. Μεταπεμψάμενος δὲ ὁ Τίτος τοὺς παρόντας, αὐτοὶ, εἶπεν, ὦ Τυανεῦ, γεγόναμεν· de V. S. II. p. 618. v. 36. πεύσῃ ἐπειδὴ αὐτοὶ γενώμεθα. Αὐτὸς pro *ſolus, ſejunctus ab aliis,* etſi ſatis ſit uſitatum, eſt tamen, ubi fefellerit Interpretes: *Theocr.* Eid. IV, 15. — αὐτὰ λέλειπται Τὤστεα — XXVI, 2. — αὐταὶ ἰοῖσαι, *ſolae, ſine virorum comitatu:* hoc ſi *D. Heinſio,* quod alioqui ſatis ſciebat, fuiſſet in promtu, veriſſimam lectionem non ivisſet mutatum Eid. XVIII, 12. *Philoſtr.* de V. S. II. p. 604. v. 12. ἐκαθήμεθα ἐσκληθέντες οἱ μὲν παῖδες καὶ οἱ παιδαγωγοὶ μέσοι, τὰ μειράκια δὲ αὐτοί. Ita ſumendum

Tace, Sol, ne infortunium tibi adferant iſti ſermones. Ego vero ad Lunam properans & Somnum, renunciabo iis etiam, quæ Jupiter mandavit; illa quidem ut lente progrediatur, Somnus autem ne remittat homines, ignoraturos nempe tam longam extitiſſe noctem.

σιώπα, ὦ Ἥλιε, μή τι κακὸν ἀπολαύσῃς τῶν λόγων· ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Σελήνην ἀπελθὼν καὶ τὸν Ὕπνον, ἀπαγγελῶ κἀκείνοις, ἅπερ ὁ Ζεὺς [e] ἐπέστειλε, τὴν μὲν σχολῇ προβαίνειν, τὸν δὲ ὕπνον μὴ [f] ἀνιέναι τοὺς ἀνθρώπους, ὡς ἀγνοήσωσι μακρὰν οὕτω τὴν νύκτα γεγενημένην.

XI.

VENERIS ET LUNÆ. ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΣΕΛΗΝΗΣ.

VEN. ΑΦΡΟ.

1. QUid iſta, Luna, dicunt facere te? quum adverſus Cariam veneris, ſiſtere te bigas, & deſpectare in Endymionem dormientem ſub divo, quippe venatorem; aliquando etiam deſcendere ad ipſum ex media via? LUN. Sciſcitare, Venus, ex filio tuo, qui mihi horum cauſa. VEN. Hem: ille inſolenter injurioſus eſt: en, in me matrem qualia deſignavit, nunc in Idam deducens Anchiſæ Ilienſis gratia; alias in Libanum, ad Aſſyrium illum adoleſcentulum, quem quum & Proſerpinæ amabilem fecit,

ΤΙ ταῦτα, ὦ Σελήνη, φασὶ ποιεῖν σε; ὁπότ' ἂν κατὰ τὴν Καρίαν γένῃ, ἱστάναι μέν σε τὸ ζεῦγος ἀφορῶσαν ἐς τὸν Ἐνδυμίωνα καθεύδοντα ὑπαίθριον, ἅτε κυνηγέτην ὄντα, ἐνίοτε δὲ καὶ καταβαίνειν ἐπ' αὐτὸν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ; ΣΕΛ. ἐρώτα, ὦ Ἀφροδίτη, τὸν σὸν υἱόν, ὅς μοι τούτων αἴτιος. ΑΦΡΟ. ἔα. ἐκεῖνος ὑβριστής ἐστιν· ἐμὲ γοῦν αὐτοῦ τὴν μητέρα οἷα δέδρακεν, ἄρτι μὲν ἐς τὴν Ἴδην κατάγων, Ἀγχίσου ἕνεκα τοῦ Ἰλιέως, ἄρτι δ' ἐς τὸν Λίβανον ἐπὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον, ὃ καὶ τῇ Περσεφάττῃ ἐπέραστον ποιήσας,

ἐξ

e Ἐπέστειλε] Ita G. L. *J. V2*. Marg. *AIW*. In reliquis Edd. ἀπέστειλε. f Ἀνιέναι] In aliis ſcribi ἀνεῖναι notatur a Schol. *V*.

22. Μὴ ἀνιέναι] Γράφεται, μὴ ἀνεῖναι. *V*.

dum in Nigr. §. 18. αὐτῇ φιλοσοφίᾳ. Non aliter apud Latinos *ipſe*: *Serv.* ad AEn. VIII, 682. *apud Actium Antonium & Cleopatram navali certamine prope ipſe* (Agrippa) *ſuperavit*. Vid. *J. Fr. Gronov.* de Cent. & Unc. Uſ. Ἀντεξηγ. II. p. 513. *C. A. Dukerum* ad *Thucyd.* III. p. 208. n. 84. V. p. 354. n. 60. *T. H.*

4. Παρὰ] Mendoſe hic in plerisque περί. *Fl. J. S.* & *A.* recte παρά. V. Δικ. c. 37 μηδὲ μίαν νύκτα ἀπόκοιτος γιγνόμενος παρ' ἡμῶν. Ἑτ. Δ. X. abſque præpoſitione uſurpat ἀπόκοιτος. *M. du S.*

5. Ἐκοιμᾶτο] Κοιμᾶσθαι, συνεῖναι, κοινωνεῖν, καθεύδειν, verba quibus utitur, pro Latino *ſolere*. *J. B.*

12. Μὲν οὖσαν] Male Angl. μένουσαν. Nullus enim ſenſus eſſet. *J. B.*

Μένουσαν] Sic duce Angl. Cod. & auctoritate P. L. & Ed. *J.* accedente, correximus. In reliquis omnibus legitur μὲν οὖσαν. quod vel ſine ulla auctoritate illico mutandum fuerat. *M. du S.*

21. Ἀπέστειλε] Scribe ex Mſ. ἅπερ ὁ Ζεὺς ἐπέστειλε, *quae Jupiter mihi mandavit*. *J. G. G.*

Ἐπέστειλε] Genuina lectio, quam præter Mſ. Gr. habent etiam L. & Ed. *J.* vulgatæ ἀπ— mendoſe. *M. du S.*

Ἀπέστειλε] Idem mendum hactenus occupat *Lyſidis* Epiſtolam in fine: Φαντὶ δὲ ὅτι καὶ Δαμὼ θυγάτηρ Βιστάλιᾳ τῇ ἑαυτῆς θυγατρὶ τὰν αὐτὰν ἐπιστολὰν ἀπέστειλεν· lege ἐπέστειλεν· ἐπιστέλλειν ἐπιστολὴν, quod paulo ante ἐπισκάπτειν ἐπίσκαψιν. Ἐπιστολαί, ἐντολαί, ἐπιταγαί. *Heſych.* Vid. *Stanl.* ad *AEſchyl.* P. V. v. 3. *T. H.*

31. Ἐμὲ γοῦν αὐτοῦ τὴν μητέρα] *Ariſtaen.* I. Ep. 8. καὶ τὴν ἑαυτῶν ἐρῶσαν ἐκεῖνοι μητέρα. ibi vide *Joſ. Mercer.* *T. H.*

34. Τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον] Τὸν Ἄδωνιν. *F. G.*

Ἀσσύριον] Hic Aſſyrius eſt pro Syro: verba haec ſaepe miſcent veteres; quod fecit in hac ipſa re *Bion*, cujus vide luctum Adonidis in Eid. I. *J. C.*

Τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο μειράκιον] Perquam eleganter *Alciphr.* I. Ep. 39. σὺ δὲ ἡμῖν μόνη τὸν Ἄδωνιν περιέψυχες.

μόν-

ἐξ ἡμισείας ἀφείλετό με τὸν ἐρώμενον· ὥστε πολλάκις ἠπείλησα, εἰ μὴ παύσεται τοιαῦτα ποιῶν, κλάσειν μὲν αὐτοῦ τὰ τόξα, καὶ τὴν φαρέτραν, περιαιρήσειν δὲ καὶ τὰ πτερά· ἤδη δὲ καὶ πληγὰς αὐτῷ ἐνέτεινα εἰς τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ· ὁ δὲ οὐκ οἶδ' ὅπως τοπαραυτίκα δεδιὼς, καὶ ἱκετεύων, μετ' ὀλίγον ἐπιλέλησται ἁπάντων.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, καλὸς ὁ Ἐνδυμίων ἐστίν; εὐπαραμύθητον γὰρ οὕτω τὸ δεινόν. ΣΕΛ. ἐμοὶ μὲν καὶ πάνυ καλὸς, ὦ Ἀφροδίτη, δοκεῖ, καὶ μάλιστα ὅταν [a] ὑποβαλλόμενος ἐπὶ τῆς πέτρας τὴν χλαμύδα καθεύδῃ, τῇ λαιᾷ μὲν ἔχων τὰ ἀκόντια, ἤδη ἐκ τῆς χειρὸς ὑπορρέοντα· ἡ δεξιὰ δὲ, περὶ τὴν κεφαλὴν ἐς τὸ ἄνω ἐπικεκλασμένη, ἐπιπρέπει τῷ προσώπῳ [b] περικειμένη· ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ ὕπνου λελυμένος, ἀναπνέει τὸ ἀμβρόσιον ἐκεῖνο ἆσθμα. τότε τοίνυν ἐγὼ ἀψοφητὶ κατιοῦσα, ἐπ' ἄκρων τῶν δακτύλων βεβηκυῖα, ὡς ἂν μὴ ἀνεγρόμενος ἐκταραχθείη· οἶσθα· τί ἂν οὖν σοι λέγοιμι τὰ μετὰ ταῦτα· πλὴν ἀπόλλυμαί γε ὑπὸ τοῦ ἔρωτος.

ex dimidia parte mihi ſubripuit meos amores. Atque adeo ſæpe comminata fui, niſi deſiſtat talia facere, me confracturam eſſe ejus arcus & pharetram, imo etiam circumciſuram alas: quin jam plagas ipſi intentavi in nates ſandalio: is autem neſcio quo pacto, in præſentia quidem timefactus & ſupplex, poſt paulo oblitus eſt omnium.

2. At dic mihi, pulcerne Endymion eſt? malum enim hoc maxime ſolatio mitigetur. LUN. Mihi quidem ſane pulcer, o Venus, videtur; tumque maxime, quando ſubjecta ſuper rupem chlamyde dormit, ſiniſtra tenens jacula ex manu pene defluentia: dextra vero circa caput ſurſum reflexa admodum decet faciem ambiens: ipſe vero ſomno ſolutus efflatum reciprocat ambroſium illum halitum. Tunc ergo ſine ullo ſtrepitu delapſa, ſummiſque pedum digitis innixa, ne expergefactus ſubito conturbetur; rem noſti: quid ergo tibi porro dicam, quæ conſequuntur: hoc tantum, diſpereo amore.

XII. VE-

a Ὑποβαλλόμενος] Hunc in modum P. L. Margo AIW. Priores Edd. ἐπιβαλλ. b Περικειμένη] ἐπικειμένη L.

μήπου καταλειφθέντα αὐτὸν ὑπὸ σοῦ τῆς Ἀφροδίτης ἡ Περσεφόνη παραλάβοι ibi *Berglerus* opportune hunc *Luciani* locum adnotavit. Vid. *Orphei* Hymn. LV. *T H.*

36. Ἐξ ἡμισείας] V. *Theocr. Scholiaſten. Barthius* Adv. p. 124. laudat *Bionis* Idyll. I. v. 54. Proſerpinæ fabulam tangit *Ovid*. Met. X. 519. *M. du S.*

41. Τὰς πυγὰς τῷ σανδάλῳ] Sic Dial. Jovis, Herc. & Æſc. Dixerunt ad illud *Perſ.*

Solea puer objurgabere rubra. *J. B.*

47. Ὑποβ.—] P. &. L. pro ἐπιβ. *M. du S.*

Ἐπιβαλλόμενος] Defendi poterat: ſed commodius eſſe, quod dedimus, nemo facile diffitebitur. *Noſter* alibi, πορφυρίδας ὑποβεβλημένος· *Theocrit*. Eid. XXVII, 53. Ἀλλ' ὑπὸ τοὺς πέπλους ἁπαλὸν νάκος ἠνίδε βάλλω. *T. H.*

50. Ἐπικεκλασμένη] Sic de Merc. cond. c. 3. *lixa cervix*, *Perſ.* ſic ὄμμα κεκλασμένον. *J. B.*

56. Οἶσθα τί ἂν οὖν] Nullae Edd. poſt οἶσθα diſtinctionem habent, niſi quod in *V2*. ἐκταραχθείη, οἶσθα, τί ἂν οὖν &c. Tantilla res Interpretibus errandi fuit cauſa. *T. H.*

64. Καθαιρεῖς] Dixi ad *Petron*. Clar. *Caſaub*. ad *Theophr.* *J. B.*

67. Ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις] Migrare *Lucianum* illam Grammaticorum legem, quae diſcrimen ponit inter ὑβρίζειν τινὰ & εἴς τινα *Kuſterus* obſervat ad *Ariſtoph*. Plut. v. 900. Dicemus ad Soloec. c. X. Par eſt Veneris de filio Cupidine querela in *Apollon. Rh*. Argon. III, 94. ubi plura ſunt, quae cum Lucianeis componi merentur. *T. H.*

68. Ῥέαν] *Opem* vertit *Lactantius*, quem vide I, 13. Eadem & *Cybele* audit & *Mater Deum* & *Berecynthia*. V. *Julian*. Or. V. & *Salluſt*. in libro de Diis c. 4. *M. du S.*

75. Ἄττι] De nomine hujus non adeo conſentiunt Auctores. Ab *Ovidio* & *Catullo* vocatur *Atys*. *Diod. Sic*. III. eum vocat Ἄττιν. Apud *Macrobium* Sat. I. 21. legas *Attinis* & *Attinem*, quaſi a nominativo Ἄττις, vel Ἄττιν. *Lucianus* neminem, quod ſcimus, ſecutus, nominat eum Ἄττην. niſi fortaſſe idem etiam ſit ille, cujus meminit ſub eodem nomine in Achaicis *Pauſanias*. *E. L.*

Ἄττῃ] In varia abeunt Codd. Ἄττης hic in omnibus. At mox *Fl*. rectius Ἄττι, uti recte etiam in Ἰκαρ. c. 27. in omnibus legitur, quanquam & ibi O. Ἄττην habet. *M. du S.*

Ibid. Οἱ Κορύβαντες] Dixerunt ad *Claudian*. 1. de Rapt. Prof. *J. B.*

76. Πῆχων] *Eraſmus* vertens, *penem enſe deſecat*, in errorem ridiculum traxit *Benedictum* & alios: melius huic locutioni conſultum in Dea Syr. §. 50. τάμνω-

XII.

VENERIS ET CUPIDINIS.

VEN.

1. O Fili Cupido, vide, qualia facis: non ea, quæ in terra contingunt, dico, quæcumque homines inducis, ut in ſe quisque aut alii in alios admittant; ſed etiam quæ in cœlis: qui Jovem quidem multas in formas converſum identidem exhibes, eum mutans in quodcumque tibi commodum videtur, Lunam deducis ex cœlo, Solem apud Clymenen commorari nonnunquam cogis oblitum curſus ordiendi: nam quæ in me genitricem committis, confidenter quaſi jure tuo facis. Sed tu, audaciſſime, Rheam etiam ipſam jam vetulam & matrem tot Deorum impuliſti, ut puerum amet, Phrygiumque iſtum adoleſcentulum appetat. Nunc illa furit opera tua; junctisque leonibus & adſumtis in comitatum Corybantibus, qui ſcilicet fanatici ſint & ipſi, ſurſum deorſum Idam circumvagantur, hæc ululatus edens ob Attin, Corybantes autem, hic conſcindit ſibi enſe cubitum, ille effuſa coma fertur furiatus per montes, alius tibiam inflat adunco cornu,

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

ΑΦΡΟ.

Ὦ Τέκνον Ἔρως, ὅρα οἷα ποιεῖς. οὐ τὰ ἐν τῇ γῇ λέγω, ὁπόσα τοὺς ἀνθρώπους ἀναπείθεις καθ' αὑτῆς ἢ κατ' ἀλλήλων ἐργάζεσθαι, ἀλλὰ καὶ τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ· ὃς τὸν μὲν Δία πολύμορφον ἐπιδεικνύεις, ἀλλάττων ἐς ὅ, τι ἂν σοι ἐπὶ τοῦ καιροῦ δοκῇ· τὴν Σελήνην δὲ καθαιρεῖς ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν Ἥλιον δὲ παρὰ τῇ Κλυμένῃ βραδύνειν ἐνίοτε ἀναγκάζεις, ἐπιλελησμένον τῆς ἱππασίας. ἃ μὲν γὰρ ἐς ἐμὲ τὴν μητέρα ὑβρίζεις, θαρρῶν ποιεῖς. ἀλλὰ σύ, ὦ τολμηρότατε, καὶ τὴν Ῥέαν αὐτὴν γραῦν ἤδη, καὶ μητέρα τοσούτων θεῶν, ἀνέπεισας παιδεραστεῖν, καὶ τὸ Φρύγιον μειράκιον ἐκεῖνο ποθεῖν· καὶ νῦν ἐκείνη μέμηνεν ὑπὸ σοῦ, καὶ ζευξαμένη τοὺς λέοντας, παραλαβοῦσα καὶ τοὺς Κορύβαντας, ἅτε μανικοὺς καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἄνω καὶ κάτω τὴν Ἴδην περιπολοῦσιν· ἡ μέν, ὀλολύζουσα ἐπὶ τῷ Ἄττῃ· οἱ Κορύβαντες δέ, ὁ μὲν αὐτῶν, τέμνεται ξίφει τὸν πῆχυν, ὁ δέ, ἀνεὶς τὴν κόμην, ἵεται μεμηνὼς διὰ τῶν ὀρῶν· ὁ δέ, αὐλεῖ τῷ κέρατι·

ὁ

μνονται τε τοὺς πήχεις. Cybeles & Bellonae ſacrorum erat pars, ut Galli & Bellonarii brachia ſibi cultris aut ſecuriculis cruentarent: *Propert.* II. El. 18. *Cur aliquis ſacris laniat ſua brachia cultris?* Vid. *Maneth.* I, 244. V, 179. *Senec.* de Vit. Beat. c. 27. Plura ſuppeditabit, ſi quis in re nota deſideret, *N. Heinſ.* ad *Valer. Flacc.* III, 234. *T.H.*

78. Αὐλεῖ τῷ κέρατι] Antequam Pronomus inveniſſet αὐλοὺς εἰς ἅπαν ἁρμονίας ἔχοντας ἐπιτηδείως, triplex tibiarum fuit genus, Doriæ, Lydiæ, Phrygiæ, ut oſtendit *Pauſan.* IX. p. 734, 735. Phrygiis ſive τοῖς Ἐλύμοις, quarum in ſacris Rheae uſus erat praecipuus, additum fuit κέρας ἀνανεῦον, *aduncum cornu & reflexum*, teſte *Poll.* IV, 74. *Athenaeus* itidem exponens Jonis illud, ἐκτύπουν ἄγων βαρὺν αὐλὸν τρέχοντι ῥυθμῷ, οὕτω λέγων, inquit, τῷ Φρυγίῳ· βαρὺς γὰρ οὗτος, παρ' ὃ καὶ τὸ κέρας αὐτῷ προσάπτουσιν ἀναλογοῦν τῷ τῶν σαλπίγγων κώδωνι. IV. p. 185. A. Scio nihil abſurdi commiſſurum, qui τρέχοντα ῥυθμὸν expoſuerit, *concitos*, *incitatos modos*: praeterea, ſic digeri poſſe poëtae verba in jambos, ut per metri legem τρέχοντι ῥυθμῷ ſollicitare non ſit integrum: verum, quandoquidem in laceris reliquiis, praeſertim breviſſimis, ratio verſuum conſtituendorum admodum eſt lubrica, vix eripi mihi patiar, quin legendum putem τρήχοντι ῥυθμῷ, inſolentiore quidem vocabulo, ſed cui fulcrum ſupponit *Nicander* a *Stephano* etiam indicatus Ther. v. 521. τρήχοντι πάγῳ· quo nihil eſt aptius ad inconditum illum tibiae Phrygiæ & gravem ſonum ſignificandum, quem adglutinatum cornu exaſperabat. Κερασφόρον αὐλὸν dixit *Ariſtid. Quinctil.* III. p. 147. qui Lunæ fuerit ob figuram falcatam conſecratus: καὶ τὸν κερασφόρον αὐλὸν ἀνῆψαν αὐτῇ (σελήνῃ) τῷ μηνοειδεῖ τοῦ σχήματος παραπλήσιον ὄντα, καὶ βαρύτατον ἐπίσης προσλαμβανομένῳ κατὰ τὴν ἐκφώνησιν· προσλαμβανόμενον autem οἱ νεώτεροι τόνῳ διαφέροντα τῆς ὑπάτης ἐπὶ τὸ βαρὺ ἔταξαν, ut *Plutarchus* ait de Anim. Procr. p. 1029. B. verum ex rei Muſicae ſcriptoribus iſta poſſunt accuratius cognoſci. Hinc manifeſtum eſt, cur tibiam Berecynthiam vel Phrygiam appellarint κέρας ſive *cornu*: Latini quidem frequentiſſime: *Seneca* Troad. v. 781. *Revocante flexo concitos cornu modos.* Interea dum quis explanandum ſuſcipiat, quid ſit *revocare modos*, legerim equidem, *Reboante*; quod quam proclivi lapſu depravari potue-

rit

ὁ δὲ, ἐπιβομβεῖ τῷ τυμπάνῳ, ἢ ἐπικτυπεῖ τῷ κυμβάλῳ· καὶ ὅλως, θόρυβος καὶ μανία τὰ ἐν τῇ Ἴδῃ ἅπαντά ἐστι. δέδια τοίνυν ἅπαντα, δέδια τὸ τοιοῦτο ἡ τὸ μέγα σὲ κακὸν τεκοῦσα, μὴ ἀπομανεῖσά ποτε ἡ Ῥέα, ἢ καὶ μᾶλλον ἔτι ἐν αὐτῇ οὖσα, κελεύσῃ τοὺς Κορύβαντας συλλαβόντας σε διασπάσασθαι, ἢ τοῖς λέουσι παραβαλεῖν· ταῦτα δέδια κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα.

ΕΡ. Θάῤῥει μῆτερ, ἐπεὶ καὶ τοῖς λέουσιν αὐτοῖς ἤδη ξυνήθης εἰμί. καὶ πολλάκις ἐπαναβὰς ἐπὶ τὰ νῶτα, καὶ τῆς κόμης λαβόμενος, ἡνιοχῶ αὐτούς· οἱ δὲ, σαίνουσί με, καὶ τὴν χεῖρα δεχόμενοι ἐς τὸ στόμα, περιλιχμησάμενοι ἀποδιδόασί μοι· αὐτὴ μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, πότε ἂν ἐκείνη σχολὴν ἀγάγοι ἐπ' ἐμὲ, ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; καίτοι τί ἐγὼ ἀδικῶ, δεικνὺς τὰ καλὰ οἷά ἐστιν; ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῶν

alius bombum excitat pulſo tympano, aut increpat cymbalo: & in ſumma, tumultus furorisque in Ida omnia ſunt plena. Pertimeſco igitur cuncta: metuo tale quiddam ego, quæ te magnum malum peperi, ne quando plane in furorem acta Rhea, vel dixero potius mentis ſuæ compos jubeat Corybantas comprehenſum te diſcerpere, aut leonibus objicere: iſta timeo in periculo te verſantem videns.

2. CUP. Bono eſto animo, mater, quandoquidem & leonibus ipſis jam familiaris ſum, & ſæpe conſcenſis eorum tergis, prehenſaque juba tanquam habenis eos rego: illi vero adulantur mihi, & manum acceptam in os delambentes reſtituunt: de ipſa vero Rhea, quando tandem illa otium agat, adverſum me ut quicquam conetur tota in Attide occupata. At porro quid ego delinquo, ſi oſtendam pulcra, qualia ſunt? vosmet autem ipſæ deſiderio tenemini pul-

rit in, *revoante*, *revocante*, obſcurum non eſt. *Lucret*. IV, 549. *Aut reboant raucum retrocita cornua bombum*: ubi *retrocita* non intelligo, quod voluerunt, *ultro citroque ducta*, nonnullis etiam pejus interpretantibus de tuba, ſed ἀνανεύοντα, *curvata*, *retro flexa*. Ejusmodi veterum explicatio ad marginem olim adſcripta peperit, ut mihi quidem videtur, hujus verſiculi ſcripturam in quibusdam Codd. & Edd. adulteratam, *Et reflexa retro dant cornua barbara bombum*. Quae conatus eſt *Iſ. Voſſius* ad *Catull*. p. 228. haud ſcio an alios, me certe adſtipulatorem non habent. Haec non parum valent ad firmanda, quæ ſcripſit *J. Fr. Gronovius* Obſ. I. c. 17. ad finem. *Apul*. de Deo Socr. p. 49. *AEgyptia numina ferme* (gaudent) *plangoribus, Graeca plerumque choreis, Barbara autem ſtrepitu cymbaliſtarum & tympaniſtarum & choraularum*. *Ceraularum* a *Salmaſio* reſtitutum Pl. Ex. p. 87. A. veriſſime, ut collatus hic ipſe *Luciani* locus evincit. *T. H.*

79. Τυμπάνῳ] Tympanum intelligendum minus, quod manibus a ſaltantibus pulſabatur; cujus ſonus voce βόμβος recte exprimitur. Cymbalum vero fuit inſtrumentum conſtans duobus hemiſphaeriis æneis & concavis, quae collidebantur, & quorum ſonitus voce κτύπος commode deſcribitur. Vide de Cymbalo dicta in Additam. ad Adnot. *Henr. Hammondi* 1 Corinth. XIII, 1. *J. C.*

81. Δέδια τοίνυν ἅπαντα] Mirum ſi hic nihil eſt otioſe poſitum, & plane κίβδηλον. Mea quidem ſententia ſcripſerat *Lucianus*, δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο, mediaque illa, ἅπαντα δέδια, pro ſpuriis habeo, quæ mala manus temere ex praecedentibus repetierit. *J. J.*

Δέδια τοίνυν ἅπαντα] Δέδια τοίνυν τὸ τοιοῦτο, vel, ſi mavis, τι τοιοῦτο, ejectis, quae ſenſum inutiliter onerant, legendum eſſe *J. Jenſio* prorſus adſentior. Ἀποµαίνεσθαι notat *H. Stephan*. in Theſ. T. II. p. 769. *aliquando capi pro ſimplici μαίνεσθαι, & ſignificare*, furere, inſanire, *vel*, vehementer inſanire, vehementi furore eſſe percitum: quemadmodum in hoc *Luciani* loco ἀπομανεῖσα, *furore percita*, ἐκμανεῖσα. Secutus eſt eam rationem *Guyetus*; & merito quidem: argutius enim dicit Venus; *metuo equidem, ne plane in furorem verſa Rhea, aut magis etiam ſui compos ſanaeque menti reſtituta, te diſcerpi jubeat a Corybantibus*, quam ſi contra orationis ordinem invertat. Ἐν αὐτῇ ſcribas, an ἐν αὐτῇ vel ἑαυτῇ, nihil intereſt; haec enim frequentiſſime commutantur. Praeterea languidum illud & male conglutinatum, ταῦτα δέδια κινδυνεύοντά σε ὁρῶσα, vix fero: quanto rotundius & Venere, ni fallor, dignius exibit, ταῦτα μὰ Δία, κινδυνεύοντά σε ὁρῶ. *T. H.*

83. Ἀπομανεῖσα] Id eſt, μανεῖσα. *F. G.*

84. Ἐν αὐτῇ] Ἐν αὐτῇ, id eſt, ἐν ἑαυτῇ, *ſana*. *F. G.*

85. Κελεύσῃ τοὺς Κορύβαντας &c.] Queritur hic Venus cum Cupidine ſuo, quod ille non modo pro lubitu agat cum hominibus, ſed & cum Deis; quin quod ipſam quoque Rheam vetulam fecerit παιδεραστεῖν, & amore inſanientem cum inſanientibus Corybantibus diſcurrere. Propterea ait ſe vereri, ne Rhea, ubi tamdem mentem a furore collegerit; vel potius dum in eo furore perſiſtat, immittat in eum Corybantes, a quibus diſcerpatur. Hunc praecedentium, eorumque, quae poſui, verborum ſenſum eſſe puto; atque adeo videri poſſit excidiſſe τὸ, μανίᾳ, ut ſit, ἔτι ἐν αὐτῇ μανίᾳ οὖσα. At ubi diligentius verba conſidero, eſt elegans ellipſis τοῦ, μανίᾳ, quae vox ex cognato verbo praecedente ἀπομανεῖσα relinquitur ſubaudienda; plane uti in Toxaride cap. 10. Καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ, καὶ ἀμείνους παρέχηται τοὺς φίλους, αὐ-

pulcrorum: eorum ergo ne me inſimuletis: hoccine vis, mater, ut non amplius ames neque ipſa Martem, nec ille te? VEN. Quam mirificus es & ſuperior omnibus! ſed erit, quum recordabere dicta mea.

καλῶν· μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. ἦ θέλεις σὺ, ὦ μῆτερ, αὐτὴ μηκέτι ἐρᾷν, μήτε σὲ τοῦ Ἄρεως, μήτ' ἐκεῖνον σοῦ; ΑΦΡΟ. Ὡς δεινὸς εἶ, καὶ κρατεῖς ἁπάντων. ἀλλὰ μεμνήσῃ μου ποτὲ τῶν λόγων.

XIII.

JOVIS, ÆSCULAPII, ET HERCULIS.

JUP.

1. CEſſate, Æſculapi & Hercules, rixantes inter vos quaſi homines: indecora enim hæc, & aliena convivio Deorum. HERC. Et tu velis, o Jupiter, iſtum veneficum ſupra me accumbere? ÆSC. Sic ſane decet: etenim melior ſum. HERC. Quo in genere, attonite: ideone, quod te

ΔΙΟΣ, ΑΣΚΛΗΠΙΟΥ, ΚΑΙ ΗΡΑΚΛΕΟΥΣ.

ΖΕΥΣ.

ΠΑύσασθε, ὦ Ἀσκληπιὲ καὶ Ἡράκλεις, ἐρίζοντες πρὸς ἀλλήλους ὥσπερ ἄνθρωποι. ἀπρεπῆ γὰρ ταῦτα, καὶ ἀλλότρια τοῦ συμποσίου τῶν θεῶν. ΗΡΑ. ἀλλὰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, τουτονὶ τὸν φαρμακέα προκατακλίνεσθαί μου. ΑΣΚ. νὴ Δία, καὶ ἀμείνων γάρ εἰμι. ΗΡΑ. κατὰ τί, ὦ ἐμβρόντητε; ἢ διότι σε

a ʽH] ἡ L.

αὐτός τε νενικηκὼς ἔςαι καὶ τὴν αὐτοῦ ἀνακηρύξει, κάλλιςον ἀγῶνα καὶ σεμνότατον ἀγωνισάμενος. Et hic ſubaudiendum νίκην. quaſi eſſet, αὐτός τε νενικηκὼς ἔςαι καὶ τὴν αὐτοῦ νίκην ἀνακηρύξει. *Ac quicunque in iis ſuperior ſit, ac meliores exhibuerit amicos, ipſe victor erit pariter, ac ſuam praedicabit palam victoriam, pulcherrimo & graviſſimo creto certamine.* Pari ratione vox ὄνομα eleganter ſupprimitur apud *Euripidem* in Phœniſſis vſ. XI.

Καλοῦσι δ' Ἰοκάςην με· τοῦτο γὰρ πατὴρ ἔθετο.

h. e. τοῦτο γὰρ ὄνομα πατὴρ ἔθετο. *Id enim nominis pater impoſuit.* Ita apud *Lucianum* in Vera Hiſtoria lib. I. cap. 36. & c. 10. in Gallo, τοῦτο ἐκαλεῖτο. h. e. *hoc nomine appellabatur.* ita & *Theocriti Scholiaſtes* ad Eid. 13. loquens de Argo navi, ait, τοῦτο γὰρ ἡ ναῦς ὠνομάζετο. h. e. ὄνομα. Deprehendo apud Latinos ipſum *Livium* eadem hac ellipſi utentem, dum de Gallograecis ita facit quempiam loqui XXXVIII, 17. *Hi jam degeneres ſunt; miſti, & Gallograeci vere, quod appellantur.* alii forte aliter, at ego quidem id expoſuerim, *quod nomen*, h. e. *quantum ad quod nomen.* Sed ellipſis haec eſt multo, quam plena oratio, mollior. *J.J.*

93. Αὐτὴ . . . . ἐκείνη] V. *Liv.* I. 19, 58. II, 28. III, 10. ubi his ſimilia invenies. *M. du S.*

94. Ὅλη] Tota, ut: *totus in armis, totus veniſti.* Petron. *J.B.*

95. Ἐν τῷ Ἄττῃ] Ἄττι *Flor.* ſupra tamen Ἄττῃ ſatis apparet Ἄττι eſſe natum ex vitio ſcripti Codicis, unde haec Editio fuit expreſſa. An Ἄττι usquam reperiatur, ignoro: nam ab Ἄττις frequentiſſime ſolent Ἄττιδος, Ἄττιδι nunquam aliter in Oratione quinta *Juliani. Phot.* Ep. 49. Τῷ Ἄττιδι μὲν σε ἀναφέρουσι, Γάλλον καλοῦντες οἱ παρ' Ἕλλησι σοφιςαί. Ἄττης non minus uſitatum: de Dea Syr. §. 15. *Feſtus Diaconi* in *Italia. Nicand.* Alexiph. v. 8. — ὀργαςήριον Ἄττεω· ubi vide *Schol. Plutarch.* Ἐρωτ. p. 756. C. Ἄτται καὶ Ἀδωναῖοι. neque aliter *Pauſan.* VII. p. 566. ad quem Sylburgius de varia vocis ſcriptura nonnihil notat, *Damaſc.* apud *Phot.* p. 561. Laconibus eam formam *Heſychius* ut propriam videtur adſignare. Adde *J. Scaligerum* ad *Catulli Atyn* vel *Attinem*, *H. Stephan.* Ind. Theſ. in Ἄττης, *Salmaſ.* ad *Solin.* p. 37. Quod ſequitur ſtatim, ὑμεῖς δὲ μὴ ἐφίεσθε τῶν καλῶν, meo ſenſu non optime concordat cum adjuncto, μὴ τοίνυν ἐμὲ αἰτιᾶσθε τούτων. Parvo iſti veteratori, ſi modo rationes recte colligere cenſeatur, ſic fuerat argumentandum: *At quid ego mali committo, ſi oſtendam pulchra, qualia ſunt? ceterum vosmet ipſae utique deſiderio tenemini pulcrorum: ne me ergo reum peragatis illius criminis.* Mens ea leviſſima mutatione *Luciano* reſtitui poteſt: ὑμεῖς δὲ μὴν, ſive potius, ὑμεῖς γε μὴν ἐφίεσθε τῶν καλῶν. *T.H.*

7. Φαρμακέα] Interpretatus ſum ad Petron. *Pharmace reſponde:* ſic Θ. Κρ. c. 10. *J.B.*

Ibid. Προκατακλίνεσθαί μου] Interpres habet, *priorem accumbere*, quaſi ad tempus referatur. Malim de loco intelligere & vertere, *ſupra me accumbere.* Poſtea idem Interpres vertit, *priore loco accumbere:* dicendum fuit, *ſuperiore.* *J.C.*

9. Ὦ ἐμβρόντητε] Acumen habet duplex vocabuli poteſtas involuta: vide quae notavimus ad Tim. §. 1. AEſculapius naturae leges violavit, atque adeo fecit ἃ μὴ θέμις, quando mortuos in vitam revocabat. Ingens beneficium in quos fuerit collatum, nam alii veterum alios ediderunt, refert *Apollod.* III. p. 213.

ὁ Ζεὺς ἐκεραύνωσεν, ἃ μὴ θέμις ποιοῦντα, νῦν δὲ κατ' ἔλεον αὖθις ἀθανασίας μετείληφας; ΑΣΚ. ἐπιλέλησαι γὰρ καὶ σὺ, ὦ Ἡρακλες, ἐν τῇ Οἴτῃ καταφλεγεὶς, ὅτι μοι ὀνειδίζεις τὸ πῦρ; ΗΡΑ. οὔκουν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν· ὃς Διὸς μὲν υἱός εἰμι, τοσαῦτα δὲ πεπόνηκα, ἐκκαθαίρων τὸν βίον, θηρία καταγωνιζόμενος, καὶ ἀνθρώπους ὑβριστὰς τιμωρούμενος. σὺ δὲ ῥιζοτόμος εἶ, καὶ ἀγύρτης, νοσοῦσι μὲν ἴσως ἀνθρώποις χρήσιμος ἐπιθήσειν τῶν φαρμάκων, ἀνδρῶδες δὲ οὐδὲν ἐπιδεδειγμένος.

ΑΣΚ. Εὖ λέγεις, ὅτι σου τὰ ἐγκαύμα-

Jupiter fulmine percuſſit ; quæ fas non erat , facientem ? nunc autem per miſericordiam iterum immortalitatem participaſti. ÆSC. Scilicet oblitus es , Hercules , in Oeta te conflagraſſe , qui mihi exprobres ignem. HERC. Nequaquam pari ſimilique ratione vita nobis eſt exacta , ut qui Jovis ſum filius , tantoſque labores ſuſcepi expurgando hominum ætatem , feris debellandis , & in homines injurioſos animadvertendo : tu vero præſectas herbarum radices colligis, & circulatores, ægrotis ut maxime hominibus utilis ad imponenda medicamenta, qui virile tamen nihil præſtiteris.

2. ÆSC. Recte narras: nam inuſta tibi flam-

mæ

18. Καὶ ἀγύρτης] * Ἐπαίτης, φιλοκερδής. V.

* Ἐπαίτης] *Etymol.* p. 14. Ἀγύρται, λωποδύται, ἐπαῖται, φιλοκερδεῖς. Uberius *Suidas*: Ἀγύρτης, πτωχὸς, ὀχλαγωγὸς ἐπαίτης φιλοκερδὴς, ἢ συρφετώδης. Priora ſumſit a *Schol. Sophocl.* ad Oedip. Tyr. v. 395. tum diſtinctione ſeparanda ſunt ἐπαίτης & φιλοκερδὴς, quemadmodum in noſtro *Schol.* contra quod apud eum praecedit, cujus, quia nullum ſenſum elicere poterat, verſionem praetermiſit *Kuſterus*, demta diſtinguendi nota ſanum eſt ac facillimum: ὁμιλίαν, οἵαν ἐκεῖνος ἐθηρᾶτο, πρὸς ἀγυρτείαν τινὰ θρασυνομένην nam valde abhorret, ut ὁμιλία putetur ad exponendam ἀγυρτείαν pertinere. Ceterum iſtius in AEſculapium jacti ab Hercule convicii rationem non percepit Graecus Commentator: ἀγύρται inter alia ſunt circulatores viliſſimum medicorum genus, veriſque medicis exoſum: jungit *Hippocrat.* περὶ Ἱερ. νοσ. in initio μάγους τε καὶ καθαρτὰς καὶ ἀγύρτας καὶ ἀλαζόνας· iſto probroſo nomine AEſculapium infamat Hercules. *T.H.*

& *Schol. Euripid.* ad Alc. v. 2. ex quo maculas aliquot eruditis viris vel ignoratas, vel contemtas eluere non ab re fuerit: apud eum ergo ſcribe ἀνέστησε, pro ἀνέστη, τοὺς Φινείδας pro τὰς φονίσσας, aut, quod prave repoſuit *Barneſius*, τὰς Φοινίσσας· τὰς Προίτου θυγατέρας pro τὰς Κροίσου θ· quas emendationes facile praeſtabunt *Sext. Empir.* adv. Gramm. I. p. 271. & *Schol. Pindar.* ad Π. Γ, 96. Inter hos Tyndareus adnumeratur, auctore *Panyaſi*: quod quum *Schottum* praeteriret, male verſatus fuit in explicando *Zenobio* C. I. n. 47. Vide *Suidam* in Ἀναβιῶναι & Αἴσωπος. AEſculapii munere noviſſimus Hippolytus in Dianæ gratiam revixit: quod temerarium facinus tam indigne tulit Jupiter, Deorum honores ſtupendae artis miraculo labefactatum iri metuens, ut fulmine vindicaret: neque tamen non haud diu poſt placatus, Apollinique deprecanti iram donans nepotem, ringente licet Momo, ſi Luciano credimus, in coeleſtium ordinem recepit, inque aſtris, quanquam hoc quidem inter Aſtronomos non plane conſtet, Ophiuchum vel Anguitenentem eſſe juſſit. *Eratoſth.* Cataſt. c. VI. quem locum videtur deſignaſſe *Hygin.* in Poet. Aſtr. II. c. 14. Verum ſive Heraclitus aliquis, ſive quiſpiam alius de Incredib. c. 26. fabuloſum illud fulmen Jovis, quo conflagravit AEſculapius, febriculam interpretatur, quam ſcilicet tantus medicus depellere non potuerit: ἰατρικὴν νικήσας καὶ ὑψώσας αὐτὸς ὑπὸ πυρετοῦ φλεχθεὶς ὤλετο. Quid ſpectaverit *Allatius* illud ἰατρικὴν νικήσας vertens *celebrem in medicina*, neutiquam adſequor: mihi dubium non eſt, quin ſcribi debeat ἰατρικὴν ἀσκήσας. ut in *Apollod.* Bibl. III. p. 213. τὴν τέχνην ἀσκήσας ἐπὶ πολύ. p. 227 Oenone ἰατρικὴν καὶ μουσικὴν (forte μαντικὴν) ἤσκει. Mox οὔκουν *Graevii* ſi fuerat a vetuſtis membranis aut Editionibus traditum, nihil aliud utique deſideraſſemus: nunc οὔκουν cur ab hac ſede, quam dudum obtinet, expellatur, nulla eſt cauſa. *T.H.*

10. Ἃ μὴ θέμις. . .] Quia ſcilicet mortuum ſuſcitaverat Hippolytum, a Jove fulmine percuſſus. V. Ὀρχ. c. 45. & *Virgil.* Æn. VII. 761.... Tangit iterum *Noſter*, Περ. c. 4. *M. du S.*

14. Οὔκουν] Videtur ſcribendum: οὐκ οὖν ἴσα καὶ ὅμοια βεβίωται ἡμῖν; *Ergone aequalia & ſimilia ſunt, quae a nobis geſta ſunt in vita?* *J.G.G.*

Οὔκουν] Sic ſupra. Infra Dialogo ſequenti. *M. du S.*

16. Ἐκκαθαίρων τὸν βίον] Sic Vit. Auct. c. 18. quo loci Cynicæ ſectæ Deus præſes Hercules. *J.B.*

19. Ῥιζοτόμος] Hujus nominis tragœdiam fecit *Sophocles*, ex qua verſus citat Interp. *Apollon.* Convicium eſt in medicos, qui etiam, ut hic Æſculapius, Agyrtæ dicuntur. *J.B.*

22. Ἐγκαύματα] Vide Notas ad D. M. XI. *T.H.*

24. Διεφθαρμένος τὸ σῶμα] Apud *Thomam Magiſtrum* legitur διεφθορὼς τὸ σῶμα. Cujus lectionis pars poſterior τὸ σῶμα, perplacet; & omnino confirmatur a L. Cod. De priori dubito adhuc. Vide B. Πρ. c. 12. & Θ. Δ. XVIII. ubi tranſlate *mollem* ſignificat. Hoc nihil ad rem, inquies. Vide ergo Παρασ. c. 8. ubi hæc verba reperies: τοὺς μὲν ξυντριβέντας, τοὺς δὲ καὶ πάμπαν διεφθαρμένους. Aut peccaſſe dices *Lucianum*, aut hallucinatum bonum *Thomam Magiſtrum*. *M. du S.*

Διεφθαρμένος τὸ σῶμα] Credo veram eſſe Thomae lectionem in διέφθορεν. Etiamſi *Lucianus* carpat illum uſum τοῦ διέφθορα paſſivum in Soloec. §. 3. ipſe tamen non veretur ſaepe diſcedere ab ſtrictis Atticiſmi regulis, quas eo in libello, ut alium quendam irrideret, Sophiſtas & Grammaticos ſecutus fixerat. Τὰ σώ-

μα-

mæ veſtigia ſanavi , quando nuper huc adſcendiſti ſemuſtus , ab utriſque corrupto corpore , tum tunica , tum deinde igne. Ego vero ſi nihil aliud, neque ſervivi , quemadmodum tu , neque carminavi lanam in Lydia purpuream veſtem indutus, ictuſque ab Omphale aureo ſandalio : ſed neque atra bile percitus interfeci liberos & uxorem. HERC. Niſi deſieris conviciari mihi, confeſtim ſcies, quam tibi non multum profutura ſit immortalitas: etenim ſublatum te projiciam præcipitem in caput e cœlo, ut ne Pæan quidem ipſe mederi tibi poſſit,

τα ἰασάμην, ὅτε πρώην ἀνῆλθες ἡμίφλεκτος ὑπ' ἀμφοῖν [a] διεφθαρμένος τῷ σώματι, τοῦ χιτῶνος, καὶ μετὰ τοῦτο, τοῦ πυρός. ἐγὼ δὲ εἰ καὶ μηδὲν ἄλλο, οὔτε ἐδούλευσα ὥσπερ σὺ, οὔτε ἔξαινον ἔρια ἐν Λυδίᾳ, πορφυρίδα ἐνδεδυκὼς, καὶ παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης χρυσῷ σανδάλῳ, ἀλλ' οὐδὲ μελαγχολήσας ἀπέκτεινα τὰ τέκνα καὶ τὴν γυναῖκα. ΗΡΑ. εἰ μὴ παύσῃ λοιδορούμενός μοι, αὐτίκα μάλα εἴσῃ, ὡς οὐ πολύ σε ὀνήσει ἡ ἀθανασία, ἐπεὶ ἀράμενός σε, ῥίψω ἐπὶ κεφαλὴν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ, ὥστε μηδὲ τὸν Παιῆονα ἰάσασθαί σε, τὸ

a Διεφθαρμένος τῷ σώματι] *Thom. Mag.* Διεφθορὼς τὸ σῶμα. Poſterius etiam L.

30. Τὰ τέκνα καὶ † τὴν γυναῖκα] ‡ *Μεγάραν· τέκνα τοῦ Ἡρακλέους, Ὀνύτης, Θηρέμαχος, Δημοκόων & Κρεοντιάδης. V.*

† Τὴν γυναῖκα] Μεγάραν] Haec ita diſtinxi , ut nomen uxoris Scholium ſit. *M. du S.*

‡ Μεγάραν] Ut edidimus , ita diſtinguendum eſſe viderat etiam *Matth. Sladus :* in *V.* male praeterea Κρεοτιάδης & Μηγάραν , quorum illud correxit , hoc retinuit E. A. Megaram cum tribus liberis ſcelere furentis Herculis interiiſſe ſcripſit *Euripides* in Tragoedia cognomine , itidemque *Seneca*, quanquam alias ordine rerum & ſcenae multum diverſus: vid. *Hygin.* F. XXXI. XXXII. CCXLI. Alii conſultius ſe facturos arbitrati ſunt , ſi Megaram uxorem tanto parricidio non ſubducerent tantum , ſed in aliud etiam matrimonium darent : ita ſane *Diodor. Siculus* , cujus , utpote hiſtorici , fidem in fabulis vide an potius amplectendam exiſtimes , IV. p. 153. B. 164. D. ubi Hercules τελέσας τοὺς ἄθλους τὴν μὲν ἑαυτοῦ γυναῖκα Μεγάραν συνῴκισεν Ἰολάῳ , διὰ τὴν περὶ τὰ τέκνα συμφορὰν ὑποπτευσάμενος τὴν ἐξ ἐκείνης παιδοποιΐαν. Sed profecto res tota eſt lubrica : nam Thebani ἐπιδεικνύουσι Ἡρακλέους τῶν παίδων τῶν ἐκ Μεγάρας μνῆμα , οὐδέν τι ὁμοίως τὰ ἐς τὸν θάνατον λέγοντες , ἢ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος καὶ Πανύασις ἐν τοῖς Ἔπεσιν ἐποίησαν, teſte *Pauſan.* IX. c. 11. qui tamen , non pro ſua ſedulitate, quid iſtorum poëtarum in hoc genere Muſae cecinerint, celatos nos voluit : is idem vero de Megara dimiſſa ad *Diodorum* accedit X. p. 870. ταύτην γυναῖκα ἔσχεν Ἡρακλῆς τὴν Μεγάραν, καὶ ἀπεπέμψατο ἀνὰ χρόνον, ἅτε παίδων τε ἐστερημένος τῶν ἐξ αὐτῆς , καὶ αὐτὴν ἡγέμενος (malim ἀγόμενος) οὐκ ἐπὶ ἀμείνονι τῷ δαίμονι. Numerus liberorum , quos ex Creontis filia ſuſcepit Hercules , haud ſane magis conſtat : quatuor recenſet *Scholiaſtes Noſter* ; uno minus *Euripid.* Herc. Fur. v. 474. nomine tamen nullum ſignans, quod nec *Seneca* fecit: ergo citandus eſt *Apollodor.* II. p. 107. qui nos doceat : ἐξ ἧς (Μεγάρας) αὐτῷ παῖδες ἐγένοντο τρεῖς , Θηρίμαχος, Κρεοντιάδης , Δηϊκόων· hoc bene feceris, ſi reſtituas in Commentatore noſtro pro Δημοκόων. *Hyginus* praeter Therimachum & Ophiten nullos commemorat. Jam ſi Pindarum Thebanum adeamus, quem utique res patrias optime tenuiſſe credibile eſt , reſpondebit ſcilicet — χαλκοαρᾶν ὀκτὼ θανόντων, Τοὺς Μεγάρα τέκεν οἱ Κρεοντὶς υἱούς· ibi inſignis eſt Scholiaſtae veteris nota prolatis auctoritatibus grave ſcriptorum diſſidium affirmantis : inter alios *AEneas* Argivus quatuor proponit , cum quo prorſus conſentit *Apollod.* II. p. 151. ἐκ Μεγάρας δὲ τῆς Κρέοντος , Θηρίμαχος , Δηϊκόων , Κρεοντιάδης , Δηΐων· ſic tamen, inquis, ipſe ſecum pugnat, qui modo Deïonis oblitus tres tantum ediderit : ſciendum eſt hoc *Apollodoro* ſaepius accidere, proinde atque diverſos ſcriptores, quos ſequatur , in manus ſumſerit. Sed nimirum error aliquis facile ſubrepere potuit in tam numeroſa heroum fortiſſimi prole, quam ſi colligas in unum , non familiam , ſed exercitum confeceris : itaque ſuſpicari licet Megarae filiis additum fuiſſe unum & alterum , qui ex alia uxore fuerant procreati. *Pherecydes* apud *Scholiaſten Pindari* Glenum nominat : is Glenus Deïanirae fuit filius : *Schol. Sophocl.* ad Trachin. v. 54. ἦσαν γὰρ αὐτῇ παῖδες ἐξ Ἡρακλέους, Ὕλλος, Κτήσιππος, Γλῆνος, Ὀλίτης· non aegre feret Olites, ſi ſic ſcribatur , prorſus ignotus atque inteſtabilis, ſuum ſibi nomen reſtitui , idque ſponſore *Diodoro* IV. p. 168. D. ἐτέκνωσε δὲ καὶ ἐκ τῆς Δηϊανείρας πατέρας τοῦ Ὕλλου υἱοὺς δύο Γληνέα καὶ Ὀδίτην· obſervant in aliis exemplaribus legi Γληνία, quod omnino rectum eſt; nam Γυνέα dum quis inveſtiget , multum erit laboris inſumendum. Ceterum unius literulae diſcrimen apud me tanti non habetur , quin Ophiten , Oditen , & noſtri Scholiaſtae Onyten eundem ſtatuam: hac occaſione juvandus eſt *Apollodor.* II. p. 151. cujus inquinatiſſimo loco nemo , quod ſciam, hactenus opem tulit ; ἐκ Δηϊανείρας τῆς Οἰνέως Ὕλλος , Κτήσιππος , Γλυκισονείτης· quos duos in unum mirifico facinore librarii conflarant , ſejungere neſcivit Interpres: expediam illigatos: Γλῆνος vel Γλήνευς, Ὀνείτης, niſi forte , me non invito, cum noſtro Commentatore praeferas Ὀνύτης. *T.H.*

μα vero a male ſedulis correctoribus non raro migrare juſſum in τῷ σώματι· iſta labes mentem corrupit ſententiae Pythagoreae in *Jamblichi* Protr. c. II. p. 4. ſic ibi legendum eſt ope Codicis Reineſiani : βλαβερὰ μάλιστα τροφῆς μὲν ἀφθονία τῷ τὸ σῶμα, κτήσιος δὲ τῷ τὴν ψυχὴν διακειμένῳ κακῶς. *Arcerium* hic nihil vidiſſe ſatis patet : propius acceſſerat , quippe ingenio longe praeſtantior, Anonymus. *T.H.*

Ibid. Τοῦ χιτῶνος] *Ovid.* Met. IX. 152. 213. & 130. *M. du S.*

26. Ἐδούλευσα] V. *Clem. Alex.* p. 15. B. *M. du S.*

28. Παιόμενος] *Ovid.* IX. Heroid. *M. du S.*

Παιόμενος ὑπὸ τῆς Ὀμφάλης] Meminit hujus loci *Creſollius* Th. Rhet. V. c. 6. ubi tum de verbo ῥαπίζειν minus bene commentatur, tum Plutarchi locum, qui a *Caſaubono* egregie fuerat illuſtratus ad *Sueton.* Auguſt. c. 82. male tractat. *T.H.*

29. Μελαγχ.] *Eurip.* & *Seneca* Herc. fur. *M. du S.*

34. Μηδὲ τὸν Παιῆονα &c.] Quo ſpectaverit *Lucianus*, indicat forma vocis poëtica : nimirum ad *Homeri* Il. E, 401. 899. Dicitur autem quaſi proverbio: *Apollon.* Arg. IV, 1511. ille ſerpens , a quo percuſſus interiit Mopſus, quemcumque dentibus modo tetigerit, eum exſpirare neceſſe eſt , Οὐδ' ἂν Παιήων, εἴ μοι θέμις ἀμφα-

τὸ κρανίον συντριβέντα. ΖΕΥΣ. παύσασθέ φημι, καὶ μὴ ἐπιταράττετε ἡμῖν τὴν ξυνουσίαν, ἢ ἀμφοτέρους ἀποπέμψομαι ὑμᾶς τοῦ συμποσίου· καίτοι εὔγνωμον, ὦ Ἥρακλες, προκατακλίνεσθαί σου τὸν Ἀσκληπιὸν, ἅτε καὶ πρότερον ἀποθανόντα.

cranio contrito. JUP. Finem * inquam, altercandi facite, & non conturbate nobis conſuetudinis jucunditatem: ſin, ambos ego ablegabo vos foras a convivio. Enimvero æquum eſt, Hercules, priorem decumbere Æſculapium, ut qui prior etiam obierit.

XIV.

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

MERCURII ET APOLLINIS.

ΕΡΜ.

ΤΙ σκυθρωπὸς εἶ, ὦ Ἄπολλον; ΑΠ. ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, δυστυχῶ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς. ΕΡ. ἄξιον μὲν λύπης τὸ τοιοῦτον· σὺ δὲ τί δυστυχεῖς; ἢ τὸ κατὰ τὴν Δάφνην σε λυπεῖ ἔτι; ΑΠ. οὐδαμῶς· ἀλλ' ἐρώ-

MERC.

1. QUid contracto vultu es, Apollo? AP. Quia enim, Mercuri, parum ex ſententia mihi procedunt res amatoriæ. MERC. Dignum certe mœrore tale negotium: tu vero qua parte infortunatus es? num caſus Daphnes te pungit adhuc? AP. Nequaquam; ſed delicias

36. Τὴν ξυνουσίαν] Τὴν * εὐωχίαν. V.

* Ἐνωχίαν] *Matth. Sladus* & *M. du Soul* εὐωχίαν. *T.H.*

φαιδὸν εἰπεῖν, Φαρμάκοσῃ — quem locum commode protulit *L. Bos* Obſ. Crit. p. 44. Vid. *Phalar.* Ep. I. *T.H.*

46. Τὸν Οἰβάλου] V. *Philoſtr.* Imag. p. 798. Vetuſtiores Edd. Οἰβάδου, quod in recentioribus recte mutatum. L. etiam recte Οἰβάλου. Neque ſolus *Lucianus* Oebali filium facit. Idem enim tradunt *Philoſtratus* junior p. 885. & *Hyginus*. *Ovidius* etiam *Oebalidem* vocat X. 196. V. & XIII. 396. 588. Alii Amycli filium tradunt; V. *Nicandri* Scholia a *Meurſio* emendata & *Joh. Tzetzis* Var. Hiſt. I. 11. & *Apollod.* III. p. 87. B. Nec audiendus *Apollodorus*, qui Veneris & Adonidis natum facit. AG. V. 2222. *M. du S.*

Τὸν Οἰβάλου] Quas turbas dederit vitiata primarum Edd. ſcriptura, cognoſcere licet ex *Regio* ad *Ovid.* Metam. X, 196. *Hyacinthus Oebali filius*, *Hygin.* F. 271. ubi vide *Munckerum*, & *J. Meurſii* Regn. Lacon. c. II. Ad Mercurium autem non ſine ratione dolorem amiſſi Hyacinthi conqueritur Apollo: nam is ipſe ſimili plane caſu Crocum, delicias ſuas, extinctum luxerat, verſum etiam in odoratum ſui nominis fruticem. Vid. *Galen.* περὶ συνθ. φαρμ. τῶν κατὰ τόπους lib. IX. ubi *Philonis* epigramma, quo medicamenti ἀνωδύνου, ſive dolorem ſedantis, compoſitionem deſcripſit, interpretatur: meminit etiam *Auſon.* Ecl. VI, 11. *Ovid.* Metam. IV, 283. ubi Commentatores. Perquam eleganter *Martialis* XIV. Ep. 173. *Flectit ab inviſo morientia lumina diſco Oebalius Phœbi culpa dolorque puer.* *Cortinipotentis deliciis* vocat *Lucilius* apud *Nonium* in *Contendere* p. 258. *Hunccine ego unquam* (*inquam* malebat *D. Heinſius*; quod non probo) *Hyacintho hominem cortinipotentis Deliciis contendi?* — Satis apparet ſermonem fuiſſe de homine quodam deformi, quem vel *Lucilius*, vel is, quem loquentem induxit, jocoſe negat unquam ſe cum Hyacintho comparaſſe. *T.H.*

54. Λόγον] Sola Ed. *J.* hic τρόπον habet. Reliquæ & ipſa *Coll.* λόγον, quod ut non infrequens ſervavimus. *M. du S.*

56. Ὁ δὲ κάκιστος ἀνέμων ἀπολούμενος Ζέφυρος &c.] Patet in his verbis eſſe ἀνακόλουθον, quod plane tolli poteſt, ſi, ut eſt in edit. Baſil. ponas punctum poſt vocem ὑπεροψίαν. *Atque ego cum illo ludebam diſco. Perditiſſimus vero omnium ventorum Zephyrus & ipſe jam dudum amabat, ſed neglectus, neque ferens iſtud faſtidium. Ego vero ſurſum jeci, ut ſolebamus, ſed ille ſpirans ab Taygeto, diſcum illum in caput puero impegit.* At Cl. *Graevius* ex MS. poſt eamdem hanc vocem locat ἐβούλευσε, *inſidiatus eſt*: & certe id videtur requiri; ſed puto vitio typothetae ſecus id pro ἐπεβούλευσε excuſum eſſe. *J.J.*

58. Ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων] Vides pendere ſenſum, & nihil eſſe ad quod referatur ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων. Sed omiſſa eſt vox, ex MS. reſtituenda: ἤρα μὲν ἐκ πολλοῦ καὶ αὐτὸς, ἀμελούμενος δὲ καὶ μὴ φέρων τὴν ὑπεροψίαν ἐβούλευσε, ἐγὼ μὲν &c. *jamdudum etiam & ipſe amabat, ſed neglectus & non ferens faſtidium inſidias ſtruxit.* *J.G.G.*

Ibid. Τὴν ὑπεροψίαν] Lenire voluit aſperitatem oratio-

cias lugeo Laconem illum Oebali filium. MERC. Interiitne, dic, quæſo, mihi, Hyacinthus? AP. Maxime. MERC. A quo, Apollo? & quis adeo amoris expers erat, ut occiderit formoſulum illum juvenem? AP. Meum ipſius hoc eſt facinus. MERC. Num ergo te furor agitavit, Apollo? AP. Haut ſane: ſed infortunium quoddam involuntarium accidit. MERC. Quo tandem pacto? nam volo rem audire.

μενον πενθῶ τὸν Λάκωνα τὸν [a] Οἰβάλυ. ΕΡ. τέθνηκε γὰρ, εἰπέ μοι, ὁ Ὑάκινθος; ΑΠ. καὶ μάλα. ΕΡ. πρὸς τίνος, ὦ Ἄπολλον; ἢ τίς ὕτως ἀνέραστος ἦν, ὡς ἀποκτεῖναι τὸ καλὸν ἐκεῖνο μειράκιον; ΑΠ. αὐτῦ ἐμῦ τὸ ἔργον. ΕΡ. ὐκῦν ἐμάνης, ὦ Ἄπολλον; ΑΠ. οὐκ, ἀλλὰ δυςύχημά τι ἀκύσιον ἐγένετο. ΕΡ. πῶς; ἐθέλω γὰρ ἀκῦσαι [b] τὸν λόγον.

2. AP. Diſcum tractare diſcebat, egoque una cum eo diſco exercebar: tum, qui peſſime ventorum pereat, Zephyrus amabat jamdudum & ipſe, ſed neglectus, neque ferens iſtud faſtidium, dum projicio, ut ſolebamus, diſcum in altum, Zephyrus, inquam, a Taygeto deorſum ſpirans in caput puero impegit, quam poterat vehementiſſime, diſcum illum, ſic ut ex vulnere ſanguis manaret multus, & puer

ΑΠ. Δισκεύειν ἐμάνθανε, κἀγὼ συνεδίσκευον αὐτῷ· ὁ δὲ κάκιςα ἀνέμων ἀπολύμενος Ζέφυρος, ἤρα μὲν ἐκ πολλῦ καὶ αὐτὸς, ἀμελύμενος δὲ, καὶ μὴ φέρων τὴν [c] ὑπεροψίαν, ἐγὼ μὲν ἀνέῤῥιψα, ὥσπερ εἰώθαμεν, τὸν δίσκον ἐς τὸ ἄνω· ὁ δὲ ἀπὸ [d] τῦ Ταϋγέτυ καταπνεύσας ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐνέσεισε φέρων αὐτὸν, ὥςε ἀπὸ τῆς πληγῆς αἷμά τε ῥυῆναι πολὺ, καὶ τὸν παῖδα εὐ-

a Οἰβάλου] Sic recte L. P. S. A. Marg. A1W. Reliquae Edd. Οἰβάδου. b Τὸν λόγον] τὸν τρόπον. J. c Ὑπεροψίαν] Poſt ὑπεροψίαν inſerit G. ἐβούλδυσε. d Τῦ Ταϋγέτου] Sic invenitur in L. J. B1. 2. S. A. Marg. A1W. Ceterae Edd. τὸ Ταΰγετον.

54. Τὸν λόγον] Τὸν τρόπον. G.

58. Ἀμελούμενος δὲ . . . ἐγὼ. . .] Οὐχ ὕτως ἐποίησεν· προϊθεὶς γὰρ εὐθεῖαν τὴν γενικὴν ἐπέφερε· ὕτως † Ὅμηρος Β. σκόπελος ὁ μὲν ὐρανὸν εὐρὺν ἱκάνει. Ἢ ἐν ὑπερβατῷ ὕτω νοητέον τὴν σύνταξιν ἀμελούμενος δὲ ἀπὸ τὸ Ταΰγετον καταπνεύσας. Ἀλλὰ καὶ τῦτο πάλιν ζητεῖται, διὰ τί οὐκ εἶπεν, ἀπὸ τῦ Ταϋγέτου καταπνεύσας, ἀλλ' ἀπὸ τὸ· καὶ φαμὲν, ὅτι Ἀττικὴ συνήθεια τῦτο, ἀντὶ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν παραλαμβάνειν. G.

60. Ὁ δὲ ‡ ἀπὸ τὸ Ταΰγετον] Ἀντὶ ἀπὸ τῦ Ταυγέτου· Ἀττικὴ γὰρ συνήθεια τῦτο, ἀντὶ γενικῆς εἰς εὐθεῖαν παραλαμβάνειν. V.

62. Ἐνέσεισε] Ἐνσείσας ἐφόνευσεν αὐτόν. G.

† Ὅμηρος Β.] Imo Od. M, 73. quod paſſim in Scholiis hisce laudatur. *M. du S.*

‡ Ἀπὸ τὸν Ταΰγετον] Legendum τὸ Ταΰγετον. Dicitur enim etiam ὐδετέρως, ut docet *Stephanus* in Ethnicis: & obſervandum hodie in Codicibus noſtris legi ἀπὸ τῦ Ταυγέτυ. Verum mihi non conſtat an Attici ſolerent cum praepoſitione ἀπὸ nominativum conjungere. Certe Grammatici magno conſenſu notant unicum caſum, Genitivum nempe ei conjungi. *J. C.*

Ἀπὸ τὸν Ταΰγετον] Scholiaſtes in depravato haud dubio codice pro vulgato ἀπὸ τῦ Ταϋγέτυ legit ἀπὸ τὸν Ταΰγετον, eamque ait Atticam eſſe conſuetudinem, ut pro Genitivo rectus caſus ſumatur. Sed potius Graeca ejus, ut edita ſunt ponamus: Ο ΔΕ ΑΠΟ &c Quae verba oſcitantem ſcriptorem declarant. Is caſus, ſive illa πτῶσις non εὐθεῖα, ſed αἰτιατικὴ foret. At vero quis apud ullum Graece ſcribentem invenit ἀπὸ alii, quam ſecundo, caſui junctum? in hoc certe *Luciani* loco conſtantiſſima eſt omnium editionum, eaque recta lectio, ἀπὸ τῦ Ταϋγέτυ. *J. J.*

Ἀπὸ τὸν Τ.] Τὸ. *C. M.* τὸ & τῦ. *M. du S.*

tionis, ut videbatur, male cohaerentis, qui in Codice Graeviano interpoſuit ἐβούλδυσε, ſive potius ἐπεβούλευσε· ſed Luciano multum vereor, ut approbetur haec nimis officioſa diligentia, quae Apollinis indignantis impetum narrandi moleſto tractu retardat. Sunt certe Veterum in ſcriptis ejusmodi ἀνακολουθίαι ſatis frequentes, nonnunquam per incogitantiam oblatae, ſaepe ſtudio quaeſitae; quando ad animandam orationem ars conſuetas ſtructurae leges contemnere non reformidat. Hoc duplex genus quomodo dignoſcatur, exemplis alibi docebimus. *T. H.*

59. Ἐγὼ μὲν . . . . .] Locum huic ſimilem vis? adi *Dial. Apoll. & Bacchi* ſeu Θ. Δ. XXIII. & XV. & apud *Xenoph.* Cyrop. IV. Ed. St. p. 66, 27. *M. du S.*

60. Δίσκον] Δίσκος quid ſit vide Γυμν. c. 27. *A. V.*

Ibid. Ἀπὸ τῦ Ταυγέτου καταπνεύσας ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ, ἐνέσεισε] Non debuerat hæc diſtinctio ex editione *Benedicti* in hanc propagari, quum priores melius καταπνεύσας, ἐπὶ κεφαλὴν τῷ παιδὶ ἐνέσεισε, eamque ſequatur in interpretatione Benedictus. *J. G.*

Τῦ Ταϋγέτου] Sic ſaniores Edd. J. B1. S. A. & ipſe Cod. L. & Coll. Reliquæ τὸ Ταΰγετον, & ipſe *Scholiaſtes*.

εὐθὺς ἀποθανεῖν. ἀλλ' ἐγὼ τὸν μὲν Ζέφυρον αὐτίκα ἠμυνάμην κατατοξεύσας, φεύγοντι ἐπισπόμενος ἄχρι τοῦ ὄρους· τῷ παιδὶ δὲ καὶ τάφον ἐχωσάμην ἐν Ἀμύκλαις, ὅπου ὁ δίσκος αὐτὸν κατέβαλε. καὶ ἀπὸ τοῦ αἵματος ἄνθος ἀναδοῦναι τὴν γῆν ἐποίησα, ἥδιστον, ὦ Ἑρμῆ, καὶ εὐανθέστατον ἀνθέων ἁπάντων, ἔτι καὶ γράμματα ἔχον, [a] ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ. ἆρά σοι ἀλόγως λελυπῆσθαι δοκῶ; ΕΡ. ναί, ὦ Ἄπολλον· ᾔδεις γὰρ θνητὸν πεποιημένος τὸν ἐρώμενον· ὥστε μὴ ἄχθου ἀποθανόντος.

ſtatim emoreretur. At ego Zephyrum e veſtigio ultus ſum ſagittis immiſſis, fugientem perſecutus usque ad montem; puero vero ſepulcrum exaggeravi Amyclis, ubi diſcus illum dejecit; atque a ſanguine florem ſubmittere terram feci ſuaviſſimum, Mercuri, & floridiſſimum omnium florum, qui præterea literas habet luctum ſuper mortuo teſtantes. Num tibi ſine ratione triſtitia videor adfectus? MERC. Utique, Apollo: noras enim, qui mortalis eſſet, te tibi nactum fuiſſe amatum: quare ne graviter feras eo mortuo.

XV. MER-

a Ἐπαιάζοντα] ἐπαιανίζοντα C.

66. * Ἐπισπόμενος] Ἐπισπώμενος ἀντὶ τοῦ ἑλκόμενος ω μέγα, ἀπὸ τοῦ ἐπισπάομαι· ἐπισπόμενον δὲ ἀντὶ τοῦ ἐπακολουθήσαντα, ὥσπερ ἐνταῦθα, † μικρὸν ἀπὸ τοῦ ἕπομαι· ἔστι δὲ ποιητικὸν ‡ ἐντάσσεται δὲ γενικῇ. V.

71. Ἐπαιανίζοντα] § Ἐπιθρηνοῦντα, ἐπιτραγῳδοῦντα. G.

* Ἐπισπώμενος] Ἀντὶ τοῦ ἑλκόμενον μέγα] Sic vitioſe A. & mox ἐπισπώμενον δέ· recte mutavit *M. du Soul.* *T. H.*
† Μικρόν] Deeſt litera O, etiam in Cod. *M.* *M. du S.*
‡ Ἐντάσσεται] L. συντάσσεται, ut ad initium Nigrini: δεσποτικῇ συντάσσεται· nunquam aliter loquuntur Veteres Grammatici. *T. H.*
§ Ἐπιθρήνοντα] Ἐπιθρηνοῦντα· alterum ne Graecum quidem. *T. H.*

ſtes., qui ridicule ad Atticiſmum confugit. V. Ἰκαρ. c. 11. *M. du S.*

67. Ἀμύκλαις] Unde Oriundus Hyacinthus, vide *Ovid.* l. c. *M. du S.*

71. Γράμματα ἐχ.] Literæ ΑΙ, ΑΙ. quæ cui flori inſcriptæ conſpiciantur, neſcio. Non certe in noſtris hyacinthis; niſi forſan nomen antiquum novo tributum ſit flori. Neque enim de nihilo hæc & Ajacis fabula putanda eſt. Certe florem in ſylvis purpureum vidiſſe me memini, cujus puncta facile a Poëtis literas, quas volebant, exhibere apta putata ſint. *Ovidius* & *Moſchus* idem narrant. *M. du S.*

Ibid. Ἐπαιάζοντα τῷ νεκρῷ] *Salmaſius*, quia notae utriusque a Veteribus deſcriptae parum conſentiunt, poetas alium ac ſuum habuiſſe hyacinthum, ſuum aliumque medicos & naturalis hiſtoriae indagatores ſtatuit: illum eſſe *xyrin*, *iridem agreſtem*, vel *gladiolum* Latinorum: vide *Plin.* Exerc. p. 860, 861. & *Hyl.* Jatr. c. XXII. Quicquid fere veterum eſt poetarum literis funeſtis & ἐπαιαζούσαις τῷ νεκρῷ hunc inſignem fuiſſe florem teſtantur; qua de re non vulgaria promſit *N. Heinſ.* ad *Ovid.* Metam. X, 215. *Pauſan.* II. p. 195. Hermionenſes refert annuum egiſſe feſtum coronatos: πλέκονται δὲ οἱ στέφανοι σφίσιν ἐκ τοῦ ἄνθους, ὃ καλοῦσιν οἱ ταύτῃ κομοσάνδαλον, ὑάκινθον ἐμοὶ δοκεῖν ὄντα καὶ μεγέθει καὶ χρόᾳ· ἔπεστι δὲ οἱ καὶ τὰ ἐπὶ τῷ θρήνῳ γράμματα. Scribi debere κοσμοσάνδαλον patet ex *Clearchi* verbis apud *Athen.* XV. p. 681. C. ὅρα τοὺς κοσμοσάνδαλον ἀνευρόντας Λακεδαιμονίους, οἱ τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς ΚΟΣΜΟΝ συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν· expedita quidem ſtructura, ſed mens ſcriptoris mihi quidem intricatior, cujus intellectum nihil adjuvit *J. Meurſ.* Miſc. Lac. II, 17. non aliter variis in locis Comicorum p. 685. & *Poll.* VI, 106. *Ruellius* etiam *coſmoſandalum* poſuit in Hiſt. Stirp. Ceterum, ut *Plinius* obſervat, duplex hyacinthum fabula comitatur: cum Luciano multi conſpirant: *Lutat.* ad *Stat.* Theb. IV, 223. bene a *Barthio* reſtitutus: *Serv.* ad *Virgil.* Ecl. III, 106. hoc inſuper addens; *Eſt autem quaſi lilium rubrum deſignans primam Hyacinthi literam*: ex quibus patet, unde nata ſint in *Ovidii* libris antiquis illa verſiculi, quem modo indicavi, lectionum, ut ait *Heinſius*, monſtra. *Prudent.* περὶ Στεφ. H. X, 191. *Mox flevit impuratus occiſum gravi Diſco, & dicavit florulentum ſubcubam.* *Philoſtr.* Ep. LXI. Οὐκ εἶδες ἂν Ὑάκινθον; οὐδ' ἐστεφανώσω τοῦ τραύματος; quorum verſione noviſſima vix eſt, ut quicquam ineptius fingi poſſit: *& annon eum amoris vulnere coronam meruiſſe putas?* longe aliud ſpectabat *Philoſtrati* ſophiſticum acumen: *Non tu vidiſti ergo Hyacinthum? nec capiti corollas aptaſti ex eo flore, qui de vulnere prodiit & ſanguine Hyacinthi?* Haud pauciores ab Ajacis cruore in enſem Hectoreum incumbentis ortum eſſe confirmant; teſtis luculentus, pro aliis etiam, *Euphorion* verſibus egregiis, quos *Theocriti Scholiaſtae* referimus acceptos ad Eid. X, 28. Πορφυρέη ὑάκινθε, σὲ μὲν μία φάτις ἀοιδῶν Ῥοιτειῆς ἀμάθοισι δεδουπότος Αἰακίδαο Εἴαρος ἀντέλλειν γεγραμμένα κωκύουσαν hunc in modum e membranis corrupta verba Praeſtantiſſimus *Caſaubonus* expolivit Lect. Theocr. c. XI. a cujus emendatione quare diverſus abierit *Salmaſius* Exerc. Plin. p. 733. B. nihil excogitare poſſum aliud extra ſyllabam primam in φάτις productam: ratio parum idonea: nam ſi vel maxime nusquam non corriperetur, in proclivi erat

ſe-

XV.

MERCURII ET APOLLINIS. ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ.

MERC.

1. ET quale tandem, claudum iſtum Vulcanum, & artis opificem illiberalis, Apollo, pulcerrimas in matrimonio habere Venerem & Gratiam! AP. Fati quædam felicitas, o Mercuri: neque tamen id non demiror, quî pati poſſint conſuetudinem ejus, maxime quando vident ſudore manantem, in fornacem pronum atque intentum, multam fuliginem in facie habentem: attamen talem amplectuntur, oſculantur & una

ΕΡΜ.

ΤΟ δὲ καὶ χωλὸν [b] αὐτὸν ὄντα Ἥφαιστον, καὶ τέχνην ἔχοντα βάναυσον, ὦ Ἄπολλον, τὰς καλλίστας γεγαμηκέναι, τήν τε Ἀφροδίτην, καὶ τὴν Χάριν; ΑΠ. εὐποτμία τις, ὦ Ἑρμῆ· πλὴν ἐκεῖνό γε ἐγὼ θαυμάζω, τὸ ἀνέχεσθαι συνούσας αὐτῷ, καὶ μάλιστα ὅταν ὁρῶσιν ἱδρῶτι ῥεόμενον, εἰς τὴν κάμινον ἐπικεκυφότα, πολλὴν αἰθάλην ἐπὶ τοῦ προσώπου ἔχοντα. καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκα-

b Αὐτὸν ὄντα] ὄντα τὸν *J.*

78. * Εὐποτμία] Εὐτυχία. *V.*

* Ἀπ.] ἀτυχία] Pravo uſus eſt Codice; utrobique enim erratur. Εὐτ. εὐτ. ſcribendum fuit, & ita in Exc. legitur. *M. du S.*

reponere φῆμις, cujus vicem ſubierit adſcriptum interpretandi cauſa φάτις. Verum enim vero rarior utrique unius voculae intellectus obſtitit, ne ſenſum Euphorionis haberent exploratum; quod *Caſaubonus* diſtinguendo, *Salmaſius* certioribus etiam argumentis patefecit ad *Solin.* p. 880. F. etenim εἴαρ hic non *ver*, quemadmodum illi ſunt arbitrati, ſed *ſanguinem* indicat: Cypriae dialecto vox propria: vid. *Heſych.* in Ἔαρ, Εἴαρ, Ἦαρ, Ἠεροπότης, Ἴαρα, Ἰαροπότης, & Fragm. *Callimachi* Bentl. n. CCI. CCXLVII. *Oppian.* Halieut. II, 618. & Schol. quae tamen poteſtas ceteroquin *Salmaſium* ipſum non fugiebat Plin. Exerc. p. 906. ubi *Scaliger* immerito caſtigatur. Jam ſententia, ni fallor, verſuum eſt planiſſima: illud eximium & vere poëtici coloris, γεγραμμένα κωκύουσαν, *ipſis literarum notis luctum gemitumque prodentem.* Porro fabulam utramque quum reperiret *Ovidius*, ingenioſe conjunxit Metam. X, 208. XIII, 397. deinde ſecuti ſunt eum *Servius*, aliique Grammatici. *T. H.*

75. Τὸ δὲ καὶ χωλὸν &c.] Initium dialogi tam abruptum, & ab illa Lucianea ſermonis ordiendi expedita facilitate abhorrens, ut parum abſit, quin intercidiſſe nonnulla ſtatuam: nam aliud quidem colloquium utriusque numinis reperio nullum, cum quo commode connecti poſſe videatur. Ἥφαιστον adpoſuiſſe aliquem ſuſpicor in margine, ut, de quo ſermo haberetur, indicaret: poſtmodum illa vox, quemadmodum ſaepe fieri ſolet, in contextum migravit. Si quis ab exemplo Dial. II. & XXIV. quanquam eorum diverſa eſt ratio, defenſionem paret, tum certe parvula mutatione lectionem vulgarem adjutam malim: Τὸν δὲ καὶ χωλὸν ὄντα τὸν Ἥφαιστον &c. *T. H.*

Ibid. Ὄντα τὸν] Edd. pleræque αὐτὸν ὄντα, abſque τόν. Optime, mea quidem ſententia, *J.* quam expreſſimus. *M. du S.*

78. Τὴν Χάριν] Hoc eſt, maximam natu trium Charitum, ſeu Gratiarum, quam poetae collocarunt Vulcano propter opera ejus χαρίεντα, *elegantia.* *J. C.*

83. Καὶ ὅμως τοιοῦτον ὄντα αὐτὸν, περιβάλλουσί τε, καὶ φιλοῦσι, καὶ συγκαθεύδουσι] Patet, poſtremum verbum συγκαθεύδειν ita contexi cum verbis praecedentibus, quae accuſativum & poſcunt & habent, quaſi & ipſum gauderet eodem caſu; quod tamen re ipſa ita ſeſe non habere, manifeſtum eſt. Sed ita ſcilicet aliquando ſolet unus caſus poni, ad quem verba ſequentia, diverſum licet caſum poſtulantia, ſint referenda: inque eo iterum cum Graecis conveniunt Latini. Ita apud *Livium* XXXIX. cap. XI. *Si quid ad eas* (leges) *addi, demi, mutarive vellet, rurſus ab Senatu ei poſtulandum fore.* Hic unum *addi* poteſt proprie ad τὰ, *ad eas* referri: apud eumdem XXXV, c. 19. *Odi odioque ſum Romanis.* Apud *Ciceronem* quoque in Verrina, c. 54. dicitur Timarchides, Verrinae nequitiae ſatelles, in Sicilia *omnium adverſarios, omnium inimicos diligenter cognoſcere, colloqui, attentare.* Certe τὸ *colloqui*, quod hic cum eodem, quo *cognoſcere* & *attentare*, caſu conſtruitur, proprie aliter conſtruendum foret, ut notum eſt. *J. J.*

καθεύδουσι. ΕΡ. τοῦτο καὶ αὐτὸς ἀγανακτῶ, καὶ τῷ Ἡφαίστῳ φθονῶ· σὺ δὲ κόμα, ὦ Ἄπολλον, καὶ κιθάριζε, καὶ μέγα ἐπὶ τῷ κάλλει φρόνει, κἀγὼ ἐπὶ τῇ [a] εὐεξίᾳ, καὶ τῇ λύρᾳ· εἶτα, ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέοι, μόνοι καθευδήσομεν.

ΑΠ. Ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτός εἰμι εἰς τὰ ἐρωτικὰ, καὶ δύο γοῦν, οὓς μάλιστα ὑπερηγάπησα, τὴν Δάφνην, καὶ τὸν Ὑάκινθον, ἡ μὲν ἀποδιδράσκει με, καὶ μισεῖ, ὥστε εἵλετο ξύλον γενέσθαι μᾶλλον, ἢ ἐμοὶ συνεῖναι· ὁ δὲ ὑπὸ τοῦ δίσκου ἀπώλετο, καὶ νῦν ἀντ' ἐκείνων στεφάνους ἔχω. ΕΡ. ἐγὼ δὲ ἤδη ποτὲ τὴν Ἀφροδίτην· ἀλλ' οὐ χρὴ αὐχεῖν. ΑΠ. οἶδα, καὶ τὸν Ἑρμαφρόδιτον ἐκ σοῦ λέγεται τετοκέναι· πλὴν ἐκεῖνό μοι εἰπὲ, εἴ τι οἶσθα, πῶς οὐ ζηλοτυπεῖ ἡ Ἀφροδίτη τὴν Χάριν, ἢ ἡ Χάρις ταύτην;

ΕΡ. Ὅτι, ὦ Ἄπολλον, ἐκείνη μὲν αὐτῷ ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεστιν, ἡ δ' Ἀφροδίτη ἐν τῷ οὐρανῷ· ἄλλως τε, περὶ τὸν Ἄρη ἔχει τὰ πολλὰ, κἀκείνου ἐρᾷ, ὥστε ὀλίγον αὐτῇ τοῦ χαλκέως τούτου μέλει. ΑΠ. καὶ ταῦτα οἴει τὸν Ἥφαιστον εἰδέναι; ΕΡ. οἶδεν· ἀλλὰ τί ἂν

cubant. MERC. Illud & ipſe indignor, Vulcanoque invideo. Jam tu capillos come, Apollo, & citharam pulſa, & ſuperbius ob pulcritudinem effer te, atque ego ob palæſtricum corporis habitum, & artem lyræ temperandæ; tum ubi cubitum erit eundum, ſoli ſcilicet dormiemus.

2. AP. Ego quidem & alias invenuſtus ſum in rebus amatoriis: duorum ergo, quos maxime ſupra ceteros dilexi Daphnen & Hyacinthum, hæc aufugit me & odio habet usque eo, ut præoptarit arbor fieri, quam mecum eſſe; ille autem diſci jactu interiit: & nunc illorum vicem coronas habeo. MERC. At ego jam aliquando Venerem: ſed non oportet gloriari. AP. Scio: Hermaphroditum etiam ex te dicitur peperiſſe. Verum illud mihi, ſi forte ſcis, expone, quo pacto non æmulatur Venus Charitem, aut Charis illam?

3. MERC. Quoniam, Apollo, illa in Lemno cum ipſo degit, Venus in cœlo: quæ præterea circa Martem eſt occupata plurimum, eumque amat; ideoque parum ipſam fabri iſtius ferrarii cura tangit. AP. Hæc tu putas Vulcanum ſcire? MERC. Sane: ſed quid effi-

a Εὐεξίᾳ] Εὐγλωττίᾳ L.

91. Ἀναφρόδιτος] Ἀηδὴς καὶ ἀνεπίχαρις. V.

88. Τῇ Λύρᾳ] Lyræ quidem, uti ſupra viſum (Dial. VII.) inventor Mercurius. Sed Muſicen inter præcipuas ejus dotes, coram Apolline, numerari, minime Lucianeum eſt. Vid. tamen Dial. VII. & *Horat.* Carm. I. Od. X. *M. du S.*

91. Ἀναφρόδιτος] *H. Stephan.* Gr. L. Theſ. T. I. p. 613. poſtquam monuerat ἀναφρόδιτον eſſe *a Venere alienum, invenuſtum*, poſitis etiam his *Luciani* verbis addit: *quod quidam exponunt*, adverſa Venere natus. Non aliter *invenuſtum* capit venuſtiſſimus *Muretus* in *Terent.* Andr. A. I. Sc. V, 10. *rebus amatoriis infortunatum & infelicem, quod Graeci dicunt ἀναφρόδιτον. Graecus ille Samoſatenſis: ἐγὼ δὲ καὶ ἄλλως ἀναφρόδιτος* &c. *& venuſtas interdum eſt ἡ ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς εὐδαιμονία.* Terent. Quis me eſt fortunatior, venuſtatisque adeo plenior? *Ubi tamen* Nonius *legit* vetuſtatis: *ſed falſo, ut puto.* Haec *Muretus.* *T. H.*

4. Ἐν τῇ Λήμνῳ σύνεστιν] De Charite praeter Venerem Vulcano juncta res eſt nota: Aglaiam ὁπλοτάτην Χαρίτων vocat *Heſiod.* Theog. v. 945. Thaliam nonnulli, teſte *Euſtath.* ad Il. Σ. p. 1148. *Homerus* nihil aliud, quam Χάριν λιπαροκρήδεμνον, Καλὴν, τὴν ὤπυιε περικλυτὸς ἀμφιγυήεις Il. Σ, 382. quod *Pauſanias* obſervat IX. p. 781. ubi de Gratiis egregia multa. Vid. *Cornut.* de N. D. c. 15. p. 163. c. 19. p. 183. Verum Vulcano, Deorum haud ſane formoſiſſimo, quis tam ſollicite proſpectum voluerit (*Lucianus* enim non ingenium hic ſuum, ſed alios auctores videtur ſecutus) ut, partito munere conjugali, ſive in coelo verſaretur, ſeu Lemnum viſeret, optatos tamen pulcerrimae conjugis infuſus gremio amplexus inire poſſet, mihi non ſuccurrit. Charitem etiam in Lemno ponere videtur *Schol Homer.* ad Il. Ξ, 230. ibi quaeſitum eſt apud Veteres, ut in nectendis ex Homero nodis mirifica quadam ſunt induſtria, cur Juno Somnum conventura Lemnum a principe poëtarum adire fuerit juſſa: huic molliendae difficultati inter alia plura & forte deteriora tale remedium adhibetur: dominum eſſe Lemni Vulcanum, uxorem ejus Charitem; cujus germanam Paſitheam, quae ſororis in contubernio vivebat, quum Somnus efflictim amaret, ideo ſcilicet, ut propius ab optatiſſimae virginis adſpectu ab-

efficere poſſit, quum ſtrenuum videt juvenem, eumque militem: quare quieſcit, ſibique temperat; niſi quod minatur, vincula ſe quædam machinaturum adverſus illos, & oppreſſurum irretitos in lecto. AP. Neſcio: at equidem optaverim is eſſe, qui ſit capiendus.

δρᾶσαι δύναιτο, γενναῖον ὁρῶν νεανίαν, καὶ στρατιώτην αὐτόν· ὥστε τὴν ἡσυχίαν ἄγει· πλὴν ἀπειλεῖ γε δεσμά τινα ἐπιμηχανήσασθαι αὐτοῖς, καὶ συλλήψεσθαι, σαγηνεύσας ἐπὶ τῆς εὐνῆς. ΑΠ. Οὐκ οἶδα, εὐξαίμην δ' ἂν αὐτὸς ὁ ξυλληφθησόμενος εἶναι.

XVI.

JUNONIS ET LATONÆ.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΛΗΤΟΥΣ.

JUN.

1. PUlcros enim vero, Latona, & tu liberos peperiſti Jovi. LAT. Non omnes, Juno, tales parere poſſumus, qualis eſt Vulcanus. JUN. Sed hic claudus tamen utilis eſt, quippe artifex optimus, & adornavit nobis coelum, & Venerem duxit, ab eaque obſervatur. De tuis autem liberis, illorum hæc virilis ultra modum & montana; ac denique in Scythiam profecta nemo neſcit quales cibos capiat hoſpitibus interfectis, atque imitata Scythas

ΗΡΑ.

ΚΑλὰ μὲν γὰρ, ὦ Λητοῖ, καὶ τὰ τέκνα ἔτεκες τῷ Διΐ. ΛΗ. Οὐ πᾶσαι, ὦ Ἥρα, τοιούτους τίκτειν δυνάμεθα, οἷος ὁ Ἥφαιστός ἐστιν. ΗΡΑ. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ χωλὸς, ὅμως χρήσιμός γε ἐστὶ, τεχνίτης ὢν ἄριστος, καὶ κατακεκόσμηκεν ἡμῖν τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν Ἀφροδίτην ἔγημε, καὶ σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς· οἱ δὲ σοὶ παῖδες, ἡ μὲν αὐτῶν ἀρρενικὴ πέρα τοῦ μέτρου, καὶ ὄρειος, καὶ τὸ τελευταῖον, ἐς τὴν Σκυθίαν ἀπελθοῦσα, πάντες ἴσασιν οἷα ἐσθίει ξενοκτονοῦσα, καὶ μιμουμένη τοὺς Σκύθας αὐ-

abeſſet, in Lemno deſediſſe. At *Homerus* & Charitem, & ipſam Vulcani officinam in coelo collocavit, neſcio quam probantibus Diis: nam fieri quidem vix potuiſſe credas, quin tantus ferramentorum malleorumque ingeminatorum ſtrepitus coeleſtium aures vehementem in modum obtuderit: quam ob rem poſteriorum in eos poëtarum non vulgare conſtat beneficium, qui deſtructa Homeri taberna fabrili Olympum nitidius expoliverunt, Vulcanumque, ſi quid operis moliretur, migrare juſſerunt ad inſulam aliquam AEoliam aut Lemnum, datis inſuper (nam *Homerus* plane ſolum ad fornacem atque incudem deſtituerat) aerumnoſi laboris adminiſtris Cyclopibus. Ita *Callimach.* H. in Dian. *Apollon. Rh.* Arg. III. *Virgil.* AEn. VIII. Apud eosdem vero cum Vulcano Venus in Olympo habitat; neque ſecus, quod magis mireris, in *Homeri* Od. Θ. Illam quidem *Anacreon*, vel alius Melicorum aliquis, ad Lemnios caminos devocavit; ſed diverſo conſilio, ut operam ſociatam ad Amoris tela fabricanda conferret. Mox diſplicet αὐτόν· mallem καὶ στρατιώτην ὄν. etſi non me fugiat uſus aliquis τοῦ αὐτὸς haud valde diſpar, de quo alibi dicam. *T. H.*

11. Ἐπιμηχανήσασθαι] Perſpicuum eſt, legendum ἐπιμηχανήσεσθαι. *J. J.*

Ἐπιμηχανήσεσθαι] Cl. *Jenſii* emendatio eſt. In libris noſtris omnibus ἐ—σασθαι legebatur. *M. du S.*

13. Οὐκ οἶδα] Non ſolus *Lucianus* hæc dicentem inducit Apollinem. Graviſſimus poëta *Homerus* Odyſſ. Θ, 336. eadem ferme habet; eoque credo factum, ut *Lucianus*, qui eum perpetuo ſuggillat, Dialogum XVII. ſcripſerit. Jocoſior *Ovidius* & a quo talia expectes l. c. & II. *de Arte Am.* 561. *M. du S.*

20. Καλλακεκόσμ...] Vide Θυσ. c. 8. & *Ovid.* Met. II. init. *M. du S.*

21. Σπουδ. πρὸς αὐτῆς] Qua fronte *Lucianus* Junonem hic inducit aſſerentem, Vulcanum a Venere diligi aut coli? Similem phraſin vide Dial. XXII. *M. du S.*

Σπουδάζεται πρὸς αὐτῆς] Locutionem illuſtrat *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 120. Διὰ χρήματα ἐσπουδάσθην ὑφ' ὑμῶν. *Dion Chryſ.* Or. XXXVIII. Modo vide, an mecum malis, χρήσιμός τε. *T. H.*

25. Οἷα ἐσθίει] Hoc eſt, quibus ſacrificiis delectetur: nam ſacrificia eſſe putabant convivia Deorum. Vide quae monuimus ad Prometh. §. 17. *J. C.*

Ibid. Ξενοκτονοῦσα] Sic Dialog. Apoll. & Bacch. *Ovid.* 3. de Ponto, *Achill. Tat.* lib. 8. *J. B.*

αὐτοὺς, ἀνθρωποφάγους ὄντας· ὁ δ' Ἀπόλλων προσποιεῖται μὲν πάντα εἰδέναι, καὶ τοξεύειν, καὶ κιθαρίζειν, καὶ ἰατρὸς εἶναι, καὶ μαντεύεσθαι, καὶ καταστησάμενος ἐργαστήρια τῆς μαντικῆς, τὸ μὲν ἐν Δελφοῖς, τὸ δ' ἐν Κλάρῳ, καὶ ἐν Διδύμοις, ἐξαπατᾷ τοὺς χρωμένους αὐτῷ, λοξὰ καὶ ἐπαμφοτερίζοντα πρὸς ἑκάτερον τῆς ἐρωτήσεως ἀποκρινόμενος, ὡς ἀκίνδυνον εἶναι τὸ σφάλμα. καὶ πλουτεῖ μὲν ἀπὸ τοῦ τοιούτου· πολλοὶ γὰρ οἱ ἀνόητοι, καὶ παρέχοντες αὐτοὺς καταγοητεύεσθαι· πλὴν οὐκ ἀγνοεῖταί γε ὑπὸ τῶν συνετωτέρων, τὰ πολλὰ τερατευόμενος· αὐτὸς γοῦν ὁ μάντις ἠγνόει, ὅτι [a] φονεύσει μὲν τὸν ἐρώμενον τῷ δίσκῳ, οὐ προεμαντεύσατο δὲ, ὡς φεύξεται αὐτὸν ἡ Δάφνη, καὶ ταῦτα, οὕτω καλὸν καὶ κομήτην ὄντα. ὥστε οὐχ ὁρῶ καθότι καλλιτεκνοτέρα τῆς Νιόβης ἔδοξας.

ipſos, qui hominibus veſcuntur: Apollo autem præ ſe fert cuncta ſe ſcire, & jaculari, & cithara ludere, & medicum agere, & vaticinari: tum conſtitutis officinis artis divinandi Delphis, Clari & Didymis fruſtratur conſulentes, obliqua & ambigua in utramque interrogationis partem reſpondens, ne periculum ſit, ut arguatur error. Inde quidem diteſcit, plures enim ſunt ſtulti, quique ſe praebent faſcinandos; nec tamen praeterit prudentiores, plerumque præſtigias ipſum offundere. Ergo vates ignorabat ſe occiſurum eſſe delicias ſuas diſco; nec prædivinavit fore, ut fugeret ipſum Daphne, idque tam pulcrum & bellule comatum. Itaque non video, qua parte prolis laude Nioben præſtare videaris.

ΛΗ. Ταῦτα μέντοι τὰ τέκνα, ἡ ξενοκτόνος, καὶ ὁ ψευδόμαντις, οἶδα, ὅπως λυπεῖ σε, ὁρώμενα ἐν τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα ὅταν ἡ μὲν ἐπαινῆται ἐς τὸ κάλλος, ὁ δὲ κιθαρίζῃ ἐν τῷ συμποσίῳ θαυμαζόμενος ὑφ' ἁπάντων. ΗΡΑ. ἐγέλασα, ὦ Λητοῖ· ἐκεῖνος θαυμαστὸς, ὃν ὁ Μαρσύας, εἰ τὰ δίκαια αἱ Μοῦσαι δικάσαι ἤθελον, ἀπέδειρεν ἂν, αὐτὸς κρατήσας τῇ μουσικῇ; νῦν δὲ κατασοφισθεὶς ἄθλιος ἀπόλωλεν, ἀδίκως ἁλούς· ἡ δὲ καλή σου παρθένος οὕτω καλή ἐστιν, ὥστε ἐπεὶ ἔμαθεν ὀφθεῖσα ὑπὸ τοῦ Ἀκταίωνος,

2. LAT. Iſti quidem liberi, hoſpitum interfectrix & mendax vates non me fugit, quem tibi dolorem adferant conſpecti inter Deos; tum maxime, quando hæc laudatur ob formam, ille, dum cithara ludit in convivio, admirationi eſt omnibus. JUN. Ridere libet, Latona: illene dignus admiratione, cui Marſyas, ſi quidem juſtum Muſae judicium ferre voluiſſent, pellem detraxiſſet ipſe victor arte muſica? nunc dolo captus miſer interiit iniqua ſententia damnatus: illa autem pulcra tua virgo tam eſt pulcra, ut, poſtquam comperit ſe viſam eſſe ab Actæone, veri-

a Φονεύσει] χονεύσει Marg. A1W. quod ego, quale ſit, non intelligo.

36. Καταγοητεύεσθαι] Ἀπατᾶσθαι. V.
38. Τερατευόμενος] Ψευδολογούμενος, ἢ θαυμαστὰ [illegible] παράδοξα ✱ μυθευόμενος. V.

✱ Μυθευόμενος] Lege μυθευόμενος. J.C.
Μαντευόμενος] In Ed. A. & C. M. legebatur μυθευόμενος. Ego certa conjectura ductus mutavi. M. du S.
Mihi placuit μυθευόμενος idque omnino retinendum videbatur. T.H.

27. Πάντα εἰδέναι] Callimach. Hym. Apoll.

Τέχνῃ δ' ἀμφιλαφὴς οὔ τις τόσον ὅσσον Ἀπόλλων.

Apul. Florid. 1. Ariſtoph. in Plut. Orpheus, Homer. Hymn. εἰς Ἀπόλλ. J.B.

31. Κλάρῳ] Vide Ἀλεξ. c. 8. & Clem. Alex. p. 9. τὸν Κλάριον, τὸν Πύθιον, τὸν Διδυμαῖον, τὸν Ἀμφιάρεω, τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἀμφίλοχον. V. Schol. Apoll. Rh. p. 128. M. du S.
Ibid. Διδύμοις] Origen. Celſ. l. p. 55, 1. M. du S.
32. Λοξὰ] Momus in Apollinem Δικαστῇ. Sic in Alc-

verita ne juvenis evulgaret turpitudinem ſuam, immiſerit in eum canes: mitto dicere ', neque parturientibus obſtetricaturam fuiſſe, virgo ſi modo foret. LAT. Arroganter, o Juno, te effers, quia conjux es Jovis, cumque eo regnum tenes: propterea contumeliam facis perlicenter: at videbo te poſt paulo iterum lacrimantem, quum te Jupiter relicta in terram deſcenderit, tauri cygnive ſumta ſpecie.

φοβηθεῖσα μὴ ὁ νεανίσκος ἐξαγορεύσῃ τὸ αἶσχος αὐτῆς, ἐπαφῆκεν αὐτῷ τοὺς κύνας· ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι οὐδὲ τὰς τεκούσας ἐμαιοῦτο, παρθένος γε καὶ αὐτὴ οὖσα. ΛΗ. μέγα, ὦ Ἥρα, φρονεῖς, ὅτι ξύνει τῷ Διῒ, καὶ συμβασιλεύεις αὐτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ὑβρίζεις ἀδεῶς· πλὴν ἀλλ' ὄψομαί σε μετ' ὀλίγον αὖθις δακρύουσαν, ὁπόταν σε καταλιπὼν ἐς τὴν γῆν κατίῃ, ταῦρος ἢ κύκνος γενόμενος.

XVII.

APOLLINIS ET MERCURII. — ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

A P O L. — Α Π Ο Λ.

1. QUid rides, Mercuri? MERC. Quia ſcilicet maxime ridicula, Apollo, vidi. AP. Quin narra, ut & ipſe re audita una tecum poſſim ridere. MERC. Venus concumbens cum Marte conſtricta eſt, & Vulcanus vinxit eos captos. AP. Quo tandem modo? nam facetum quiddam dicturus videris. MERC. Jampridem, opinor, iſta quum ſciret, venabatur eos; circaque lectum vinculis, quæ oculos fugerent, circumpoſitis, poſtquam abierat ad caminum, operi ſcilicet erat intentus. Tum Mars intrat clam, ut arbitrabatur: verum conſpicit eum Sol, & indicium defert ad Vulcanum. Ubi autem adſcenderunt lectum, intraque caſſes recepti in opere erant, ibi circumquaque implicantur ipſis vincula,

ΤΙ γελᾷς, ὦ Ἑρμῆ; ΕΡ. ὅτι γελοιότατα, ὦ Ἄπολλον, εἶδον. ΑΠ. εἰπὲ οὖν, ὡς καὶ αὐτὸς ἀκούσας ἔχω ξυγγελᾷν. ΕΡ. ἡ Ἀφροδίτη ξυνοῦσα τῷ Ἄρει κατείληπται, καὶ ὁ Ἥφαιστος ἔδησεν αὐτοὺς ξυλλαβών. ΑΠ. πῶς; ἡδὺ γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας. ΕΡ. ἐκ πολλοῦ, οἶμαι, ταῦτα εἰδὼς ἐθήρευεν αὐτούς· καὶ περὶ τὴν εὐνὴν ἀφανῆ δεσμὰ περιθεὶς, εἰργάζετο ἀπελθὼν ἐπὶ τὴν κάμινον. εἶτα ὁ μὲν Ἄρης εἰσέρχεται λαθὼν, ὡς ᾤετο· καθορᾷ δὲ αὐτὸν ὁ Ἥλιος, καὶ λέγει πρὸς τὸν Ἥφαιστον. ἐπεὶ δὲ ἐπέβησαν τοῦ λέχους, καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, καὶ ἐντὸς [b] ἐγεγένηντο τῶν ἀρκύων, περιπλέκεται μὲν αὐτοῖς τὰ δεσμὰ, ἐφί-

b Ἐγεγένηντο] ἐγένηντο F. In ſequentibus Edd. recte emendatum.

72. Παρὰ] Γρ. περὶ τὴν εὐνήν. G.

Alexand. ſic in Jove Tragœd. & paſſim. Λεξίας Apollinis cognomentum. *J. B.*

50. Μαρσύας] *Apul.* loc. cit. *Julian.* Imp. Epiſt. ad *Jambl.* *J. B.*

51. Αἱ Μοῦσαι] Vid. *P. Burmann.* ad *Ovid.* Metam. VI, 400. *T. H.*

53. Ἄθλιος] Addi ſolet articulus. niſi forte legendum ἀθλίως, ſed Edd. vetant, nec ſequens patitur ἀδίκως. *M. du S.*

59. Καὶ αὐτὴ οὖσα] Tantum abeſt, ut ornet ſententiam vocabulum αὐτὴ, ut onerare potius mihi videatur. Longe diſpar erit ratio, ſi legas ἁγνὴ quod percommodum hoc in loco. Scilicet *Homerum*, ut ſolet libenter *Lucianus*, terigit: Ἄρτεμις ἁγνὴ in Odyſſea ſatis frequens. Dianam virginem intactam, quae puerperis adſideat & opem invocata praeſtet, aeque ac Noſter, rident patres Eccleſiaſtici, nec ad rem pertinere quicquam credunt, quod a veterum Theologis adfertur, eandem eſſe & Lunam; quae quum ſit τῆς γενέσεως ἀρχὴ, iſto munere jure merito fungatur. *T. H.*

84. Ἐ

ἐφίσταται δὲ αὐτοῖς ὁ Ἥφαιστος. ἐκείνη μὲν οὖν, καὶ γὰρ ἔτυχε γυμνὴ οὖσα, οὐκ εἶχεν ὅπως ἐγκαλύψαιτο αἰδουμένη· ὁ δὲ Ἄρης τὰ μὲν πρῶτα διαφυγεῖν ἐπειρᾶτο, καὶ ἤλπιζε ῥήξειν τὰ δεσμά· ἔπειτα δὲ συνεὶς ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον ἑαυτὸν, ἱκέτευε.

& ſupervenit repente Vulcanus. Illa vero, etenim erat nuda, non habebat quemadmodum obtegeret ſeſe pudibunda: Mars primum effugere conabatur, ſperabatque ſe rupturum vincula; dein, ut ſenſit, tam arcte ſe teneri, ut inde ſpes evadendi ſit nulla, ſupplicabat.

ΑΠ. Τί οὖν; ἀπέλυσεν αὐτοὺς ὁ Ἥφαιστος; ΕΡ. οὐδέπω, ἀλλὰ ξυγκαλέσας τοὺς θεοὺς, ἐπιδείκνυται τὴν μοιχείαν αὐτοῖς. οἱ δὲ γυμνοὶ ἀμφότεροι κάτω νενευκότες, ξυνδεδεμένοι ἐρυθριῶσι, καὶ τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον. ΑΠ. ὁ δὲ χαλκεὺς ἐκεῖνος οὐκ αἰδεῖται καὶ αὐτὸς ἐπιδεικνύμενος τὴν αἰσχύνην τοῦ γάμου; ΕΡ. μὰ Δί', ὅς γε καὶ ἐπιγελᾷ αὐτοῖς ἐφεστώς. ἐγὼ μέντοι, εἰ χρὴ τἀληθὲς εἰπεῖν, ἐφθόνουν τῷ Ἄρει, μὴ μόνον μοιχεύσαντι τὴν καλλίστην θεὸν, ἀλλὰ καὶ δεδεμένῳ μετ' αὐτῆς. ΑΠ. οὐκοῦν καὶ [a] δεδέσθαι

2. AP. Quid ergo? abſolvit eos Vulcanus? MERC. Nondum; ſed convocatis Diis ſpectandum præbet adulterium. Hi autem nudi ambo, colligatique demiſſo vultu rubore ſuffunduntur; ſpectaculumque ſane jucundiſſimum mihi fuit viſum tantum non patratum opus ipſum. AP. Fabrum autem iſtum non pudet ipſum oculis exponere dedecus matrimonii? MERC. Nequaquam; ut qui etiam juxta adſtans irrideat eos. Equidem, ſi verum eſt dicendum, invidebam Marti non ſolum adulteranti formoſiſſimam Deam, ſed & adligato cum ea. AP. Tune ergo vinciri te pa-

a Δεδέσθαι] Δεδῆσθαι omnes Edd. exceptis J. & Fa.

84. Ἐν ἀφύκτῳ ἐχόμενον] Talia deſcribit Vulcani vincula *Homerus* Od. Θ, 275. — *κόπτε δὲ δεσμοὺς Ἀῤῥήκτους, ἀλύτους, ὄφρ' ἔμπεδον αὖθι μένοιεν* & v. 299. *Καὶ τότε δὴ γίγνωσκον, ὅτ' οὐκ ἔτι φυκτὰ πέλοντο.* Ideo *δεσμοὶ Ἡφαίστειοι* proverbio dicuntur, quibus expedire ſe nulla vi licet: *ἐπὶ τῶν ἀφύκτων*, inquit *Suidas*, adjecto *Eunapii*, hujus enim eſſe recte cenſuit *H. Valeſius*, inſigni loco, qui imitationis Homericae veſtigia clare praefert: *ὁ δὲ τρίσιν ἅμα συγκατειλημμένος πᾶσιν ὥσπερ Ἡφαιστείοις δεσμοῖς ἀῤῥήκτοις, ἀλύτοις, ἔμενέ γε ἐν αὐτοῖς ἔμπεδον.* Arbazacium deſignat, ut manifeſtum eſt ex iis, quae copioſius indidem proferuntur in Ἀρβαζάκιος. Hujus autem ſubtiliſſimi retis nexus tam tenues, ut omnem oculorum aciem fugerent, & ab *Homero* cum araneae tela compararentur: *ἀφανῆ δεσμὰ* paulo ante *Noſter*, & *Ælian.* de Anim. II, c. 30. *δεσμὰ ἀφανῆ ὑπὲρ τὰ Ἡφαίστου τὰ Ὁμήρεια.* *T.H.*

90. Τὸ θέαμα ἥδιστον ἐμοὶ ἔδοξε μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον] h. e. illud vero jucundiſſimum ſpectaculum mihi prope ipſum opus Venereum viſum eſt; ſcilicet ferme ita hoc ſpectaculo delectatus fui, quam ſi ipſe iiſdem fruerer gaudiis. Sic enim hunc locum intelligendum puto, ut Mercurius verba illa [*μονονουχὶ αὐτὸ γιγνόμενον τὸ ἔργον*] ad ſe referat, non autem ad Venerem & Martem, quos jam ante dixerat *ἐν ἔργῳ εἶναι*. Nihil hic videtur intellexiſſe vulgatus interpres. Quae deinceps ait Mercurius, ſe nempe invidiſſe Marti iſtum cum Venere luſum, & ſibi iſta vincula, quibus cum Venere conjunctus comprehenderetur, optaſſe, plane conveniunt iis, quae in eodem hoc jocoſo argumento habet *Ovidius* Metamorph. IV. vſ. 185.

Lemnius extemplo valvas patefecit eburnas:
Admiſitque Deos. Illi jacuere ligati
Turpiter. Atque aliquis de Dis non triſtibus optat
Sic fieri turpis. *J.J.*

91. Μονονουχὶ αὐτὸ γ. τὸ ἔργον] Poterat ſcribi, *μονονουχὶ ἐν αὐτῷ γιγνομένων τῷ ἔργῳ* modo, *καὶ ἐν ἔργῳ εἶναι* nihil tamen eſt, cur a lectione recepta diſcedamus: quem ſenſum probarem, vertendo patefeci. Ἔργον & ἐνεργεῖν in re Venerea pervulgati ſunt uſus. Vid. *Barth.* ad *Claudian.* Epith. Pall. & Celer. v. 130. *Keuchen.* ad *Seren. Samon.* v. 610. Commentatores ad *Petron.* p. 404. *Bergler.* ad *Alciphr.* p. 413. *T.H.*

Ibid. Γιγνόμενον τὸ ἔργον] Id eſt, *coitus.* *F.G.*

96. Ἐφθόνουν τῷ Ἄρει] Totus hic quidem dialogus ex *Homero* deformatus; ſed iſtorum lepor vix eſt, ut ſatis intelligi poſſit, niſi poetam ipſum legeris Od. Θ, 335.

patereris ea mercede? MERC. Tu nolles, Apollo? propius accede tantum & vide: magnus eris mihi Apollo, niſi, quum videris, idem optabis.

ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ; ΕΡ. σὺ δ' οὐκ ἂν, ὦ Ἄπολλον; ἰδὲ μόνον ἐπελθὼν, ἐπαινέσομαι γάρ σε, ἢν μὴ τὰ ὅμοια καὶ αὐτὸς εὔξῃ ἰδών.

XVIII.

JUNONIS ET JOVIS.

ΗΡΑΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

JUNO.

1. ME quidem puderet, Jupiter, talis filii, tam feminei & corrupti ebrietate; qui mitra revinctam gerat comam, plurimum cum furibundis mulieribus verſetur, mollior iis ipſis, ad tympana tibiasque & cymbala choreas agens, atque omnino cuivis ſimilior, quam tibi patri. JUP. Atqui hicce mitra feminea redimitus, mollior mulieribus, non ſolum,

ΗΡΑ.

Ἐγὼ μὲν ᾐσχυνόμην ἂν, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι τοιοῦτος ἦν υἱὸς, θῆλυς οὕτω καὶ διεφθαρμένος ὑπὸ τῆς μέθης· μίτρᾳ μὲν ἀναδεδεμένος τὴν κόμην, τὰ πολλὰ δὲ μαινομέναις γυναιξὶ συνὼν, ἁβρότερος αὐτῶν ἐκείνων, ὑπὸ τυμπάνοις καὶ αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις χορεύων· καὶ ὅλως [b] παντὶ μᾶλλον ἐοικὼς, ἢ σοὶ τῷ πατρί. ΖΕΥΣ. καὶ μὴν οὗτός γε ὁ θηλυμίτρης, ὁ ἁβρότερος τῶν γυναικῶν, οὐ μόνον, ὦ

b Παντὶ] *πάνυ C. quod vitioſe ſcriptum pro ea lectione, quam reperit Schol. *V.* Πανί.

10. Πάνυ μᾶλλον] * *Πανί. V. Γρ. παντί. G.*

* Πανί] Sic videtur legiſſe pro παντί. Vid. Not. *M. du S.* Quum in nonnullis Codd. extiterit πάνυ μᾶλλον pro παντί, illud praefixi: nihil enim eſt ad fidem propius, quam Scholiaſten notare voluiſſe vice τοῦ πάνυ alibi reperiri Πανί. Ed. *A.* Τῷ πατρί] Πανί. *T. H.*

335. Apollinem Deorum poſtremum ponit v. 323. qui ad jucundiſſimum ſpectaculum advolarint: inde *Noſter* Mercurium fecit haec a ſe jam viſa Apollini narrare. Idem exemplar placuit *Paulo Silentiario*, niſi, quod potius exiſtimo, vetuſtioris ſit. Anthol. VII. Epigr. 54. In Amoribus, εὐτυχέστατος θεῶν ὁ Ἄρης ταύτην δεθεὶς Ἄρης. *Lucianus* ξυνδεδεμένοι, δεδεσμένοι, δεδέσθαι quae forma *Thomas* videtur elegantior, quam δεθεὶς, δεθῆναι. *T. H.*

98. Οὐκοῦν καὶ δεδέσθαι ἂν ὑπέμεινας ἐπὶ τούτῳ] *Num ergo & vinciri te ſic patereris?* ocyus emenda δεθῆναι vel δεδέσθαι. Quid enim ſibi vult δεδεῖσθαι? *J. J.*

Δεδέσθαι] Ex Ed. *J.* eſt, cui ſuffragatur L. reliquae omnes δεδεῖσθαι mendoſe. *M. du S.*

4. Ἐγὼ μὲν] Repetit omnia hujus Dialogi in Bacch. *Eurip. Nonn. Ovid.* alii. *J. B.*

* 6. Μίτρᾳ] Mitram geſtaſſe viris turpe & molle cenſebatur, ut apud noſtrum *Lucianum* alibi apparet. Quin & θηλυμίτρης per probrum hic Bacchus vocatur. *G. C.*

10. Παντί] In veteribus Codd. πάνυ & Πανί fuiſſe teſtantur *Scholia*; quod ego olim amplectebar. Nunc genuinam eſſe ſcripturam παντί cenſeo, quia *cuivis ſimilem potius quam ſibi* melius videtur quam *Pani ſimilem.* *M. du S.*

11. Θηλυμίτρης] Dicemus ad Bacch. c. 4. ubi de expeditionibus ejus plura. Bellicam Bacchi virtutem enumerando victorias Jupiter adſtruit: & merito quidem; nam *choreis aptior & jocis Ludoque dictus, non ſat idoneus Pugnae ferebatur*, *Horatio* teſte II. Od. 19. v. 25. quos tamen rumuſculos parum ſecundos jam bello Giganteo, ubi Bacchi ſpecie leonina tecti opera fuit fortis ac minime poenitenda, diſcuſſerat. *T. H.*

16. Στρά-

ὦ Ἥρα, τὴν Λυδίαν ἐχειρώσατο, καὶ τοὺς κατοικοῦντας τὸν Τμῶλον ἔλαβε, καὶ τοὺς Θρᾷκας ὑπηγάγετο, ἀλλὰ καὶ ἐπ' Ἰνδοὺς ἐλάσας τῷ γυναικείῳ τούτῳ [a] στρατιωτικῷ, τούς τε ἐλέφαντας εἷλε, καὶ τῆς χώρας ἐκράτησε, καὶ τὸν βασιλέα πρὸς ὀλίγον ἀντιστῆναι τολμήσαντα αἰχμάλωτον ἀπήγαγε· καὶ ταῦτα ἅπαντα ἔπραξεν, ὀρχούμενος ἅμα, καὶ χορεύων, θύρσοις χρώμενος κιττίνοις, μεθύων, ὡς φὴς, καὶ ἐνθεάζων. εἰ δέ τις [b] ἐπεχείρησε λοιδορήσασθαι αὐτῷ, ὑβρίσας ἐς τὴν τελετὴν, καὶ τοῦτον ἐτιμωρήσατο, ἢ καταδήσας τοῖς κλήμασιν, ἢ διασπασθῆναι ποιήσας ὑπὸ τῆς μητρὸς ὥσπερ νεβρόν. ὁρᾷς ὡς ἀνδρεῖα ταῦτα, καὶ οὐκ ἀνάξια τοῦ πατρός; εἰ δὲ παιδιὰ καὶ τρυφὴ πρόσεστιν αὐτοῖς, οὐδεὶς φθόνος· καὶ μάλιστα εἰ λογίσαιτό τις οἷος ἂν νήφων οὗτος ἦν, ὅπου ταῦτα μεθύων ποιεῖ.

ΗΡΑ. Σύ μοι δοκεῖς [c] ἐπαινέσεσθαι καὶ τὸ εὕρεμα αὐτοῦ, τὴν ἄμπελον καὶ τὸν οἶνον, καὶ ταῦτα, ὁρῶν οἷα οἱ μεθυσθέντες ποιοῦσι σφαλλόμενοι, καὶ πρὸς ὕβριν [d] τραπόμενοι, καὶ ὅλως

Juno, Lydiam ſubegit; incolentesque Tmolum cepit, & Thracas ſibi ſubjecit; ſed & adverſus Indos rapto muliebri iſto exercitu elephantos in poteſtatem redegit, & regione tota potitus eſt, regemque paululum reſiſtere auſum captivum abduxit: & iſta quidem omnia perfecit ſaltans ſimul & choreas ducens, thyrſis uſus hederaceis, ebrius, ut ais, & furore concitus. Tum ſi quis in animum induxit male dicere ipſi, contumeliis in ſacrorum initia jactis, ab eo quoque pœnas expetiit, vel ligatum obſtringens palmitibus, vel ut diſcerperetur efficiens a matre tanquam hinnulus. Viden' ut virilia ſint iſta, atque haud indigna patre? Si vero luſus & laſcivia ſimul adſint, nihil eſt ea in re, quod invidiam faciat; in primis ſi quis reputet, qualis ſobrius hicce foret; ubi iſthæc facit ebrius.

2. JUN. Tu mihi videris laudaturus etiam inventum ejus vitem & vinum; idque tametſi videas, qualia perpetrent inebriati titubantes atque ad injuriam verſi, & plane fu-

a Στρατιωτικῷ] ϛρατῷ C. & Schol. V. b Ἐπεχείρησε] F. ceteraeque Edd. excepta ſola P. ἐπιχείρησε. c Ἐπαινέσεσθαι] Ita F. quod merito reduxit S. quum priores vel vitioſe ἐπαινέσαι vel male ἐπαινέσασθαι exhiberent. Mox εὕρημα ſola P. Ceterae omnes damnatum a Thoma ſcribendi modum tuentur. d Τραπόμενοι] τρεπόμενοι al. Marg. AiW.

16. * Στρατηγικῷ] Γράφεται ϛρατῷ. V.

22. Ἐνθεάζων] Ἐνθουσιῶν. G.

* Στρατηγικῷ] Et hic aliter legit, quam hodie in Codd. noſtris. M. du S.

Vix dubito, quin vitio ſcriptum ſit pro ϛρατιωτικῷ. T. H.

16. Στρατῷ] Sch. & Coll. M. du S.

Στρατιωτικῷ] Nulla fuit cauſa, cur mutarem: τὸ ϛρατιωτικὸν pro militibus aut exercitu apud Thucydidem, Diodorum, Pauſaniam p. 423. Herodianum ſatis familiare, ut τὸ ἱππικὸν, τὸ ναυτικὸν, τὸ Ἑλληνικόν. T. H.

24. Καταδήσας] Vid. Ovid. Met. III. Fab. VIII. M. du S.

28. Οὐδεὶς φθόνος] Nolim vertere, non eſt quod invideas: non enim invidebat Juno Baccho, ſed eum reprehendebat. Verterim potius: non debet hoc ei creare invidiam, hoc eſt, odium. Solent invidia & odium eſſe conjuncta; ideoque eorum affectuum nomina interdum miſcentur. J. C.

35. Ἰκάριον . . .] Hygin. fab. 130. M. du S.

Ἰκάριον] Icarum ſaepe Latini, Graeci vix aliter quam Icarium appellant: notavit H. Grotius ad Germanici Phaenom. vide Th. Muncker. ad Hygin. F. 130. Addam AEliani locum de Anim. VII. c. 28. ut eum interpoſitae negantis particulae ſoliusque diſtinctionis ope a pravis tum verſione tum emendatione vindicem: Ὅτε τὸν Ἰκάριον ἀπέκτειναν οἱ πρῶτοι πιόντες τοῦ οἴνου, καὶ εἰς ὕπνον ἐμπεσόντες, οὐκ εἰδότες πω ὅ ... εἶναι τὸ πρᾶγμα, ἀλλ' οἰηθέντες φάρμακον, ... κατὰ τὴν Ἀττικὴν, ὅμοιοι δοκεῖν, τοῦ Διονύσου τιμωροῦντος τοῦ πρώτου γεωργοῦ τοῦ αὐτοῦ φυτοῦ καὶ προσέντα... Jam nihil, ut puto, in iſtis eſt, quod ulla parte lectorem impedire poſſit. Quantum in hac fabula narranda veteres diſſideant, commemorare non videtur operae pretium. T. H.

44. Ἐπιζηλοτυπεῖν] Habet Stephanus, ſed auctoritate nulla firmatum. Ex hoc loco compoſitum illud in Lexica perveniſſe credibile eſt: ſi quis pro ſpurio expellendum ſentiat, eum nihil morabor: nam hic quidem ſine dubio legi debet ἔτι ζηλοτυπεῖν: ſaepius iſta particula vitiata verbis ſequentibus adhaeſit: vide Hermot. §. 13. neque aliter ſtatuiſſe videtur Brodaeus ad Anthol. l. c. 13. Ep. 2. proferens: ζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα. Εἶγε omnium Edd. non videbatur mutan-

boum paſtorem (paſcit autem Idæ montis in Gargaro) ipſique dic: Te, Pari, jubet Jupiter, quandoquidem formoſus ipſe es, & ſapiens in rebus amatoriis, ſententia Deabus lata pronunciare, quæ illarum pulcerrima ſit: certaminis autem præmium victrix recipiat pomum. Jamque commodum eſt, ut ipſæmet abeatis ad judicem:

τὸν βουκόλον, (νέμει δὲ [b] τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαρ-
95 γάρῳ,) καὶ λέγε πρὸς αὐτὸν, ὅτι σε, ὦ Πάρι, κελεύει ὁ Ζεὺς, ἐπειδὴ καλός τε αὐτὸς εἶ, καὶ σοφὸς τὰ ἐρωτικὰ, δικάσαι ταῖς θεαῖς, ἥ τις αὐτῶν ἡ καλλίστη ἐστί· τοῦ δὲ ἀγῶνος τὸ ἆθλον ἡ νικῶσα λαβέτω τὸ μῆλον. ὥρα δὲ
1 ἤδη καὶ ὑμῖν αὐταῖς ἀπιέναι πρὸς τὸν δικαστήν· ἐγὼ

b Τῆς Ἴδης ἐν τῷ Γαργάρῳ] Deficit in O.

eo cacumine caeſae narrantur arbores, ex quibus claſſis eſt contexta, qua vectus Spartam petiit Alexander: propterea Φαλακραίας κόρας argute vocavit *Lycophron*: verum qui ſedem ibi judicii collocaverit, alius occurrit nemo. Ceterum obſervat *Macrobius* Saturn. V, 16. *nullam commemorationem de judicio Paridis Homerum admittere*: quae ſi fidem inveniant, tum vero ſuppoſititios haberi oportet verſus eos, qui leguntur Il. Ω, 29. itaque cenſuiſſe veterum quoſdam docuit *Fulv. Urſinus* in Virg. cum Gr. Scr. coll. p. 196. nec ſane mihi probabile videtur, ab Homero eſſe profectos: ſi enim jam tum fabula fuiſſet nota, quis credat principem vatem in materia tam benigna, ubi facultatis poëticae virtus nitidiſſime poterat explicari, fore deſidem, ſic ut nuſquam ſuis luminibus ornatam interſereret tam bellam graviſſimi belli cauſam? Neque deſunt, quas nunc quidem promere non eſt opportunum, plures rationes, quibus moveor, ut poſt Homerum celeberrimi judicii commentum prodiiſſe demum credam. Extitit inter alia multiplicis coelaturae argumenta in illa Cypſeli vel Cypſelidarum arca, cujus in Junonis Eleae templo dedicatae meminit *Dion Chryſ.* Or. X. p. 163. B. ſollicitam deſcriptionem expoſuit *Pauſan.* V. p. 419. cum tali epigrammate p. 425. Ἑρμείας ὅδ' Ἀλεξάνδρῳ δεικνῦσι, διαιτῆν Τοῦ εἴδους, Ἥραν καὶ Ἀθηνᾶν καὶ Ἀφροδίταν· quod ſi Eumelum Corinthium habeat auctorem, ut ſane ſuſpicatur *Pauſanias*, vetuſtiſſimum eſſe oportet. Fabulae vero non injucundae mentem aliter atque aliter acceperunt recentiores. Qui nomine *Daretis Phrygii* celatur c. VII. de fabula ſomnium facit, quod Paridi revera fuerit oblatum: nec ſecus *Devenius* de Bell. Troj. II, 228. in multis peſſime corruptus. *Dion Chryſoſtomus*, ut philoſophus, morem Socraticum, mutandis in omnes diſciplinae moralis formas pro re nata fabellis, ſequitur: Orat. XX. p. 266. 267. Paridem inducit animo vacuum & inertis otii plenum, qui, dum nihil habet melius, quod agat, ejuſmodi cogitationibus indulget, quae libidinem irritent, ac tandem in juvene nobili & potente prorumpant: eandem rem longe diverſa via tractat in Orat. Troïca atque alibi. At ſi *Cedrenus*, *Suidas* in Πάριον, *Malela* p. 114. teſtes habeantur ſatis idonei, jam Paris erit inter antiquiſſimos ſcriptores adnumerandus; quippe qui encomium Veneris Junoni Minervaeque praelatae compoſuerit; itidem hymnum titulo Κεστοῦ praeſcriptum: a talibus incunabulis exortam eſſe fabulam, his, ſi lubet, auctoribus crede. Ceterum Paridem ad litem Dearum finiendam lectum hi δικαστὴν vel κριτὴν, διαιτητὴν alii vocant: utrumque *Noſter*: *Lycophron* v. 93. κάλλους τὸν (niſi quis malit ταῖς) θυωρίτην τριπλαῖς· translatae locutionis expediendae viam niſi veteres oſtendiſſent, minus equidem mirarer in ea declaranda Commentatores eruditiſſimos non laborare tantum, ſed labi. Θυωρὸς eſt primum menſa ſacra & miniſteriis divinis apta, ut *Feſtus* ait in *Anclabris*; quam in Chriſtianorum etiam templis θυωρὸν *Nicetas* aliique dixerunt: deinde menſa communis & amica: τὴν φιλικὴν τράπεζαν exponit *Schol. Callim.* ad H. in Dian. v. 134. ubi vide Viri Illuſtris Obſervationes; hinc in *Heſychio* Θυωρίσασθαι, εὐωχεῖσθαι. Tum porro ſimiliter ac τράπεζα menſariorum eſt, & τραπεζίτης idem qui ἀργυρογνώμων, ſic θυωρίτην ut uſurparet, licere ſibi voluit *Lycophron*: *Heſychii* conturbata hunc in modum repone: Θυωρίτης, τραπεζίτης· καὶ τοὺς ἱερεῖς οἳ μυρεψοὺς οὕτω ſcilicet καλοῦσι. Θυωρὸν, τράπεζαν, την τα θύη φυλάσσουσαν. Latine dixeris *formarum pulcritudiniſque ſpectatorem*: ſicuti *pecuniae ſpectatores* dici, qui nummos probarent, notavit *Donatus* ad *Terentii* Eun. A. III. Sc. V. tribuſque modis debitum pecuniarium ſolvi, penſione, ſpectatione, quando dicitur, *lectum eſt*, & numero, ad Phorm. A. I. Sc. 2. & *ſpectator veteris monetae Symmacho* III. Ep. 11. ἀργυρογνώμων παλαιοῦ κόμματος rem illuſtrat egregius non Theocriti quidem, ſed ſuaviſſimi tamen Jonis poëtae locus Eid. XII, 36. Λυδίῃ ἶσον ἔχειν πέτρῃ στόμα, χρυσὸν ὁποίῃ Πεύθονται μὴ φαῦλον, ἐτήτυμον, ἀργυραμοιβοί. *Etymologi* emendationem a *Pottero* prolatam *Sylburgius* occupavit: ego nihil mutandum arbitror, niſi διὰ τὸ ἄλλως (τραπέζης) ὅτι ἔκρινε τὰς θεάς· *nunc autem translatio ducta eſt ab alia menſa*, nimirum nummularia: παρὰ Λυκόφρονι autem revocari debet ad ſuperiora ſubjungendum voci τριπλαῖς, vel κριτὴς· locum deſcripſit *Phavorinus*. Quae vero in hac fabula Lucianeis vel ſimillima, vel parumper diſcrepantia reperiuntur apud alios ſcriptores, operae non videtur ſtudioſius adnotare. *T. H.*

Ibid. Τῷ Γαργ.] *Suidas* & *Stephanus* Γάργαρα vocant. At *Noſter* iterum c. 3. τὸ Γ— & Καλλ. c. 7. Vide Dial. IV. & *Hom.* Il. Θ, 48. *M. du S.*

97. Σοφὸς τὰ ἐρωτικά] Talem ſe ferebat Socrates; eoque ipſo titulo propterea donatur a ſectae ſuae philoſophis, & *Luciano* in Β. Πρ. c. 15. Quod illi de Socrate praedicabant, ad Alexandrum dubito an malitioſe traduxerit *Lucianus*. *T. H.*

ἐγὼ δὲ ἀπωθοῦμαι τὴν δίαιταν, ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, καὶ εἴ γε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας [a] νενικηκυίας εἶδον· ἄλλως τε καὶ ἀνάγκη, μιᾷ τὸ καλλιστεῖον ἀποδόντα, πάντως ἀπεχθάνεσθαι ταῖς πλείοσι. διὰ ταῦτα μὲν αὐτὸς οὐκ ἐπιτήδειος ὑμῖν δικαστής. ὁ δὲ νεανίας αὐτὸς ὁ Φρὺξ, ἐφ' ὃν ἄπιτε, βασιλικὸς μέν ἐστι, καὶ Γανυμήδους [b] τούτου ξυγγενὴς, τἄλλα δὲ ἀφελὴς, καὶ ὄρειος, κοὐκ ἄν τις αὐτὸν ἀπαξιώσειε τοιαύτης θέας.

ΑΦΡΟ. Ἐγὼ μὲν, ὦ Ζεῦ, εἰ καὶ τὸν Μῶμον αὐτὸν ἐπιστήσειας ἡμῖν δικαστὴν, θαῤῥοῦσα βαδιοῦμαι πρὸς τὴν ἐπίδειξιν. τί γὰρ ἂν καὶ μωμήσαιτό μου; χρὴ δὲ καὶ ταύταις ἀρέσκειν τὸν ἄνθρωπον. [c] ΗΡ. οὐδ' ἡμεῖς, ὦ Ἀφροδίτη, δεδίαμεν, οὐδ' ἂν ὁ Ἄρης ὁ σὸς ἐπιτραπῇ τὴν δίαιταν, ἀλλὰ δεχόμεθα καὶ τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ, τὸν Πάριν. ΖΕΥΣ. ἦ καὶ σοὶ ταῦτα, ὦ θύγατερ, συνδοκεῖ; τί φής; ἀποστρέφῃ, καὶ ἐρυθριᾷς; ἔστι μὲν ἴδιον, τὸ αἰδεῖσθαί γε τὰ τοιαῦτα, ὑμῶν τῶν παρθένων· [d] ἐπινεύεις δὲ ὅμως· ἄπιτε οὖν, καὶ ὅπως μὴ χαλεπήνητε τῷ δικαστῇ αἱ νενικημέναι, μηδὲ [e] κακὸν ἐντρίψησθε τῷ νεανίσκῳ. οὐ γὰρ οἷόν τε ἐπίσης εἶναι καλὰς πάσας.

ΕΡ. Προΐωμεν εὐθὺ τῆς Φρυγίας, ἐγὼ μὲν ἡγούμενος, ὑμεῖς δὲ μὴ βραδέως ἀκολουθεῖτέ μοι· καὶ θαῤῥεῖτε, οἶδα ἐγὼ τὸν Πάριν, νεανίας ἐστὶ καλὸς, καὶ τἄλλα ἐρωτικὸς, καὶ τὰ

equidem plane repudio munus arbitri, ut qui ex æquo vos amem, &, ſi fieri poſſet, libenter cunctas viciſſe videam: hoc porro, ut alia ne dicam, neceſſe, uni ſi formæ præmium tribuas, pluribus eſſe in odio. Propterea ipſe quidem haud idoneus vobis ſim judex: juvenis autem hicce Phryx, ad quem adibitis, regiæ ſtirpis eſt, & Ganymedis iſtius cognatus; ceterum ſimplex & montanus: neque illum quis indignum cenſuerit ejusmodi ſpectaculo.

2. VEN. Equidem, o Jupiter, etiamſi vel Momum ipſum imponas nobis judicem, confidenter accedam ad formæ oſtentationem: quid enim ille mei reprehenderit? attamen oportet illis quoque placere hominem. JUN. Nec nos, Venus, reformidamus, ne Marti quidem tuo ſi permiſſum fuerit arbitrium; ſed accipimus iſtum, quicumque ſit, Parin. JUP. Tibine, nata, eadem placent? quid ais? faciemne avertis & erubeſcis? eſt hoc quidem proprium, ut verecundiores ſitis in talibus, vobis virginibus: attamen annuis: abite ergo: at ne quid acerbius indignemini judici, quæ victæ eritis, nec malum inferatis juveni: fieri quippe non poteſt, ut æque ſitis pulcræ omnes.

3. MERC. Proficiſcamur recta in Phrygiam, ego viæ dux, vos autem non lente ſequimini me: bonoque eſtote animo; novi Parin, juvenis eſt formoſus, præterea amori deditus, & ad ta-

a Νενικηκυίας] Ita O. V2. S. A. In ceteris Edd. prave νενικυίας. b Τούτου] τουτουὶ L. c ΗΡ.] καὶ Ἀθ. O. d Ἐπινεύεις] ἐπινεύσεις J. e Κακὸν] κακὸν ἔργον ὑπρ. J.

23. Καὶ ὅπως] Σκοπεῖτε. V.

2. Ἐπίσης τε ὑμᾶς] Incommodum illud τε, quod ſervari non poteſt, niſi ſequentia his adnexa ſic conſtituas: ἐπίσης τε ὑμᾶς ἀγαπῶν, καὶ, εἴγε οἷόν τε ἦν, ἡδέως ἂν ἁπάσας νενικηκυίας ἰδεῖν. Malo tamen, & mollior eſt medicina, τε mutare in γε, probata diſtinctione vulgari. Mox ὁ δὲ νεανίας οὗτος pro αὐτός. T.H.

23. Ὅπως] Sub. videte. F.G.

33. Πρὸς ἐμοῦ λέγεις] Attica locutio: *Ariſtoph.* Veſp. v. 645. Τὴν γὰρ ἐμὴν ὀργὴν πεπᾶ — Ναὶ χαλεπὸν μὴ πρὸς ἐμοῦ λεγόντι. *Schol.* minus accurate: ἀντὶ τοῦ μὴ ὑπὲρ ἐμοῦ· μὴ ἀρέσκοντα μοὶ λέγοντι. *Plato* in Hipp. p. 1248. A. Συγχωρῶ ταῦτα· δοκεῖς γάρ τὸν λόγον πρὸς ἐμοῦ λέγειν. T.H.

36. Οὐ παν. ἄγαμος...] Οἰνώνη Κεβρῆνος τοῦ ποταμοῦ θυγάτηρ, quam, ut rem minuat Mercurius, ἔγημε Paris. Vide *Apollod.* III. 10. §. 6. (p. m. 93. C.) E.L.

38. Σωοικεῖν] Utitur hoc loco *Muretus* Var. Lect. VI. c. 7. T.H.

Ibid. Ἱκανὴ μὲν] Supra *Graevius* ad Dial. VI. vertit: *commoda quidem, ſed ruſtica*, interprete caſtigato, qui

talia dijudicanda inprimis idoneus ; is ſane non male jus dixerit. VEN. Hoc quidem omne bonum atque e re mea narras, nimirum juſtum nobis eſſe judicem: utrum vero innuptus eſt, an uxor aliqua cum eo vivit? MERC. Haud omnino innuptus eſt, o Venus. VEN. Quid ais? MERC. Eſt cum eo, ut arbitror, Idæa quædam mulier, commoda quidem facie, at ruſtica, & valde montana: ſed non admodum curare illam videtur: quid eſt autem, cur iſta roges? VEN. Nullo conſilio certe rogabam.

4. MIN. Heus tu, iniquum agis legatum privatim cum ea ſermones communicans. MERC. Nihil, o Minerva, quod metuas, nec quod vobis obſit: ſcilicet rogabat me, innuptusne eſſet Paris? MIN. Quid ita tandem hoc curioſe ſciſcitata? MERC. Neſcio: ait autem ſe, quod caſu in mentem venerat, non de induſtria rogaſſe me. MIN. Quid ergo? cælebs eſt? MERC. Haud putem. MIN. Quid porro? bellicarumne rerum ſtudio tenetur, & gloriæ cupidus eſt, an totus bubulcus? MERC. Ea de re quid verum ſit, haud facile dixerim: niſi quod conjicere licet juvenem expetere, horum ut ſibi facultas fiat, & velle ſane ſe primum eſſe in præliis. VEN. Viden? nihil ego criminor, neque inſimulo te, quod cum ea privatim loquaris: earum enim, quæ ad querelas ſunt proclives, non Veneris hoc eſt. MERC. Hæc Minerva eadem fere me rogavit: quare nihil eſt quod

τοιαῦτα κρίνειν ἱκανώτατος· οὐκ ἂν ἐκεῖνος δικάσειε κακῶς. ΑΦΡ. τοῦτο μὲν ἅπαν ἀγαθὸν καὶ [f] πρὸς ἐμοῦ λέγεις, τὸ δίκαιον ἡμῖν εἶναι τὸν δικαστήν· [g] πότερα δὲ ἄγαμός ἐστιν οὗτος, ἢ καὶ γυνή τις αὐτῷ σύνεστιν; ΕΡ. οὐ παντελῶς ἄγαμός ἐστιν, ὦ Ἀφροδίτη. ΑΦΡ. πῶς λέγεις; ΕΡ. δοκεῖ τις αὐτῷ συνοικεῖν Ἰδαία γυνὴ, ἱκανὴ μὲν, ἄγροικος δὲ, καὶ δεινῶς ὄρειος· ἀλλ' οὐ σφόδρα προσέχειν αὐτῇ ἔοικε. τίνος δ' οὖν ἕνεκα ταῦτα ἐρωτᾷς; ΑΦΡ. ἄλλως [h] ἠρόμην.

ΑΘΗ. Παραπρεσβεύεις, ὦ οὗτος, ἰδίᾳ ταύτῃ [i] κοινολογούμενος. ΕΡ. οὐδὲν, ὦ Ἀθηνᾶ, δεινὸν, οὐδὲ καθ' ὑμῶν· ἀλλ' [k] εἴρετό με, εἰ ἄγαμος ὁ Πάρις ἐστίν; ΑΘΗ. ὡς δὴ τί τοῦτο πολυπραγμονοῦσα; ΕΡ. οὐκ οἶδα. Φησὶ δ' οὖν ὅτι ἄλλως ἐπελθὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες, ἤρετό με. ΑΘΗ. τί οὖν ἄγαμός ἐστιν; ΕΡ. οὐ δοκεῖ. ΑΘΗ. [l] τί δὲ τῶν πολεμικῶν ἐστιν αὐτῷ ἐπιθυμία, καὶ φιλόδοξός τις, ἢ τὸ πᾶν βουκόλος; ΕΡ. τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω λέγειν, εἰκάζειν δὲ χρὴ νέον ὄντα καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν, καὶ βούλεσθαι ἂν πρῶτον αὐτὸν εἶναι κατὰ τὰς μάχας. ΑΦΡ. ὁρᾷς; οὐδὲν ἐγὼ μέμφομαι, οὐδὲ προσεγκαλῶ σοι τὸ πρὸς ταύτην ἰδίᾳ λαλεῖν. μεμψιμοίρων γὰρ, [m] καὶ οὐκ Ἀφροδίτης τὰ τοιαῦτα. ΕΡ. καὶ αὕτη σχεδὸν τὰ αὐτά με ἤρετο· διὸ μὴ χα-

f Πρὸς ἐμοῦ] πρὸ O. P. *J*. *g* Πότερα] πότερον O. *h* Ἠρόμην] ἠρόμην H1. *i* Κοινολογούμενος] κοινολ. Edd. primae: in *B2*. & poſterioribus bene correctum. *k* Εἴρετο] ἤρετο O. Poeticam formam omnes Edd. ſervant. *l* Τί δὲ] τί δαὶ O. ſatis commode. *m* Καὶ] Abeſt ab O.

qui dederat, *ſat quidem formoſa*. Non audio: ſaepius enim ἱκανὸς & ἀγαθὸς praeſtantiam atque excellentiam notant in ea re, de qua ſermo habetur: hic autem ſatis eſt apertum, formae fieri debere mentionem: ne dicam minus congruere *commodam* & *ruſticam*: formoſam vero eandem eſſe & ruſticam, nihil vetat. Oenones pulcritudinem poëtae laudant: hiſtoriam totam enarravit *Parthen*. Erot. c. IV. *T.H.*

41. Ἄλλως ἠρόμην] Mox vim iſtius ἄλλως *Lucianus* ipſe declarat: ἄλλως ἐπελθὸν, οὐκ ἐξεπίτηδες ἤρετό με, *nullo certo conſilio neque de induſtria*. Parum recte videtur intellexiſſe *D. Heinſius* ad *Heſiod*. E. καὶ H. v. 344. melius *Stephanus* in Theſ. T. I. p. 343. *T.H.*

42. Παραπρεσβεύεις] Id eſt, *praevaricaris*. *F.G.*

43. Κοινολ—.] Sic Νεκρ. c. 14. & Ἀλ. c. 25. πρὸς ἕας τισι —. *M. du S.*

44. Ἤρετο] Ox. In editis εἴρετο. *M. du S.*

53. Καὶ τούτων ὀρέγεσθαι τυχεῖν] Haec profert *Thom. Mag.* in Βούλομαι. *T.H.*

62. Ἀλ-

χαλεπῶς ἔχε, μηδ' οἴου μειονεκτεῖν, εἴ τι καὶ ταύτῃ κατὰ τὸ ἁπλοῦν ἀπεκρινάμην.

Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πολὺ προϊόντες ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων, καὶ σχεδόν γε κατὰ τὴν Φρυγίαν ἐσμέν. ἐγὼ δὲ καὶ τὴν Ἴδην ὁρῶ, καὶ τὸ Γάργαρον ὅλον ἀκριβῶς, εἰ δὲ μὴ ἐξαπατῶμαι, καὶ αὐτὸν ὑμῶν τὸν δικαστὴν τὸν Πάριν. ΗΡΑ. [a] Ποῦ δέ ἐστιν; οὐ γὰρ κἀμοὶ φαίνεται. ΕΡ. Ταύτῃ, ὦ Ἥρα, πρὸς τὰ λαιὰ σκόπει, μὴ πρὸς ἄκρῳ τῷ ὄρει, παρὰ δὲ τὴν πλευρὰν, οὗ τὸ ἄντρον καὶ τὴν ἀγέλην ὁρᾷς. ΗΡΑ. ἀλλ' οὐχ ὁρῶ τὴν ἀγέλην. ΕΡ. τί φής; οὐχ ὁρᾷς βοΐδια κατὰ τὸν ἐμὸν [b] οὑτωσὶ δάκτυλον ἐκ μέσων τῶν πετρῶν προερχόμενα, καί τινα ἐκ τοῦ σκοπέλου καταθέοντα, [c] καλαύροπα ἔχοντα, καὶ ἀνείργοντα μὴ πρόσω

ægre feras, aut putes deteriore te eſſe loco; ſi quid etiam ipſi ita ſimpliciter reſpondi.

5. Sed interea, dum ſermones cædimus, jam multum progreſſi longius diſceſſimus a ſtellis, & circiter ex adverſo Phrygiæ ſumus: quin etiam Idam video, Gargarumque totum accurate; &, ni fallor, ipſum veſtrum judicem Paridem. JUN. Ubi vero eſt? necdum enim mihi apparet. MERC. Illac, Juno, ad ſiniſtrum reſpice; non ad ſummum montem; ſed juxta latus, ubi antrum & gregem vides. JUN. Atqui non video gregem. MERC. Quid ais? non tu vides vacculas ad hocce fere digiti mei indicium ex mediis rupibus prodeuntes, & quendam ex ſcopulo decurrentem, qui pedum habeat, & repellat, ne protenus diffi-

a Ποῦ] Sic in O. L. Edd. omnes habuerunt ὅπου. b Οὑτωσὶ] οὑτοσί O. c Καλαύροπα] καλάβρ. O. P.

74. Καλαύροπα] * Καλάβροψ ἐστὶ ποιμενικὴ ῥάβδος, μικρὸν ἑκατέρωθεν ὑπόσκαμβος, ἣν ἀφιᾶσιν ἐπὶ τὰ τῆς ἀγέλης ἀποσκιρτῶντα. V.

* Καλάβροψ] Καλαύροψ. καλάβροψ autem, ut Εὖρος pro Ἔβρος &c. ſunt recentioris Graeciae β & υ inter ſe commutantium. Haec *Matth. Sladus.* *T. H.*

62. Ἀλλὰ μεταξὺ &c.] *Sed inter colloquendum multum progreſſi jam a ſtellis receſſimus*, ſive, ut non male interpres, *ſtellas emenſi ſumus*. Sic loquitur etiam in Icaromenippo παμπολὺ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ubi *Eraſmus*, *cum plurimum nubium eſſem emenſus*. Sed *Budaeus* & *Stephanus* hunc locum ſuſpectum habent & aliter ſcripſiſſe *Lucianum* putant. Et rurſus in dialogo Doridis & Thetidos: ἐπειδὴ δὲ πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀπεσπάσαντο, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλασσαν. *poſtquam longe a terra provecti in altum erant.* Vides hoc loquendi genus familiare fuiſſe *Luciano*. *Heſych.* Ἀπεσπάσαντο, ἀπέστησαν. leg. ἀπεσπάσαντο. *J. G. G.*

63. Ἀπεσπάσαμεν] An ſcribendum? ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη προϊόντες πολὺ ἀπεσπάσθημεν τῶν ἀστέρων. *F. G.*

Ἀπεσπάσαμεν] Subintellige ἑαυτούς: quaſi dixiſſet, ἐσπάσαμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν ἀστέρων, *nos procul ab aſtris ſubduximus.* *J. C.*

Ἀπεσπάσαμεν τῶν ἀστέρων] Injuria *Budaeus* & *Stephanus* Theſ. T. III. p. 918. G. hoc verbum in Icaromenippo ſuſpectum habuerunt. Ubi ſignificandi rationem aperuero, res erit manifeſta. Ἀποσπᾶν, *avellere*, *diſtrahere*, *avocare*: ἀποσπᾶσθαι vel ἀποσπασθῆναι eos dicunt, qui ab amiciſſimorum amplexu vix divelli poſſunt ac diſcedere: ita capiendum eſſe A. A. XXI, 1. praecedentia ſatis confirmant: neque audiendos puto, qui *Grotio* obloquuntur. Deinde ad eos pertinet, qui quadam agendi contentione ac vehementi ſtudio alicunde digrediuntur, atque avocari ſe patiuntur, raro commodi cauſa, ut in *Xenoph.* K. A. II. p. 164. v. 11. *AElian.* de Anim. VII. c. 6. ſaepius inconſiderate, ſic ut periculum aliquod aut damnum gravius conſequatur: Excerpta *Nicolai Damaſc.* p. 426. ὄνον ἄγριον διώκων ἐπιπλεῖστον ἀποσπᾶται τῶν ἑαυτοῦ. *Polyaen.* VI. c. 16. §. 4. ὡς δὲ μακρὰν ἀπεσπάσθησαν ἄχρι πελάγους διώκοντες exemplis, quorum apud hiſtoricos abundat copia, cumulandis parco. Haec in Atticis caſtigatiſſimisque ſcriptoribus ſatis ſunt uſitata: verum quando ἀποσπασθῆναι ſimpliciter pro χωρισθῆναι, *recedere*, *digredi* ponitur, illud jam communi, quam vocant, & minus accuratae Graece loquendi formae proprium eſt: ita *Lucas* in Euang. XXII. 41. Καὶ αὐτὸς ἀπεσπάσθη ἀπ' αὐτῶν ὡσεὶ λίθου βολήν· veteres exponunt ἀπέστη, ἀπεχωρίσθη neque aliud eſt, quam interpretamentum C. Cant. lectio ἀπεστάθη. Eandem vim obtinuit ἀποσπάσαι, ubi tum intelligendum eſt ἑαυτὸν quod a Macedonica vel Alexandrina dialecto videtur tractum: nam apud vetuſtiores vix equidem reperiri putem. 2 Maccab. XII, 10. pro eo, quod vulgatur; Ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπασθέντων σταδίους ἐννέα, ego legendum arbitror ſecutus C. Alex. & Ed. Compl. Ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπάσαντες σταδίους ἐννέα, ποιουμένων τὴν πορείαν ἐπὶ τὸν Τιμόθεον προσέβαλον Ἄραβες αὐτῷ. *Inde quum progreſſi eſſent ſtadia novem, Judam adverſus Timotheum proficiſcentem adorti ſunt Arabes*: pariter v. 17. ἐκεῖθεν δὲ ἀποσπάσαντες, unde, quae Scriptori forma verbi placuerit, animadverti poteſt; fefellerat, ut ſaepe, libra-

furentes a potu. Icarium ergo, cui primo donavit palmitem, ipſi compotatores interemerunt conciſum ligonibus. JUP. Nihil hoc ad rem, quod dicis: non enim vinum iſta, neque Bacchus facit; ſed potus immoderate ſumtus, & ultra quam deceat ingurgitari mero: qui vero bibendi modum ſervat, hilarior & ſuavior exiſtit; neque ejusmodi, quale Icario contigit, quicquam deſignaverit in ullum compotatorem. At tu adhuc æmulari videris, Juno, & Semeles meminiſſe, ut quæ crimineris Bacchi pulcerrimas dotes.

μεμηνότες ὑπὸ τοῦ πότου· τὸν γοῦν Ἰκάριον, ᾧ πρώτῳ ἔδωκε τὸ κλῆμα, οἱ ξυμπόται αὐτοὶ διέφθειραν, παίοντες ταῖς δικέλλαις. ΖΕΥΣ. οὐδὲν τοῦτο φὴς· οὐ γὰρ οἶνος ταῦτα, οὐδὲ ὁ Διόνυσος ποιεῖ, τὸ δὲ ἄμετρον τῆς πόσεως, καὶ τὸ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορεῖσθαι τοῦ ἀκράτου. ὃς δ' ἂν ἔμμετρα πίνῃ, ἱλαρώτερος μὲν, καὶ ἡδίων γένοιτ' ἄν· οἷον δὲ ὁ Ἰκάριος ἔπαθεν, οὐδὲν ἂν ἐργάσαιτο οὐδένα τῶν ξυμποτῶν· ἀλλὰ σὺ ἐπιζηλοτυπεῖν ἔοικας, ὦ Ἥρα, καὶ τῆς Σεμέλης μνημονεύειν, [e] εἴ γε διαβάλλεις τοῦ Διονύσου τὰ κάλλιστα.

XIX.

VENERIS ET CUPIDINIS.

ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΚΑΙ ΕΡΩΤΟΣ.

VEN.

1. QUid eſt enimvero, Cupido, quod alios quidem Deos debellaris omnes, Jovem, Neptunum, Apollinem, Rheam, me

ΑΦΡΟ.

ΤΙ δήποτε, ὦ Ἔρως, τοὺς μὲν ἄλλους θεοὺς κατηγωνίσω ἅπαντας, τὸν Δία, τὸν Ποσειδῶ, τὸν Ἀπόλλω, τὴν [f] Ῥέαν, ἐμὲ

δὲ

e Εἴ γε] ἤγε L. Marg. *A1W.* ἦτε P. f Ῥέαν] Ἥραν pleraeque Edd. Ῥέαν P. L. *J. V2.* Marg. *A1W.*

35. Τὸν γοῦν Ἰκάριον] Ἔκτειναν ὡς φαρμακίαν νομίσαντες· γὰρ † μεθυσθέντες ὅτι ἐφαρμακεύθησαν ὑπ' ἐκείνου. *V.*

† Μεθυσθέντες] Lege μεθυσθέντες. De Icario vide *Hygini* Fab. CXXX. & Poet. Aſtronom. lib. II. c. 4. *J. J.*

Idem obſervaverat *Matth. Sladus.* *T. H.*

tandum: quamvis in *A1W.* ἤγε itidem notatum reperiam. *T. H.*

45. Ἤγε] Sic L. ἦτε P. Impreſſi εἴ γε. *M. du S.*

47. Τί] Hujus dialogi argumentum feſtiviſſime in Cupidine ſuo tractavit *Georg. Sabinus*, qui ad hujus videtur imitationem confictus, nec minus eſt elegans. *G. C.*

49. Τὴν Ῥέαν] Inſignis hæc *Junrinæ Ed.* emendatio; quam confirmant inſuper P. & L. reliquæ enim omnes Ἥραν. At Junonis amores quis novit? Adonidem ſolum amaſſe dicitur. V. *Clem. Alex.* p. 15. A. *M. du S.*

Τὴν Ἥραν] Nullum eſt in fabulis Junonis a Cupidine vulneratae veſtigium: neque ſatis erat decorum, ut, quae virtutis caſtitatisque cuſtos habebatur ac praeſes, telis tam noxiis pateret. Nam quod ab Eurymedonte Titane, antequam Jovi traderetur, virginem fuiſſe vitiatam ferunt, ex eoque furtivo congreſſu Prometheum extitiſſe, vix uno alterove teſte, atque in tam gravi crimine parum idoneo, probari poteſt. Si quid ejus generis habuiſſet Jupiter, quod ulla veri ſpecie conjugi objiceret, hoc ſcilicet ille, non parum alioquin iracundus, tacuiſſet, neque in hisce dialogis violati matrimonii tam ſaepe reus Junonem in amores ſuos importunius invectam flagitii ſimilis exprobratione repuliſſet? De Adonide quod commemoratur, in *Clemente* reperiri non equidem recordor; & neſcio, an hunc errorem feſtinatio pepererit: nam Protr. p. 21. B. legitur καὶ ἤρα Ἀδώνιδος, nimirum Ἀφροδίτη illud ἤρα literis iisdem conſtans, quibus Ἥρα, minus attentum fallere videtur potuiſſe: quin in ipſum Jovem amati Adonidis ſuſpicio meliore jure cadat; is enim a ſe impetrare non potuit, ut poſſeſſionem formoſiſſimi juvenis Veneri Proſerpinaeque relinqueret incontroverſam, ſi vera ſunt, quae notat *Schol. Theocr.* ad Eid. XV. v. 86. Apud *Lucianum* igitur pro Junone amplectenda fuit Ῥέα, cui jam vetulae atque emeritae Cupido pudendum in modum inſul-

τὴν μητέρα· μόνης δὲ ἀπέχῃ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ ἐπ' ἐκείνης ἄπυρος μέν σοι ἡ δᾲς, κενὴ δ' οἰστῶν ἡ φαρέτρα, σὺ δὲ ἄτοξος εἶ, καὶ ἄστοχος; ΕΡ. δέδια, ὦ μῆτερ, αὐτήν· φοβερὰ γάρ ἐστι, καὶ χαροπὴ, καὶ δεινῶς ἀνδρική. ὁπόταν οὖν ἐντεινάμενος τὸ τόξον ἴω ἐπ' αὐτὴν, ἐπισείουσα τὸν λόφον ἐκπλήττει με, καὶ ὑπότρομος γίνομαι, καὶ ἀποῤῥεῖ μου τὰ τοξεύματα ἐκ τῶν χειρῶν. ΑΦ. ὁ Ἄρης γὰρ οὐ φοβερώτερος ἦν; καὶ ὅμως ἀφώπλισας αὐτὸν, καὶ νενίκηκας. ΕΡ. ἀλλ' ἐκεῖνος ἑκὼν προσίεταί με, καὶ προσκαλεῖται· ἡ Ἀθηνᾶ δὲ ὑφορᾶται ἀεὶ, καί ποτε ἐγὼ μὲν ἄλλως παρέπτην, πλησίον ἔχων τὴν λαμπάδα· ἡ δὲ, εἴ μοι πρόσει, φησὶ, νὴ τὸν πατέρα, τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα, ἢ τοῦ ποδὸς λαβομένη, καὶ ἐς τὸν Τάρταρον ἐμβαλοῦσα, ἢ [a] αὐτὴ διασπασαμένη, διαφθερῶ. πολλὰ τοιαῦτα ἠπείλησε· καὶ ὁρᾷ δὲ δριμὺ, καὶ ἐπὶ τοῦ στήθους ἔχει πρόσωπόν τι φοβερὸν, ἐχίδναις κατάκομον, ὅπερ ἐγὼ μάλιστα δέ-

quoque matrem; a ſola vero abſtineas Minerva, & in illa igne careat tibi fax, vacua ſit ſagittis pharetra, tuque ipſe quaſi tractandi arcus, & collineandi ſis imperitus. CUP. Metuo, mater, eam: nam formidabilis eſt & torva, atque admodum virilis: quando igitur intento arcu aggredior ad eam, quaſſata criſta perterrefacit me, & contremiſco, defluuntque tela meis de manibus. VEN. At Mars nonne terribilior erat? & tamen exarmaſti ipſum, ac viciſti. CUP. At iſte ultro admittit me, atque invitat: Minerva contra ſemper ſuſpicioſa torve me intuetur; factumque jam adeo, ut ego ſic prætervolarem, propius admota face; illa confeſtim, ſi ad me accedis, inquit, per patrem juro, haſta te transfixum, aut pede correptum in Tartarum injiciam, aut ipſa dilaceratum peſſumdabo. Multa ejuſmodi eſt interminata: tum porro acerbum videt habetque ad pectus faciem quandam formidoloſam, ſerpentibus comatam, quam ego maxime metuo:

[a] Αὐτὴ] αὐτή C.

64. Τῷ δορατίῳ σε διαπείρασα] Προσυπακουστέον τὸ * διαφθερῶ ἠθικῶς ἅμα καὶ ἀφελῶς. *V.*

* Διαπείρω] F. διαφθερῶ. ſic & *V.* *M. du S.*

ſultavit, ut ipſe gloriatur Dial. XII. *Philoſtr.* Ep. XXXIX. οὕτω γὰρ ὁ Ἀπόλλων ποιμένων ἤρα, καὶ Ἀφροδίτη βουκόλων, καὶ Ῥέα ἀγροίκων, καὶ Δημήτηρ τῶν τὰ ἄστη οὐκ εἰδότων ibi pro Ῥέα ſcribitur in Cod. Pal. ſecundo Ἥρα. Contra in *Plutarcho* de Fluv. c. 18. p. 59. καὶ κατ' ἄγνοιαν τῇ Ῥέᾳ συγγινόμενον τὸν Δία θεασάμενος reponendum eſt τῇ Ἥρᾳ, ut ex iis manifeſto patet, quae traduntur p. 64. Mox ſi probes ἐπ' ἐκείνης capiendum erit, *quod ad illam attinet*: ſin malis, ἐπ' ἐκείνῃ vel ἐπ' ἐκείνην, *adverſus illam*; idque convenire magis videtur. Qualem vero ſe pater pepererit, ab Amoris ictibus tutam, audi, quemadmodum ipſamet praedicet in *Apollon. Rh.* Argon. III, 32. Ἥρη, νῶιν μὲν με πατὴρ τέκε τοῖο βολάων, Οὐδέ τινα χρειὼ θελκτήριον οἶδα πόθοιο. *T.H.*

54. Χαροπὴ] *Heſych.* Χαροπὸς, γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερὸς &c. *F.G.*

56. Ἐκπλήττει] Pariſienſis mutavit in ἐπι—. prave. *M. du S.*

62. Ὑφορᾶται] Eleganter *Eraſmus*, *adductis ſupercilis obſervat*, utraque verbi poteſtate conjuncta: melius ab eo non diſceſſiſſet *Benedictus*, qui dedit, *torve ſemper adſpicit*: hoc eſt δριμὺ ὁρᾷν, quod paulo poſt ſequitur. Hic autem ὑφορᾶσθαι *ſuſpectum habere*, & *diligenter ne noceat obſervare*: *Ariſtotel.* περὶ Ζ. I. c. 44. de leone: ἔστι δὲ τὸ ἦθος οὐχ ὑπόπτης οὐδενὸς, οὐδ' ὑφορώμενος οὐδέν contra Mars Cupidinem dicitur προσιέναι & προσκαλεῖσθαι, tantum abeſt, ut ab eo cavendum ſibi putet. De verbo ὑφορᾷν plura *Stephanus* in Theſ. & nimis quidem, ut ſaepe ſolet, tenuiter. *T.H.*

69. Πρόσωπόν τι] Id eſt, τὴν αἰγίδα σὺν τῷ τῆς Γοργόνος προσώπῳ. *F.G.*

75. Αἱ δὲ Μοῦσαι &c.] Bene factum, quod *Lucianus* Muſarum caſtitatem ipſius Cupidinis teſtimonio adjuverit, quo perſuaſiſſimum fiat παρθένους ἀειθαλεῖς & ἀκηράτους ut vocantur, revera eſſe. Non diffitemur, vix ullam in novenario numero reperiri, ex qua non aliquis concubitu furtivo ſuſceptus legatur: recenſuit agmen hoc vaniſſimus *Tzetz.* ad *Heſiod* Ε. καὶ Η. p. 7. ex veterum Grammaticorum corruptis exemplaribus; quae alio loco dabimus emendatiora: neque difficile foret hunc indicem augere. Verum, ſi us-

tuo: territat enim me, &, quum eo oculos converto in fugam propellor.

2. VEN. At expaveſcis Minervam, ut ais, & Gorgonem; idque tu, qui non formidaris fulmen Jovis. Muſae vero cur tibi ſunt invulneratae, & extra teli jactum poſitae? an & illae criſtas concutiunt, & Gorgonas oſtendunt? CUP. Revereor illas, mater; nam venerandae ſunt, & ſemper quiddam commeditantur, & cantu diſtinentur: atque ipſe adſto ſaepius illis delinitus carmine. VEN. Age, mitte & iſtas, quia verendae: at Dianam quid eſt, cur non vulneres? CUP. In ſumma, ne conſequi quidem illam licet fugientem ſemper per montes: tum etiam ſibi proprium quendam amorem jam amat. VEN. Cujus, fili? CUP. Venationis & cervorum, hinnulorumque, ut capiat perſecuta, & ſagittis configat; tota denique huic rei eſt intenta: ceteroquin fratrem ejus arcitenentem & ipſum, ac longe jaculantem. VEN. Scio, nate, quid velis: frequenter ipſum arcu fixiſti.

δια· μορμολύττεται γάρ με, καὶ φεύγω ὅταν ἴδω αὐτό.

ΑΦ. Ἀλλὰ τὴν μὲν Ἀθηνᾶν δέδιας, ὡς φὴς, καὶ τὴν Γοργόνα· καὶ ταῦτα, μὴ φοβηθεὶς τὸν κεραυνὸν τοῦ Διός. αἱ δὲ Μοῦσαι διὰ τί σοι ἄτρωτοι, καὶ ἔξω βελῶν εἰσιν; ἢ κἀκεῖναι λόφους ἐπισείουσι, καὶ Γοργόνας προφαίνουσιν; ΕΡ. αἰδοῦμαι αὐτὰς, ὦ μῆτερ· σεμναὶ γάρ εἰσι, καὶ ἀεί τι φροντίζουσι, καὶ περὶ ᾠδὴν ἔχουσι, καὶ ἐγὼ παρίσταμαι πολλάκις αὐταῖς, κηλούμενος ὑπὸ τοῦ μέλους. ΑΦ. ἔα καὶ ταύτας, ὅτι σεμναί· τὴν δὲ Ἄρτεμιν τίνος ἕνεκα οὐ τιτρώσκεις; ΕΡ. τὸ μὲν ὅλον, οὐδὲ καταλαβεῖν αὐτὴν οἷόν τε, φεύγουσαν ἀεὶ διὰ τῶν ὀρῶν· εἶτα καὶ ἴδιόν τινα ἔρωτα [b] ἤδη ἐρᾷ. ΑΦ. τίνος, ὦ τέκνον; ΕΡ. θήρας, καὶ ἐλάφων, καὶ νεβρῶν, αἱρεῖν τε διώκουσα, καὶ κατατοξεύειν, καὶ ὅλως πρὸς τῷ τοιούτῳ ἐστίν. ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς, καίτοι τοξότην [c] καὶ αὐτὸν ὄντα, καὶ ἑκηβόλον. ΑΦ. οἶδα, ὦ τέκνον, πολλὰ ἐκεῖνον ἐτόξευσας.

b Ἤδη] Deeſt in *J. V2.* *c* Καὶ] Omiſſa vocula in *B2. P.*

usquam alias in fabulis antiquis, hic certe advocandum eſt, cujus cunei ope duriſſima quaeque levi negotio perrumpas, explicationis allegoricae remedium, ut tantum dedecus a choro dilectiſſimarum virginum amoveamus; quas utinam eorum nulli, qui ſe colere videri volunt, proſtituere conarentur. Venuſtum eſt neſcio cujus *Muſicii* (ab aliis auctor *Plato* habitus) Epigramma Anthol. 1. c. 7. & ad *Luciani* mentem accommodatum: Ἁ Κύπρις Μούσαισι, κοράσια τὰν Ἀφροδίταν Τιμᾶτ', ἢ τὸν Ἔρων ὔμμιν ἐφοπλίσομαι. Χ' αἱ Μοῦσαι ποτὶ Κύπριν, Ἄρει τὰ στωμύλα ταῦτα. Ἡμῖν δ' οὐ πέταται τοῦτο τὸ παιδάριον. Ibi vide B[illegible]. *T.H.*

76. Ἔξω βελῶν] Alludit ad proverbium ἔξω βελῶν, id eſt, extra telorum jactum, pro eo quod eſt, in tuto citraque periculum. Hoc proverbium frequens eſt apud *Lucianum* in Votis, in Baccho, & in Dial. Cyclopis & Neptuni. *G.C.*

82. Τὴν δὲ Ἄρτεμιν &c.] Perpetuae virginitatis decus petenti, Minerva ſuggerente, Dianae Jupiter conceſſerat. *Callimach.* H. in Dian. v. 6. ubi hac de re multa notat *Ez. Spanhemius.* *T.H.*

89. Ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς] Scribendum forte: ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς αἰδοῦμαι τοξότην. *F.G.*

Ἐπεὶ τόν γε ἀδελφὸν αὐτῆς] Non metuo, ne quis abripi ſe patiatur prava *Guyeti* correctione: nihil hoc loco alienius. Saepius homini, ceteroquin ingenioſo ac docto, contigit, ut inter ſubitam legendi feſtinationem, re minus penſiculate conſiderata, emendationes plane abſonas projecerit; quas ego quidem utilius exiſtimarem in lituris perire, quam luci donari. *T.H.*

XX.

ª Θεῶν Κρίσις.

Dearum Judicium.

ΖΕΥΣ, ΕΡΜΗΣ, ΗΡΑ, ΑΘΗΝΑ, ΑΦΡΟΔΙΤΗ, ΠΑΡΙΣ ἢ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ.

JUPITER, MERCURIUS, JUNO, MINERVA, VENUS, PARIS, aut ALEXANDER.

ΖΕΥΣ.

Ερμῆ, λαβὼν τυτὶ τὸ μῆλον, ἄπιθι ἐς τὴν Φρυγίαν παρὰ τὸν Πριάμυ παῖδα

JUP.

1\. Accepto, Mercuri, iſto pomo abi in Phrygiam ad Priami filium boum

ª Θεῶν Κρίσις] Ἡ κρίσις τῶν τριῶν θεαινῶν, Ἥρας, Ἀθηνᾶς καὶ Ἀφροδίτης. O.

92\. Λαβὼν τουτὶ τὸ μῆλον].
* Καλὸν τὸ μῆλον τῆς Διὸς χειρῶν δέχου.

Ἄπιθι τοίνυν σὺν Θεαῖς πρὸς τὸν Πάριν. G.

* Καλὸν &c.] Veteris eſſe poëtae non memini: ab eruditi lectoris ingenio profecti fuerint hi jambi. T. H.

Θεῶν Κρ.] In Ox. aliter habet Titulus: ἡ κρίσις τῶν τριῶν Θεαινῶν, Ἥρας, Ἀθηνᾶς, καὶ Ἀφροδίτης. M. du S.

94\. Τῆς Ἴδης ἐν τοῖς Γαργάροις] Idae montis tres numerant vertices, qui in totidem promontoria deſinunt, Lectum, Gargarum vel Gargara & Phalacram: *Schol. Homer.* ad Il. Θ, 48. Ξ, 284. *Euſtathius* p. 697. Sigeum addit *Schol. Nicandri* ad Alexiph. v. 40. Ἴδης ἐν κνημοῖσι Φαλακραίης ἐνὶ βήσσῃς· pro quo neſcio quam recte ſuppoſuerit Pergamum ſive *Tzetzes*, ſive vetuſtior aliquis commentator ad *Lycophr.* v. 24. Gargarum omnium eſt, *Homero* teſte, celſiſſimum: Γάργαρον ἄκρον Ἴδης ὑψηλῆς — Il. Ξ, 292. idque recte obſervat *Macrob.* Saturn. V, c. 20. Iſto autem genere poſt *Homerum* Graeci τὸ Γάργαρον, & *Epicharmus*, Γάργαρ' ἀγάννιφα: nam urbs antiqua, quam Leleges in eo cacumine condiderant, ὁ Γάργαρος, ut ex *Alcmane* probat *Stephanus*: vide *Etymol.* p. 221. verum poſtea, quum immodico frigore compulſi cives nov[am] urbem in ſubjectam monti planitiem deduxiſſent genere numeroque mutato τὰ Γάργαρα dixerunt. Ita Γάργαρον & τὰ νῦν Γάργαρα πόλιν Αἰολικὴν diſtin[guit] *Strabo* XIII. p. 874. C, 903. C. *Heſychius* quid[em]: Γάργαρον, ἀκρωτήριον ὄρους Ἴδης, καὶ πόλις Τρῳάς πλη[σίον] Ἀντάνδρου· ſed valde verendum eſt, ne, quemad[mo]dum in plerisque, hic etiam mutilatum acceperim[us]. Latini poſt *Virgilium* Gargara cacumen Idae non mi[]nus, quam ipſam urbem appellarunt: *Stat.* Theb. I, 549. *Gargara deſidunt ſurgenti* — ubi quae notat *Lactantius*, Servio debentur ad AEn. IX, 86. *Plin.* H. N. V, 30. at *Vibius Sequeſter*: *Gargarus in Phrygia Idae montis cacumen*: ſed hujus auctoritatem ſi parvi pendamus, nihil tamen habebit, quod queratur. Idam plerique nominant, ubi Paris judex ſederit Deabus: ideo *Mela* I, 18. *Ipſe mons vetere Divarum certamine & judicio Paridis, memoratus*: neque aliter fere *Euripides*, qui ſaepius ejus rei meminit: Troad. v. 976. ἦλθον τρεῖς θεαὶ κάλλους πέρι Ἰδαῖον εἰς κευθμῶνα. Hel. v. 23. Ὅτ' Ἰδαίαν εἰς νάπαν ἦλθ' ὁ τῆς Μαίας τε καὶ Διὸς γόνος. Androm. v. 274. & mox: Ταὶ δ' ἐπεὶ ὑλοκόμον νάπος ἤλθον tum Ἰδαῖον λέπας· ridentem vero loci fontibus irrigui amoenitatem deſcribit Iphig. in Aul. v. 1294. unde poëtarum ingenioſiſſimus: *Eſt locus in mediae nemoroſis vallibus Idae.* *Callim.* Hymn. in Lav. Pall. v. 18. Οὐδ' ὅκα τὰν Ἴδᾳ Φρὺξ ἐδίκαζεν ἔριν, ut vir ſummus egregie reſtituit. Vid. *Sil. Italic.* VII, 437. *Noſter*, qui paulo accuratius fabulae ſcenam in Gargaro ponit, ſine dubio, quos ſequeretur, vetuſtos habuit auctores. *Strabo* ſcribit, in receſſu ſinus Adramytteni, qui proprie ſic appellatus ab una parte Gargara urbem, ab altera promontorium oſtendit Pyrrham, ſitam eſſe Antandrum ὑπερκείμενον ἔχουσαν ὄρος, ὃ καλοῦσιν Ἀλεξάνδρειαν, ὅπου τὰς θεὰς κριθῆναι φασὶν ὑπὸ τοῦ Πάριδος· quae repetit *Euſtath.* ad Il. Ξ. p. 9[]. idem apud *Stephanum* ex *Timoſthene* in Ἀλεξάνδρεια. ſatis apparet ſitum hujus loci a Gargaro parum diſ[]pare. Neque de nihilo eſt quod §. 5. antri mentione[m] *Lucianus* facit: praeterquam enim quod *Euripidis* Ἰδ[] [] & cetera, quae protulimus, commode reſpondeant, antrum aliquod venerabile atque auguſtum ad Idam fere mediam extitiſſe conſtat, ubi, credentibus accolis, Dearum litem Paris diſceptaverit. *Diodor. Sic.* XVI. p. 565. C. μέγιστον δ' ὑπάρχον (mons Ida) τῶν κατὰ τὴν Ἑλλάδα ἔχει κατὰ τὸ μέσον ἄντρον θεοπρεπές, ἐν ᾧ φασὶ κριθῆναι τὰς θεὰς ὑπ' Ἀλεξάνδρου· is quidem locus alius eſſe non poteſt, quam memorata *Straboni* Alexandria. Paululum hinc diverſus abiit *Coluthus* in Ἑλένης ἁρπαγῇ, carmine corruptiſſimo ſimul & mutilo, v. 14. αὐτὰς γὰρ ἰθύνοντας μολούσας (tres Deas; nam ita videtur ſcribendum, non μολοῦσαι) Ἰδαίης δικάσπολον ἐπὶ πρηῶνι Φαλάκρης ex

eo

diſſipetur armentum? JUN. Video nunc, ſiquidem is eſt. MERC. Is adeo ipſe. Quoniam vero prope ſumus, in terra, ſi videtur, poſitis veſtigiis incedamus, ne conturbemus eum deſuper ex improviſo devolantes. JUN. Commode dicis; atque ita faciamus. Quandoquidem autem degreſſi ſumus, tui jam muneris, Venus, præire teque ducem præbere nobis viæ: etenim te par eſt peritam eſſe loci, quæ ſæpe, ut fama fert, deſcenderis ad Anchiſen. VEN. Non admodum, Juno, iſtis commoveor cavillationibus tuis.

6. MERC. Atque ego adeo vobis viam monſtrabo: etenim ipſe non raro commoratus ſum in Ida, quando Jupiter amabat adoleſcentulum Phrygem: tum ſæpiuſcule huc veni ab eo demiſſus ad inviſendum

1. SAlve, pater Mercuri. MERC. Imo & tu quoque: ſed quomodo ſim ego tuus pater? PAN. Non tu Cyllenius es Mercurius? MERC. Ita ſane: at quo pacto filius meus es? PAN. Per adulterium ſum ex amore tibi natus. MERC. Profecto hirco prius aliquo adulterante capram: meus enim qui fieri poteſt ut ſis cum cornibus, & naſo tali, & barba hirſuta, cruribusque biſidis ac hircinis, & cauda ſuper nates. PAN. Quicquid in me ridiculi dixeris, tuum ipſius filium, o pater, probris ac dedecore afficis: quin potius temet ipſum, qui tales gignis & procreas; ego vero culpa vaco. MERC. At quam tu tandem dicis matrem tuam? numquid imprudens in capra ſtuprum commiſi? PAN. Non capram quidem ſtupraſti; ſed fac, ut in memoriam redeas, ſi forte in Arcadia puellæ ingenuæ vim intuliſti: quid compreſſo digito quæris, multumque hæſitas? Icarii filiam inquam, Penelopen.

ΠΑΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

ΠΑΝ.

Χαῖρε, ὦ πάτερ Ἑρμῆ. ΕΡΜ. νὴ καὶ σύ γε. ἀλλὰ πῶς ἐγὼ σὸς πατήρ; ΠΑΝ. οὐχ ὁ Κυλλήνιος Ἑρμῆς ὢν τυγχάνεις; ΕΡΜ. καὶ μάλα. πῶς οὖν υἱὸς ἐμὸς εἶ; ΠΑΝ. μοιχίδιός εἰμι, [c] ἐξ ἔρωτός σοι γενόμενος. ΕΡΜ. νὴ Δία, τράγου ἴσως τινὸς μοιχεύσαντος αἶγα. ἐμὸς γὰρ πῶς, κέρατα ἔχων, καὶ ῥῖνα τοιαύτην, καὶ πώγωνα λάσιον, καὶ σκέλη διχηλὰ, καὶ τραγικὰ, καὶ οὐρὰν ὑπὲρ τὰς πυγάς; ΠΑΝ. [d] ὅσα ἂν ἀποσκώψῃς εἰς ἐμὲ, τὸν σεαυτοῦ υἱὸν, ὦ πάτερ, ἐπονείδιστον [e] ἀποφαίνῃ· μᾶλλον δὲ σεαυτὸν, ὃς τοιαῦτα γεννᾷς, καὶ παιδοποιεῖς· ἐγὼ δὲ ἀναίτιος. ΕΡΜ. τίνα δὲ καὶ φὴς σου μητέρα; [f] ἤπου ἔλαθον αἶγα μοιχεύσας ἔγωγε; ΠΑΝ. οὐκ αἶγα ἐμοίχευσας, ἀλλ᾽ ἀνάμνησον σεαυτὸν, εἴποτε ἐν Ἀρκαδίᾳ παῖδα ἐλευθέραν ἐβιάσω. τί δακὼν τὸν δάκτυλον ζητεῖς, καὶ ἐπὶ πολὺ ἀπορεῖς; τὴν Ἰκαρίου λέγω Πηνελόπην. ΕΡΜ.

c Ἐξ ἔρωτος] ἐξαίφνης J. notaturque in margine A1W. d Ὅσα] ὁπόσα P. J. V2. A1W. e Ἀποφαίνῃ] ἀποφαίνεις P. J. V2. A1W. f Ἤπου] μήπου C.

tius ab Atlante, aut, ſi mavis, ipſo Jove repeti poteſt. Prius exponit *Apollodor.* I. p. 27. inter AEoli & Enaretes filios Perierem recenſens. Ex iſto Periere, qui Meſſenem obtinuit, & Gorgophona Perſei filia natus eſt Icarius cum fratribus Aphareo, Leucippo & Tyndareo p. 43. notat ibi, multos non AEoli facere filium Perierem, ſed Cynortae; ὕστερον, inquit, τὰ περὶ τῶν Περιήρους ἀπογόνων ἐν τῷ Ἀτλαντικῷ γένει δηλώσομεν. Praeſtitit fidem lib. III. p. 211. totamque gentis feriem ab Atlante, vel Taygete Atlantis filia & Jove deduxit. Verum ab iis, quae p. 215. ſcribuntur, Εἰσὶ δὲ οἱ λέγοντες Ἀφαρέα μὲν καὶ Λεύκιππον ἐκ Περιήρους γενέσθαι τοῦ Αἰόλου. Κυνόρτου δὲ Περιήρης· τοῦ δὲ, Οἴβαλος· Οἰβάλου δὲ καὶ Νηΐδος νύμφης Βατείας Τυνδάρεων, Ἱπποκόωντα, Ἰκάριον, quanquam neminem illa ſuſpicio tetigerit, ne *Meurſium* quidem in Regn. Lacon. c. III. ab iis, inquam, recidenda ſunt, niſi fallor, Περιήρης, τοῦ δὲ inſeruit aliquis, quem diligentia parum felix decepit, ex praecedentibus, ubi ſane Κυνόρτου δὲ Περιήρης: ſed meminiſſe debuerat, diverſam aliorum in hoc loco commemorari ſententiam, qui Aphareum & Leucippum Periere natos eſſe AEoli filio referebant; his certe auctoribus Cynortae non Perieres, ſed OEbalus fuit filius; itaque *Pauſan.* III. p. 203. 204. neque mirum; quippe qui ſimul tradant, eandem utrosque Gorgophonen habuiſſe uxorem, teſte *Pauſan.* IV. p. 283. unde jam planius intelligitur, quod ait p. 204. εἶναι τι Ἀφαρέα τὸν Περιήρους ἀδελφὸν Τυνδάρεω πρὸς μητρός. Hac de re ſcriptorumque diſſidio componendo quae poterant obſervari multo plura, lubens praetermitto. Icarius ergo ſeu Perieris ſive OEbali filius in matrimonio habuit vel nominibus diverſis unam, vel plures uxores: Dorodochen Orſilochi, aut, ex Pherecyde, Aſterodiam

ΕΡΜ. εἶτα τί παθοῦσα ἐκείνη ἀντ' ἐμοῦ τράγῳ σε ὅμοιον ἔτεκεν;

ΠΑΝ. Αὐτῆς ἐκείνης λόγον σοι ἐρῶ· ὅτε γάρ με ἐξέπεμπεν ἐπὶ τὴν Ἀρκαδίαν, ὦ παῖ, μήτηρ μέν σου, ἔφη, ἐγώ εἰμι, Πηνελόπη ἡ Σπαρτιᾶτις· τὸν πατέρα δὲ γίνωσκε θεὸν ἔχων Ἑρμῆν τὸν Μαίας καὶ Διός. εἰ δὲ κερασφόρος καὶ τραγοσκελὴς εἶ, μὴ λυπείτω σε· ὁπότε γάρ μοι [a] συνῆν ὁ πατὴρ ὁ σός, τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν, ὡς λάθοι· καὶ διὰ τοῦτο ὅμοιος ἀπέβης τῷ τράγῳ. ΕΡΜ. νὴ Δία, μέμνημαι ποιήσας τι τοιοῦτον. ἐγὼ οὖν ὁ ἐπὶ

MERC. Et quid tandem eſt rei, quod, quum illa mihi deberet, hirco te ſimilem peperit?

2. PAN. Ea ipſa quæ dixit, enarrabo tibi. Quando me ablegabat in Arcadiam, Fili, mater quidem tua, inquit, ego ſum Penelope Spartana: at patrem ſcito deum habere te Mercurium Majæ & Jovis filium: quod autem cornutus, hirciniſque pedibus es, id tibi ne dolori ſit: quando enim mecum congrediebatur pater tuus, hircum ſe adſimulavit, ut lateret: ea eſt cauſa, cur ſimilis evaſeris hirco. MERC. Sane commemini feciſſe me tale quiddam. Ergo ego, cui for-

a Συνῆν] συνείη J.

Eurypyli filiam ipſi jungit *Schol. Homer.* ad Od, Ο, 16. Periboeam, νύμφην Νηΐδα (nihil erat iſta aetate nympharum connubiis familiarius) *Apollodorus*, ex ea natos enumerans quinque maſculos, unam feminei ſexus Penelopen: ſororem ejus Iphthimen, Eumelo nuptam colligunt ex Od. Δ, 797. neſcio quam recte; mihi quidem ratio conſtat, cur olim in *Homero* ſcriptum fuiſſe ſtatuam; Εἴδωλον ποίησε, δέμας δ' ἤϊκτο γυναικὶ Ἰφθίμῃ, κούρῃ μεγαλήτορος Ἰκαρίοιο. Ulyſſes vero, qui inter Helenae procos nomen fuerat profeſſus, Tyndareo mirum in modum fluctuanti pollicetur, ſi nuptias Penelopes ſibi conciliet, tale ſe conſilium adlaturum, quod metum ejus omnem ac dubitationem expediat: rem totam perſequitur *Apollodor.* III. p. 217. *T. H.*

54. Τράγῳ ἑαυτὸν ἀπείκασεν] Ita *Philargyr.* ad *Virgil.* Ecl. II, 32. *Hic autem natus eſt Mercurio in arietem converſo, & Penelope uxore Ulyſſis*, *Schol. Theocr.* ad Eid. VII, 109. & *Serv.* ad AEn. II, 44. Sed quia non immerito paulo quis acutior miretur, quomodo pulcerrima eademque caſtiſſima Penelope adduci potuerit, ut hirco ſe ſubmitteret, admodum ſolerter tantae difficultati vel *Nonnus* vel *Maximus* mederi conatus eſt in Συναγ. Ἱστ. ad *Gregorii Nazianz.* Stel. I. p. 141. καὶ ἐκπέσας αὐτὴν μαγγανείᾳ εἰς ἔρωτα αὐτοῦ ἐκίνησε, καὶ ὠχεύθη ὑπὸ τοῦ τράγου· nonnihil ſane Penelopes honori conſultum vides, quae culpam praeſtare non tenetur, quam faſcinata magicis artibus ac mentis non compos admiſit. Pater Mercurius, ne neſcias, tertius eſt, tertio queque Jove natus & Maja, ut monet *Cicer.* de N. D. III, §. 56. filius Pan, quem hic Lucianus inducit, omnium Panum ultimus: nam venerandae vetuſtatis multo plures extiterunt, aliiſque orti parentibus: vide modo *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 3. 125. Scriptorem Arg. I. ad Pythion. *Pindari*, quorum alter ad alterum emendandum juvat, *Apollodor.* I. p. 13. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 772. Noſter hicce cum Hercule Alcmenes filio Deorum apud Graecos agmen clauſerunt, quod credere licet adfirmanti *Herodoto* II, 145. quum contra AEgyptiorum antiquiſſimus eſſet Pan, καὶ τῶν ὀκτὼ τῶν πρώτων λεγομένων θεῶν & *Herodotus* quidem, qui ſtudio vetuſtatis barbaris adverſus Graecos ſaepe faviſſe deprehenditur, quanti Deorum huncce noviſſimum fecerit, haud obſcure declarat c. 146. καὶ Πανός γε πέρι οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν (οἱ Ἕλληνες) ὅκη ἐτράφη γενόμενος mirandum ſane fabulam alias excogitandi quidvis foecundiſſimam hac in parte claudicare: Athenienſes tamen, dummodo ſit iſte Pan, qui noſter, quod dubitare nonnullos ſcio, quis eſſet quamque ſalutaris apud Marathonem adjutor, haud ingrati didicerunt. At grande mortis ejus arcanum patuit demum ſub Imperatore Tiberio: quum enim ex inſula Paxis audita vox eſſet, magnum Panem obiiſſe, eaque res Romam relata cunctorum animos ipſiusque Tiberii advertiſſet, philologi, momento graviſſimae quaeſtionis expenſo, conjectarunt, hunc eſſe Mercurii & Penelopes filium; ut refert *Plutarch.* de Orac. Defect. p. 419. Nolo ſagaciſſimis hominibus adverſari, tametſi qua fortuna, quove conſilio in Paxos, Arcadia relicta, devenerit moribundus Pan, ignorare me fatear; niſi quod deſertis locis, atque inſulis etiam eum valde delectatum fuiſſe ferant: vide *AEſchyl.* Perſ. v. 447. & Schol. Cur autem κερασφόρος fuerit & τραγοσκελής, commoda plane cauſa eſt, & probabilis, quam a matre acceptam Mercurio patri exponit: haec figura AEgyptio juxta & noſtro Pani communis; utrumque enim γράφουσί τε δὴ καὶ γλύφουσι αἰγοπρόσωπον καὶ τραγοσκελέα, teſte *Herodoto* II, 46. talemque carmine depinxit *Sil. Ital.* XIII, 326. Hinc Pan δικέρως Theſpidi Tragicorum vetuſtiſſimo apud *Clem. Alex.* Strom. V. p. 370. D. at tu Theſpidem obſerva quadraginta vel quinquaginta minimum annis pugnam Marathoniam praeceſſiſſe, poſt quam primum cognitus, & in civitatem familiamque Deorum numeroſiſſimam ab Athenienſibus adſcitus fuit Pan: vel Theſpis igitur ritus in Arcadia ſolennes deſcripſit,

vel

forma ſpiritus facit, adhuc imberbis ipſe, cujus pater dicar, & ludibrium debebo omnibus ob elegantiam prolis?

3. PAN. Atqui pudori nec probro ero tibi, pater: muſices enim peritus ſum, & fiſtula ludo valde argutum quiddam; Bacchusque nihil me ſine facere poteſt: imo ſodalem & thiaſi ſocium conſtituit me, duxque ipſi ſum chori. Quod ſi greges meos ſpectes, quotcumque circa Tegeam & per Parthenium habeo, multum lætabere. Nuper etiam auxilio Athenienſibus lato tam ſtrenue rem geſſi Ma-

κάλλει μέγα φρονῶν, ἔτι ἀγένειος αὐτὸς ὤν, σὸς πατὴρ κεκλήσομαι, καὶ γέλωτα ὀφλήσω [b] παρὰ πᾶσιν ἐπὶ τῇ εὐπαιδίᾳ;

ΠΑΝ. Καὶ μὴν οὐ καταισχυνῶ σε, ὦ πάτερ· μουσικός τε γάρ εἰμι, καὶ συρίζω πάνυ καπυρόν· καὶ ὁ Διόνυσος οὐδὲν ἐμοῦ ἄνευ ποιεῖν δύναται, ἀλλὰ ἑταῖρον καὶ θιασώτην πεποίηκέ με· καὶ ἡγοῦμαι αὐτῷ τοῦ χοροῦ. καὶ τὰ ποίμνια δὲ εἰ θεάσαιό μου, ὁπόσα περὶ Τεγέαν καὶ ἀνὰ τὸ Παρθένιον ἔχω, πάνυ ἡσθήσῃ. ἄρχω δὲ καὶ τῆς Ἀρκαδίας ἁπάσης. πρώην δὲ καὶ Ἀθηναίοις συμμαχήσας, οὕτως ἠρίστευσα ἐν Μαρα-

ρα-

b Παρὰ] περὶ Αι. Ηι.

vel fabulae ipſi tributae falſum nomen mentiebantur, quod voluit Vir Maximus. Κεροβάταν vocabulum ad caput Panis an ad pedes pertineat, quamque virtutem habeat propriam, valde diſſentiunt Grammatici, quos lege ad *Ariſtoph.* Ran. v. 232. ego *cornipedem* reddere non verear: excidit Etymologo, quem vix eſt, ut intelligas, niſi repoſueris p. 504. v. 2. Κεροβάτης, ὁ τὰ ἀκρωτήρια τῶν ὀρέων βαίνων &c. κερώνυξ pari ratione *Dionyſio* Perieg. v. 995. ubi itidem neſcio quid *Scholiaſtes* & *Euſtathius* tricantur. *Plato* ſuperne glabellum fecit, qualis, inferiore ſaltem corporis parte obtecta, vel Penelopae placere potuiſſet, in Crat. p. 280. E. Πὰν αἰπόλος, διφυὴς Ἑρμοῦ υἱός, τὰ μὲν ἄνωθεν λεῖος, τὰ δὲ κάτωθεν τραχὺς, καὶ τραγοειδής. Porro, ſi *Lucianum* audis, Ulyſſi nullam injuriam fecit Penelope, quippe in Arcadia virgo compreſſa, antequam nuberet: imo in Lyceo templum eſſe Panos, in quo natus adferatur, ſcripſit *Lactant.* ad Stat. Theb. II, 206. ſecus *Herodotus* ſenſit: nam ſi Πανὶ τῷ ἐκ Πηνελόπης ἐλάσσω ἔτεα ἐστὶ τῶν Τρωικῶν, ut ait II. 145. cum oporteat in lucem prodiiſſe finito bello Trojano, dum longinquis erroribus jactatus Ulyſſes domo aberat: in eadem illi opinione fuerunt verſati, quorum abſurdam interpretationem *Virgilii* Georg. I. 16. profert *Servius*, cujus adnotatio, ut intelligi poſſit, levi manu parumper adjuvari debet: *Nemus linquens patrium*] *Pindarus Pana ex Penelope Ulyſſis filium dicit*: (hoc, ne credas inauditum, commemorat etiam *Schol. Theocriti*) *unde multi patrium pro paternum accipiunt, eo quod Pan non Arcas ſit, ſed Ithaceſius: ut a patre, non a patria vox haec videatur detorta. Vel, quia in Arcadia genitus*: adde *Serv. Daniel.* ad AEn. II, 44. Jam praeterea ſi quis forte paulo ſeverior Luciano, quod hunc Penelopes filium Bacchi ſodalem ac conſortem faciat, minus obſervatae temporum rationis dicam ſcribat, excuſationem ſibi paratam habebit ex aliorum, quos ſane multos laudare poteſt, errore ſimili: re enim vera Bacchi in Indiam expeditio, cui Pan interfuit furentium copiarum dux, centenis aliquot annis hujus Panis nati aetatem antevertit. Sed in his ſcilicet fabuloſis intra veniam peccare cenſentur, qui, dum ordinem temporis ac limites refigunt, crimen illud ingenio & lepore compenſant. *T. H.*

62. Μουσικός γάρ εἰμι] Sic in Bacch. & Δικαστηρ. Copioſe *Nonn.* Dionyſ. Interpret. *Theocriti*, & *Virgil.* *J. B.*

Ibid. Πάνυ καπυρόν] Λαμπρὸν, ἡδὺ, ut in Schol. *Theocr.* Idyll. 7. καπυρὸν στόμα, λαμπρὸν, ἡδὺ, μελιφθεγκτῶς. τὰ γὰρ ἔξοπτα τῶν ἐδεσμάτων ἡδύνει τὴν γεῦσιν. Tangit aliam interpretationem, & hæc verba *Micyll.* interp. In quibusdam libris legitur λιγυρὸν ſed καπυρὸν verbum ruſticum, ut in *Longi* ποιμεν. εὐφημῶς autem ἐκάλεσεν καπυρὸν τὸ τραχὺ καὶ τὸ ἄγροικον τοῦ συρίγματος, ὃ ἂν γένοιτο οἷον ἐκ κεραμίου σκεύους διατεθρυμμένου. *teſtarum ſonitus.* Qua de re viri Clariſſimi *Iſaac. Caſaub.* ad *Suet. Theod. Marcil.* ad *Perſ.* *J. B.*

Καπυρὸν] *Dulce.* *F. G.*

II. Καπυρὸν] *Theocrit.* Idyll. VII. *Virgil.* Ecl. II. & IV. *M. du S.*

Πάνυ καπυρὸν] Πάνυ καπυρὸν γελάσας *Longus* habet II. p. 34. ibi *Jungermannum* & *Mollium* hic *Luciani* locus non fugit: quod adfertur ex Epigrammate, *Noſſidis* eſt Anth. III. c. 6. Ep. 16. Καὶ καπυρὸν γελάσας ὑπομειδιάσας. Fluctuare Viros Eruditos in conſtituenda vocis poteſtate minime miror, quippe quam adſequi non licet, niſi primam ejus vim atque originem habeas exploratam: eo ne *Salmaſius* quidem pervenire videtur potuiſſe ad *AEl. Spartian.* p. 45. Nobis hic longioribus eſſe non libet. *T. H.*

68. Ἀθ. συμμ.] Quod ait *Gilb. Cognatus*, *Pana majore, quam humana ſtatura exercitui Graecorum praeiiſſe* (Vide *Homer. hymn. in Pana*) nusquam alibi reperio. Lapſus fortaſſe memoriæ eſt; nam id dicitur de Pane in bello Giganteo. *E. L.*

Ἀθ. συμμ.] Vide *Pauſ.* Att. *M. du S.*

70. Ἀρι-

ραθῶνι, ὥστε καὶ ἀριστεῖον [a] ᾑρέθη μοι, τὸ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλαιον. ἢν γοῦν ἐς Ἀθήνας ἔλθῃς, εἴσῃ ὅσον ἐκεῖ τοῦ Πανὸς ὄνομα.

ΕΡΜ. Εἰπὲ δέ μοι, γεγάμηκας, ὦ Πὰν, ἤδη; τοῦτο γὰρ, οἶμαι, καλοῦσί σε. ΠΑΝ. οὐδαμῶς, ὦ πάτερ· ἐρωτικὸς γάρ εἰμι, καὶ οὐκ ἂν ἀγαπήσαιμι συνὼν μιᾷ. ΕΡΜ. [b] ταῖς αἰξὶ δηλαδὴ [c] ἐπιβαίνεις. ΠΑΝ. σὺ μὲν σκώπτεις· ἐγὼ δὲ τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ [d] Πίτυϊ σύνειμι, καὶ ἁπάσαις ταῖς τοῦ Διονύσου Μαινάσι, καὶ πάνυ σπουδάζομαι πρὸς αὐτῶν. ΕΡΜ. οἶσθα οὖν ὅ, τι χαρίσῃ, ὦ τέκνον, τὰ πρῶτα αἰτοῦντί μοι; ΠΑΝ. πρόσταττε, ὦ πάτερ, [e] ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦτα. ΕΡΜ. καὶ πρόσιθί μοι, καὶ φιλοφρονοῦ· πατέρα δὲ ὅρα μὴ καλέσῃς με, ἀκούοντός γε τινός.

rathone, ut virtutis præmium attributa ſit mihi, quæ ſub arce eſt, ſpelunca: ſi ergo Athenas veneris, intelliges quantum ibi Panis ſit nomen.

4. MERC. At, quæſo, dic mihi, duxiſtin' jam uxorem, o Pan? hoc enim, opinor, nomine te compellant. PAN. Neutiquam, Pater: ſum enim laſcivior aliquantulum; nec contentus ſim una, quacum rem habeam. MERC. Capras videlicet inis. PAN. Tu quidem irrides: ego vero & Echo & Pityn ineo, & cunctas Bacchi Mænadas, ac valde color ab ipſis atque obſervor. MERC. Scin' igitur, quid mihi gratificabere, fili, jam primum petenti a te? PAN. Impera, pater: nos autem viderimus iſta. MERC. Et accede ad me, & comitate blanda complectere: patrem vero vide ne appellaris me, audiente ſaltem aliquo.

XXIII. APOL-

a Ἡρέθη] ᾑρέθη F. ᾑρέθη A1. J. V2. b Ταῖς] ταῖς ἂν J. V2. c Ἐπιβαίνεις] ἐπιχειρεῖς A. P. J. Marg. A1W. d Πίτυϊ] Πιθοῖ A. P. L. J. e Ἡμεῖς] Hic praefigebatur in margine A1W. Ἑρ. ea perſona mox deleta; tum εἰδῶμεν. In P. εἰδ.

70. Ἀριστεῖον] Extat ea de re *Simonidis* epigramma quod ſtatuæ illi inſcriptum fuiſſe videtur:

Τὸν τραγόπουν ἐμὲ Πᾶνα, τὸν Ἀρκάδα, τὸν κατὰ Μήδων
Τὸν μετ' Ἀθηναίων στήσατο Μιλτιάδης.

Pauſ. 306. f. & 390. f. V. & A. G. IV. 871. Innotuiſſe tum primum Athenienſibus docent *Clem. Alex.* p. 18. C. & *Noſter* Δικ. c. 9. Μακραὶ dicebatur ſpelunca; vide omnino *Eurip.* Ἴων. p. 697. B. *M. du S.*

74. Τοῦτο] Id eſt, Πάππα. *F. G.*

75. Ἐρωτικὸς γάρ εἰμι] Sic Pan dictus φιλοπαρθένος, *Achill. Tat.* lib. 8. & ἐρωτικός, *Long.* lib. 2. *J. B.*

77. Ἐπιχειρεῖς] Ex A. P. & Ed. J. niſi quod in hac mendoſe legitur ἐπιχορεῖς. In reliquis eſt ἐπιβαίνεις. Vide Dial. ſeq. finem & *Epiſt. Div. ad Saturnum.* Echo cur fingatur Pana amaſſe, vide *Polyæn. Strat.* I. p. 10. Meminit & *Moſchus* apud *Stob.* in Grot. *Flor.* 247. *M. du S.*

Ἐπιβαίνεις] Probiſſimam lectionem nullus equidem mutavero cum ἐπιχειρεῖς. De Pane non aliter jocatur Mercurius, quam ſi totus foret hircus. In hac re propria ſunt βαίνειν & ἐπιβαίνειν *Poll.* V, 92. *Long.* III. p. 79. οἱ κριοὶ ἔβαινον ἄλλας ἄλλοι, & ἐπαναβαίνειν Athen. XIII. p. 605. F. *Pauſan.* V. p. 448. ſolet quidem *Ariſtoteles* ἐπιβαίνειν ἐπὶ τὴν ἵππον ſed apud alios ſaepius invenias ἐπιβαίνειν τὴν ἵππον vel τῇ ἵππῳ utrumque in Hippiatricis: p. 57. ἐὰν κακογενὴς ὀχεῖον ἐπιβῇ *inſcendere* Rei Veterinariae Scriptores. Hinc βάτης & ἀναβάτης idem qui ὀχεύτης: nam ἐπιβάτης vix [illegible] credo. *T. H.*

78. Τῇ τε Ἠχοῖ καὶ τῇ Πίτυϊ] Hinc Pan [illegible] πόσις Ἀχοῦς Anthol. IV. p. 476. a *Theaeteto* [illegible] ubi *Brodaeus* hujus loci meminit, & praecedentium. Pinus amatae & in arborem verſae fabula nihil eſt notius. Quod praeter Ed. J. nonnulli Codd. pro Πίτυϊ praebent Πιθοῖ, id quidem quale ſit, non percipio: recte jamdudum monuit *Jungermann.* ad *Long.* p. 215. hunc *Luciani* locum proferens: *ubi male quidam cuſi* Πιθοῖ. Eundem vide p. 207. At ſi unius literae mutatione vitioſam ſcripturam expoliveris Πειθοῖ, praeferenda videri poteſt receptae, atque ab ipſo *Luciano* profecta: Pitho ſane in comitatu Magnae Deae, cujus μεγάλας θεοῦ κύνα παντοδαπὸν Panem vocavit *Pindarus* apud *Ariſtotel.* Rhet. II. p. 111. ideoque junguntur in re ſacra faciunda; *Demoſth* Πρ. Δημ. LXIII. ἐθύσαμεν δὲ καὶ τῇ Πειθοῖ καὶ τῇ Μητρὶ τῶν θεῶν καὶ τῷ Ἀπόλλωνι. *Hermeſianacti* Gratiarum una Pitho, teſte *Pauſania* IX. p. 781. Pan vero σεμνῶν Χαρίτων μέλημα τερπνὸν, quod ex *Pindaro* profert *Scholiaſtes* ejus ad Π. Γ, 139. Imo, ne de nuptiis hiſce vel minimum dubitetur, Iynx Panis & Pithûs filia: *Schol. Lycophr.* ad v. 309. Ἡ Ἴυγξ γυνὴ ἦν πρότερον, θυγάτηρ Πειθοῦς ἢ Ἠχοῦς καὶ Πανός plures adnotavit teſtes *Kuſterus* ad *Suid.* in Ἴυγξ. Echo, quae ſibi jus matris itidem vindicet, nihil hic moramur. Jam ſuſpicari non abſurdum eſt, librarios ſolenni facinore Πειθοῖ ignotius immutaſſe in Πίτυϊ. Quae paulo poſt leguntur, ἡμεῖς δὲ ἴδωμεν ταῦτα,

XXIII.

APOLLINIS ET BACCHI.

APOL.

1. QUid autem dicamus? eademne matre natos, Bacche, fratres eſſe Cupidinem, Hermaphroditum & Priapum, diſſimiles plane forma, & vitæ inſtituto? etenim hic quidem undiquaque pulcer arcum tractat, & potentia non mediocri circumdatus omnibus imperat: iſte muliebris, ſemivir, & ambigua facie; haud plane dignoſcas, ephebus ſit an virgo: ille vero etiam ultra decorum virilis, Priapus inquam. BAC. Nihil eſt, quod mireris, Apollo: neque enim Venus hujus diſcriminis cauſa, ſed patres inter ſe diſpares: ubi

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΝΥΣΟΥ.

ΑΠΟΛ.

ΤΙ ἂν; λέγοιμεν ὁμομητρίους, ὦ Διόνυσε, ἀδελφοὺς εἶναι Ἔρωτα, καὶ Ἑρμαφρόδιτον, καὶ Πρίαπον, ἀνομοίους ὄντας τὰς μορφὰς, καὶ τὰ ἐπιτηδεύματα; ὁ μὲν γὰρ πάγκαλος, καὶ τοξότης, καὶ δύναμιν οὐ μικρὰν περιβεβλημένος, ἁπάντων ἄρχων· ὁ δὲ θῆλυς, καὶ ἡμίανδρος, καὶ ἀμφίβολος τὴν ὄψιν. οὐκ ἂν [f] διακρίναις εἴτ' ἔφηβός ἐστιν, εἴτε καὶ παρθένος· ὁ δὲ καὶ πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸς ὁ Πρίαπος. ΔΙΟ. μηδὲν θαυμάσῃς, ὦ Ἄπολλον· οὐ γὰρ ἡ Ἀφροδίτη αἰτία τούτου, ἀλλ' οἱ πατέρες διάφοροι γεγενημένοι· ὅπου γε

καὶ

f Διακρίναις] διακρινείας C. Atticorum more: διακρίνεις F.

[illegible] Πρίαπον] Ὁ Πρίαπος ὑπερμεγέθες εἶχεν αἰδοῖον ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος ὄν. Τινὲς φασὶ τὸν Πρίαπον εἶναι * τὸν Διόνυσον, ἐπιθετικῶς αὐτοῦ τούτου οὕτως Πριάπου καλουμένου. Ἄλλοι μὲν Διονύσου μὲν υἱὸν, † μητρὸς δὲ ἢ Ἀφροδίτης ἢ Διώνης. Μνασέας δὲ ὁ Πατάρευς Ἑρμαφρόδιτον τὸν Πρίαπον λέγει. Ἄλλοι δὲ Ἀφροδίτης υἱὸν, ἣ ἔρριψεν αὐτὸν εἰς ‡ λειμῶνας ἐπὶ τῇ ἀμορφίᾳ τοῦ μηδένα εἴδους ἔχομένη. εἶχε γὰρ, φασὶ, γλῶτταν μεγάλην, καὶ γαστέρα καὶ αἰδοῖον· λέγεται δὲ ἐπὶ αὐτῷ, ὅτι σημαίνει τὸ ἄγαλμα αὐτοῦ, ὡς ὁ κρατῶν γλώττης καὶ γαστρὸς καὶ μίξεως ἀμεμπτον ἕξει τὸν βίον. V.

Τὸ δὲ αἰδοῖον αὐτοῦ ὑπὲρ ἡμιόλιον τοῦ λοιποῦ σώματος γενέσθαι φασί. C. M.

* Τὸν Διόνυσον] τοῦ Διονύσου. V. *M. du S.*

Male mutarunt in Ed. *A.* ſupplendum fuerat ex Scholio ad Jov. Trag. §. 6. τὸν αὐτὸν τῷ Διονύσῳ. *T. H.*

† Μητρὸς ἢ Ἀφρ. ἢ Διώνης] Διώνης correxerat etiam *Match. Bladus*: & pro ἢ *M. du Soul.* Ego ſecutus ſum lectionem Scholii ad Jov. Trag. Ceterum de Dione verumne ſit, dubitari poteſt: *Schol. Theocr.* ad Eid. I, 21. [illegible] Χιόνης καὶ Διονύσου [illegible]. Quid ſi ceterus in hoc noſtro Scholio pro Διώνης legamus Χιόνης; Corruptus ſine dubio *Strabo* XIII. p. 879. [illegible] Νύμφαις τῶν θεῶν, ἐμβατεύτων ἐπὶ τὸ τιμᾶν αὐτὸν τῶν ἀνθρώπων illa τῶν θεῶν, quamquumcunque interpretando mollire conetur *G. Cuper.* ad Marm. Ant. p. 300. orationem vitiant: neſcio an melius ſit futurum reſtituto Νύμφαις τῆς Χιόνης· ſcabritiem verborum certe ſuſtuleris. Venere tamen ortum eſſe Priapum plures ferunt; ipſique Lampſaceni, tanti numinis cultores præcipui, perſuaſiſſimum habebant teſte *Pauſan.* IX. p. 771. *T. H.*

‡ Λειμῶνας] Λιμένας prima manus: mox factum λειμῶνας, & hinc λειμῶνας, quod in *V.* eſt. *J. G.*

Sed vide Schol. ad Δ. Τρ. ubi recte λειμῶνας. *M. du S.*

mihi ſane non placent, neque adeo videntur integra. *T. H.*

79. Πίτυν] *Suid.* in Pitys: *Nonn.* Dionyſ. lib. 2. *Propert.* lib. 1. Male in quibusdam Πυθοῖ. In Anglic. Πυθοῖ. *J. B.*

Πίτυν] Pityn ajunt puellam fuiſſe a Pane ſimul & Borea adamatam, quæ quoniam Pani magis favebat, a Borea illiſa in ſcopulum mortem obibat: at ne tota periret Tellus ex eo quod reliquum erat arborem produxit, quam Latini appellant *pinum*, cujus ramos coronatus paſtorum Deus geſtare amat. *E. L.*

Πυθοῖ] Angl. P. L. & Ed. *J.* Reliqui Πίτυι. *M. du S.*

87. Τί ἂν λέγοιμεν ὁμ.] Non aptiſſime cohaerent: diſtinctione ſeparanda cenſeo, τί ἂν λέγοιμεν; ὁμομητρίους ἀδελφοὺς εἶναι. Alioqui non abſurde ſcribi poterat, Τίς ἂν λέγοι ὁμομ. &c. De his fratribus diſſimillimis vide *P. Burmann.* ad Ovid. Metam. IV, 288. ubi *Luciani* meminit: de Hermaphrodito *Diodor. Sic.* IV. p. 150. B. *T. H.*

95. Πέρα τοῦ εὐπρεποῦς] Διὰ τὸ ὑπερμέγεθες τοῦ αἰδοίου. Dixi alibi; vocant ἀκροποσθίαν· de qua dictione alibi. *J. B.*

S. Ho

καὶ ὁμοπάτριοι πολλάκις ἐκ μιᾶς γαστρὸς, ὁ μὲν ἄῤῥην, ἡ δὲ θήλεια, ὥσπερ ὑμεῖς, γίνονται. ΑΠ. ναί· ἀλλ' ἡμεῖς ὅμοιοί ἐσμεν, καὶ τὰ αὐτὰ ἐπιτηδεύομεν· τοξόται γὰρ ἄμφω. ΔΙΟ. μέχρι μὲν τόξου τὰ αὐτὰ, ὦ Ἄπολλον· ἐκεῖνα δὲ οὐχ ὅμοια, ὅτι ἡ μὲν Ἄρτεμις [a] ξενοκτονεῖ ἐν Σκύθαις· σὺ δὲ μαντεύῃ, καὶ ἰᾷ τοὺς κάμνοντας. ΑΠ. οἴει γὰρ τὴν ἀδελφὴν χαίρειν τοῖς Σκύθαις, ἥγε καὶ παρεσκεύασται, ἤν τις Ἕλλην ἀφίκηταί ποτε ἐς τὴν Ταυρικὴν, συνεκπλεῦσαι μετ' αὐτοῦ, μυσαττομένη τὰς σφαγάς; ΔΙΟ. εὖγε ἐκείνη ποιοῦσα.

Ὁ μὲν γάρ τοι Πρίαπος, γελοῖον γάρ τι σοι διηγήσομαι, πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ἐγὼ μὲν παρῄειν τὴν πόλιν, ὁ δὲ ὑποδεξάμενός με, καὶ ξενίσας παρ' αὐτῷ, ἐπειδὴ ἀνεπαυσάμεθα ἐν τῷ συμποσίῳ ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένοι, κατ' αὐτάς που [b] μέσας νύκτας ἐπαναστὰς ὁ γενναῖος· αἰδοῦμαι δὲ λέγειν. ΑΠ. ἐπείρα σέ; ΔΙΟ. τοιοῦτόν ἐστι. ΑΠ. σὺ δὲ τί πρὸς ταῦτα; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἐγέλασα; ΑΠ. εὖγε, τὸ μὴ χαλεπῶς, μηδὲ ἀγρίως· συγγνωστὸς γὰρ, εἰ καλόν σε οὕτως ὄντα ἐπείρα. ΔΙΟ. τούτου μὲν οὖν ἕνεκα καὶ ἐπὶ σὲ ἂν, ὦ Ἄπολλον, ἀγάγοι τὴν

ſane eodem geniti patre ſæpius ex uno utero hic maſculus, illa femina, quemadmodum vos, naſcuntur. AP. Profectò: ſed nos tamen ſimiles, & eadem ſtudia tractamus, quippe ambo arcus uſu periti. BAC. Usque ad arcum, eadem utique Apollo: ſed iſta jam diſſident, quod Diana hoſpites mactet apud Scythas: tu autem vaticineris, & ſanes ægrotos. AP. Putanne ſororem delectari Scythis, quæ ita ſe jam compararit, ut, ſi quis Græcus pervenerit aliquando in Tauricam, abitura ſit ſimul cum eo navi, averſata cædes. BAC. Jure quidem illa merito.

2. Verum ad Priapum ut redeam, ridiculum enim quiddam tibi narrabo, qui nuper Lampſaci fuerim: igitur præteribam urbem; hic autem quum hoſpitio me excepiſſet, poſtquam requievimus, in convivio ſatis vino rigati, tum nocte admodum media inſurgens bonus ille: ſed pudor vetat dicere. AP. Tentabat te. BAC. Rem tenes. AP. Tu autem quid ad hæc? BAC. Quid aliud quam riſi. AP. Laudo, quod nihil iracunde tu, nec ferociter: nam venia dignus eſt, ſi te tam pulcrum tentavit. BAC. Iſtius quidem rei cauſa vel tui tentandi, Apollo, facile per-

a Ξενοκτονεῖ] Ita recte V2. S. A. In F. A. J. P. fuit ξενοκτονεῖ. b Μέσας νύκτας] μέσας τὰς νύκτας. J. V2.

8. Ἤν τις Ἕ.] Oreſtis fabulam tangit, cum quo aufugit Eur. *M. du S.*

17. Ὑποβεβρεγμένοι] Sic in Gall. *βαθέως ἤδη ὑπὸ τῆς μέθης ὑποβεβρεγμένος.* *Heliod* lib. 1. & 2. *Caſaubon.* ad *Athen. Herald* ad *Mart.* *J. B.*

Ὑποβεβρεγμένοι] Inter cognatae ſignificationis verba primo loco ponit *Poll.* VI, 25. ὑποβεβρέχθαι, διαβεβρεγμένοι, *σεσιῶχ μέθη, μεθύειν. Long.* II. p. 60. γέροντες ὑποβεβρεγμένοι ibi plura *Jungermann.* p. 213. *Luciani*, in quo ſaepius occurrit, bene memor: *Mollius* inverecunde, quem plane deſcripſit *Deſ. Heraldum* ad *Martial.* I. Ep. 71. nec ſatis intellectum, ne nominare quidem fuit dignatus. *Heliodoro* διαβεβρεγμένοι ἤδη καὶ πρὸς τὸ ὑβριστικώτερον ὑποφερόμενοι, qui jam ulterius provecti vino permaduerunt V. p. 255. Eleganter *Alexis* loquendi modum parumper inflexit, Θασίοις καὶ Λεσβίοις οἰναρίοις τῆς ἡμέρας τὸ λοιπὸν ὑποβρέχειν μέρος apud Athen. II. p. 47. D. *Thaſiis Lesbiisque vinulis quod diei reliquum eſt commadefacere*, ſive, *quod ſupereſt diei Thaſiis vinulis largiter hauriendis ducere.*

Quae autem paulo ante praecedunt, πρώην ἐν Λαμψάκῳ γενόμενος, ad Bacchum retulerunt Interpretes, quos ſum ſecutus: de Priapo ſi quis malit intelligere, non valde refragabor; neque etiam ſi porro vertendum exiſtimet, *nuper Lampſaci natus:* revera enim ea in urbe hi natum, nutritum alii Priapum tradiderunt. Vid. *Schol. Apollon. Rhod.* ad I, 932. *Etymol.* in Ἀβαρνίδα *Serv. & Philargyr.* ad *Virgil.* Georg. IV, 111. Idem eſt, qui Bacchus, ex quorundam ſententia: Bacchi filium ex Venere ſunt qui faciant, cujus gravidae ventrem quum manu venenata Juno tetigiſſet, hunc ſcilicet improbae naturae puerum edidit; quem tamen utcumque πέρα τοῦ εὐπρεποῦς ἀνδρικὸν verecundae Nymphae nunquam reformidarunt. Alias matres tribuit *Schol. Theocriti* ad Eid. I, 21. de patre res non minus eſt incerta: in hoc quidem dialogo nusquam Bacchus hunc ſibi honorem vindicat. *T. H.*

20. Τί γὰρ ἄλλο ἢ ἐγέλασα;] V. *Clem. Alex.* 16. C. *M. du S.*

21. Εὖ-

periculum : tu enim formoſus & comatus; ut vel ſobrius te Priapus adoriatur. AP. At cavebit, Bacche, ne ſollicitet: habeo enim cum coma etiam arcum.

ϖεῖραν· καλὸς γὰρ σὺ, καὶ κομήτης, ὡς [c] καὶ νήφοντα ἄν σοι τὸν Πρίαπον ἐπιχειρῆσαι. ΑΠ. ἀλλ' οὐκ ἐπιχειρήσει γε, ὦ Διόνυσε· ἔχω γὰρ μετὰ τῆς κόμης καὶ τόξα.

XXIV.

MERCURII ET MAJÆ.

MERC.

1. EStne enim aliquis, mater, in cœlo deus miſerior me? MAJ. Ne dixeris, Mercuri, tale quicquam. MERC. Ne dixerim, qui tot negotia ſuſtineo ſolus, laſſitudine confectus, inque tot miniſteria diſtractus? mane quidem mox atque ſurrexi, everrere ſympoſium oportet, & poſtquam inſtravi concionem, tum ordine diſpoſui ſingula, apparere Jovi, & perferre quoquo verſus nuncios ab eo ſurſum deorſum indies ingens ſpatium emetientem: quumque rediero adhuc pulverulentus, apponenda eſt ambroſia: prius vero quam recens emtus ille pincerna veniret, ego etiam nectar infundebam. Quod autem omnium eſt moleſtiſſimum, ne nocte quidem dor-

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΜΑΙΑΣ.

ΕΡΜ.

ΕΣτι γάρ τις, ὦ μῆτερ, ἐν οὐρανῷ θεὸς ἀθλιώτερος ἐμοῦ; ΜΑΙ. μὴ λέγε, ὦ Ἑρμῆ, τοιοῦτον [d] μηδέν. ΕΡΜ. τί μὴ λέγω, ὃς τοσαῦτα πράγματα ἔχω, μόνος κάμνων, καὶ πρὸς τοσαύτας ὑπηρεσίας διασπώμενος; ἕωθεν μὲν γὰρ ἐξαναστάντα σαίρειν τὸ συμπόσιον δεῖ, καὶ διαστρώσαντα τὴν ἐκκλησίαν, εἶτα εὐθετήσαντα ἕκαστα, παρεστάναι τῷ Διΐ, καὶ διαφέρειν τὰς ἀγγελίας τὰς παρ' αὐτοῦ ἄνω καὶ κάτω ἡμεροδρομοῦντα· καὶ ἐπανελθόντα ἔτι κεκονιμένον παρατιθέναι τὴν ἀμβροσίαν. πρὶν δὲ τὸν νεώνητον τοῦτον οἰνοχόον ἥκειν, καὶ τὸ νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον. τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲ νυκτὸς καθεύδω

c Καὶ νήφοντα ἄν σοι] νήφοντά σοι ἔτι τὸν Πρ. F. νήφ· σοι ἂν τὸν Πρ. V2. d Μηδέν] μηδὲ ἔν τι F. pejus εἴ τι V2.

21. Εὖγε, τὸ μὴ] Scribendum eſt, εὖγε, ὅτι μὴ χαλεπῶς. *T.H.*

25. Καὶ νήφοντα] Sic Thraſo apud Ter. *Ego iſtum Eunuchum vel ſobrius.* *A.V.*

27. Ἐπιχειρῆσαι] Sic bis antea dixit ἐπειρᾶ. Sic *Euſtath.* lib. 5. Iſm. & Iſm. καὶ τι δρᾶν ἐπεχείρουν ἐρωτικώτερον. *Heliod.* lib. 1. ἐπειρᾶτο τινὸς τῶν ἀθεμίτων. Sic Latinis *tentare.* ſic Dial. XXII. ταῖς αἰξὶν ἐπιβαίνεις. Cod. doctiſſimi *Golmani* ἐπιχειρήσεις. *J.B.*

29. Ἔστι] Hic Dialogus omnino turbatus in MSS. *J.B.*

38. Ἡμεροδρομοῦντα] Significat Mercurius ſe non meliore eſſe conditione, quam ſint Graecorum ἡμεροδρόμοι qualis notiſſimus ille Phidippides, vel Φιλιππίδης ὁ ἡμεροδρομήσας, cujus etiam *Noſter* meminit in libello ὑπὲρ τοῦ ἐν τῇ προσαγ. πτ. c. 3. Δρομοκήρυκας *Harpocration* interpretatur ἡμεροδρόμους, jure merito propterea reprehenſus ab *Henr. Valeſio*, eſt enim ſine dubio diverſum genus, quod *Lambinum* etiam fugit ad *Corn. Nepot.* Miltiad. c. IV. Ne *Livius* quidem ſatis accurate, cenſente *Valeſio*, lib. XXXI. c. 24. *ſpeculator. hemerodromos vocant Graeci, ingens die uno curſu emetientes ſpatium.* Summi ſcriptoris verba fere uſurpavi, ut Luciani mentem, quod ſatis erat difficile, vertendo aliquatenus adſequerer, *T.H.*

40. Νεώνητον] Jure vocat Ganymedem, cujus rapti pretium dederat Jupiter vel equos immortales, ut cum *Homer.* Il. E, 265. & *Apollod* II. p. 123. plerique tradunt; vel vitim auream, ut ex Cycli poetis refert *Schol. Euripid.* ad Oreſt. v. 1392. *T.H.*

41. Νέκταρ ἐγὼ ἐνέχεον] *Alcaeus* & *Sappho* huic muneri Mercurium inter Deos praefecerant, ut *Athenaeus* docet I. p. 39. A. X. p. 425. D. quae ab *Euſtathio* ſunt deſcripta ad Il. Y. p. 1205. Od. I. p. 1633. Si ab hoc miniſterio Mercurius abiit poſt Ganymedem in coelos ſublatum, ſibi non conſentit *Lucianus*, quando in initio Charontis dicentem facit; γέλοῖα παρέχοιμι καὶ αὐτὸς οἰνοχοῶν· multo ſerius haec ſcena eſt acta. *T.H.*

δω μόνος τῶν ἄλλων, ἀλλὰ δεῖ με καὶ τότε τῷ Πλούτωνι ψυχαγωγεῖν, καὶ νεκροπομπὸν εἶναι, καὶ παρεστάναι τῷ δικαστηρίῳ. οὐ γὰρ ἱκανά μοι τὰ τῆς ἡμέρας ἔργα, ἐν παλαίστραις εἶναι, κἀν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττειν, καὶ ῥήτορας ἐκδιδάσκειν, ἀλλ' ἔτι καὶ νεκρικὰ συνδιαπράττειν μεμερισμένον.

mio ſolus Deorum ; ſed oportet me tunc quoque Plutoni umbras deducere, defunctosque proſequi, & adeſſe ad tribunal. Mihi ſcilicet non ſatis ſunt, quæ de die facio, quum in palæſtris verſor, in concionibus præconem ago, rhetoras edoceo, ſed præterea quæ ad mortuos ſpectant adminiſtranda ſunt mihi in tot partes obeundas diviſo.

Καίτοι τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσίν. ἐμοὶ δὲ καθ' ἑκάστην ἡμέραν καὶ ταῦτα κἀκεῖνα ποιεῖν ἀναγκαῖον. καὶ [a] οἱ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱοί, ἐκ γυναικῶν δυστήνων γενόμενοι, εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες· ὁ δὲ Μαίας τῆς Ἄτλαντος διακονοῦμαι αὐτοῖς. καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος παρὰ τῆς Κάδμου θυγατρὸς, ἐφ' ἣν πέπομφέ με ὀψόμενον ὅ, τι πράττει ἡ παῖς, μηδὲ ἀναπνεύσαντα, πέπομφεν αὖθις ἐς τὸ Ἄργος ἐπισκεψόμενον τὴν

2. Atqui Ledæ liberi alternis uterque in cœlo & apud inferos degunt : mihi autem ſingulis diebus & hæc & iſta ſunt facienda. Alcmenæ & Semelæ filii, ex mulieribus miſellis procreati, epulantur curarum expertes : ego Maja Atlantis filia natus miniſtro illis. Quin imo jam modo venientem me Sidone a Cadmi filia, ad quam me miſerat viſurum, quid agat puella, antequam reſpiraſſem, legavit iterum Argos, ut viſitarem Da-

a Οἱ μὲν . . . υἱοί] Ita *B2*. reliquae omnes ὁ μὲν Ἀ. καὶ Σ. υἱός. Ferri poterat, καὶ ὁ μὲν Ἀλκ. υἱὸς καὶ Σ.

44. Ψυχαγωγεῖν] Hinc Mercurius ψυχαγωγὸς, νεκροπομπὸς, ψυχοπομπὸς, πομπαῖος, πομπεύς: quod facere credebatur virtute virgæ, de qua D. Deor. VII. Mort. XXIII. *Julian.* Imp. paſſim. Eadem virtus Plutonianæ virgæ, *Pindar.* Od. 9. Olympion. Eadem Horarum virtus: *Theocr.* Idyll. 15. *J. B.*

47. Κηρύττειν] Unde id munus Mercurio aſſignavit tot in locis *Lucianus*. *M. du S.*

50. Τὰ μὲν τῆς Λήδας τέκνα, παρ' ἡμέραν ἑκάτερος ἐν οὐρανῷ καὶ ἐν ᾅδου εἰσίν] Non ſatisfacit *Benedictus*: *Ledæ filii alternis vicibus apud ſuperos atque inferos verſantur*, vel, ut alii, *alternis inter ipſos vicibus agitant*. Etſi enim vera iſta, tamen non ad *Lucianum*, qui exprimere deſtinata tempora voluit, nempe *alternis diebus*. Quod niſi conſtaret, ac ſic definite loqueretur, non poſſet infra Diogenes Polluci dicere [illegible], velut dubitans de certo tempore, ſed certe ſcire ſe dixiſſet aliquando reverſurum in vitam: non Mercurius Apollini, ὁ μὲν χθὲς ἡμῶν [illegible], ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν. Mox peſſime in hac editione repertum ex prava Salmurienſi καὶ ὁ μὲν Ἀλκμήνης καὶ Σεμέλης υἱὸς, quum ſequatur γενόμενοι εὐωχοῦνται ἀφρόντιδες, & recte habeant priores οἱ υἱοί. *J. G.*

53. Οἱ . . . υἱοί] *B2.* οἱ . . . . υἱοί. quod a Cl. *Gronovio* monitum. In reliquis ὁ . . . υἱός. Parvi refert utro modo legas. *M. du S.*

Οἱ μὲν Ἀ. καὶ Σ. υἱοί] Si in poeta quopiam dithyrambico verſaremur, aut ex ejusmodi carmine verba forent deſumta, tolerari poſſet Alcmanicum ſchema: nunc nihil eſt expeditius, quam ut eam lectionem amplectamur, quam lex orationis proſae flagitat. [illegible]

56. Καὶ νῦν ἄρτι ἥκοντά με ἀπὸ Σιδῶνος [illegible] θυγατρὸς ἐφ' ἣν πέπομφέ με, ὀψόμενον [illegible] ἡ παῖς] Haec non quilibet intelliget. [illegible] fabula, quam tangit, non ex protritis, [illegible]. Narrant & Jovem cum ex femore Dionyſum peperiſſet, ſublatum juſſiſſe ad Inonem Cadmi filiam, Semeles ſororem, perferri, & ὡς κόρην, pro puella ibi educari: vid. *Apollod.* III. Biblioth. Itaque dicit Mercurius ſe nunc eo miſſum eſſe a Jove viſum, quid ageret illa puella, nimirum Dionyſus. *J. C. G.*

57. Ἀπὸ Σιδῶνος] Fabulam illam, quam voluit *Graevius*, ſi tetigerit *Noſter*, nihil eſt, quod prius credamus, quam illum intelligi noluiſſe: quae enim acies quantumvis perſpicax per hanc ſatis planam orationem ad illud arcanum pervadat? Imo vero facile poteſt probari, nihil *Luciano* fuiſſe minus in mente, quum haec ſcriberet: apud *Apollod.* III. p. 171. Jupiter enixus Bacchum Mercurio tradit, ὁ δὲ κομίζει πρὸς Ἰνὼ καὶ Ἀθάμαντα, καὶ πείθει τρέφειν ὡς κόρην· atqui Athamas & Ino procul aberant Sidone, ut ex *Pauſania* atque aliis eſt manifeſtum. Vel haec eſſe valde corrupta oportet, vel, quod potius credo, *Lucianum* memoriae vitio, dum his ludicris animum relaxat, parum attentum pro ſorore Cadmi filiam poſuiſſe. *T. H.*

Ibid. Τῆς Κάδμου θυγατρὸς] Ἀδελφῆς forte: id eſt, τῆς Εὐρώπης τοῦ Ἀγήνορος. *F. G.*

62. Ἀντιόπ.] Vide 192. C. & Not. Lyci Thebarum regis uxor fuit Æſopi filia, vel, ut alii volunt, Nyctei.

Danaën : tum inde in Bœotiam, inquit, profectus in tranſitu Antiopam viſe. Jamque plane confectus animum deſpondi: atque adeo, ſi mihi facultas foret, perlibenter equidem poſtulaverim vendi, ut in terris ſolent, qui malam ſervitutem ſerviunt. MA. Mitte iſta, fili: oportet enim cuncta morigerari patri te juvenem. Nunc igitur, ut miſſus es, propera, quantum potes, Argos: deinde in Bœotiam, ne plagas etiam tardior accipias: nam in iram & bilem proclives ſunt qui amant.

Δανάην· εἶτ' ἐκεῖθεν ἐς Βοιωτίαν, φησὶν, ἐλθὼν, ἐν παρόδῳ τὴν Ἀντιόπην ἰδέ. καὶ ὅλως ἀπηγόρευκα ἤδη. εἰ γοῦν μοι δυνατὸν ἦν, ἡδέως ἂν ἠξίωσα πεπρᾶσθαι, ὥσπερ οἱ ἐν γῇ κακῶς δουλεύοντες. ΜΑΙ. ἔα ταῦτα, ὦ τέκνον. χρὴ γὰρ πάντα ὑπηρετεῖν τῷ πατρὶ, νεανίαν ὄντα. καὶ νῦν ὥσπερ ἐπέμφθης, σόβει ἐς Ἄργος, εἶτα ἐς τὴν Βοιωτίαν, μὴ καὶ πληγὰς βραδύνων λάβοις· ὀξύχολοι γὰρ οἱ ἐρῶντες.

XXV.

JOVIS ET SOLIS.

JUP.

1. Qualia patraſti, Titanum peſſime! perdidiſti quæ in terris ſunt omnia,

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.

ΖΕΥΣ.

Οἷα πεποίηκας, ὦ Τιτάνων κάκιστε; ἀπολώλεκας τὰ ἐν τῇ γῇ ἅπαντα, μει-

ſtci. Hanc Jupiter in Satyrum converſus gravidam fecit, quæ Zethum & Amphionem ex eo compreſſu peperit. *E. L.*

63. Ἀπηγόρευκα] *Eraſmus*, *Benedictus*, alii, quod mireris, *ſe paritiurum negare*, *recuſare* Latine reddiderunt; quae ſignificatio ne unquam apud Graecos in hoc verbo haereat, magnopere vereor. Alibi melius in ipſo *Luciano* res eſt geſta: notiſſima virtus verborum ἀπαγορεύειν, ἀπειπεῖν, ἀποκάμνειν, ἀπαυδᾶν, quando quis labores ac pericula ſuſtinere nequit, eorumque gravitate fatigatus & victus ſuccumbit, animumque deſpondet. Praeter Lexicographos cumulum exemplorum collegit *Petr. Faber* Agon. I. c. 8. *T. H.*

Ibid. Ἡδέως ἂν ἠξ. πεπρᾶσθαι] Ut ſervi ob nimiam dominorum aſperitatem poſſint petere, ut vendantur, Antoninus Pius conſtituit §. 1. Inſt. L. 2. D. *de his qui ſui vel alien. jur. ſ.* Quod antea quoque Athenis obtinuiſſe docet *Grot.* Flor. Sparſ. ad d. §. 2. *A. S.*

64. Ἠξ— πεπρᾶσθαι] Athenis ſervo juſta de cauſa πρᾶσιν αἰτεῖν licebat, & dominos iniquos ut ſe venderent adigere. *M. du S.*

Ἠξίωσα πεπρᾶσθαι] Servis apud Athenienſes, ſi nimis immiti dominorum atque intolerabili ſaevitia premerentur, conceſſum fuit poſtulata venditione dominum mutare. Hoc erat πρᾶσιν αἰτεῖν vel αἰτεῖσθαι, teſte *Poll.* VII, 13. qui quando monet, ὁ δὲ ΟΙ ΝΥΝ φασὶ τοὺς οἰκέτας πρᾶσιν αἰτεῖν &c. oſtendere videtur, formulam loquendi veterem poſt Antonini Pii Reſcriptum in communem uſum rediiſſe. Cur autem *Plutarch.* περὶ Δεισιδ. p. 166. D. ſcribat, ἔστι καὶ δούλοις νόμος ἐλευθερίαν ἀπογνοῦσι πρᾶσιν αἰτεῖσθαι, καὶ δεσπότου μεταβάλλειν ἐπιεικεστέρου, mihi quidem non ſatis expeditum, qui parum videam, quid eo pertinere poſſit conſequendae libertatis deſperatio; niſi forte δούλους τὴν ἐλευθερίαν ἀπογνόντας ampliore paulo ſenſu capiamus ſervos crudelitate dominorum atque injuriis eo redactos, ut de libertate omnino deſperent, atque ob intolerabilem ſaevitiam vendi cupiant. Inter leges Atticas ex hoc ſolo loco *S. Petitus* p. 178. repoſuit; praetermiſit, ſtudione an temere, *J. Meurſius* in Themide: *Plutarchus* certe non aliter loquitur, quam de re ſui temporis & nota & uſitata, parique modo *Philo* Jud. de Vit. Contempl. p. 892. C. Therapeutae, ut quiete fruantur, non mutant urbes, ὥσπερ οἱ πρᾶσιν αἰτούμενοι παρὰ τῶν κεκτημένων ἀτυχίᾳ ἢ κακοδουλίᾳ, (*Noſter* appellat κακῶς δουλεύοντας. *Eunap.* in AEdes. p. 81.) δεσποτῶν ἀπαλλαγὴν οὐκ ἐλευθερίαν ἑαυτοῖς ἐκπορίζοντες ad accuratius examen iſta revocare nunc quidem non lubet. *Luciani* meminit ad *Pollucem* Eruditiſſ. *Kuhnius*, & *Th. Marcilius* ad §. 1. Inſtit. *de his qui ſui vel al. j. ſ.* ipſius rei *Iſ. Caſaubon.* ad *Sueton.* Jul. Caeſ. c. 2. *Fabrottus* ad *Theophil.* *T. H.*

69. Ὀξύχολοι οἱ ἐρῶντες] Sic in Contemp. c. 1. Caetera hujus Dialogi pete Catapl. c. 1. *J. B.*

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΗΛΙΟΥ.] Binos, qui ſequuntur, dialogos, quos longe hinc in volumen ſecundum primae Edd. dimoverant, recte poſteriores in hanc commodam ſedem revocarunt: ordo ſcriptorum *Luciani* in vetuſtis Codd. ab edito multum diverſus. Si quis nec Bavium odit & Maevium amat, illum legere jubeo de-

μειρακίῳ ἀνοήτῳ πιστεύσας τὸ ἅρμα, ὃς τὰ μὲν κατέφλεξε, πρόσγειος ἐνεχθεὶς, τὰ δὲ ὑπὸ κρύους διαφθαρῆναι ἐποίησε, πολὺ αὐτῶν ἀποσπάσας τὸ πῦρ· καὶ ὅλως οὐδὲν ὅ, τι οὐ ξυνετάραξε, καὶ ξυνέχεε. καὶ εἰ μὴ ἐγὼ ξυνεὶς τὸ γιγνόμενον, κατέβαλον αὐτὸν τῷ κεραυνῷ, οὐδὲ λείψανον ἀνθρώπων ἐπέμεινεν ἄν, τοιοῦτον ἡμῖν τὸν καλὸν ἡνίοχον καὶ διφρηλάτην ἐκπέπομφας. ΗΛ. ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ· ἀλλὰ μὴ χαλέπαινε, εἰ ἐπείσθην υἱῷ πολλὰ ἱκετεύοντι· πόθεν γὰρ ἂν καὶ ἤλπισα τηλικοῦτον γενήσεσθαι κακόν; ΖΕΥΣ. Οὐκ ᾔδεις, ὅσης ἐδεῖτο ἀκριβείας τὸ πρᾶγμα, καὶ ὡς, εἰ βραχύ τις ἐκβαίη τῆς ὁδοῦ, οἴχεται πάντα; ἠγνόεις δὲ καὶ τῶν ἵππων τὸν θυμὸν, ὡς δεῖ συνέχειν ἀνάγκῃ τὸν χαλινόν; εἰ γὰρ ἐνδοίη τις, ἀφηνιάζουσιν εὐθὺς· ὥσπερ ἀμέλει καὶ τοῦτον ἐξήνεγκαν, ἄρτι μὲν ἐπὶ τὰ λαιὰ, μετ᾽ ὀλίγον δὲ ἐπὶ τὰ δεξιὰ, καὶ ἐς τὸ ἐναντίον τοῦ δρόμου ἐνίοτε, καὶ ἄνω καὶ κάτω ὅλως ἔνθα ἐβούλοντο αὐτοί· ὁ δὲ οὐκ εἶχεν ὅ, τι χρήσαιτο αὐτοῖς.

ΗΛ. Ταῦτα μὲν πάντα ἠπιστάμην, καὶ διὰ τοῦτο ἀντεῖχον ἐπιπολὺ, καὶ οὐκ

adoleſcentulo inſipienti concredito curru; qui hæc exuſſit, prope terram latus, illa frigore corrumpi fecit, multum inde abducto igne: utque paucis dicam, nihil eſt, quod non conturbarit, & confuderit: ac niſi animadverſa re dejeciſſem illum fulmine, ne reliquiæ quidem hominum reſtarent: talem nobis optimum illum aurigam, & currus agitatorem emiſiſti. SOL. Peccavi, Jupiter: ſed ne acerbius feras, ſi morem geſſi filio multum ſupplicanti: unde enim ſperare potui tantum fore mali? JUP. Non tu ſciebas, quanta indigeret accuratione hæc res, &, ſi quis tantillum evagetur a via, actum eſſe de omnibus? ignorabasne porro equorum animos, utque deceat continere ſumma vi fræna? ſi quis enim relaxet, habenas aſpernantur ſtatim: quemadmodum videlicet iſtum quoque diſtulerunt nunc ad ſiniſtra, poſt paulo ad dextra, interdum etiam in contrariam, quam quo curſus ferebat, partem; tum ſurſum & deorſum, ac plane quo vellent ipſi: hic interea nihil habebat, quod equis faceret.

2. SOL. Iſthæc equidem omnia noram, ac propterea renitebar diu, nec com-

88. Ἀφηνιάζουσιν εὐθύς] Τοὺς χαλινοὺς ἀποῤῥίπτουσι. *V.*

deſcriptam Phaëtontis fabulam apud *Nonnum* Dionyſ. lib. XXXVIII. utilius opera *Manilio* dabitur I, 733. taceo *Lucretium* V, 298. ubi *Lambinus* adeatur, & ingenium *Ovidii* hac in parte plus etiam ſolito luxurians. Tragici tam diligenter in hoc fuerunt argumento verſati, ut ab iis fabulae notitiam eſſe petendam moneat *Schol. Homer.* ad Od. P, 208. ubi vide *Barneſium*. *Proclus* ad Tim. *Plat.* p. 33. 34. fabulam, ſive, ut ait, hiſtoriam Phaëtontis φυσικῶς & φιλοσόφως explanavit. *T.H.*

98. Ἀναβιβασάμενος] *Scheffer.* de Re Vehic. I, 17. p. 232. poſito *Luciani* loco hunc in modum pergit: *Micyllus ita vertit:* In currum impoſitum ſubmonui, quo pacto oporteret inſiſtere viae. *Verum* ἀναβιβασάμενον *non eſt* impoſitum; *nec ad Phaëtontem refertur, ſed ad Solem. Quare mallem:* tollens vero ipſum in currum &c. *Philoſtratus pro eo uſurpavit* ἀναβιβάσας. Non miror cenſuram iniquam hominis quidem docti, & de re literaria bene meriti, ſed qui Graeci praeſertim ſermonis indolem habebat minime perſpectam. Alia quædam hujus dialogi tangit p. 221. 212. 224. Ἐς ἅρμα ἐσβιβάσαι *Herodot.* I, 60. ἀναβιβάσαι τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, c. 63. Plato Πολ. V. p. 662. ἀναβιβάσαντας ἐπὶ τὰς ἀπήνας τέκνα καὶ γυναῖκας *Apollod.* III. p. 197. ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν τροχὸν τοὺς ἀπογραφέντας. *Andocid.* de Myſter. p. 6. ſed horum exempla ſunt obvia. Illud in Interpretibus, opinor, juſtius reprehendere licet, quod βεβηκέναι dederint *viae inſiſtere*, quum ſit, *firmo certoque gradu nixum conſiſtere, illum corporis ſtatum componere, qui ab equis animoſis & fraena mordentibus non facile turbetur:* ἑστηκέναι βεβαίως *Ariſtidi* T. III. p. 427. A. Ita non tantum εὖ βεβηκέναι a Graecis, verum & βεβηκέναι per ſe ſumitur, hinc ἐν γόνασι βεβηκὼς, *genubus innixus:* ἀνὴρ βαρὺς vel ἑδραῖος καὶ βεβηκὼς, σεμνοπρεπὴς τὸν ἀγγελίαν καὶ βεβηκὼς, μόνιμος καὶ βεβηκυῖα μάχη, σύνθεσις ἀξιωματικὴ καὶ κυρία καὶ στιβαρὰ καὶ βεβηκυῖα· ἡ κεφαλὴ ἱδρυμένη ἐπ᾽ αὐχένος, ejusque generis apud optimos ſcriptores multo plura, quorum poteſtas genuina ſaepe in verſionibus obſcurata deliteſcit. *T.H.*

6. Τοσούτου] Par. mendoſe τοσοῦτον. *M. du S.*

13. Αὐτὸς εἴχετο τοῦ ἄντυγος] *Micyllus*, *jugum currus:* hoc ferre non potuit *Benedictus*, ſubſtituens, *gyrum rotae.* Credo Phaëtontem metu occaecatum, &

committebam ipſi mei currus agitationem. Poſtquam tandem inſtando expugnavit & lacrimis, & mater Clymene una cum eo, permiſi currum ut conſcenderet, & monendo docui, quomodo oporteret firmo gradu conſiſtere, quousque ſurſum immiſſis habenis in ſublime ferri, tum deorſum rurſus vergere, quoque pacto compotem eſſe habenarum, ac minimum concedere animis equorum. Addidi porro, quantum eſſet discrimen, niſi per rectam viam ageret. Hic vero, quippe puer, quum conſcenderat tantum ignem, & proſpexerat in profundum immenſe patens, ſtupore perculſus fuit, ut par eſt: equi autem, ubi ſenſerunt non adeſſe me, qui currum inſiſtens regerem, contemto adolescentulo, præcipites extra viam ruerunt, & gravia iſta fecerunt: at Phaethon, habenis e manu dimiſſis, opinor metuens, ne excuteretur, ipſe arreptam tenebat antygem. Sed & ille jam, quam meruit, habet pœnam, & mihi, Jupiter, ſatis eſt ſupplicii luctus.

ἐπίστευον αὐτῷ τὴν ἔλασιν· ἐπεὶ δὲ κατελιπάρησε δακρύων, καὶ ἡ μήτηρ Κλυμένη μετ' αὐτοῦ, ἀναβιβασάμενος ἐπὶ τὸ ἅρμα ὑπεθέμην, ὅπως μὲν χρὴ βεβηκέναι αὐτὸν, ἐφ' ὁπόσον δὲ ἐς τὸ ἄνω ἀφέντα ὑπερενεχθῆναι, εἶτα ἐς τὸ κάταντες αὖθις ἐπινεύειν, καὶ ὡς ἐγκρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν, καὶ μὴ ἐφιέναι τῷ θυμῷ τῶν ἵππων· εἶπον δὲ καὶ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ μὴ ὀρθὴν ἐλαύνοι· ὁ δὲ (παῖς γὰρ ἦν) ἐπιβὰς τοσούτου πυρὸς, καὶ ἐπικύψας ἐς βάθος ἀχανὲς, ἐξεπλάγη, ὡς τὸ εἰκός. οἱ δὲ ἵπποι, ὡς ᾔσθοντο οὐκ ὄντα ἐμὲ τὸν ἐπιβεβηκότα, καταφρονήσαντες τοῦ μειρακίου, ἐξετράποντο τῆς ὁδοῦ, καὶ τὰ δεινὰ ταῦτα ἐποίησαν. ὁ δὲ τὰς ἡνίας ἀφεὶς, οἶμαι δεδιὼς μὴ ἐκπέσῃ, αὐτὸς εἴχετο τῆς ἄντυγος. ἀλλὰ ἐκεῖνός τε ἤδη ἔχει τὴν δίκην, κἀμοὶ, ὦ Ζεῦ, ἱκανὸν τὸ πένθος.

3. JUP. Satis eſſe ais, talia qui fueris auſus? nunc tamen ignoſco tibi: in poſterum vero, ſi quid ſimile deliqueris, aut talem aliquem ſucceſſorem tibi emiſeris, confeſtim experiere, quantum igne tuo fulmen

ΖΕΥΣ. Ἱκανὸν λέγεις, τοιαῦτα τολμήσας; νῦν μὲν οὖν συγγνώμην ἀπονέμω σοι· ἐς δὲ τὸ λοιπὸν, ἤν τι ὅμοιον παρανομήσῃς, ἢ τινὰ τοιοῦτον σεαυτοῦ διάδοχον ἐκπέμψῃς, αὐτίκα εἴσῃ, ὁπόσον τοῦ σοῦ πυρὸς ὁ κεραυνὸς πυρω-

& quid ageret in miſerrimo caſu neſcium eo manus admoviſſe, unde vitae periculum erat manifeſtum. Quid ἄντυξ eſſet, ignorarunt: exponit *Schol. Homer.* ad Il. E. 262. — ἐξ ἄντυγος ἡνία τείνας] Ἐξάψας (lege ἐξάψας) τὰς ἡνίας ἐκ τοῦ ἅρματος περιφερείας· λέγει δὲ τοῦ κύκλου τοῦ περιτεταγμένου ἐν τῷ ἅρματι πρὸς τὸ ἀνατείνειν (nihil hactenus ſuccurrit melius, quam πρὸς τὸ ἡνία τείνειν, quod ab *Homero* ſumtum) τοῦ ἐπιβάτου v. 728. ubi poeta magnifice deſcribit coeleſtem Junonis currum — δοιαὶ δὲ περίδρομοι ἄντυγές εἰσι, quae ſcilicet τὸν δίφρον vel ſellam curulem ſuperne ambiant: *Schol.* αἱ περιφέρειαι τοῦ ἅρματος αἱ περιτεταγμέναι τὰ ἐπὶ τοῦ δίφρου ἡμικύκλια, ὅθεν καὶ τὰ ἡνία ἐξάπτονται αἱ περιφέρειαι τοῦ ἁρματείου δίφρου. Eadem ἐπιδιφριὰς, ad quam Rheſi equos *Homerus* adligavit Il. K. 475. ibi quoque e *Scholiis* eximendum eſt leve vitium *Etymologo* duce. Ἐξ ἐπιδιφριάδος πυμάτης] Ἐκ τοῦ ἐσχάτου μέρους τοῦ ἁρματείου δίφρου τῆς περιφερείας. ἢ (ſcilicet περιφέρεια· prave legitur ὃ, quaſi pertineret ad μέρος) καὶ ἄντυξ ἢ ἐπιδιφριὰς καλεῖται. Eſt ergo ἄντυξ orbiculus ſummae curuli ſellae additus eamque cingens; ſed proprie tamen ejus cacumen aliquod eminentius ex anteriore parte, vel, geminum ad utrumque latus, cui, ſi conſiſtere currum oporteret, habenae circumligari poſſent. *Euripid.* Hippol. v. 1188. Μάρπτει δὲ χερσὶν ἡνίας ἀπ' ἄντυγος vid. Schol. χιτῶνα ἄντυγα vocat in Rheſ. v. 1373. Hinc jam patet, non aliam Phaetonti fuiſſe cauſam, cur ἄντυγα miſſis habenis apprehenderet quam ne excuteretur: δεδιὼς, inquit *Lucianus*, μὴ ἐκπέσῃ. Plus una vice vocabulum occurrit apud *Nonnum* in ejusdem caſus enarratione; ſed iſtius quidem hominis auctoritati nihil tributum volo, qui non tantum voces inauditas & ridiculas ipſe fingit ac componit, ſed veteres etiam perlicenter in aliam longe, quam olim fuerint uſurpatae, ſignificandi ditionem migrare jubet. De ἄντυγι perquam jejune *J. Scheffer.* R. V. I. c. 7. p. 74. Porro in *Luciano*, quanquam ſententia ſit perſpicua, orationem onerare mihi videntur οἶμαι & αὐτός. Multa ſimilia *Diodor. Sic.* IV. p. 210. A. & verbis propemodum iisdem: τὸν μὲν Φαέθοντα ἐλαύνοντα τὸ τέθριππον μὴ δύνασθαι κρατεῖν τῶν ἡνιῶν, τοὺς δὲ ἵππους καταφρονήσαντας τοῦ παιδὸς ἐξενεχθῆναι τοῦ συνήθους δρόμου. Ejus generis, ſi hoc ageremus, aut eorum uſus aliquis appareret, magna proferri poterat copia.

T. H.

24. Ἐπὶ

πυρωδέστερος. ὥστ' ἐκεῖνον μὲν αἱ ἀδελφαὶ θαπτέτωσαν ἐπὶ τῷ Ἠριδανῷ, ἵνα περ ἔπεσεν ἐκδιφρευθεὶς, ἤλεκτρον ἐπ' αὐτῷ δακρύουσαι, καὶ αἴγειροι γιγνέσθωσαν ἐπὶ τῷ πάθει· σὺ δὲ συμπηξάμενος τὸ ἅρμα (κατέαγε [a] γὰρ καὶ ὁ ῥυμὸς αὐτοῦ, καὶ ἅτερος τῶν τροχῶν συντέτριπται) ἔλαυνε, ὑπαγαγὼν τοὺς ἵππους· ἀλλὰ μέμνησο τούτων ἁπάντων.

ſit magis ignitum. Illum ergo ſorores ſepeliant ad Eridanum, ubi cecidit quadrigis excuſſus, electri ſuper eo lacrimas effundentes, & populi fiant ob huncce caſum. At tu refecto curru (infractus enim eſt temo ejus, alteraque rotarum contrita) curſum redordire ſubjunctis equis. Ut tamen memor ſis horum omnium.

XXVI.

ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ. — APOLLINIS ET MERCURII.

ΑΠ.

Ἔχεις μοι εἰπεῖν, ὦ Ἑρμῆ, πότερος ὁ Κάστωρ ἐστὶ τούτων, ἢ πότερος ὁ Πο-

AP.

1. Potin ut mihi dicas, Mercuri, uter Caſtor ſit horum, aut Pollux?

a Γὰρ καὶ] δὲ F

24. Ἐπὶ τῷ πάθει] Doderant Interpretes, *prae dolore*: parum accurate. Πάθος eſt ipſius Phaëtontis fulmine icti praecipitatique caſus: *Pauſan.* I. p. 10. καί σφίσι (Γαλάταις) διὰ τῆς χώρας ῥεῖ ποταμὸς Ἠριδανὸς, ἐφ' ᾧ τὰς θυγατέρας τοῦ Ἡλίου ὀδύρεσθαι νομίζουσι τὸ περὶ τὸν Φαέθοντα τὸν ἀδελφὸν πάθος. Rem deſcribit Apollon. Rh. IV, 597. Ἔνθα ποτ' αἰθαλόεντι τυπεὶς πρὸς στέρνα κεραυνῷ Ἡμιδαὴς Φαέθων πέσεν &c. hunc ſi contuleris, ſtatim apparebit, unde fuerit tranſlatus *Varronis Atacini* verſus, quem *Quinctilianus* ſervavit. I. O. I. c. 5. p. 56. *Quum te flagranti dejectum fulmine Phaeton.* Plura *Noſter* περὶ τοῦ Ἠλέκτρου, ubi nonnulla dicemus. *T. H.*

ΑΠΟΛ. ΚΑΙ ΕΡ.] Hic Dial. ex *Theocrito*, ut & ſeq. totus fere eſt in his Dialogis *Theocritus*. *J. B.*

35. Ὅτι οὗτος μὲν . . . .] Pollucem intelligit; ſic enim *Homerus* canit Il. Γ, 237.

Κάστορά θ' ἱππόδαμον, καὶ πὺξ ἀγαθὸν Πολυδεύκεα.

Adde *Plut.* 863. & Od. Λ. 229 & *Noſtrum* Ἐρωτ. 16. ἑτερημέρους vocat *Hom.* Od. Λ. 302. *M. du S.*

36. Τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων] *Caeſtuum cicatrices Tertullianus* dixit de Spectac. c. 23. & propius *caeſtuum veſtigia*, de quibus ad lib. de Pall. notavit *Salmaſ.* p. 306. nam *caeſtuum vulnera* egregie *Plinio* reſtituta H. N. XXI. c. 19. a *J. Fr. Gronovio*, ſunt recentia, quae cicatricem nondum duxerunt: ibi hunc ipſum Luciani locum Vir ſummus, quanquam haud plane commodum, protulit. Sunt autem ἴχνη & *veſtigia* vulnerum aut flagellorum vel aperta & adhuc cruore manantia, ut in *Livio* II, 23. *oſtentare tergum foedum recentibus veſtigiis verberum*; vel jam ſanata & cicatricibus obducta: quemadmodum Alexander apud Macedonas gloriatur: οὐδὲ ὅπλον τι ἔστιν ἢ ἐκ χειρὸς ἢ τῶν ἀφιεμένων οὗ γε οὐκ ἴχνη ἐν ἐμαυτῷ φέρω. *Arrian.* Ἀ. Ἀ. VII. p. 286. Eleganter *Auguſtin.* Ep. XLVIII. *Quaſi vero ſi quiſquam vir fortis pro patria dimicans multa adverſa vulnera exciperet, & peritiſſimo medico, qui haec ita curare valeret, ut cicatrices nullae apparerent, ipſe potius diceret, ſic ſe velle ſanari, ut magis eſſent in corpore ſuo veſtigia vulnerum, tanquam tituli gloriarum.* Utrovis modo ſumere licet in *Poll.* VIII, 79. Ἔχων ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν πληγῶν, τὰ σημεῖα τῆς ὕβρεως, τὰ δείγματα &c. *Æſchin.* in Cteſiph. p. 84. v. 22. de Demoſthene: τὰ τῶν κονδύλων ἴχνη τὰ τοῦ Μειδίου ἔχειν ἔτι φανερά. Saepius etiam de verberum flagellorumque notis, quae mancipiis haerent inuſtae: *Plato* in Gorg. p. 557. C. μαστιγίας αὖ εἴ τις ἦν, καὶ ἴχνη εἶχε τῶν πληγῶν οὐλὰς ἐν τῷ σώματι ἢ ὑπὸ μαστίγων ἢ ἄλλων τραυμάτων. *Petron.* c. 126. p. 600. *matronae quae flagellorum veſtigia oſculantur.* Venuſte Zeno apud *Diogen. L.* VII, 23. τῶν γνωρίμων τινὸς παιδάριον μεμαλωπισμένον θεασάμενος, πρὸς αὐτόν, Ὁρῶ, ἔφη, σου τοῦ θυμοῦ τὰ ἴχνη. ſic ἴχνη τινὰ καὶ μώλωπες, junguntur ab *Arriano* Epict. II, 18. p. 224. Noſter quoque in Catapl. §. 24. ἴχνη καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων στίγματα praeceſſerunt. Haec tamen non impediunt, quo minus juxta cum Eruditiſſimis Viris *Cujacio* & *Schultingio Ulpianum* in Fragm. Tit. I. §. 11. corruptum exiſtimem, loquendique modum, *quibus veſtigia ſcripta fuerunt*, tolerari non poſſe. Caſtoris & Pollucis ſimilitudinem formae celebrarunt veteres: ideo *Devonius* etiam de Bell. Troj. II, 177. *noverat alter Cum Polluce error* —. In tabulis tales & ſtatuis fingebantur. *Ælian.* apud *Suid.* in Διόσκουροι· νεανίαι μεγάλοι, γυμ-

νοὶ

lux? nam equidem ut diſcernam eos, non eſt. MERC. Heri qui nobiſcum fuit verſatus, is Caſtor erat: hic, Pollux. AP. Quo pacto dignoſcis? ſimiles enim. MERC. Eo quod hic, Apollo, habet in facie veſtigia vulnerum, quæ accepit ab adverſariis pugilatu certans; ea maxime, quibus eſt a Bebryce Amyco vulneratus, quando Jaſoni ſocius navigabat: alter autem nihil tale præfert, ſed purus eſt atque integra facie. AP. Gratum inprimis feciſti, qui me docueris hæc indicia: ceteroquin alia cuncta ſunt paria, ovi dimidium ſegmentum, eique addita ſuperne

λυδεύκης; ἐγὼ γὰρ οὐκ ἂν διακρίναιμι αὐτούς. ΕΡΜ. ὁ μὲν χθὲς ἡμῖν ξυγγενόμενος, ἐκεῖνος Κάστωρ ἦν, οὗτος δὲ Πολυδεύκης. ΑΠ. πῶς διαγιγνώσκεις; ὅμοιοι γάρ. ΕΡ. ὅτι οὗτος μὲν, ὦ Ἄπολλον, ἔχει ἐπὶ τοῦ προσώπου τὰ ἴχνη τῶν τραυμάτων, ἃ ἔλαβε παρὰ τῶν ἀνταγωνιστῶν πυκτεύων, καὶ μάλιστα, ὁπόσα ὑπὸ τοῦ Βέβρυκος Ἀμύκου ἐτρώθη, τῷ Ἰάσονι συμπλέων· ἅτερος δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἐμφαίνει, ἀλλὰ καθαρός ἐστι, καὶ ἀπαθὴς τὸ πρόσωπον. ΑΠ. ὤνησας, [b] διδάξας τὰ γνωρίσματα· ἐπεὶ τάγε ἄλλα πάντα ἴσα, τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτομον, καὶ ἀστὴρ ὑπεράνω, καὶ ἀκόν-

τιον

b Διδάξας] δείξας F. quod niſi Mſſ. auctoribus mutandum non fuerat.

vel τὰς παρειὰς ἑκάτεροι, ὅμοιοι τὸ εἶδος·*ubi γυμνοὶ τὰς παρειὰς, quibus nulla genas lanugo veſtit. *T. H.*

38. Ὑπὸ τοῦ Βεβρ. Ἀ...] Quidam Caſtorem a Lynceo occiſum tradidere. V. *Theocr.* Idyll. XXVII. vel XXII. Cogn. 23. *Val. Flacc. Argon.* IV. *Stratum Bebryciis Amycum inſpexit arenis.* *M. du S.*

42. Τὸ ᾠοῦ τὸ ἡμίτ.] De pileo intellige. *M. du S.*

Τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτ.] Quum ſingularem in enumerandis Dioſcurorum inſignibus ac miniſteriis curam *Lucianus* adhibuerit, alienum non videbitur, ſi nos ejus exemplo invitati, quaedam paulo ſaltem reconditiora promamus: nam Meurſianae diligentiae ſectatori juſti voluminis materia ſuppeteret. Pileos intelligi τοῦ ᾠοῦ τὸ ἡμίτομον, quod primo loco ponit *Lucianus*, quibus Caſtores utebantur, in aperto eſt poſitum, indeque *Catullum* appellaſſe *pileatos fratres*: figura ſane pileorum diſſectum per medium ovi putamen referebat. Hinc remedium eſt *Apuleio* petendum Metam. X. p. 254. *Caſtor & Pollux, quorum capita caſſides ovatae ſtellarum apicibus inſignes contegebant*: tu ſi ſcripſeris *ovatae*, quemadmodum *ovata ſpecies Plinio* H. N. XV, 21. & XXXV, 1. *ut ovatus eſſet Numidicus*, ſuam manum agnoſcet Afer, & lubens ſuis auctoribus donabit membranarum, *orbatae*; vetuſtarum Edd. *aeratae*; *Brantii*, *jubatae*: ingerebat C. Fl. ipſam veritatem, quam tamen unius ſolum literae ſolenni mutatione obſcuratam, *Elmenhorſtius*, neſcio quo pacto ad *obbam* delatus, expedire non potuit: atque hæc tam plana videtur emendatio, ut, quin aliis itidem in mentem venerit, vix dubitem. Caſtores autem Spartani jure pileos inſigne patrium geſtabant: ovi ſimilitudinem quid credibilius eſt, quam ab eorum fabuloſis natalibus, quos *Homerus* quidem ignorat, certe nuſquam commemorat, fuiſſe derivatam? vide *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 506. Ὧν ὀστράκου στρόβιλος ἐστεμμένος Κόρσῳ ὀκχπάσει — qui locus vetat, ne cum Eruditiſſ. *Pottero* in verſu 89. Καλυφῶν στροβίλου (ita legendum puto) ἐστρακωμένον, interpretando de cochlea cogitemus: ὄστρακα poëtis, ut Grammatici veteres docent, vel ova, vel ovorum teſtae: *Heſych.* Ὀστράκων· Ἀττικῶς, τουτέστιν, ἄρτι γυμνὸν ὀστράκων· ἀντὶ τοῦ ᾠῶν, τινὲς δὲ καλύφων· eo modo conſtituendus eſt hic *Aeſchyli*, quod ex *Photii* Lexico didicimus, locus, neque aliter exiſtimaſſe *Salmaſium* pateret, ſi genuinam ſummi Viri manum operi ſuſcepto longe impar *Schrevelius* fuiſſet adſecutus. Haec etiam cauſa, cur ova per ſe Dioſcuros, ut notum, indicarent. *Tertull.* de Spect. c. 8. in Hippodromo Conſtantinopolitano locus τοῖς τοῦ Διὸς ἀνακειμένος κούροις, ἔνθα καὶ νῦν οἱ καμπτῆρες (καμπτοὶ ediderat *Douza*) δηλοῦσι τὰ τῆς ἐφόρου γνωρίσματα διὰ τῶν ἐπικειμένων ᾠῶν τοῖς χαλκοῖς ὀβελίσκοις teſte *Codino* in Orig. Conſt. p. 6. B. Imo, ne miraculi fides apud poſteros ullam in partem laboraret, in Leucippidum templo Spartae ovum erat a lacunari ſuſpenſum, taeniis, quippe res ſacerrima, velatum: εἶναι δέ φασιν ᾠὸν ἐκεῖνο, ὃ τεκεῖν Λήδαν ἔχει λόγος· nimirum ad aetatem uſque *Pauſaniae* perduraverat vivaciſſimus ille cortex, III. p. 247. Veruntamen eam ab ovo ſumtam rationem invertit prorſus *Iſ. Voſſius* ad *Catull.* p. 91. fabellam natalium exinde videri confictam ſtatuens, quod toti ex ovo diſſecto, id eſt, ex pileolis, quae geſtant, prodire videantur. Sane ſubtiliſſimum eum fuiſſe fabellarum conſarcinatorem oportet, qui ab initio tam tenui proceſſerit ad commentum originis mirificae penitus ſingulare. Jam quod ibidem adfirmat, apud Spartanos pileum non libertatis tantum, uti apud Romanos & Macedonas, ſed & nobilitatis fuiſſe indicium, id quidem leve, at minus tamen accuratum: fefellerunt Virum Magnum Excerpta *Sorani* de Vit. *Hippocr.* qui pileatum in multis ſimulacris Hippocratem ideo conſpici teſtatur, quia pileus ſit παράσημον εὐγενείας, non ſecus quam in Ulyſſe: atqui Spartanorum haec εὐγένεια omnium erat communis atque eadem, non familiae cujuſdam aut gentis propria: pileo diſtinguebantur ab Hilotibus,

quos

τιον ἐν τῇ χειρὶ, ϗ ἵππ☉ ἑκατέρῳ

ſtella, jaculum in manu, & equus utrique al-

quos κοινῇ geſtare voluerant: ſimiliter *Schol. Ariſtot.* ad Rhet. I. jungit ἐλευθερίαν ϗ εὐγένειαν· ἐν Λακεδαίμονι τὸ κομᾷν, inquit, σημεῖον ἐλευθερίας ϗ εὐγενείας. Pileis Caſtorum ovatis impoſitus ἀςὴρ ὑπερέχων· talem ornatum pulcre nummi praeferunt; quos ex ditiſſima Soceri mei *Jac. Wildii* nomiſmatotheca jam olim depromtos iterari juſſit ad *Sext. Empir.* p. 558. Vir praeclarus *J. Alb. Fabricius.* Si cauſam quaeras, ipſa rationum, quae reddi poſſint, copia rem primo adſpectu liquidam obfuſcant. Stellulas, quae in graviſſimo tempeſtatis furore tranſtra navium & antennas perſultant, proſperi curſus ſalutares praenuncias, Caſtorumque numini ſacratas Διοσκούρους appellarunt: *Heſych.* Διόσκουροι, ἀςέρες οἱ τοῖς ναυτιλλομένοις φαινόμενοι· feruntur quoque in Lyſandri navi conſpectae, quum ad pugnam illam memorabilem, vel potius victoriam, qua res Athenienſium attritae conciderunt, prodiret: *Plutarch.* T. I. p. 439. ἦσαν δέ τινες, οἱ τοὺς Διοσκούρους ἐπὶ Λυσάνδρου νεὼς ἑκατέρωθεν, ὅτε τοῦ λιμένος ἐξέπλει πρῶτον ἐπὶ τοὺς πολεμίους, ἄςρα τοῖς οἴαξιν ἐπιλάμψαι λέγοντες· quod adeo non ſprevit, virtutive ſuae adverſum cenſuit Lyſander, ut in rei bene geſtae memoriam Delphis dedicaret χρυσοῦς ἀςέρας τῶν Διοσκούρων, qui omine ſiniſtro paulo ante Leuctricam cladem diffugerunt, eodem teſte *Plutarcho* T. I. p. 443. T. II. p. 397. F. Hinc *fratres Helenae lucida ſidera*, *gemina Ledae ſidera*; *Λακεδαιμόνιοι ἀςέρες Callimacho* A. II. v. 25. &, quod inuſitatius, *ſtella* pro Tyndaridis apud *Ovid.* in Ib. v. 514. modo locus iſte vitio careat. Neutiquam abhorret, ut praecipui muneris inſigne capitibus impoſitum oſtentarint. Nec tamen non ſtella videri poteſt ſignum ἀποθεώσεως honorumque divinorum, quos, ſi *Apollodoro* conſtat fides apud *Clem.* Strom. I. p. 322. B. adepti ſunt anno tertio & quinquageſimo, poſtquam in Deorum ordinem adſcriptus fuit Hercules. Referat aliquis, nec minore juris ſpecie, ad originem a Jove ductam, quum ſunt, qui tradiderint adſumta ſtellae forma Ledam vitiaſſe: obviam raro fabulam diſcimus ab auctore *Homil. Clem.* V. §. 13. Jupiter ἀςὴρ γενόμενος Κάςορα ϗ Πολυδεύκην ἐξέφυσεν· ne vero teſtem in tanto miraculo ſolitarium graveris, *Tzetzen* adjungam, ſive magis *Scholiaſten Lycophronis* antiquum ad v. 88. 511. ἐκ τῆς Λήδας ἐγεννήθησαν Κάςωρ μόνος ϗ Πολυδεύκης, ἐν ἀςέρος μορφῇ μιγέντος αὐτῇ Διός· quid jam propius, quam ut parentem ſtella deſignet? Verum alio ducunt, & arcanum nobis abſtruſius recludunt ipſi veteres: dignus eſt, quem audiamus *Sext. Empir.* IX. §. 37. ut Hercules, inquit, Thebanus in priorum Herculum, ſic Tyndaridæ ſeſe in priſcorum nomen & titulos Dioſcurorum inſeruerunt: ϗ τοὺς Τυνδαρίδας δέ φασι τὴν τῶν Διοσκούρων δόξαν ὑπελθεῖν πάλιν νομιζομένων εἶναι θεῶν· hic, quæ ſæpe ſibi viciſſim nocent, voculæ ſunt commutatæ; legendum enim πάλαι. Deinde vetuſti ſapientes ſupernum hujus univerſi infernumque hemiſphærium dixere Διοσκούρους· idque adeo poëtam, in cujus adyto ſapientiæ, quicquid ipſi fuerint commenti, nullo negotio reperiunt, ſubindicaſſe, quum eos ἑτερημέρους vocat Od. Λ, 302. cum his ferme conſpirat *Philo Jud.* de Decal. p. 752. B. ϗ τῶν ἄλλων ἀςέρων ἑκάςου τὰς ἐπωνυμίας μυθογράφοι παρέδοσαν (perperam ediderunt μυθογράφοις ſic autem vocat poëtas, præſertim Orphicos) οἱ πρὸς ἀπάτην ἀκοῆς εὖ τετεχνασμένα πλάσματα συνυφαίνοντες ἔδοξαν περὶ τὴν τῶν ὀνομάτων θέσιν κεκομψεῦσθαι, τόντε οὐρανὸν εἰς ἡμισφαίριον τῷ λόγῳ, δίχα διανείμαντες, τὸ μὲν ὑπὲρ γῆς, τὸ δ' ὑπὸ γῆς Διοσκούρους ἐκάλεσαν, τὸ περὶ τῆς ἑτερημερίας αὐτῶν προστερατευσάμενοι διήγημα· eum in modum ex C. MS. poſtrema cum *D. Hoeſchelio* ſunt legenda ad *Phrynich.* p. 111. neque alio ſpectat *Euripidis Scholiaſtae* locus ad Oreſt. v. 465. ubi poſtquam expoſuerat, quomodo Pollucis precibus inductus Jupiter Caſtori quoque tribuerit immortalitatem, eosque παρ' ἡμέραν ζῆν ἀμφοτέρους, addit, ὡς ϗ ἀπαγγέλλουσιν εἰς ἡμέραν ϗ νύκτα. Verum eſt, priſcos ſeu Theologos, ſive philoſophos juſtorum coeli motuum, quod eorum pace dixerim, haud quaquam peritos, in hemiſphæria diviſiſſe mundum bina, quæ alii fixa & ſtabilia, Jovis Plutonisque regno diſcreta, in quibus orbes ſuos ſidera conficiant, alii rotatione volubili circumacta crediderunt: utrovis pacto nihil admodum obſtat, dummodo per utrumque axis verticem diſſecta ponas, quo minus Dioſcurorum, quos ſapientes illi vocarunt, ἑτερημερίαν alternasque vices animo informes. *Julianus* tamen Orat. IV. p. 147. cujus locus *Euſtathium* non fugit ad *Homer.* p. 410. 1686. nihil hanc rationem eo valere contendit, opinionemque illam exagitat tanquam inanem atque ex Theologis perverſe intellectis hauſtam: in ejus explicanda mente, quam intricatiorem & maculis aliquot pravæ lectionis inſuper obſcuratam *Petavius* certe non percepit, operam haud abutemur: nunc ſatis eſt ad rem noſtram, ſi hoc quoque teſte *Empirici* fides adfirmetur. Ab Orphicorum autem hæc emanaſſe ſcriptis eo minus eſt dubitandum, quod illi mundi figuram eſſe ſtatuerunt ovatam, ᾠοειδῆ, ut praeter alios *Achill. Tatius* docet in Iſag. p. 127. B. 130. C. quomodo hemiſphærium ingentis illius ovi erit ἡμίτομον nam primigenium iſtud ovum, rerum omnium originem, quod eadem ſacerrimorum hominum ſecta venditavit, quamvis huc pertineat, prudens omitto: illud potius obſervandum videtur, *Alexidis* venuſtiſſimi jocum in *Athen.* lib. II. p. 60. A. B. minus patere, niſi eorum, quæ modo tradidimus, adjumento aditus aperiatur. Sextus porro, ut eo redeamus, πίλους, ait, τ' ἐπιτιθέασιν αὐτοῖς, ϗ ἐπὶ τούτοις ἀςέρας, αἰνισσόμενοι τὴν ἡμισφαιρίων καταςκευήν. Ergo Ledæ filiorum in pileis cur ſtellæ micuerint fruſtra quærimus, ſi hæc jam olim inſignia Dioſcurorum veterum ſibi vel ipſi vindicarint, vel liberali poëtarum dono acceperint. Et ſane alios ante Tyndaridas extitiſſe Dioſcuros ex *Cicerone* manifeſtum eſt de N. D. III. §. 53. quem locum dubito an hunc in modum diſtingui oporteat & legi: *Primi tres, qui appellantur Anaces Athenis, ex Jove Rege antiquiſſimo & Proſerpina nati, Tritopatres* (vel *Tritopatores*) *Zagreus, Eubuleus, Dionyſus. Tritopatreus,* quod

albus : quo factum eſt, ut ſæpe hunc ap- λευκός· ὥστε πολλάκις ἐγὼ τ̀ μὲν προσεῖπον

quod vulgatur, unius fuiſſe nomen induci non poſſum, ut credam: de Tritopatoribus autem, quos reſtituendos eſſe auguror, quique Athenis eximia religione culti, quam diverſæ fuerint ſententiæ, demonſtrat inſignis *Suidae* locus in Τριτοπάτορες· ſimilia plane, ſed paulo brevius, in *Etymologo*: emendationi vero ſtabiliendæ quæ faciunt plura nunc prætereo. Eosdem fuiſſe Tritopatoras, qui θεοὶ μεγάλοι, Samothraces, Corybantes, Cabiri, ut liquido adfirmare non ſuſtineo, ita ſuſpicari licet: ἀνάκων vel ἀνάκτων commune nomen: refert *Pauſan.* X. p. 896. Amphiſſenſes ἄγουσι τελετὴν Ἀνάκτων καλουμένων παίδων· quinam hi ſint, parum ait conſtare, dum nonnulli Dioſcuros, alii Curetas, alii, qui ſupra ceteros ſapere ſibi videantur, Cabiros putant: horum orgia qui celebrant ſacerdotes, eximie nominari Ἀνακτοτελεστὰς, oſtendit *Clem.* Protr. p. 12. C. Ea res utcumque definiatur, hoc tamen eſt ſatis exploratum, θεοὺς μεγάλους Samothracum, ſive Cabiros, jam diu ante quam Tyndaridæ naſcerentur, & dictos fuiſſe Διοσκούρους, & exiſtimatos. Notus in publicum *Philonis Byblii*, quem *Euſebius* ſervavit, locus Praep. Euang. p. 36. A. 37. D. 39. C. ibi naſcuntur ἐκ τοῦ Σύδυκ (Σάδυκον vel Σαδύκον appellat *Damaſcius* apud *Phot.* p. 573. Σαυδόκον *Apollodor.* III. p. 239.) Διόσκουροι, ἢ Κάβειροι, ἢ Κορύβαντες, ἢ Σαμοθρᾶκες· eosdem in honore fuiſſe non vulgari apud Atticæ regionis incolas, multis indiciis deprehendi poteſt; nam Κεφαλῆσιν, ut docet *Pauſan.* I. p. 77. οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα· μεγάλους γὰρ σφᾶς οἱ ταύτῃ θεοὺς ὀνομάζουσι· jam vero per pagos quæ colebantur numina, fuiſſe vetuſtiſſima nobis compertum eſt. Idem illud antiquitatis Græcæ penu Methapum teſtatur Athenienſem κ) Θηβαίοις τῶν Καβείρων τὴν τελετὴν καταστήσασθαι V. p. 281. Apud *Gruter.* p. 319. Inſc. 2. Gaji mentio reperitur Acharnenſis ἱερέως γενομένου θεῶν μεγάλων Διοσκούρων Καβείρων. Unde autem hic cultus Cabirorum ad Atticos pervenerit, facile poteſt inveſtigari, ſi vera ſunt, ut equidem arbitror, quæ ſcribit *Herodot.* II, 51. Pelaſgos, Ἀθηναίοισι συνοίκους γενομένους ἐν τῇ χώρῃ, initia Deorum Samothracum inſtituiſſe primos: fieri ſane vix potuit, quin Athenienſibus, cum quibus tanto tempore vixerunt, eadem impertiverint ſacra, quæ poſtea neſcio quis error traduxit ad Tyndaridas; eorum profecto in Hymnis Orphicis, qui vetuſtioris Theologiæ diſciplinam continent, ratio habetur nulla: nam quod in Εὐχῇ v. 21. legitur, Καὶ μεγάλους σωτῆρας ἐμοῦ, Διὸς ἄφθιτα τέκνα, falluntur, qui ad Caſtoras trahunt: quales σωτῆρες intelligendi ſint, declarat Hymnus in Curetas XXXVII. ubi — κόσμου σωτῆρας ἀγαυοί, Οἵ τε Σαμοθρᾴκην ἱερὴν χθόνα ναιετάοντες Κινδύνους θνητῶν ἀπερύκετε ποντοπλανήτων illaque inprimis obſervanda. Κουρῆτες, Κορύβαντες ἀνάκτορες, εὐδύνατοί τε, Ἐν Σαμοθρᾴκῃ ἄνακτες, ὁμοῦ Ζηνὸς κόροι αὐτοί. Πνοιαὶ ἀέναοι, ψυχοτρόφοι, ἀεροειδεῖς, Οἵ τε κ) οὐράνιοι Δίδυμοι κλῄζεσθ' ἐν Ὀλύμπῳ. Verum ne Samothraciæ quidem, quam optimo titulo videbantur tenere, poſſeſſionem Cabiris integram Tyndaridæ reliquerunt; opinione ſaltem vulgi, quam velut compertam ſecutus eſt *Ovid.* I. Triſt. X, 45. *Vos quoque Tyndaridae, quos haec colit inſula, fratres, Mite, precor, duplici numen adeſte viae:* forte etiam *Plutarch.* in AEmil. p. 267. F. Perſeus Macedoniae rex victus διέπλευσεν εἰς Σαμοθρᾴκην, καὶ διαφυγὼν ἐπὶ τοὺς Διοσκούρους ἱκέτευεν· quanquam in hac hiſtoria ſub initium lib. XLV. *Livius* nullum Samothracum Deorum nomen, ſive rem incertam tutius in medio relinqui cenſens, ſive religione deterritus, commemoret; niſi quis in eam ſuſpicionem veniat, Dioſcuros c. 6. librariorum opera in Deos abiiſſe: *fortunam Dioſcurosque, quorum in templo erant, nulla ope ſupplicem juvantes, accuſans.* Attamen iſtam vulgi perſuaſionem merito repudiat *Varro* de L. L. IV. p. 17. *Nam neque, quas Ambracia* (nondum cur ſcriptura vetus mutari debeat, rationem invenio) *ante portas ſtatuit duas virileis ſpecies aheneas, dei magni; neque, ut volgus putat, hi Samothraces Dii, qui Caſtor & Pollux.* Non ſolos autem Cabiros, ſed Caſtores etiam Magnos Deos Inſcriptiones praebent, & ſæpius uſu venit, ut vix, utri ſint intelligendi, diſcernere queas; quemadmodum apud Clitorios quod fanum eſſe memoratur Διοσκούρων, καλουμένων δὲ θεῶν μεγάλων a *Pauſan.* VIII. p. 639. Sed Cabiris ne in coelo quidem per Tyndaridas eſſe licuit quietis, nihilque propius eſt factum, quam ut de ſigno Geminorum coloni veteres proturbati plane dejicerentur: adfuerunt injuſtae cauſae auctores ſane graves, *Eratoſth.* Cataſt. c. X. quem *Hyginus* paene interpretatur Poet. Aſtron. II. c. 22. & *Caeſar Germanicus* ut *Tertullianum*, *Iſidorum* & alios momenti minoris prætercam. Qui pro Diis Samothracibus propugnent, illi longe quidem pauciores, at, ſi pondus teſtium non numerum aeſtimes, minime ſpernendi, *Onomacritus*, ſive quis alius Orphicorum Hymnorum ſcriptor placeat, & *Nigidius*, Aſtronomiae veteris conſultiſſimus, apud *Schol. German.* quibus *Ampelium* adjungo lib. Mem. c. III. ſed ut in tranſitu vix digno beneficium tamen demtae maculae conferam: *Gemini, qui Samothraces nominantur eſſe* (haec ejus ætati in barbariem vergenti condonanda eſt Latinitas) *quorum argumentum nefas eſt pronunciare praeter eos* (*aliis praeter eos*; niſi malis *prater eis*, hoc eſt, præterquam iis, quomodo non raro ſolent Latini recentiores) *qui initiis praeſto ſunt:* juvit nos *Schol. Germanici*, ex quo fere deſcriptum illud *Ampelii* caput corrigi pluribus in locis poteſt. Nos hac vice cum Tyndaridis actione legitima non experiemur, pro tempore contenti, ſi ſatis fuerit probatum, nullam in ſe temeritatis culpam ſuſcepiſſe *Sextum Emp.* qui dicere non veritus ſit raptos ab iis honores alienos. Nunc ad inſignia *Luciano* commemorata revertimur. Spicula praeferunt itidem nummi & monumenta lapidum: de equis albis notatum eſt a *J. Daviſio*, viro doctiſſimo, ad *Cicer.* de N. D. II, 2. p. 105. hujus etiam loci non oblito. Equos iis a Mercurio diſtributos *Steſichorum* docere prodit *Tertull.* de Spect. c. 9. plenius ex eodem vate & nominibus quatuor equorum additis *Etymol.* &

πον Κάστορα, Πολυδεύκην ὄντα· τὸ δὲ τῷ οὐ

pellarim Caſtora, qui Pollux erat; illum, Pol-

Suidas in Κύλλαρος, qui ſibi collati mutuam operam praeſtant: in illo pro Ἥραν δ' Ἐξάλιβον, quo nomine nullum equum noverit antiquitas tota, repone δὲ Ξάνθον, ſponſore *Philargyrio*, qui pro Grammatico ſatis arroganter ſcribit ad Georg. III, 89. *poëtas Graeculos fabulari*, Xanthum & Cyllarum equos Neptunum Junoni dediſſe, illam Caſtori & Polluci. Verba *Polyaeni*, quia vitio carere non videntur, producam: is Ariſtomenem cum facinoris ſocio, ut Lacedaemonios mentita ſpecie falleret, ſumſiſſe Caſtorum habitus refert II. c. 31. §. 4. λευκῶν ἵππων ἐπιβήσαντες ἄμφω, καὶ ταῖς κεφαλαῖς περιθηκότε χρυσοῦς ἀστέρας· perſpicuum eſt deficere vocabulum aliud, cui convenire proxime debeat περιτιθέναι nam κεφαλαῖς περιτιθέναι ἀστέρας, quamvis ξίφος περιζώσασθαι me non fugiat, plane durum eſt: jam ſi πίλους interjungas, ταῖς κεφαλαῖς πίλους περιθηκότε καὶ χρ. ἀ. res erit in vado; ſicut *Homer*. Il. M, 320. — ἔδουσί τε πίονα μῆλα οἶνόν τ' ἔξαιτον — de quo genere plura docet *Euſtath*. p. 907. confirmat ſimilis *Pauſaniae* locus, ubi, quod hic Ariſtomeni ejusque amico, Meſſeniis Gonippo & Panormo tribuitur lib. IV. p. 344. *Philo Jud*. L. ad C. p. 1003. πίλους ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐλάμβανε, ὁπότε ἀσκοῖτο εἰς Διοσκούρους· neque ſolet aliter *Polyaenus*, πῖλον κεφαλῇ περικείμενος VI. c. 12. Porro ſalutaris eorum, quam navigantibus praeſtiterunt, cura, ut eſt quidem illa, praeſertim apud poëtas, cognitiſſima, ſic tamen unde ad eos quamve ob cauſam defluxerit, parum conſtat. Initio ſciendum eſt, eandem obiiſſe Deos Samothracas provinciam: praeter Hymnum Orphêum, cujus ſupra meminimus, *Apollonium Rh*. I, 918. ejusque *Schol*. plena teſtatur tot tabulis votivis Samothracia, quas Diagoras ille Melius, homo ſapiens, irridebat, aſpernatus tam futile divinae providentiae documentum. Quid ergo? an denuo Caſtoras imminuti Cabirorum juris reos tenemus? Hac quidem in parte ſuccurrit aliquantum *Diodor. Sic*. IV. p. 172. A. & tanti criminis invidiam deprecatur: operae pretium eſt rem memoratu dignam cognoſcere. Quum orta tempeſtate Argonautae ſummo verſarentur in diſcrimine, Orpheus dicitur ſolus initiatus ποιήσασθαι τοῖς Σαμόθραξι τὰς ὑπὲρ τῆς σωτηρίας εὐχάς· εὐθὺς δὲ τοῦ πνεύματος ἐνδόντος, καὶ δυοῖν ἀστέρων ἐπὶ τὰς τῶν Διοσκούρων κεφαλὰς ἐπιπεσόντων omnes ſtupore defixos divinitus exiſtimaſſe praeſentiſſimum periculum eſſe depulſum: διὸ καὶ τοῖς ἐπιγινομένοις παραδόσιμον γενομένης τῆς περιπετείας ἀεὶ τοὺς χειμαζομένους τῶν πλεόντων εὐχὰς μὲν τίθεσθαι τοῖς Σαμόθραξι, τὴν δὲ τῶν ἀστέρων παρουσίαν ἀναπέμπειν εἰς τὴν τῶν Διοσκούρων ἐπιφάνειαν· id quidem a poſteris non adeo fuit obſervatum, quin plerique obliterata velut Samothracum Deorum memoria, ad Dioſcuros preces ac vota ſolos allegarent. Narrationem vero, quam ſine dubio *Diodorus* ex vetuſto quodam expeditionis Argonauticae ſcriptore hauſit, amplectitur etiam *Valer. Flacc*. I, 570. is enim, quandoquidem prior *Varro Atacinus Apollonium* paene de verbo ad verbum verterat, ut non ex *Quinctiliano* tantum, *alieni operis interpretem* eum appellante, ſed pluribus etiam indiciis, iisque certiſſimis, exploratum habemus, alios ſibi, quorum imitatio celebri argumento novitatis gratiam conciliare poterat, auctores delegit. *Strabo* diſcrepat I. p. 83. ideoque τοὺς Διοσκούρους ἐπιμελητὰς τῆς θαλάσσης λεχθῆναι, καὶ σωτῆρας τῶν πλεόντων ſtatuit, quod primi longas navigationes inſtituiſſent: addit inſuper *Ampelius*, *eos principes mare tutum a praedonibus praeſtitiſſe*: nimirum uterque ſecutus eſt illorum auctoritatem, qui, quum merito poſt fabulas latere rerum veteri memoria geſtarum ordinem putarent, non una rate Argonautas, ſed claſſe inſtructiſſima maria prius inacceſſa perluſtraſſe arbitrabantur: ab his pelagi tentandi rudimentis auſos fuiſſe Graecos nobilem illam in Trojam expeditionem ſuſcipere. *Hygini* fides ſi potior eſt, Neptuno debent Dioſcuri honeſtiſſimae curae beneficium: nam *equos quibus utuntur donavit, & dedit poteſtatem naufragis ſaluti eſſe*: quod ſane non poteſt non veriſimillimum videri; quis enim credat invito vel inconſulto Neptuno tantum in mare ac tempeſtates cuiquam potuiſſe juris concedi? Paulo tamen aliter *Serv*. ad Georg. I, 12. *Caſtor & Pollux, quia eorum velociſſimae ſtellae ſunt, equos in tutela habere dicuntur*. Verum *Iſocrates*, ut quaeſitiſſimis Helenam ſuam encomiis excoleret, ſorori Tyndaridas acceptum referre voluit, non ſolum quod Deorum in numerum ſint adſcripti, ſed hujus etiam adminiſtrandæ provinciæ decus p. 218. B. Helena jam divinos honores adepta πρῶτον μὲν τοὺς ἀδελφοὺς ἤδη καθειργομένους ὑπὸ τῆς πεπρωμένης εἰς θεοὺς ἀνήγαγε· βουλομένη δὲ πιστὴν ποιῆσαι τὴν μεταβολήν, οὕτως αὐτοῖς τὰς τιμὰς ἐναργεῖς ἔδωκεν, ὥσθ' ὁρωμένους ὑπὸ τῶν ἐν τῇ θαλάττῃ κινδυνευόντων σώζειν, οἵτινες ἂν εὐσεβῶς αὐτοὺς ἐπικαλέσωνται. Haec ille; poëtis tamen, quorum fingendi licentiam ferme ſuperavit, iratis, *Euripide* certe, in cujus Hel. v. 1680. Caſtores, quam ipſi a Jove jam fuerant conſecuti, ſorori promittunt immortalitatem: neque ſecus in Oreſt. v. 1637. & 1690. Helenam in coelum ſubvehit Apollo Κάστορί τε Πολυδεύκει τ' ἐν αἰθέρος πτυχαῖς σύνθακον ἔσεσθαι ναυτίλοις σωτήριον, &, Σὺν Τυνδαρίδαις τοῖς Διὸς υἱοῖς Ναύταις μεδέουσα θαλάσσης. A reliquis *Euripidem* diſſidere notat *Scholiaſtes*: Ὅτι ἡ Ἑλένη τοῖς χειμαζομένοις κατὰ θάλατταν ἐπίκουρός ἐστι κατὰ Εὐριπίδην σεσημείωται· ὁ μέντοι Σωσίβιος ἔμπαλιν εἶναι οὐκ εὐμενῶς αὐτὴν ἐπιφαίνεσθαι. Equidem haud ſane commemini, an quiſquam praeterea Helenam in hac cura fratribus adſociarit: quin contra dirum ejus ſidus, quando ſolitarium apparet, navigantibus eſſe pernicioſiſſimum ſcribit *Solin*. c. 1. nec niſi menſtruo cruore ſolo averti poſſe: prius a *Plinio* confirmatur H. N. II, 37. alterum non dixerim an ab ullo alio. *Stat*. Theb. VII, 791. *Non aliter caeco nocturni turbine Cori Scit peritura ratis, quum jam damnata ſororis Igne Therapnaei fugerunt carbaſa fratres*; merentur adſcribi, quæ *Lutatius* obſervat: *Quia nautae, cum ſtellam Helenae viderint (quae Urania dicitur, cujus tanta eſt vis incendii, ut malum cavet, & navis ima pertundat, ut etiamſi aes ſit, hoc calore ſolvatur) ergo ſi haec ſtella navi inſederit*,

Pollucis nomine. Verum dic mihi etiam

Πολυδεύκης ὀνόματι· ἀτὰρ εἰπέ μοι ϗ τόδε,

rit, ſciunt ſe nautae ſine dubio perituros: contra Caſtorum ſidera ſunt navigantibus ſalutaria. Ad eum *Papinii* locum *Barthio Euripidis* emendandi conatus male ſucceſſit. Ergo minime dubitandum, quin navis in mari deprenſa Dioſcurorum tutius quam Helenæ præſidio committatur: credere fas eſt oculato teſti, & philoſopho quidem *Maximo Tyrio* ad finem Dial. XXVII. εἶδον δὲ ϗ Διοσκούρους ἐπὶ νεὼς, ἀστέρας λαμπρὺς, ἰθύνοντας τὴν ναῦν χειμαζομένην. Tragicus autem, fabulae in quamcunque formam vertendae libertatem ſibi vindicans, ut ſcenae ſerviret, Helenæ munus tribuere non fuit veritus, cujus alibi ne verbo quidem usquam fecerat mentionem; quum de ſolis tamen Tyndaridis ſæpiſſime teſtetur: vide Electr. v. 1241. egregie Chorus v. 992. — βροτῶν ἐν ἁλὸς ῥοθίοις Τιμὰς σωτῆρας ἔχοντες, exquiſita loquendi formula, quae aliud quiddam indicat, quam vulgatum illud τιμὰς ἰσοθέους ἔχειν ut enim Sacas Xenophonteus K. Π. I. p. 6. τιμὴν ἔχει προσάγειν τοὺς δεομένους Ἀστυάγους, ſic & Dii τιμὰς ἔχειν dicuntur, *munus aliquod obire ad hominum utilitates comparatum*, quo diligenter adminiſtrato cultum eorum demereantur: non aliter in *Iſocrate*, τιμὰς ἐναργεῖς διδόναι, *Ariſtotele* Polit. VII. c. 16. θεῶν ἀποθεράπευσιν τῶν εἰληχότων τὴν περὶ τῆς γενέσεως τιμήν· multum ab hac elegantia capienda Interpretes abfuerunt. Quam itaque noſter irriſor vocat ἀγαθὴν ϗ σωτήριον τέχνην, illae ſunt Scenico philoſopho τιμαὶ σωτῆρες βροτῶν σωτῆρες autem τιμαὶ ſimiliter, atque χθονὸς σωτῆρα κακῶν in Med. v. 360. νυμφαὶ σωτῆρες *Sophocl.* Phil. v. 1467. λαμπτῆρες Ἐριννύες Antig. v. 1086. ubi vide *Schol.* Ceres μήτηρ *Carcin* apud *Diodor. Sic.* V. p. 201. A. in *Alexandri AEtoli* verſu apud *Macrob.* Saturn. V. c. 22. Ὦπιν βλητῆρα ὀϊστῶν malim prae eo, quod *Salmaſius* dedit βλητείραν ὀϊστῶν, etſi mollius hoc ad aures accidat: addenda eſt praeclara *Joſ. Scaligeri* obſervatio ad *Manil.* V, 632. cujus veſtigia preſſit dicam an ſuppreſſit *Salmaſ.* ad Ov. *bimm.* p. 246. A procuratione navigantium tam utili σωτῆρες eximie dicti ſunt Caſtores, ut jam pridem eſt obſervatum: *Sext. Empir.* IX. §. 86. τοὺς Διοσκούρους ἀγαθούς τινας εἶναι δαίμονας, σωτῆρας εὐσέλμων νεῶν ubi, qui quidem obtuſo non ſit ſenſu, & parum exercitato, vetuſti poëtae verba facile quis odorabitur. Neque hic ſolum, ſed ſaepius alibi, quando de Dioſcuris fit ſermo, loca vatum antiquorum adhiberi deprehendes, quae, quantumcunque eos, qui ſuperſunt, excuſſeris, fruſtra quaeras: velut in *Plutarch.* T. II. p. 1103. C. μήτε τοὺς Διοσκούρους αὐτοὺς ἀφῖχθαι ἐπερχόμενόν τε μαλάξοντας βίαιον πόντον, ὠκείας τε ἀνέμων ῥιπὰς in *Ariſtide* T. I. p. 83. ubi Aſclepiadas celebrat, quorum de genere humano merita conſtent non minora, quam Caſtorum, Διοσκούροις ἰσομοίρους, οἳ πολλὰς μὲν ἤδη τρικυμίας κατέπαυσαν, πολλοὺς δὲ ϗ ςιλπνοὺς λαμπτῆρας ἔν τε νήσοις ϗ κατ' ἤπειρον ἀνῆψαν· utrobique veſtigia ſe produnt orationis ligatae, & ſupra ſermonem pedeſtrem ſurgentis. Quin etiam Grammatici, homines in nugis acuti, Graecum Pollucis nomen eo trahunt: id enim continere πολὺ δεῦκος, multam dulcedinem ſuavitatemque beneficiorum, quae ab iis & viventibus & dein coeleſtium ordini adſcriptis ad mortales permanarint: iſta memorantem *Apollonii Scholiaſten* ad I, 1037. *Etymologus* excerpſit in Ἀδδηκής. Verum ne quis ita exiſtimet, nullo delectu quibusvis hominibus, modo implorarentur, adjutores praeſto fuiſſe Caſtoras; imo probis, ut par erat, juſtisque ſolis operam navabant: *Schol. Pindar.* ad N. I, 103. δοκοῦσι γὰρ ἐπιφαινόμενοι κατὰ τὸ πέλαγος σώζειν τοὺς δικαίους quod ſi cui levior hujus Grammatici videatur auctoritas, audiat ipſos Dioſcuros, *Euripide* interprete, in Electr. v. 1350. Διὰ δ' αἰθερίας ςείχοντε πλακὸς Τοῖς μὲν μυσαροῖς οὐκ ἐπαρήγομεν· Οἷσιν δ' ὅσιον ϗ τὸ δίκαιον Φίλον ἐν βιότῳ, τούτους χαλεπῶν Ἐκλύοντες μόχθων σώζομεν. Neque porro nimium erant faciles, nec virium ſuarum in quotidianis periculis inconſulto prodigi; ſed ad incitas plane redactos oportebat, & merſa paene navi fundum petentes, qui ſalutarem eorum opem eſſent experturi: quapropter vocat eos Ἀνθρώπων σωτῆρας ἐπὶ ξυροῦ ἤδη ἐόντων *Theocrit.* Eid. XXII, 6. & 17. Ἀλλ' ἔμπης ὑμεῖς γε ϗ ἐκ βυθοῦ ἕλκετε νῆας Αὐτοῖσιν ναύτῃσιν ὀιομένοις θανέεσθαι quod omnino videtur *Horatius* imitari voluiſſe IV. Od. VIII, 31. *Clarum Tyndaridae ſidus ab infimis Quaſſas eripiunt aequoribus rates.* Propius etiam ipſum ſacrificii genus, quod in mare porricii moris erat ad auxilium eorum implorandum, deſcripſit Homeridarum aliquis Hymn. XXXII. Hinc ducta figura hiſtoriae veritatem *Libanius* obumbravit in Paneg. Jul. p. 176. B. ὥτε δὴ τῆς θαλάσσης ἀνατεταραχθείσης ἐκ πνευμάτων συκοφαντικῶν, ϗ σκάφους τοῦ μὲν καταδυομένου, τοῦ δὲ περικλυζομένου, ϗ τοῦ κύματος ὑπὲρ τῶν τοίχων αἰρομένου (Interpres mirifice: *fluctu jam muros ſuperante*: lege ὑπὲρ τῶν τοίχων, *fluctu jam latus navis ſuperante*) Διοσκούρους ἄνωθεν ἐκ κοινοῦ βουλευτηρίου πέμψαντες ἐξήρπασαν τοῦ κλυδωνίου τὸ πλοῖον quae ex rerum geſtarum monumentis illuſtrare tempus nos vetat: alterum potius addam *Libanii* locum p. 624. B. qui, antequam intelligi poſſit, ſanandus eſt hunc in modum: Ἴσμεν δὴ ϗ τοὺς Διοσκόρους, οἷς ἂν ὦσιν εὐμενεῖς, μέχρι λιμένων παραπέμποντας αὐτούς τε ϗ τὸν γόμον· ἀλλ' οὐ τοῦ μὲν ῥύονται κλύδωνος, τῷ δὲ προΐενται· interpres, qui ſentinam errorum paucis virtutibus excuſare nequit, non verſionem hic, ſed monſtrum peperit; ſententia *Libanii* talis: *novimus etenim & Caſtoras, quibus ſint propitii, ad portus usque proſequi & ipſos & navim mercibus oneratam; non autem eos ſolent ex hoc fluctu liberare, iſti mergendos permittere.* Inde cauſa nobis eſt comperta, cur abſceſſus, quas medici παρωτίδας appellant, quum ſub ipſis auribus poſt graves morbos oriuntur, ſalutis praenuncios, Διοσκούρους etiam dixerint; nam qui rationem a numero repetunt, & *gemellos* interpretantur, longe aberrare certum eſt. *Galen.* Op. Ἰατρ. Παρωτίδες εἰσὶ παρὰ τοῖς ὠσὶν ἀποςήματα· ταῦτα ἔνιοι Διοσκούρους ἐκάλεσαν ἐπὶ πυρετοῖς γινόμενα τὰ πολλὰ τῶν πυρετῶν ἀπαλλάσσουσι. Hoc eſt βιβλίον illud ἰατρικὸν, unde uſum illum vocis Διόσκουροι medicum adnotavit *Euſtath.* ad Il. Γ. p. 410. non *Caſſius*, ut viſum fuit *Joh. Meurſio* Miſc. Lacon. I. p. 21.

δε, τί δήποτε οὐκ ἄμφω ξύνεισιν ἡμῖν, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας ἄρτι μὲν νεκρὸς, ἄρτι δὲ θεός ἐστιν ἅτερος αὐτῶν.

ΕΡΜ. Ὑπὸ φιλαδελφίας τοῦτο ποιοῦσιν· ἐπεὶ γὰρ ἔδει ἕνα μὲν τεθνάναι τῶν Λήδας υἱέων, ἕνα δὲ ἀθάνατον εἶναι, ἐνείμαντο οὕτως αὐτοὶ τὴν ἀθανασίαν. ΑΠ. οὐ ξυνετὴν, ὦ Ἑρμῆ, τὴν νομὴν, εἴτε οὐδ' ὄψονται οὕτως ἀλλήλους, ὅπερ ἐπόθουν, οἶμαι, μάλιστα· πῶς γὰρ ὁ μὲν παρὰ θεοῖς, ὁ δὲ παρὰ τοῖς φθιτοῖς ὤν; πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ μαντεύομαι, ὁ δὲ Ἀσκληπιὸς ἰᾶται, σὺ δὲ πα-

illud ; quid tandem ſit cauſæ , cur ambo ſimul nobiſcum non ſint, ſed partitis vicibus nunc mortuus , nunc Deus eſt alter eorum.

2. MERC. Fraternus amor ſuaſit, ut hoc facerent : quoniam enim oportebat unum oppetere mortem Ledæ filiorum, alterum immortalem eſſe, inter ſe diviſerunt eo pacto ipſi immortalitatem. AP. Haud prudenti , Mercuri , partitione ; ſiquidem ne videbunt quidem ſeſe , quod deſiderabant, ut puto, maxime: quî enim hoc fieri posſit , quum hic apud Deos , iſte apud defunctos per vices ſit. Attamen, ſicuti ego vaticinor, Æſculapius medetur , tu luctari do-

Prorſus autem perverſe Dioſcuris additum fuiſſe nomen παρωτίδων ſibi perſuaſit *Iſ. Voſſius* ad *Catull.* p. 289. quanquam hoc quidem leve eſt peccatum atque ignoſcibile prae eo, quod commiſit *G. Cuperus* in Harpocr. p. 148. haec ſcribens: *Quin & παρωτίδες, i.e. anguli oculorum, qui aures ſpectant, vel forte tegmen, quo aures muniebant pugiles, quod ex auctoribus & ſtatuis eleganter illuſtrat Eruditiſſimus Fabrettus, quia Pollux pugilatu & caeſtibus ſpectatus fuit. Διόσκουροι vocantur*: in quibus ea, quae monui, nihil ineſſe ſani ſatis demonſtrant. Illud inſuper non videtur praetereundum, fieri non raro, ut, quum ſtellae Caſtorum ab antiquis commemorantur, Grammatici vix expediant, utrum, quae per tranſtra navium & antennas adhaerent ſint intelligendae, an Gemini: ſic fluctuare videas commentatores *Horatii* veteres ad I. Od. III. & XII. lib. III. Od. XXIX, 64. Pro geminis facit *Germanicus*: *Sunt Gemini, quos nulla dies ſub Tartara miſit, Sed coelo ſemper nautis laetiſſima ſigna Ledaeos ſtatuit juvenes pater ipſe Deorum.* Denique nonnihil Achilli debent Caſtores, qui particulam occupatiſſimae curae in ſe derivari fuerit paſſus: eos ſaltem, qui prope inſulam Achilleam tempeſtate jactati laborabant, in fidem ſuam recepit, iiſdemque, quibus illi, ſignis numen praeſens indicare non fuit dedignatus. Audiamus *Arrianum* teſtem graviſſimum Per. P. E. p. 14. qui, dum in Achillis inſulae deſcriptione liberaliſſime verſatur, haec inter alia inſtituto noſtro minime aliena prodit: οἱ δὲ ἢ ὕπαρ λέγουσι φανῆναί σφισιν ἐπὶ τοῦ ἱστοῦ, ἢ ἐπ' ἄκρου τοῦ κέρως τὸν Ἀχιλλέα, καθάπερ τοὺς Διοσκούρους· τοσόνδε μόνον τῶν Διοσκούρων μεῖον ἔχειν τὸν Ἀχιλλέα, ὅσον οἱ μὲν Διόσκουροι τοῖς πανταχοῦ πλοϊζομένοις ἐναργεῖς φαίνονται, καὶ φανέντες σωτῆρες γίνονται· ὁ δὲ τοῖς πελάζουσιν ἤδη τῇ νήσῳ. Non diſſimilis extat *Maximi Tyrii* locus Diſſ. XXVII. cum quo ſi *Philoſtratum* contuleris Her. c. XVI. operae non poenitebit: *Arriani* ad *Maximum* jam meminerat *D. Heinſius*. Ceterum de ſtellulis iſtis ſalutaribus, quae Caſtorum apud Graecos, poſtmodum apud Pontificios Sanctorum nominibus inſigniri meruerunt, naturalibusque earum cauſis multa ſubminiſtrat *Fromond.* Meteorol. II. c. 2. Haec paulo uberius tradere viſum fuit, ut curas juveniles expolirem; nec fraudi mihi fore ſpero, ſi in eâdem denuo palaeſtra deſudarim, in qua jam ante Viri literarum laude praeſtantes, *L. Bisciola* Hor. Subſ. IV, 16. *G. Joh. Voſſius* de Orig. & Progr. Idol. *Raph. Fabrett.* ad Column. Traj. *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* aliique plures exerceri voluerant. *T. H.*

49. Ἐξ ἡμισείας] Hic Fl. diſtinguit, quaſi jungi deberent a ſequentibus ſeparata οὐκ ἄμφω, ἀλλ' ἐξ ἡμισείας parum commode. Notiſſimus eſt *Homeri* locus Od. Λ, 302. ſed in cujus intellectu veteres diſcrepant: ſunt qui diebus alternis ſtationem coeli inferorumque inter ſe mutaſſe Caſtorem ac Pollucem arbitrantur; atque ita fere Latini poëtae *Virgil.* AEn. VI, 121. *Ovid.* Faſt. V, 717. *Quod mihi das uni, coelum partire duobus*: mox: *Dixit, & alterna fratrem ſtatione redemit*: ſignate *Silius Ital.* XIII, 804. de Scipione, quem veteres heroas ſpectatum ad inferos miſerat: *Victuram hinc cernit Ledaei Caſtoris umbram; Alternam lucem peragebat in aethere Pollux*: ubi vide Doctiſſ. *Drakenborch.* idem paene voluit IX, 295. ſed, quo vitio nonnunquam laborat, moleſto atque intricato dicendi genere mentem vix expediens: *Alternusque animae mutato Caſtore Pollux*: ingenio *Minucius Felix* indulſit breviter, ut ſolet, compacta ſententia: *Caſtores alternis moriuntur, ut vivant*: meminit hujus opinionis *Euſtathius*, eamque tanquam minus probabilem repudiat; ἕτεροι, inquit, οὐ πάνυ πιθανῶς νοοῦντες. Alii utroſque ſimul Caſtores per dierum vices alternaſſe ſtatuunt vitae mortisque conditionem: hi magno ſe auctore tueri poſſunt *Pindaro* N. I, 103. quanquam alio ducat, ſed perperam, *Benedicti* Paraphraſis: obſervat ibi *Scholiaſtes* Lyricorum principem ἀπεκπτωκέναι τοῖς ἐν τῇ Νεκυομαντείᾳ λεγομένοις περὶ τῶν Διοσκούρων & prolatis poëtae verſibus, ὅτι κατὰ μὲν τὸν ΔΙΕΣΚΕΥΑΚΟΤΑ παρ' Ὁμήρῳ παρ' ἡμέραν αὐτοὺς ἀποθνήσκειν &c. quae nunc quidem, tametſi nodos habeant vindice non indignos, aliorum indu-

doces exercitator in hoc genere optimus, Diana obſtetricatur, ceterorumque Deorum ſinguli habent artem quandam aut Diis aut hominibus utilem, quid hi nobis operis facient? an inertes epulabuntur tam grandi natu? MERC. Neutiquam, illis hæc eſt mandata provincia, ut miniſtrent Neptuno; & obequitare decet pelagus, & ſicubi nautas hieme vexatos viderint, conſidere in ea navi, illaque vectos ſervare. AP. Bonam, Mercuri, & ſalutarem narras artem.

λαίειν διδάσκεις, παιδοτρίϐης ἄριςος ὤν, ἡ δὲ Ἄρτεμις μαιεύεται, καὶ τῶν ἄλλων ἕκαςος ἔχει τινὰ τέχνην, ἢ θεοῖς ἢ ἀνθρώποις χρησίμην, οὗτοι δὲ τί ποιήσουσιν ἡμῖν; ἢ ἀργοὶ εὐωχήσονται, τηλικοῦτοι ὄντες; ΕΡ. οὐδαμῶς, ἀλλὰ προςέτακται αὐτοῖν ὑπηρετεῖν τῷ Ποσειδῶνι, καὶ καθιππεύειν δεῖ τὸ πέλαγος, καὶ ἄν που ναύτας χειμαζομένους ἴδωσιν, ἐπικαθίσαντας ἐπὶ τὸ πλοῖον, σώζειν τοὺς ἐμπλέοντας. ΑΠ. ἀγαθὴν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σωτήριον λέγεις τὴν τέχνην.

duſtriae commiſſa diligentius perſcrutari non juvat: accedit *Apollod.* III. p. 219. Ζεὺς ἀμφοτέροις παρ' ἡμέραν καὶ ἐν θεοῖς εἶναι καὶ ἐν θνητοῖς ἔδωκε. Parvus Homeri Commentator judicium ſuum non interponens utriusvis explicationis lectori poteſtatem fecit: Ἑτερήμεροι] παρ' ἡμέραν ἀμφότεροι, ἢ μίαν παρὰ μίαν ἡμέραν ζῶντες; modo tamen has partes fuerat ſecutus: ὥςε παρ' ἡμέραν ἀμφοτέρους ὅτε μὲν ἐν Ὀλύμπῳ διατρίβειν, ὅτε δὲ ἐν Ἀΐδου δόμοις. Fuere Viri Docti, quos diſſidium illud antiquorum non perſpectum in errorem impulit. Subſcribere priori ſententiae Samoſatenſis Noſter idcirco debuit, ne ſub Apollinis perſona irridendae partitionis acumen amitteret. Similiter ac *Lucianus* διαιρέμενα τὴν ἀθανασίαν, *Schol. Homeri* νείμαντα πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἀφθαρσίαν. Fraternam illam animorum conjunctionem Caſtoris ac Pollucis multi celebrarunt: *Pindarum* & *Ovidium* inter ſe ſi compares, hic quem fuerit imitatus, non amplius ambiguum erit: ita verſatur in eadem re *Philo* περὶ Ἀρ. καὶ Πρ. p. 1004. A. ut Judaeum haud ferme agnoſcas. Alio ſpectat elegans Alcibiadis dictum apud *Ælian.* V. H. XIII, 38. *T. H.*

63. Οὗτοι δὲ τί π. ἡμῖν] Invectum videtur illud δὲ ab iis, qui non intelligebant, haec ordine orationis perpetuo ſuperioribus eſſe adnectenda; pendent enim ab iſto initio, πλὴν ἀλλὰ, ὥσπερ ἐγὼ &c. ἢ τοι τί ποιήσουσιν ἡμῖν; ubi patet vacare prorſus δὲ malit tamen aliquis δὴ, quod, quia commode ponitur, neque ego repudio. Munus Dianae virginis obſtetricium haud ſane jocis, & aſperioribus quidem, caruit. *Noſter* pro amore, quo numina Gentilium proſequebatur, ſingulari Junonem ipſam fecit hoc in negotio ſalſe ridentem D. XVI. neque patres Eccleſiaſtici praeterire potuerunt, quin officium intactae puellae parum, ut videbatur, decorum perſtringerent. Attamen modo nata nihil egit prius, quam hoc ipſum, quaſi ſalutarem artem in utero fuiſſet commeditata. *Apollodorum* audi I. p. 13. Latona γεννᾷ πρώτην Ἄρτεμιν, ὑφ' ἧς μαιωθεῖσα ὕςερον Ἀπόλλωνα ἐγέννησε: quantum eo nomine ſorori debuerit Apollo, accurate *Libanius* expoſuit T. II. p. 662. A. verbo quidem lectiſſimo, προεκτρέχει μὲν Ἄρτεμις τοῦ Ἀπόλλωνος, ne ejus, quae puerperis opem eſſet latura, difficilem fuiſſe partum credas; non diſſentit *Servius* tum aliis in locis, tum ad Ecl. *Virgilii* IV, 10. ubi Lucinam accipit Dianam, advocato *Terentio*, cujus eſt in Andr. A. III. Sc. I. *Juno Lucina fer opem*: in Comoedia Graeca *Menander* ibi poſuerat Ἄρτεμιν, teſtibus *Donato* & *Eugraphio*. Haec adeo viſum fuit obſervare, ut, ſi forte, ſuccurram *Tatiano* iſtis in verbis §. 12. p. 31. quae ad Lucianea valde congruunt: Ἀφροδίτη δὲ γάμου πλοκαῖς ἥδεται· μάγος ἐςὶν Ἄρτεμις· θεραπεύει ὁ Ἀπόλλων· Dianam magam fando quis audivit? Hecaten ſi ſcripſiſſet, nihil erat, quod nos moraretur: quamvis enim pro eadem utramque Theologi veteres habeant, multum tamen abeſt, ut munia longe diſparata poëtae aliique ſcriptores confundant; ſimili modo Dianam etſi Lunam interpretentur, fuitne tamen unquam repertus, qui Dianam Endymionis amore captam dixerit? Non me fugit quorſum tendat *Gisb. Cuperus* in Inſcr. & Marmor. Illuſtr. p. 270. ſed ego, ut quidem mihi videor, meliorem a *Tatiano* gratiam inibo, ſi ſuum Dianae munus reddam, proque maga ſecundis totius antiquitatis ſuffragiis obſtetricem eſſe jubeam: μαῖα δ' ἐςὶν Ἄρτεμις· cauſa corruptelae proxima recentioribus literarum γ & ι pronunciatio, quo mendi genere vix dici poteſt, quot adhuc veterum loca laborent; ut in *Heſychio*, Παῖον, ἀσφαλὴς, βίουιον pro Πάγιον Λαῖα, ὀλέθριος pro Λοίγιος ἦγε & ἤιε, ἀγὼν & αἰὼν in membranis ſaepe commutata: ἐργώλας nullius pretii vocabulum in Apollon. Rh. I, 1132. pro ἐριώλας, quod uſurpat ipſe IV, 1778. Sed exemplis parco. *T. H.*

Ερ-

Ἐνάλιοι Διάλογοι. Dialogi Marini.

I.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΓΑΛΑΤΕΙΑΣ. DORIDIS ET GALATEÆ.

ΔΩΡ.

Καλὸν ἐραστὴν, ὦ Γαλάτεια, φασὶ τὶ Σικελὸν τοῦτον ποιμένα ἐπιμεμηνέναι σοί. ΓΑ. μὴ σκῶπτε, Δωρί· Ποσειδῶνος γὰρ υἱός ἐστιν, ὁποῖος ἂν ᾖ. ΔΩ. τί οὖν, εἰ καὶ τοῦ Διὸς αὐτοῦ παῖς ὢν ἄγριος οὕτω καὶ λάσιος ἐφαίνετο, καὶ, τὸ πάντων ἀμορφότατον, μονόφθαλμος, οἴει τὸ γένος ὀνῆσαι ἄν τι αὐτὸν πρὸς τὴν μορφήν; ΓΑ. οὐδὲ τὸ λάσιον αὐτοῦ, καὶ, ὡς φὴς, ἄγριον ἄμορφόν ἐστιν· ἀνδρῶδες γάρ· ὅ, τε ὀφθαλμὸς ἐπιπρέπει τῷ μετώπῳ, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. ΔΩ. ἔοικας, ὦ Γαλάτεια, οὐκ ἐραστὴν, ἀλλ' ἐρώμενον ἔχειν τὸν Πολύφημον, οἷα ἐπαινεῖς αὐτόν.

DOR.

1. PUlcrum amatorem, o Galatea, ajunt, Siculum iſtum paſtorem, inſanire in te. GAL. Ne cavillare, Dori: Neptuni enim filius eſt, qualiſcumque ſit. DOR. Quid ergo? ſi vel Jovis ipſius filius ferus adeo & hirtus videretur, quodque omnium eſt maxime deforme, unoculus, cenſenne genus ipſi profuturum eſſe ad formam? GAL. Neque hirtum illud ejus, &, ut ais, ferum omni plane pulcritudine deſtituitur, eſt enim virile: & oculus decorat frontem, nihil deterius cernens, quam ſi duo eſſent. DOR. Videre, Galatea, non amatorem, ſed amatum habere Polyphemum, prout quidem laudas eum.

2. GAL.

Ἐνάλιοι διάλογοι ιε΄, ἐν οἷς τὰ ἐν τῇ θαλάσσῃ μυθευόμενα διαπαίζει. G.

2. Ἐπιμεμηνέναι σοι] Commode *Lucianus* eam locutionem adhibuit, quae graviſſimi amoris, furorique proximi vim contineat: nam vetuſtus ille Polyphemus, ut teſtis eſt *Theocrit.* Eid. XI, 10. qui hoc in genere auctoritatis eſt inprimis luculentae, quum Galateam amaret, Ἤρατο οὔτι ῥόδοις, οὐ μάλοις, οὐδὲ κικίννοις (tueri lectionem illam ut poſſis, blanditur tamen *D. Heinſii* σελίνοις, quae & praecedentibus aptius conveniunt, & perſonae Cyclopis) Ἀλλ' ὀρθαῖς μανίαις — Ergo recte quadrat ἐπιμεμηνέναι τῇ Γαλατείᾳ. Uſus verbi frequentiſſimus & *Homero* notus Il. Ζ, 160. perinde ac περιμαίνεσθαι τινὰ vel τινὶ, ἐμμαίνεσθαι, περιμανῶς, ἐπιμανῶς, ἐμμανῶς ἔχειν. *Luciano* Doris una Nereïdum, in quo ſequitur *Homerum* Il. Σ, 45. aliis eodem nomine Oceani filia, Galateae mater: *Et mihi, cui pater eſt Nereus, quam caerula Doris Enixa eſt* — *Ovid.* Metam. XIII, 742. conſentiens cum *Heſiodo.* Fabulae, cujus in *Homero* & *Euripidis* Cyclope nullum extat veſtigium, auctorem Philoxenum tradidit *Duris* (Θοῦρις editur) apud *Schol. Theocr.* ad Eid. VI, 7. Polyphemus διὰ τὴν εὐβοσίαν τῶν θρεμμάτων καὶ τοῦ γάλακτος πολυπλήθειαν Galateae fanum ad AEtnam dedicarat: rationem ejus rei quum Philoxenus Cytherius in Siciliam delatus ad Dionyſium exputare non poſſet, finxit Polyphemum ἐρᾶν τῆς Γαλατείας· certe Galateam iſtius poëtae drama, ſive Cyclopem veteres laudant, quod unum fuerit opus, an duplex ac diverſum, diſquirendi locus non eſt: vide Athen. I. p. 6. 7. ubi narratiunculam invenies haud inficetam de Philoxeno ad mullum in menſa appoſitum in aurem loquente. Porro, quemadmodum *Euripides* & *Noſter*, ſic cujuſcumque ordinis ſcriptores Polyphemum ad AEtnam collocare ſolent: hoc ab *Homero* prorſus abhorret, ſi *Cluverium* audimus, qui multis contendit in oppoſito Siciliae latere ſub Eryce monte Cyclopas conſediſſe: eum vid. Sic. Ant. II. c. 15. *T. H.*

3. Δωρί] Nymphae nomen, filiae Oceani, & uxoris Nerei. *Heſiod.* in Theog. Interdum pro ipſo mari accipitur. *Virgil.* Ecl. X. *Doris amara ſuam non intermiſceat undam.* G. C.

17. Ἀπὸ τῆς σκοπῆς] Mſſ. L. & Ox. & Ed. *J.* rectius quam quod in reliquis σκοπιᾶς. *M. du S.*

Ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς] Σκοπὴ & σκοπιὰ tam pari ſunt atque eadem prope poteſtate, ut ubi membranae diſſentiunt, quod in his vocibus fieri ſaepius animadverti, utra fuerit a Scriptoribus profecta, diſcernere non liceat. Σκοπὴ & ipſe proſpectus apud *Noſtrum* in Ἐπισκ. & ſpecula, unde acies oculorum quaquaverſum emitti poſſit: τις τῶν ὀξυδερκούντων ἀπό τινος σκοπῆς. *Strab.* VI. p. 409. C. ἀπὸ σκοπῆς θεωρεῖν, κατιδεῖν *Plutar-*

2. GAL. Haud certe amatum: verum illam nimiam obprobandi libidinem veſtram non fero: quin mihi videmini ex invidia illud facere, quia paſcens aliquando, quum a ſpecula ludentes nos videret in littore, ad imos pedes Ætnæ, qua parte inter montem & mare longe litus protenditur, vos ne adſpexit quidem; ego contra ex omnibus ipſi pulcerrima ſum viſa: ideoque ſoli etiam mihi adjecit oculum: illa vos pungunt; indicio enim ſunt, me forma meliorem eſſe, & amore dignam: at vos deſpectæ fuiſtis. DOR. Tu ſi paſtori & lumine defecto pulcra fuiſti viſa, ideo te talem putas, cui invideamus? atqui quid aliud in te laudare potuit, quam candorem tantummodo? hanc, opinor, ob cauſam, quod adſueverit caſeo & lacti: cuncta igitur his ſimilia ducit pulcra.

3. Ceterum ubi volueris diſcere, qualis tibi ſit facies, a rupe quadam, ſi quando

ΓΑ. Οὐκ ἐρώμενον· ἀλλὰ τὸ πάνυ ὀνειδιστικὸν τοῦτο οὐ φέρω ὑμῶν· καί μοι δοκεῖτε ὑπὸ φθόνου αὐτὸ ποιεῖν, ὅτι ποιμαίνων ποτὲ, ἀπὸ τῆς [a] σκοπιᾶς παιζούσας ἡμᾶς ἰδὼν ἐπὶ τῆς ἠϊόνος ἐν τοῖς [b] πρόποσι τῆς Αἴτνης, καθὸ μεταξὺ τοῦ ὄρους καὶ τῆς θαλάττης αἰγιαλὸς ἀπομηκύνει), ὑμᾶς μὲν οὐδὲ προσέβλεψεν· ἐγὼ δ' ἐξ ἁπασῶν ἡ καλλίστη ἔδοξα· ἢ καὶ μόνη ἐμοὶ ἐπεῖχε τὸν ὀφθαλμόν· ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ· δεῖγμα γὰρ ὡς ἀμείνων εἰμὶ, καὶ ἀξιέραστος· ὑμεῖς δὲ παρώφθητε. ΔΩ. εἰ ποιμένι, καὶ [c] ἐνδεεῖ τὴν ὄψιν καλὴ ἔδοξας, ἐπίφθονος οἴει γεγονέναι; καίτοι τί ἄλλο ἐν σοὶ ἐπαινέσαι εἶχεν, ἢ τὸ λευκὸν μόνον; καὶ τοῦτο, οἶμαι, ὅτι ξυνήθης ἐστὶ τυρῷ καὶ γάλακτι. πάντα οὖν τὰ ὅμοια τούτοις ἡγεῖται καλά.

Ἐπεὶ τάγε ἄλλα ὁπότ' ἂν ἐθελήσῃς μαθεῖν, οἵα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν, ἀπὸ πέ-

a Ἀπὸ τῆς σκοπιᾶς] σκοπῆς O. L. *J.* b Πρόποσι] ποσί O. c Ἐνδεεῖ τὴν ὄψιν, καλὴ] Ita P. Poſt ὄψιν F. καὶ ἰδ. Priores Edd. ἐνδεεῖ καλὴ τὴν ὄψιν.

tarcho frequens: ita verbum σκοπιωρίαζ in *Ariſtoph.* Veſp. v. 360. *Hermippum* exponere monet *Scholiaſtes.* Neque tamen *Luciano* ignotum, minusve uſitatum σκοπιᾶς apud *Platonem* ejusque imitatores ὥσπερ ἀπὸ σκοπιᾶς proverbii habitum accepit, de quo commodius alibi dicetur: *Anyta* Anth. VI. c. XXIV. Ep. 6. Φριξοκόμᾳ τόδε Πανὶ καὶ αὐλιάσιν θῆκε Νύμφαις Δῶρον ὑπὸ σκοπιᾶς (melius erit ὑπὸ σκοπιῇ vel σκοπιὰν niſi forte malis ἐπὶ σκοπιᾷ) Θεύδοτος οἰονόμος. *Theocrit.* Eid. IX, 7. & *Schol.* Propius etiam accedit, quod Eid. I, 69. Αἴτνας σκοπιὰν uſurpet, ἀκρωτηριασμένης, ait *Schol.* ἀντὶ τοῦ τὴν ὑψηλὴν Αἴτνην quomodo *Dionyſius Perieg.* σκοπιὴν Ἑρμώνιον, Ἀρμενίην. Haec mihi ratio conſtitit, cur Fl. plurimarumque Edd. ſcripturam non putaverim poſtponendam. Deſcriptio τῶν προπόδων τῆς Αἴτνης protenſique juxta litoris vera locique naturae conveniens: Αἴτνης προπόδων dixit *Philippus Theſſal.* in Epigr. apud *Salmaſ.* ad Solin. p. 73. *T.H.*

18. Ἐν τοῖς πρόποσι] Ut in Tim. ἐν τῇ ὑπωρείᾳ, & alibi. *J.B.*

22. Ἐμοὶ] Abundat. *M. du S.*

23. Ταῦτα ὑμᾶς ἀνιᾷ] *Heliod.* lib. 1. *J.B.*

25. Ἐνδεεῖ τὴν ὄψιν] Voces illas, quia Codd. addicebant, ſedem commutare juſſi. Vel in ordine vulgato ἐνδεεῖ jungendum erat ad τὴν ὄψιν nam ἐνδεὴς per ſe poſitum nullius hic eſt uſus. Paulo ante, οὐδὲν ἐνδεέστερον ὁρῶν, ἢ εἰ δύ' ἦσαν. *T.H.*

Ibid. Τὴν ὄψιν] Mſ. Ox. & P. τὴν ὄψιν, non cum καλὴ conjungunt ſed cum præcedenti ἐνδεεῖ: quod probarem, niſi vulgatam tuerentur plurima alia apud noſtrum loca; ut mox & ſupra θ. κρ. c. 7. & ἱσ. β. c. 36. εἰκ. c. 3. & καλλ. c. 10. ex quibus conſtat familiarem hanc Luciano phraſin, quam & ideo hic ſervatam volui. Sic etiam *Polyænus* Strat. VIII. p. 602. C. τὴν ὄψιν ἀστεῖαι. Juntina καλὴ τὴν ὄψιν. *M. du S.*

29. Καὶ γάλακτι] Τρόπος ἐτυμολογικός. *J.B.*

32. Οἵα τυγχάνεις οὖσα τὴν ὄψιν] Negat quidem *Servius* ex mari effigiem ullo pacto poſſe reddi: ſed *Lucianus* hic aliter ſentit, & in Alcyone, *Nonne vides*, inquit, *ut ſuperiora ſint ſerenitate conſpicua, fluctibus autem ſedatum mare ac tranquillum*, ὅμοιον, ὡς εἰπεῖν, κατόπτρῳ, id eſt, *ſpeculo, ut ſic dicam, conſimile.* *Theocrit.* in Bucol. Eid. VI.

Καὶ γάρ θην οὐδ' εἶδος ἔχω κακόν, ὥς με λέγοντι.
Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον, ἦς δὲ γαλάνα.
Καὶ καλὰ μὲν τὰ γένεια, καλὰ δ' ἐμὶν ἁ μία κώρα &c.

Quod eſt hujuſmodi:

Nec ſum tam forma turpis, quam dicor: in unda
Nuper enim vidi ipſe meos de littore vultus,
Cum nulli ſtarent tranquilla per aequora venti.

Hinc illud *Maronis* ſumtum eſt: — *nuper me in littore vidi Quum placidum ventis ſtaret mare* —. G.C.

33. Εἶπο-

πέτρας τινὸς, εἴποτε γαλήνη εἴη, ἐπικύψασα ἐς τὸ ὕδωρ, ἴδε σεαυτὴν οὐδὲν ἄλλο ἢ χρόαν λευκὴν ἀκριβῶς· οὐκ ἐπαινεῖται δὲ τοῦτο, ἢν μὴ [a] ἐπιπρέπῃ αὐτῷ καὶ τὸ ἐρύθημα. ΓΑ. καὶ μὴν ἐγὼ μὲν ἡ ἀκράτως λευκὴ ὅμως ἐραστὴν [b] κἂν τοῦτον ἔχω· ὑμῶν δὲ οὐκ ἔστιν ἥν τινα ἢ ποιμὴν, ἢ ναύτης, ἢ πορθμεὺς ἐπαινεῖ· [c] ὁ δὲ Πολύφημος τά τε ἄλλα καὶ μουσικός ἐστι.

ΔΩ. Σιώπα, ὦ Γαλάτεια· ἠκούσαμεν αὐτοῦ ᾄδοντος, ὁπότε ἐκώμασε πρώην ἐπὶ σέ· Ἀφροδίτη φίλη, ὄνον ἄν τις ὀγκᾶσθαι ἔδοξε. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς, οἵα! κρανίον ἐλάφου γυμνὸν τῶν σαρκῶν· καὶ τὰ μὲν κέρατα, πήχεις ὥσπερ ἦσαν· ζυγώσας δὲ αὐτὰ, καὶ ἐνάψας τὰ νεῦρα, οὐδὲ κόλλοπι περιστρέψας, ἐμελῴδει ἄμουσόν τι, καὶ ἀπῳδὸν, ἄλλο μὲν αὐτὸς βοῶν, ἄλλο δὲ ἡ λύρα ὑπήχει· ὥστε οὐδὲ κατέχειν τὸν γέλωτα ἐδυνάμεθα ἐπὶ τῷ ἐρωτικῷ ἐκείνῳ ᾄσματι. ἡ μὲν γὰρ Ἠχὼ οὐδὲ ἀποκρίνεσθαι αὐτῷ ἤθελεν, οὕτω λάλος οὖσα, [d] βρυχωμένῳ· ἀλλ' ᾐσχύνετο, εἰ φανείη μιμουμένη τραχεῖαν ᾠδὴν, καὶ καταγέλαστον.

tranquillum fuerit mare; prona in aquam deſpectans, contemplare temet ipſam, nihil aliud, quam colore candidam exquiſite: illud autem non laudatur, niſi eniteſcat candori immixtus rubor. GAL. Atqui illa ego mere candida tamen amatorem vel iſtum habeo; at veſtrum nulla eſt, quam ſeu paſtor, ſive nauta, ſeu portitor laudet. Polyphemus autem & aliis rebus excellit, & muſicus eſt.

4. DOR. Tace, Galatea; audivimus illum canentem, quando comeſſatum ibat nuper ad te: ita mihi Venus ſit propitia, ut aſinus aliquis rudere fuit viſus: tum ipſa lyra qualis! cranium cervi nudum carnibus; cornua quidem quaſi manubria erant, quibus quum jugum addidiſſet, atque alligaſſet nervos, quos nulla clavicula tetenderat, modulabatur agreſte quiddam & abſonum, dum aliud ipſe vociferaretur, aliud lyra ſubſonaret. Itaque ne continere quidem riſum poteramus in amatorio iſto cantico: nam Echo multum aberat, ut reſpondere ipſi vellet, tam garrula, rugienti; ſed pudebat eam, ſi viſa fuiſſet imitari aſperum cantum & ridiculum.

5. Imo

a Ἐπιπρέπῃ] ἐπιπρέπει O. b Κἂν τοῦτον ἔχω] ἔχω τοῦτον. O. Pro κἂν J. & Marg. Δἰλ. καὶ. c Ὁ δὲ] ὁ δέ γε O. d Βρυχωμένῳ] Cunctae Edd. βρυχομένῳ male: eſt enim a βρυχάομαι.

48. Κόλλοπι] Ἤλῳ τῆς κιθάρας. V.

33. Εἴποτε γαλήνη εἴη] Apud *Theocrit.* Eid. VI, 35. Cyclops: Ἦ γὰρ πρᾶν ἐς πόντον ἐσέβλεπον· ἦς δὲ γαλάνα dubito an *Noſter* eo reſpexerit: modo certe, ubi nihil in Galatea, quod jure laudaret, habuiſſe Polyphemum adſeverat Doris, praeter candorem, tum ipſum Galateæ nomen, tum illud *Theocriti* cogitavit Eid. XI, 20. Λευκοτέρα πακτᾶς ποτιδεῖν· quod *Ovidius* ingenio ſuo magis confiſus, quam imitandi ſucceſſu, pauliſper immutavit, *Mollior & cygni plumis & lacte coacto.* Qui Galateae toti, ejus utique lacertis convenit candor: tales pinxiſſe *Valerium Flaccum* omnino mihi perſuadeo I, 135. *Hanc Panope, Dotoque ſoror, laetataque fluctu Proſequitur niveis pariter Galatea lacertis: Antra petens Siculo revocat de litore Cyclops:* nam quod cum Codicibus Edd. habent, *nudis*, nihil aliud eſt, quam nudum epitheton, nullaque venuſtate Galateae lacerto exornans. Tum *Antra petens* ita diſtinxi, ut copulandum ſit cum Cyclope, quod *Pius* ſatis recte explicuit: miror aliter fuiſſe viſum *N. Heinſio*, Viro ſagaciſſimo. *T. H.*

44. Ἀφροδίτη φίλη] Leg. Ἀμφιτρίτη, ut Reviv. c. 47. Caetera ex *Theocr.* Potuiſſet retineri Ἀφροδίτη ſed verius eſt marinas nymphas aliud dixiſſe. *J. B.*

45. Οἵας] Facili medicina, ſic interpungendo, credo ſanatum locum: cui geminum ſi requiras adi *Φιλοψ.* c. 25. *M. du S.*

Οἵα!] *Graevius* ad Θ. Δ. VII. legendum eſſe ſtatuit accentu mutato, αὐτὴ δὲ ἡ πηκτὶς οἷα κρανίον ἐλάφου· quod interpretatur: *ipſa lyra ſolummodo erat cranium cervi.* Vellem hinc manum Vir egregius abſtinuiſſet: diu nobis erit expectandum interea dum locutionem eſſe Graecam probet; ne dicam, parum concinne voculam, quae propria ſit poëtis, in orationem proſam intrudi. Recte, quod & ipſe jam pridem videram, Doctiſſ. *M. du Soul* ſola diſtinctione nativum huic loco lumen reddidit. Apud *Theocritum* & *Philo-*

ſtra-

5. Imo ferebat etiam amabilis iſte in ulnis ludicrum, urſæ catulum, hirſutia ſibi plane ſimilem. Quis non invideat tibi, Galatea, talem amatorem? GAL. Quin ergo, Dori, monſtra nobis tuum, formoſiorem ſcilicet, ac doctius canentem, quique cithara ludere melius ſciat. DOR. At amator quidem nullus eſt mihi; neque me amabilem eſſe arroganter præ me fero: talis autem, qualis eſt Cyclops, fœtidum alarum odorem ſpargens, tanquam hircus, crudivorus, ut ajunt, & cibum capiens, qui eo deferuntur, hoſpites, tibi eveniat, tuque mutuum ames illum.

Ἔφερε δὲ ὁ ἐπέραςος ἐν ταῖς ἀγκάλαις ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα, καὶ τὸ λάσιον αὐτῷ προσεοικότα. τίς οὐκ ἂν φθονήσειέ σοι, ὦ Γαλάτεια, τοιούτου ἐραςοῦ; ΓΑΛ. οὐκοῦν σὺ, Δωρὶ, δεῖξον ἡμῖν τὸν σεαυτῆς, καλλίω δηλονότι ὄντα, καὶ ᾠδικώτερον, καὶ κιθαρίζειν ἄμεινον ἐπιςάμενον. ΔΩ. ἀλλ' ἐραςὴς μὲν οὐδείς ἐςί μοι, οὐδὲ σεμνύνομαι ἐπέραςος εἶναι. τοιοῦτος δὲ, οἷος ὁ Κύκλωψ ἐςὶ, κινάβρας ἀπόζων ὥσπερ ὁ τράγος, ὠμοφάγος, ὥς φασι, καὶ σιτούμενος τοὺς ἐπιδημοῦντας τῶν ξένων, σοὶ γένοιτο, καὶ σὺ ἀντερῴης αὐτοῦ.

II.

CYCLOPIS ET NEPTUNI.

C Y C.

1. PAter, qualia ſum paſſus ab illo ſcelerato hoſpite, qui, quum inebriaſſet, excaecavit me dormientem aggreſſus. NEP. Quis iſta, Polypheme, eſt

ΚΥΚΛΩΠΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

Κ Υ Κ.

Ω Πάτερ, οἷα πέπονθα ὑπὸ τοῦ καταράτου ξένου· ὃς μεθύσας ἐξετύφλωσέ με, κοιμωμένῳ ἐπιχειρήσας. ΠΟ. τίς δὲ ὁ ταῦτα

ſtratum fiſtula canit Cyclops: *Naſo*, *Sumtaque arundinibus compacta eſt fiſtula centum*: ne ſcilicet ad corporis modulum longus junctarum tot arundinum ordo non reſponderet; quibus tamen ſi vel mediocriter ludere ſcivit Polyphemus, artificem eum habuero non vulgarem. Citharam huic monſtro tradiderat *Philoxenus*, teſte *Schol. Ariſtoph.* ad Pl. v. 290. iſtiusmodi forte, qualem hic irridet *Lucianus*. *T.H.*

48. Κάλλοπι] Id eſt, *clavicula*. *F.G.*

50. Ἄλλο δ' ἢ λύρα ὁ.] V. Anacr. *Od.* I. *M. du S.*

57. Ἀθυρμάτιον ἄρκτου σκύλακα] Vid. *Paul. Leopard.* Emend. II. c. 6. Ἀθύρματα non tantum catuli Melitaei, atque ejus generis animalia oblectamenti cauſa delicatius habita, ſed & Deorum ἀθύρματα, quibus ſibi conſecratis delectari putabantur. Polyphemi formam urſi decebant, ludicrum venuſtiſſimum; ingenium, quod eos non ſibi, ſed dominae Galateae ſervaret. Apud *Theocrit.* Eid. XI, 41. — τράφω δέ τοι ἕνδεκα νεβρὼς, Πάσας μαννοφόρως, καὶ σκύμνως τέσσαρας ἄρκτων. In *Ovidii* Metam. XIII, 834. perquam facete: *Inveni geminos, qui tecum ludere poſſint*, (expreſſit ἀθύρματα) *Inter ſe ſimiles vix ut dignoſcere poſſis*, *Villoſae catulos in ſummis montibus urſae*; *Inveni*, *& Dominae*, *dixi*, *ſervabimus iſtos*. Unum urſi catulum, quem in ulnis ferret, ſufficere putavit *Lucianus* ſuos ſine dubio ſecutus auctores. Tum καὶ minus opportune poſitum: ſcripſerat *Noſter*, κατὰ τὸ λάσιον &c. Saepe λάσιος in hoc dialogo Polyphemus; neque diffitetur ipſe apud *Theocritum*, Αἴ δέ τοι αὐτὸς ἐγὼ δοκέω λασιώτερος ἦμεν. Illum ego verſiculum ab ea ſede, quam in Edd. mihi ſaltem viſis occupat, retractum immigrare jubeam poſt verſum tertium & trigeſimum, ubi melius ſententiae ſerviat; nam quo loco nunc haeret, viciniam plane conturbat. In *Philoſtrati* Cyclope Icon. II. c. 18. multa ſunt ſimilia. Prope finem dialogi cur non, κινάβρας ἀπόζων, ὥσπερ οἱ τράγοι; *T.H.*

Ibid. Ἄρκτου σκύλακα] Vide omnino *Theocritum* Id. XI, 41. Sed & totum perlege venuſtiſſimum poematium huc apprime faciens. *Ovid.* Met. XIII. 834. *M. du S.*

64. Κινάβρας ἀπόζων] Sic philoſophus Lucianeus κινάβραν ἀποβάλλων Dial. M. X. § 8. Sic κινάβρας ἀπόζοντα. Dialog. ἑταιρ. Κινάβρας, δυσωδίαν τῶν τράγων. *Heſych.* Interpr. *Ariſtophan.* ad illud Plut. Λέγων τε κινναβρῶντα μέλη, vult etiam κινάβραν eſſe τὴν μασχαλῶν δυσωδίαν.

Valle ſub alarum trux habitare caper.

κινάβρας. *Catull.* *J.B.*

68. Ω Πάτερ] Hic Dial. ex Homero. *J.B.*

τα τολμήσας, ὦ Πολύφημε; ΚΥ. τὸ μὲν πρῶτον ΟΥτιν ἑαυτὸν ἀπεκάλει· ἐπεὶ δὲ διέφυγε, καὶ ἔξω ἦν βέλους, Ὀδυσσεὺς ὀνομάζεσθαι ἔφη. ΠΟ. οἶδα ὃν λέγεις, τὸν Ἰθακήσιον· ἐξ Ἰλίου δ' ἀνέπλει. ἀλλὰ πῶς ταῦτ' ἔπραξεν, οὐδὲ πάνυ εὐθαρσὴς ὤν.

ΚΥ. Κατέλαβον ἐν τῷ ἄντρῳ, ἀπὸ τῆς νομῆς ἀναστρέψας, πολλούς τινας, ἐπιβουλεύοντας δηλονότι τοῖς ποιμνίοις· [a] ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα (πέτρα δέ ἐστι μοι παμμεγέθης) καὶ τὸ πῦρ ἀνέκαυσα, ἐναυσάμενος ὃ ἔφερον δένδρον ἀπὸ τοῦ ὄρους, ἐφάνησαν ἀποκρύπτειν αὑτοὺς πειρώμενοι· ἐγὼ δὲ συλλαβὼν αὐτῶν τινας, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, κατέφαγον λῃστὰς ὄντας. ἐνταῦθα ὁ πανουργότατος ἐκεῖνος, εἴτε ΟΥτις, εἴτε Ὀδυσσεὺς ἦν, δίδωσί μοι πιεῖν φάρμακόν τι ἐγχέας, ἡδὺ μὲν, καὶ εὔοσμον, [b] ἐπιβουλότατον δὲ, καὶ ταραχωδέστατον· ἅπαντα γὰρ εὐθὺς ἐδόκει μοι περιφέρεσθαι πιόντι, καὶ τὸ σπήλαιον

auſus? CYC. Initio ſemet Utin appellitabat: at poſtquam effugit, extraque teli jactum erat, Ulyſſem ſibi nomen eſſe dixit. NEP. Novi, quem dicas, Ithacenſem illum: ex Ilio domum revehebatur. Quomodo tamen iſta patravit, qui haud valde forti ſit animo?

2. CYC. Deprehendi in antro a paſtu reverſus aliquam multos, inſidiantes nimirum gregibus: ubi autem oppoſui januæ operculum (hoc ſaxum mihi eſt ingens) ignemque feci ſuccenſa, quam ferebam arbore a monte, id agere videbantur, ut abſconderent ſeſe. Tum ego correptos eorum quosdam, ut æquum erat, commanducavi; quippe latrones: ibi vaferrimus ille ſive Utis, ſive Ulyſſes, dat mihi bibere medicamentum infuſum, ſuave quidem, & odoris boni, ſed idem inſidioſiſſimum ac turbulentiſſimum: etenim cuncta ſtatim videbantur mihi circumagi, hoc potu hauſto, ipſaque ſpelunca ſurſum deorſum verte-

[a] Ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα] ἐπεὶ δὲ ἔθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πῶμα. Sic priores Edd. [b] Ἐπιβουλότατον] Ita G. P. *J. V2.* ἐπιβουλευτότατον priores Edd.

73. Ἔξω ἦν βέλους] *In tuto, citraque periculum.* Hoc proverbium frequens eſt apud *Lucianum* in Vot. in Baccho, in Dial. Ven. & Cupidinis. *G.C.*

79. Ἐπεὶ δὲ ἔθηκα] Lege, ut bene Codex antiquus prae ſe fert, ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα τῇ θύρᾳ τὸ πτῶμα. Dein idem liber procul dubio rectius pro vulgato ἐπιβουλευτότατος, ſcribit ἐπιβουλότατος· ſic & apud *Syneſ.* ἐπιβουλότατα: ſed alibi quoque apud *Lucianum* hoc vocabulum occurrit, nusquam, ſi recte memini, ἐπιβουλευτός· ſed ἐπίβουλος non infrequens eſt Graecis ſcriptoribus. *J G.G.*

Ἐπεὶ γὰρ ἐπέθηκα] Reſtituendam putavi Gr. Cod. lectionem tum alias ob cauſas, tum propterea maxime, quod illud ἐπιτιθέναι Homericum ſit Od. I, 240. Αὐτὰρ ἔπειτ' ἐπέθηκε θυρεὸν μέγαν ὕψοσ' ἀείρας· mox, πέτρην ἐπέθηκε θύρῃσι. v. 313. Ῥηϊδίως ἀφελὼν θυρεὸν μέγαν. αὐτὰρ ἔπειτα Αψ ἐπέθηχ', ὡς εἴ τε φαρέτρῃ πῶμ' ἐπιθείη. Ἐπιτιθέναι de claudenda janua Graecis uſitatum, τιθέναι non item. Τὸ πῶμα (in πτῶμα non ipſas membranas, ſed Graeculi manum aberraſſe ſui icor) quod ad exitum antri fuit admotum, θυρεὸν *Poeta* vocat, qua de voce, quae poſtmodum in aliam longe ſignificandi ditionem migravit, multa Grammatici. *T. H.*

88. Ἐπιβουλότατον] Agnoſcunt hanc ſcripturam Ed. *J.* Mſ. Gr. & P. ſic ſcribitur etiam ſub *Tim.* c. 35. In vulgatis ἐπιβουλευτότατον. utrumve apud Xenoph. legitur nempe ἐπιβούλευτος. Cyrop. VIII. p. 130, 37. & 388, 24. δυσεπιβ—. *M. du S.*

Ἐπιβουλευτότατον] Quem tibicinem huic voci ſolum ſuppoſuerat *H. Stephanus*, intervertunt libri veteres offerendo ἐπιβουλοτατον. Eſt quidem in compoſitis ἐπιβούλευτος per ſane quam familiare: *Xenoph.* Κ. Π. VIII. p. 130. v. 37. ὡς εὐεπιβουλευτοτέρας ταύτης οὔσης (τῆς ἀριστερᾶς χειρός) Ἱππ. p. 561. v. 42. δυσεπιβουλευτότεροι εἰσὶν ἀφανεῖς ὄντες· de Ageſ. p. 388. v. 24. ubi cumulata videas ejusmodi vocabula: νομίζων ἐν τῷ τοιούτῳ τά, τε ἀτρεμὲς καὶ ἀνεκπληκτότατον καὶ ἀθορυβητότατον καὶ ἀναμαρτητότατον καὶ δυσεπιβουλευτότατον εἶναι. *Syneſ.* de Regn. p. 13. A. τίς δὲ ἰδιώτης καὶ μικρὰ πράττων ἀδεέστερός τε καὶ ἀνεπιβουλευτότερος ἐκείνου βασιλέως &c. Verum extra compoſitorum hanc formam ſimplex ἐπιβουλευτὸς reperire non dabitur; quod in quamplurimis aliis uſu venit. Si quis θορυβητὸς, ἁμαρτητὸς, quorum in *Xenophonte* compoſita vidimus, oſtenderit, illi per me licebit in *Lucianum* revocare ἐπιβουλευτότατον. Interim nihil alienum me facturum exiſtimavi, ſi certiſſimae fidei verbum ſcriptori noſtro redderem: in Tim. p. 173. v. 39. τὸ κάκιστον τοῦτο καὶ ἐπιβουλότατον κτῆμα ὁ πλοῦτος. *Stob.* e *Dione Chryſ.* Διαβολὴ κακὸν καὶ ἐπιβουλότατον. Idem Or. X. p. 144. D. ὡς ἔχθιστον καὶ ἐπιβουλότατον. *T. H.*

93. Ἀποξύσας τὸν μοχλὸν] Ex *Budaeo H. Stephan.* in Th. L. Gr. T. II. p. 1134. Ἀποξύω, *extenuo, derado, acuo-*

tebatur; nec amplius omnino apud me eram; denique in ſomnum devolutus ſum. Ibi ille, raſo ad acuendum vecte, & ambuſto inſuper, lumine me privavit dormientem: ex eoque tempore cæcus ſum tibi, Neptune.

3. NEP. Quam tu altum obdormiviſti, fili, qui non exſilueris, dum oculus effodiebatur. Ulyſſes autem quo pacto effugit: nam, ut mihi quidem certo perſuadeor, non potuit amovere petram a janua. CYC. Imo ipſe abſtuli, ut magis eum caperem exeuntem: nam quum conſediſſem juxta januam, venabar manibus expanſis, ſolas prætermittens oves ad paſtum, præcipienſque arieti quæcumque par erat illum facere pro me.

4. NEP. Intelligere mihi videor ſub iſto latentem eum clam egreſſum fuiſſe. Quin tu ceteros Cyclopas quanto poteras clamore advocaſſes adverſum eum. CYC. Convocavi, pater & venerunt: ſciſcitati autem inſidiatoris nomen, ubi ego dicebam Utin eſſe, atra me bile percitum ducentes conſe-

αὐτὸ ἀνεστρέφετο, καὶ οὐκ ἔτι ὅλως ἐν ἐμαυτῷ ἤμην· τέλος δὲ ἐς ὕπνον κατεσπάσθην. ὁ δὲ, ἀποξύσας τὸν μοχλὸν, καὶ πυρώσας [c] γε προσέτι, ἐτύφλωσέ με καθεύδοντα· καὶ ἀπ' ἐκείνου τυφλός εἰμί σοι, ὦ Πόσειδον.

ΠΟ. Ὡς βαθὺν ἐκοιμήθης, ὦ τέκνον, ὃς οὐκ ἐξέθορες μεταξὺ τυφλούμενος. ὁ δ' οὖν Ὀδυσσεὺς πῶς διέφυγεν; οὐ γὰρ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι ἐδυνήθη ἀποκινῆσαι τὴν πέτραν ἀπὸ τῆς θύρας. ΚΥ. ἀλλ' ἐγὼ ἀφεῖλον, ὡς μᾶλλον αὐτὸν λάβοιμι ἐξιόντα· καὶ [d] καθίσας παρὰ τὴν θύραν ἐθήρων τὰς χεῖρας ἐκπετάσας, μόνα παρεὶς τὰ πρόβατα ἐς τὴν νομὴν, ἐντειλάμενος τῷ κριῷ, ὁπόσα ἐχρῆν πράττειν αὐτὸν ὑπὲρ ἐμοῦ.

ΠΟ. Μανθάνω ὑπ' ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν ὑπεξελθών σε· ἀλλὰ τοὺς ἄλλους γε Κύκλωπας ἔδει ἐπιβοήσασθαι ἐπ' αὐτόν. ΚΥ. συνεκάλεσα, ὦ πάτερ, καὶ ἧκον. ἐπεὶ δὲ ἤροντο τοῦ ἐπιβουλεύοντος τὸ ὄνομα, κἀγὼ ἔφην ὅτι ΟΥτις ἐστὶ, μελαγχολᾶν οἰηθέν-

c Γε] Deeſt in P. *d* Καθίσας] *καθήσας* F. cujusmodi typorum peccata in ea Ed. occurrunt plura, ut in initio hujus dialogi *μεθησας* pro *μεθυσας*, non digna ſane, quae commemorentur.

97. Ἐξέθορες] Ἐξεπήδησας. *G.*

acuo. Lucianus, *ὁ δὲ ἀποξύσας τὸν μοχλὸν καὶ πυρώσας γε προσέτι, κατετύφλωσε με καθεύδοντα.* Quibus addit de ſuo, *ſed videndum eſt an ἀποξύω poſſit etiam pro ἀποξύνω accipi, id eſt, acuo:* quidni? modo poteſtate ſecundaria, *deradendo*, quemadmodum in lignis fieri debet, *exacuo* Vereor tamen, quanquam lectioni vulgatae controverſiam non moveo, ne *Lucianus* reliquerit *ἀποξύνας* ab *Homero* ſumtum Od. I, 326. — *ἀποξῦναι δ' ἐκέλευσα·* mox: — *ἐγὼ δ' ἐθόωσα παραστὰς Ἄκρον, ἄφαρ δὲ λαβὼν ἐπυράκτεον ἐν πυρὶ κηλέῳ· Euripid.* Cycl. v. 455. *Ὃν φασγάνῳ τῷδ' ἐξαποξύνας ἄκρον Εἰς πῦρ καθήσω* — Illud *Homeri ἐθόωσα Scholiaſtes* interpretatur: *ἀπώξυνα·* tum *ἐπυράκτεον, ἐπύρουν εἰς τὸ δαλὸν ποιῆσαι.* Diſtinctionem, quae perperam in nonnullis Edd. poſita *Benedictum* deceperat, recte collocavit *Budaeus:* ceterum unde promiſerit *κατετύφλωσε*, quod in earum Edd. quas tractamus, nulla comparet, equidem ignoro: *Stephanus* certe verbum iſtud compoſitum, tametſi probae notae, in Theſauro nusquam recenſuit. *T. H.*

Ibid. Μοχλὸν] *Palo, Virgil.* AEn. III. — *& telo lumen terebramus acuto.* *G. C.*

Ibid. Πυρώσας γε, προσέτι ἐτύφλ.] Καὶ πυρώσας γε προσέτι, ἐτύφλ. *Exacuto vecte & praeterea igne ſucceſſo.* Sic eſt interpungendum & vertendum. *J. C.*

2. Καὶ καθίσας] Uſque ad *μόνα* aberant a Mſ. *J. B.*

6. Μανθάνω ὑπ' ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλαθεν] Sic inepte diſtinguit hæc editio ex Salmurienſi; at debebat *μανθάνω, ὑπ' ἐκείνοις ὅτι γε ἔλ.* *J. G.*

Μανθάνω ὑπ' ἐκείνοις, ὅτι γε ἔλ.] Haec interpunctio, qua Fl. caret, a poſterioribus eſt profecta: ſi quid eſſet in ea momenti, debuerat ſcribi: *μανθάνω ἀπ' ἐκείνων, ex iis, quae narras, intelligo.* Ut *Gronovius* voluit, ita paene *V2.* & ferri poteſt, *ὑπ' ἐκείνοις*, ſcilicet *προβάτοις·* ſed potius habuero, *ὑπ' ἐκείνῳ*, nimirum *κριῷ*, ut *Homero*, cujus paene verba Lucianus expreſſit, ſit conſentaneum: vid. Od. I, 444. *Nonnus* ſive *Maximus Συναγ.* Iς. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 172. *διέδρασε δὲ μεθύσας τὸν Κύκλωπα, καὶ τυφλώσας αὐτὸν, καὶ ὑπὸ τὸ ἔριον ἐν ᾧ κριοῦ κατακρεμάσας ἑαυτὸν, καὶ ἐξελθὼν σὺν τῷ κριῷ οὕτως ἀπέδρα.* *T. H.*

19. Τὸ

οἰηθέντες με, ᾤχοντο ἀπιόντες. οὕτω κατεσοφίσατό με ὁ κατάρατος τῷ ὀνόματι. καὶ ὃ μάλιστα ἠνίασέ με, ὅτι καὶ ὀνειδίζων ἐμοὶ τὴν συμφορὰν, [a] οὐδ' ὁ πατὴρ, φησὶν, ὁ Ποσειδῶν ἰάσεταί σε. ΠΟ. Θάρσει, ὦ τέκνον, ἀμυνοῦμαι γὰρ αὐτὸν, ὡς μάθῃ ὅτι, εἰ καὶ πήρωσίν μοι ὀφθαλμῶν ἰᾶσθαι ἀδύνατον, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι· πλεῖ δὲ ἔτι.

ſtim abierunt: ſic me circumventum deteſtabilis ille decepit nomine: quodque maximo mihi fuit dolori, etiam exprobrato mihi oculi damno, ne pater quidem, inquit, Neptunus ſanabit te. NEP. Bonum animum habe, fili; ulciſcar ipſum, ut diſcat, quamvis cæcitati oculorum mederi non poſſim, fortunam tamen navigantium, ut ſervem eos aut perdam, in mea eſſe poteſtate: navigat autem adhuc.

III. AL-

a Οὐδ' ὁ πατήρ] Od. I, 525. Ὡς οὐκ ὀφθαλμόν γ' ἰήσεται οὐδ' Ἐνοσίχθων.

19. Τὸ σ. αὐτ. καὶ ἀπολλύναι] Haec male cohaerent, & ſubaeratum quiddam tinniunt; neque adeo dubito, quin primum in margine a ſtudioſo lectore adpicta deinde perrepſerint in contextum orationis. Laborant itidem ἐπ' ἐμοὶ πρόσεστι· ſi ſcriptum foret, τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ ἐστὶ, *mea in manu ac poteſtate fortuna navigantium eſt*, nihil ultra deſideraremus. Ἐμοὶ πρόσεστι, abjecto ἐπὶ, ſatis quidem Graecum, verum ad ſententiam hujus loci neutiquam opportunum: nec fieri tamen potuiſſe non credas, ut ex utraque lectione varia vulgaris illa fuerit conflata. Nihil tamen expeditius arbitror, quam ut πρὸς ortum putetur ex πάντως, cujus in vetuſtis libris tale eſt ſcripturae compendium πτως. Ergo vel genuinum erit, vel *Luciano* ſaltem non indignum: τὰ γοῦν τῶν πλεόντων ἐπ' ἐμοὶ πάντως ἐστί· horum ſenſum ut explanaret, addidit aliquis, τὸ σώζειν αὐτοὺς καὶ ἀπολλύναι, quae nunc dilucide patet quam ſint nullius pretii, ſi quadratae orationi interjiciantur. *T.H.*

21. Τί τοῦτο &c.] Hic ſecutus eſt poëtarum fabulas, qui Arethuſam venatricem Dianæ comitem fuiſſe tradunt, ab Alpheo adamatam; cui quum ille vim adhibere pararet, eaque effugere non poſſet, Dianae miſeratione in fontem ſui nominis eſſe converſam, occultiſſimisque meatibus & per ſubterraneos cuniculos, ne amatoris undis pollueretur, in Siciliam uſque fugiſſe, tandemque in ea parte Syracuſanae urbis, quae Ortygia dicitur, magna aquarum vi erupiſſe, Alpheumque amatae Nymphae deſiderio eodem eſſe inſecutum. *Virgil.* III. AEn.

—— Alpheum fama eſt huc Elidis amnem
Occultas egiſſe vias ſubter mare, qui nunc
Ore Arethuſa tuo Siculis confunditur undis.

Verum haec fabuloſa eſſe conſtat, quum Alphei aquae nusquam abſorbeantur, ut docet *Strabo* lib. VI. ejusque oſtium manifeſte videatur inter Ichthyn promontorium & Haliartum oppidum. Caeterum fabulam Alphei & Arethuſae refert *Ovid.* Metam. V. & *Lucanus* ejus meminit in III.

—— —— Populisque per aequora mittens
Sicaniis Alpheus aquas —— ——

Silius Ital. lib. XIII.

Hic Arethuſa ſuum piſcoſo fonte receptat
Alpheon, ſacrae portantem ſigna coronae.

Sed longe venuſtiſſime *Papinius* in Epith. Stell. & Viol. v. 203.

—— —— Tumida ſic transfuga Piſa
Amnis in externos longe flammatus amores
Flumina demerſo trahit intemerata canali.
Donec Sicanios tandem perlatus anhelo
Ore bibat fontes. Miratur dulcia Naïs
Oſcula, nec credit pelago veniſſe maritum. G.C.

Τί τοῦτο] Mirum eſt quod de Alpheo flumine narrat *Achill. Tat.* lib. I. ὅταν οὖν ᾖ τῶν Ὀλυμπίων ἑορτὴ, πολλοὶ μὲν εἰς τὰς δίνας τοῦ ποταμοῦ καθιᾶσιν ἄλλος ἄλλα δῶρα, ὁ δὲ εὐθὺς πρὸς τὴν ἐρωμένην κομίζει, καὶ ταῦτά ἐστιν ἕδνα ποταμοῦ. *J.B.*

Τί τοῦτο, ὦ Ἀλφειέ;] Multa notari poterant, quae diligentiam aliorum effugerunt; ſed contenti erimus indicio *Ph. Cluverii*, qui Sic. Ant. p. 156. 157. quicquid fere ad hanc fabulam a veteribus eſt traditum, pro ſolita ſedulitate ſtudioſe collegit. Quae plurimis eſt Arethuſa, Dianam nonnulli dixerunt: inſignem enimvero temeritatem fluvii cum maximis minime comparandi, qui tam nobiles nuptias & ſupra ſortem ſuam ſperare fuerit auſus! Vide *Schol. Pindar.* ad N. A, I. quod ſi habuiſſet in promtu *Fulv. Urſinus* in Virg. cum Gr. Scr. C. p. 275. caviſſet ſibi, ne Teleſillae verſum apud *Hephaeſt.* p. 36. Ἅδ' Ἄρτεμις, ὦ κόραι, φεύγοισα τὸν Ἀλφεόν, mutatum iret in Ἅδ' Ἀρέθουσ', ὦ κόραι. Ἀλφειώα vel Ἀλφειοῦσα Dianae cognomen, de quo *Iſ. Caſaubon.* Anim. ad *Athen.* VIII. c. 7. *T.H.*

Ibid. Ἀλφειέ] Alpheus fluvius in Elide Peloponneſi regione, per quam funditur, quem *Pauſanias* lib. V. tradit occultis meatibus ſubter mare labi, & in Arethuſam Siciliae fontem deſinere. *Suidas* multo luculentius ejusdem fluminis naturam, curſum & αὔξησιν deſcribit. *G.C.*

22. Οὔτε ἀναμίγνυται . . .] V. *Philoſtr. Imag.* p. 812. & *Pauſan.* Ἠλιακ. oraculum Apollinis in eam rem afſe-

III.

ALPHEI ET NEPTUNI.

NEP.

1. QUid hoc eſt rei, Alphee? ſolus aliorum illapſus in pelagus nec commiſceris ſalo, ut quidem mos eſt fluviis omnibus, nec requieſcis te diffuſus; ſed per mare concretus, ac dulci ſervato liquore, non permixtus præterea purusque properas, neſcio quo pacto in profundum te demergens, ut gaviæ ſolent & ardeæ: & videris emerſurus alicubi, teque denuo in lucem prolaturus. ALP. Amatorium hoc quiddam eſt, o Neptune: quare ne arguas: amore captus enim & tu fuiſti ſæpius.

ΑΛΦΕΙΟΥ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

ΠΟΣ.

ΤΙ τοῦτο, ὦ Ἀλφειέ, μόνος τῶν ἄλλων ἐμπεσὼν εἰς τὸ πέλαγος οὔτε ἀναμίγνυσαι τῇ ἅλμῃ, ὡς ἔθος ποταμοῖς ἅπασιν, οὔτε ἀναπαύεις σεαυτὸν διαχυθεὶς, ἀλλὰ διὰ τῆς θαλάττης ξυνεστὼς, καὶ γλυκὺ φυλάττων τὸ ῥεῖθρον, ἀμιγὴς ἔτι καὶ καθαρὸς ἐπείγῃ, οὐκ οἶδ' [b] ὅπου βύθιος ὑποδὺς, καθάπερ οἱ λάροι καὶ ἐρωδιοί; καὶ ἔοικας ἀνακύψειν που, καὶ αὖθις ἀναφαίνειν σεαυτόν. ΑΛ. ἐρωτικόν τι τὸ πρᾶγμά ἐστιν, ὦ Πόσειδον, ὥστε μὴ ἔλεγχε. ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς πολλάκις. ΠΟ.

b Ὅπου] ὅποι *J. V2.*

ferentem. p. 153. *M. du S.*

24. Οὔτε ἀναπ.] Ex Ed. Salm. male diſtinctum puto οὔτε ἀναπαύεις, σεαυτὸν διαχυθεὶς, quum rectius non diſtinguatur ab *Bourdelotio*. Neque ſane id poteſt notare *neque diffuſis aquis te ipſum cohibes*; nam qui ſe diffundit, quomodo is ſe cohibet? ſed *diffuſus te reficis*. Ludit enim in notione & Græci verbi διαχυθῆναι & Latini *diffundere*, nempe pro exhilarare. Quæ tota eſt elegantia hujus loci. *J. G.*

Ἀναπαύεις σεαυτὸν διαχυθεὶς] *Gronovio* remittimus acumen illud quaeſitum in διαχεῖσθαι, quod ſi *Luciano* potuiſſet in mentem venire, multo minus elimata forent, quam nunc ſunt, ejus ſcripta. Non alia τοῦ διαχεῖσθαι eſt poteſtas, quam quae Geographis, ubi de fluminibus in mare labentibus habetur ſermo, familiariſſima: *Strab.* VI. p. 416. B. de hoc ipſo Alpheo: τό, τι διὰ τοσούτου πόρου συμμένειν τὸ ῥεῦμα τοῦ ποταμοῦ μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάττῃ &c. παντελῶς μυθῶδες. V. p. 325. C. Padus διαχεόμενος εἰς πολλὰ μέρη κατὰ τὰς ἐκβολάς. Tum συμμένειν in *Strabone*, quod *Luciano* ξυνεστηκέναι ἀμιγὴς itidem, quum de Alpheo loquuntur, frequens: ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ διασῶζον τὸ πότιμον ὕδωρ. *Strabo. Liban.* T. I. p. 4. A. φυλάττων ἀμιγὲς καὶ ἐν θαλάττῃ τὸ ῥεῖθρον. perquam elegantem orationis figuram hinc traxit T. II. p. 345. A. qui Ionen in Syria condiderunt Argivi μετ' εὐδαιμονίας ἁπάσης ᾤκουν ἐν μέσῃ τῇ βαρβάρῳ πόλιν Ἑλλάδα, παρεχόμενοι καὶ τηρήσαντες τὸ ἦθος καθαρὸν ἐν τοσαύτῃ νόσῳ τῇ κύκλῳ, κατὰ τὸν ἐπ' Ἀλφειῷ κεκινημένον μῦθον, ὃς ἐκ Πελοποννήσου πρὸς Σικελίαν ἄγει τὸν ποταμὸν διὰ θαλάσσης μέσης ἀπομιγῆ πρὸς τὴν θάλατταν. *T. H.*

27. Οὐκ οἶδ' ὅπου] Hoc Neptunum praeterire non poterat maris univerſi dominum: quapropter malim, οὐκ οἶδ' ὅπως. Ἀναφαίνειν retinui: multis enim doceri poteſt exemplis, quae alibi proferentur, juncta per copulam καὶ verba non ſemper temporibus concordare. Mox ſuſpectum mihi eſt ἔλεγχε· nihil in Neptuni verbis, quod criminationem ullam redoleat: tale quiddam potius requiritur, quale ad finem eſt hujus dialogi, ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον· id enim aegre videtur ferre Alpheus, Neptunum moleſto colloquio ſua gaudia morari: tu me properantem, ait, certe debebat, ne interpelles; noſti mores amantium & feſtinationem, ut qui ſaepe jam eodem igne contabueris. *T. H.*

28. Οἱ λάροι] *Larum Gesa* vertit *gaviam*, cujus mentionem facit *Plinius* inter maritimas & aquaticas halcyonem & mergum X. c. 32. Idem c. 74. ejuſdem libri, *aquaticae anates & gaviae.* Λάρον latine quidem commode reddi non poſſe dicit in *Laro hiante Eraſmus.* *G. C.*

Ibid. Ἐρωδιοὶ] Aves, quarum tria genera ponuntur ab *Ariſtot.* Haec avis urinatur, ſicut & λάρος. *G. C.*

29. Ἀναφαίνειν σεαυτόν.] Filum orationis perſuadet omnino Lucianum ſcripſiſſe ἀναφανεῖν. *Neſcio ubi, ſicut gaviae & ardeae, demerſus in profundum, alicubi videris emerſurus, teque ipſum rurſus exſerturus.* *J. J.*

Ἀναφανεῖν] Cl. *Jenſii* emendationem in textum recipere viſum eſt. *M. du S.*

ΠΟ. γυναικὸς, ὦ Ἀλφειὲ, ἢ νύμφης ἐρᾷς, ἢ καὶ τῶν Νηρηΐδων αὐτῶν μιᾶς; ΑΛ. οὐκ· ἀλλὰ πηγῆς, ὦ Πόσειδον. ΠΟ. ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ. ΑΛ. νησιῶτίς ἐστι Σικελική· Ἀρέθουσαν αὐτὴν καλοῦσιν.

ΠΟ. Οἶδα οὐκ ἄμορφον, ὦ Ἀλφειὲ, τὴν Ἀρέθουσαν, ἀλλὰ διαυγής τέ ἐστι, καὶ διὰ καθαροῦ ἀναβλύζει, καὶ τὸ ὕδωρ ἐπιπρέπει ταῖς ψηφίσιν, ὅλον ὑπὲρ [a] αὐτῶν φαινόμενον

NEP. Mulierem, Alphee, an nympham amas? anne magis Nereïdum ipſarum unam? ALP. Nequaquam; ſed fontem, Neptune. NEP. Hic tamen ubi terrarum tibi fluit? ALP. Inſularis eſt Siculus: Arethuſam vocitant.

2. NEP. Novi ſane non invenuſtam, Alphee, Arethuſam: imo enim eſt pellucida, puroque ſolo ſcaturit, & aqua lapillis illudens nitet, totaque ſuper eos apparet

a Αὐτῶν] αὐτὰς *J. V2.* Marg. *A1W.* quod praetulero.

34. Ἡ δὲ ποῦ σοι γῆς αὕτη (πηγὴ) ῥέει;] Manifeſtum eſt, quandoquidem ἡ δὲ idem ſignificat, quod αὕτη, poſtremum illud redundare, orationemque ſatis potuiſſe ſubſiſtere hoc modo, ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς ῥέει; Longe tamen abeſt, ut hic aliquid reſecandum, quamlibet redundans, arbitremur; quin iſtiusmodi pleonaſmus & elegans & frequens eſt. Sic infra in Cataplo, ubi Megapenthes, ab aſſentatoribus ſuis venenato poculo interemptus, & Clotho apud inferos colloquuntur, Clotho aït, τὸ γὰρ τελευταῖόν σοι πιεῖν ἐνεχθὲν, ἐκεῖνο δεῦρό κατέπεμψέ σε. Patet τὸ ἐκεῖνο redundare; nam ſine hoc ſenſus eſt pleniſſimus, *Ultimum enim tibi datum poculum te huc demiſit*. In de Saltatione: Τὸ δὲ ἄνθος αὐτῆς (ὀρχήσεως) καὶ τὸν τελεώτατον καρπὸν ὥσπερ νῦν μάλιστα ἐς τὸ ἀκρότατον ἀποτετέλεσται, τοῦτο νῦν ὁ ἡμέτερος λόγος διεξέρχεται. Et hic τοῦτο abundat; ſufficit namque ſi ita intelligas, *Saltationis vero florem, & fructum abſolutiſſimum, qui nunc cum maxime ad ſummam perfectionem venit, oratio noſtra nunc perſequitur*. In de Dea Syria, Ἄλλοι δὲ, Σεμίραμιν τὴν Βαβυλωνίην, τῆς δὴ πολλὰ ἔργα ἐν τῇ Ἀσίῃ ἐστὶ, ταύτην καὶ τόδε τὸ ἕδος εἵσασθαι νομίζουσι. Hic quoque redundat ταύτην· hac enim ratione conſtat oratio, *Alii vero Babyloniam Semiramidem, cujus ſane multa opera in Aſia ſunt, hoc etiam templum ſacraſſe exiſtimant*. Sic in Cynico: Ὑμεῖς δὲ, τῷ δι' ἀπληστίαν τε, καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα, τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε. Omnino & hic non requiritur τὸ τούτῳ ad ſenſum, qui ſine illo ſatis foret concinnus, *Vos autem maxime ſimiles eſtis homini, per inexplebilem cupiditatem & intemperantiam omnia diripienti*. Quid plura ex Noſtro loca adſcribam? AElianus quoque non raro eamdem amat redundantiam. Sic lib. XII. Ποικιλ. 19. Τὴν ποιήτριαν Σαπφὼ τὴν Σκαμανδρωνύμου θυγατέρα, ταύτην καὶ Πλάτων ὁ Ἀρίστωνος σοφὴν ἀναγράφει. Planum eſt, omiſſo τῷ, ταύτην, nihil de ſenſu detrahi. Sic lib. XIII. cap. 1. de Atalanta, φυγεῖν ἐθέλουσαν, ἀλλ' ἐνταῦθα μὲν οὐκ ἄν τις αὐτὴν κατέλαβε. Si & hic ſimpliciter dicamus τὸ, αὐτὴν redundare, nihil neceſſe erit cum Viris doctis vel aliam lectionem circumſpicere; vel id exponere, quaſi φυγεῖν ἐθέλουσαν eſſet Attice pro φυγεῖν ἐθελούσης. Eodem plane modo ſequitur illic non multo poſt, τὸ δὲ ὑπέρογκον τοῦ σώματος, οὐδὲ τοῦτο εἶχε. Sic cap. 15. καὶ Κόροιβον δὲ, καὶ Μελιτιάδην καὶ ἐκείνους ἀνοήτους φασίν.

Quemadmodum Latini in uſurpando per pleonaſmum pronomine faciant cum Graecis, erudite ad *Livii* XXV, 27. docet ὁ πάνυ *J. Fr. Gronovius*. Cujus exemplis ex *Catone*, *Livio*, *Plauto*, *Caeſare*, *Suetonio*, *Plinio*, *Arnobio*, adductis, haec addas licet ex aureo purae Latinitatis flumine, *Cicerone*. Apud hunc in II. de Oratore 63. legas, *Nummium diviſorem, ut Neoptolemum ad Trojam, ſic illum in campo Martio nomen inveniſſe*. cap. 77. *Reliquae duae, ſicuti ſanguis in corporibus, ſic illae in perpetuis orationibus fuſae eſſe debebunt*; duæ nimirum illæ res, *conciliare*, & *permovere*, ut praeceſſerat. Manifeſto in duobus his exemplis, in altero *illum*, in altero *illae*, una cum τῷ, *ſic*, ſine ullo ſenſus intertrimento abeſſe poſſint. Clariſſime quoque τὸ, *haec* ſupervacuum eſt in his apud eumdem, I. de Oratore 23. *Sin autem ea, quae obſervata ſunt in uſu, ac ratione dicendi, haec ab hominibus callidis, ac peritis animadverſa, ac notata, verbis deſignata, generibus illuſtrata, partibus diſtributa ſunt, (id quod fieri potuiſſe video) non intelligo, quamobrem*, &c. Sic redundat τὸ, *ea* in his lib. III. cap. 13. *Tantaque inſolentia ac turba verborum, ut oratio, quae lumen adhibere rebus debet, ea obſcuritatem & tenebras afferat*. Ita & ſcriptor ad Herennium IV, 9. ſuperfluum ponit τὸ, *ii*, dum ita ſcribit: *Nam rerum imperiti, qui uniuscujuſque rei de rebus ante geſtis exempla petere non poſſunt, ii per imprudentiam facillime deducuntur in fraudem*. Iterum Cicero bis in una periodo hac loquendi ratione utitur IV. in Verrem 52. *At jam illa omitto, quae diſperſe a me multis locis dicentur, ac dicta ſunt: forum Syracuſanorum, quod introitu Marcelli purum a caede ſervatum eſt, ID adventu Verris Siculorum innocentium ſanguine redundaſſe: portum Syracuſanorum qui tum & noſtris claſſibus, & Carthaginienſium clauſus fuiſſet. EUM, iſto praetore, Cilicum myoparoni, praedonibusque patuiſſe*. Eodem modo & *ibi* redundat apud eumdem lib. I. in Verrem 22. *Cum quidem viderent* ſocii *in foro populi R. quo in loco antea, qui ſociis injurias fecerant, accuſari & condemnari ſolebant, ibi eſſe palam poſita ea, quae ab ſociis per ſcelus ablata, ereptaque eſſent*. Nam profecto ſine τῷ *ibi* conſtare haec poſſit oratio. Hic locus omnino eſt geminus ejus Liviani, ad quem notabat ea, quae dixi, Vir Magnus. *J. J.*

Hæ

ret argentea. ALP. Ut tu vere noſti fontem Arethuſam, Neptune: ad illam ipſam ergo me confero. NEP. At abi, & eſto felix in amore. Imo iſtud etiam mihi expone; ubi Arethuſam vidiſti tu, qui Arcas es, quum illa ſit Syracuſis? ALP. Feſtinantem me detines, o Neptune, quæ nihil ad rem faciunt ſciſcitando. NEP. Bene mones: quin tu perge ad dilectam; quumque emerſeris a mari, mutua conſpiratione miſcetor fonti, & unam in aquam coite.

ἀργυροειδές. ΑΛ. ὡς ἀληθῶς οἶσθα τὴν πηγήν, ὦ Πόσειδον· παρ᾽ [b] ἐκείνην οὖν ἀπέρχομαι. ΠΟ. ἀλλ᾽ ἄπιθι μὲν, καὶ εὐτύχει ἐν τῷ ἔρωτι. ἐκεῖνο δέ μοι εἰπὲ, ποῦ τὴν Ἀρέθουσαν εἶδες, αὐτὸς μὲν Ἀρκὰς ὢν, ἡ δὲ ἐν Συρακούσαις ἐστίν; ΑΛ. ἐπειγόμενόν με κατέχεις, ὦ Πόσειδον, περίεργα ἐρωτῶν. ΠΟ. εὖ λέγεις· χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην· καὶ ἀναδὺς ἀπὸ τῆς θαλάττης [c] ξυναυλίᾳ μίγνυσο τῇ πηγῇ, καὶ ἓν ὕδωρ γίνεσθε.

ME-

b Παρ᾽ ἐκείνην] ἐκείνην J. V2. A1W. Reliquae Edd. vitioſe ἐκείνης. c Ξυναυλίᾳ μίγνυσο] ξυναναμίγνυσο. C. P.

Ἡ δὲ ποῦ . . . αὕτη ῥ.] Ut hanc ſcripturam vindicaret multa Cl. *Jenſius*; ſed non ſatis ſimilia. Accedit propius quod legitur ſupra, & *Dial. Ven. & Cup.* αὕτη μὲν γὰρ ἡ Ῥέα, πότε ἂν ἐκείνη χολὴν ἀγάγοι ἐπ᾽ ἐμὲ, ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ; ſed nondum ſic acquieſco. Suſpicor autem pro αὐτὴ, πηγὴ legendum. Adde Μεν. c. 15. τοὺς Αἰγυπτίων αὐτοὺς, qui locus mihi etiam ſuſpectus, ut in nota videbis. *M. du S.*

Ἡ δὲ, ποῦ σοι γῆς αὕτη ῥεῖ;] Ἡ δὲ non eſt idem plane, quod αὕτη· ſic enim ſcribendum fuerat, ἥδε δὲ ποῦ σοι &c. Cape quaſi poſuiſſet *Lucianus*, ἡ δὲ Ἀρέθουσα· ſequi ſolet οὗτος in hoc ſtructurae genere creberrime: *Liban.* in Dian. p. 670. A. ὁ δὲ ἐπιτετραμμένος τὰς τῶν φοιτητῶν εἰσόδους οὗτος εἰσιὼν πως τότε. *Noſter* πῶς δεῖ Ἱσ. συγγρ. c. 5. τὸ δὲ (πρᾶγμα) οἶσθά που καὶ αὐτὸς, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐ τῶν εὐμεταχειρίστων τοῦτ᾽ ἐστί. de Luct. οἱ δὲ τοῦ μέσου βίου πολλοὶ ὄντες οὗτοι. Itaque nullus eſt ſuſpicioni de vitio locus. *T. H.*

38. Διαυγής τέ ἐστι &c.] Non poterat accuratius, ſi ſpectator adfuiſſet, quod minime negavero, *Lucianus*. Addam *Senecae* locum egregium ex Conſol. ad Marc. c. 17. *Videbis celebratiſſimum carminibus fontem Arethuſam, nitidiſſimi ac perlucidi ad imum ſtagni, gelidiſſimas aquas profundentem; ſive illas ibi primum naſcentes invenit, ſive immerſum terris flumen integrum ſubter tot maria, & a confuſione pejoris undae ſervatum reddidit.* Haec quin corrupta ſint, nemo dubitat: ad veſtigia priſcae lectionis, neque minus tamen, quam magnus *J. Fr. Gronovius*, timide, conjicio: *ſive illas ibi primum naſcens invenit, ſive in ipſum penetrans flumen* &c. nam & Qu. Nat. VI. c. 8. ſimiliter fere dixit; *Alpheum, celebratum poëtis, in Achaia mergi, & in Sicilia rurſus transjecto mari effundere amoeniſſimum fontem Arethuſam.* Brevius etiam de fontis amoenitate teſtatur oraculum: Ἄνδρες θ᾽ οἳ πίνουσιν ὕδωρ καλῆς Ἀρεθούσης. *Nonnus* Συναγ. Ισ. ad *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 152. τὸ δὲ ὕδωρ τῆς Ἀρεθούσης ἀκραιφνές τε καὶ καθαρὸν καὶ γλυκύ. Ergo merito vitii poſtulatur *Athenaei* locus II. p. 42. C. μόνον δ᾽ ἀστέμφυλον τῶν ἁλυκῶν τὸ τῆς Ἀρεθούσης· de quo vide *Caſaubonum* in Anim. *T. H.*

39. Ἀναβλύζει] Inde ἀναβλύες πηγαί. ἀναπηδᾷ, ἀναβρύει, *Heſych.* verb. ἀναπηδᾷ. *J. B.*

42. Παρ᾽ ἐκείνης] Ἐκείνην forte. *F. G.*

Παρ᾽ ἐκείνης οὖν ἀπέρχομαι] Vult haud dubie Alpheus, ſe ad Arethuſam contendere; at verba dicunt contrarium. Apertum itaque mendum, legendumque una litera mutata, ἐκείνην. Παρά τινος ἀπέρχεσθαι eſt *venire ab aliquo*, ut ſupra pag. 141. Παρὰ τῆς Ἀμφιτρύωνος γυναικὸς, ſcil. ἐκπεμφθείς. At παρά τινα ἀπέρχεσθαι eſt *ire ad aliquem*, ut paullo poſt in eodem hoc Alphei & Neptuni dialogo, Χώρει παρὰ τὴν ἀγαπωμένην. & paſſim; ſic in Timone: Ἀλλ᾽ ἐγὼ οὐκ ἂν ἀπέλθοιμι, ὦ Ζεῦ, παρ᾽ αὐτόν. ὁπόταν ἀπίω παρά τινα πεμφθεὶς ὑπὸ τοῦ Διός. In his iisdem Deorum dialogis. Ἐγὼ δὲ παρὰ τὴν Σελήνην ἀπελθών. Κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρά σε. Et ſexcenties alibi. *J. J.*

Ἐκείνην] Sic reſtituimus, ſecuti Ed. *J.* quæ ſola recte hanc vocem habet; reliquæ enim ἐκείνης, contrario prorſus & abſurdo ſenſu. *M. du S.*

49. Ξυναυλίᾳ μίγνυσο] Quod Codex unus & item alter praebent συναναμίγνυσο, vix crediderim lectionem eſſe variam, ſed potius vulgatae lectionis interpretamentum: ξυναυλίᾳ μίγνυσο quin rectiſſimum ſit nullus dubito, quippe eruditius quam ut a *Luciano* non ſit profectum. Συναυλίαν vocant *tibiarum concentum*, τὴν ὑπὸ δύο ἐπιτελουμένην αὔλησιν· ὅταν γὰρ δύο αὐλῶσι, ξυναυλία λέγεται, ut ſcribit *Heſych.* hinc apud *Long.* II. p. 62. αὐλῶν τις ἂν ᾠήθη συναυλούντων ἀκούειν. Ejusmodi συναυλίαν, ſive συμφωνίαν τινὰ τῶν αὐλητῶν ἐν Παναθηναίοις συναυλούντων commemorat *Poll.* IV, 83. Strictius alioquin uſurpari ſolet, quando Choro cantanti tibiae modos adtemperat choraulus, qui quidem mos apud veteres obtinebat; nam poſtmodum chori praecinentem tibicinem voce ſubſequebantur: *Athen.* XIV. p. 617. C. itaque eſt intelligendum, quod adjungitur a *Polluce*: οἱ δὲ τὴν συναυλίαν εἶδος προσαυλήσεως οἴονται, ὡς τὴν αὐλῳδίαν· & Segm. 107. vide *Henr. Valeſ.* ad Exc. ex *Diodoro Sic.* p. 51. Paulo etiam diſcrepat *Semus*, qui τὴν συναυλίαν τί ποτ᾽ ἐστὶν ἐμφανίζει hunc in modum, teſte *Athen.* XIV. p. 618. A. ἀγὼν συμφωνίας ἀμοιβαῖος αὐλοῦ καὶ ῥυθμοῦ χωρὶς λόγου τοῦ προσμελῳδοῦντος· niſi deſcripſerit ibi, quod verius opinor, certum aliquod συναυλίας genus in ſacris De-

IV.

ΜΕΝΕΛΑΟΥ ΚΑΙ ΠΡΩΤΕΩΣ.

ΜΕΝ.

Ἀλλὰ ὕδωρ μέν σε γίνεσθαι, ὦ Πρωτεῦ, οὐκ ἀπίθανον, ἐνάλιόν γε ὄντα, καὶ δένδρον ἔτι φορητόν· καὶ ἐς λέοντα ὁπότε ἀλλαγείης, ὅμως οὐδὲ τοῦτο ἔξω πίστεως. εἰ δὲ καὶ πῦρ γίνεσθαι δυνατὸν ἐν τῇ θαλάττῃ οἰκοῦντα, τοῦτο πάνυ θαυμάζω, καὶ ἀπιστῶ. ΠΡ. μὴ θαυμάσῃς, ὦ Μενέλαε· γίγνομαι γάρ. ΜΕ. εἶδον καὶ αὐτός. ἀλλά μοι δοκεῖς, εἰρήσεται γὰρ πρὸς σέ, γοητείαν τινὰ προσάγειν τῷ πράγματι, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξαπατᾷν τῶν ὁρώντων, αὐτὸς οὐδὲν τοιοῦτο γιγνόμενος.

MENELAI ET PROTEI.

MEN.

1. AT aquam te fieri, o Proteu, haud improbabile, quippe marinum; & a..orem, id quoque ferri poteſt: quin in leonem quando mutaris, ne id quidem plane extra fidem eſt: verum, ſi & ignis fieri poſſit, qui in mari habitet, id valde admiror, ac minime credo. PRO. Ne mireris, Menelae: nam ita res eſt, fio. MEN. Vidi ipſe equidem: ſed videre mihi, quod pace tua dictum velim, præſtigias quasdam admovere huic rei, oculosque fallere ſpectantium, dum ipſe nihil tale ſis.

2. PRO.

liis adhibitum; nam quae proferuntur, ex ejus Deliade ſunt depromta: ſed quae illis in verbis uberiore luce indigent, nunc ne attingere quidem animus eſt. *Schol.* ad *Gregor. Nazianz.* Stel. II. p. 106. Συναυλία ἐστὶν, ἡνίκα δύο ἢ καὶ πλείους αὐληταὶ συναυλοῦσιν ἅμα, εἴτε ὅμοιον, εἴτε διάφορον, ὁ μὲν καλάμῳ, ὁ δὲ κέρατι, ὁ δὲ τῷ χαλκῷ ἐναυλεῖ. Λέγομεν δὲ συναυλίαν καὶ κιθάρας ἅμα συγκρουομένης αὐλῷ καὶ συμφθεγγομένης· haudquaquam abſurde, ut eum bono duci obſecutum fuiſſe facile appareat: de cithara quod monet, certum eſt; erant enim & νόμοι κιθαριστήριοι, οἷς καὶ προσηύλουν, meminitque *Athenaeus* τῆς τῶν αὐλῶν πρὸς λύραν κοινωνίας. Hinc pronus ad figuratam orationis formam patet aditus, quum duo pluresve in eandem rem conſentiunt, ac mutuis animorum ſtudiis conſpirant: quoniam vero tibiae funebres, ideo factum, ut in communi luctu & deploratione praecipue συναυλία ponatur. *Philoſtr.* Icon. I. c. 11. p. 781. λέγεται γὰρ ξυναυλίαν τοῦ θρήνου τοῖς κύκνοις ὁμολογῆσαι (Ζέφυρος) *Libanius* de Nicomedia terrae motu ſubverſa p. 207. B. νῦν ἔδει καὶ πέτραις δοθῆναι δάκρυα, καὶ ὄρνισι νοῦν εἰς συναυλίαν τοῦ πένθους. *Syneſ.* Ep. IV. p. 159. D. νῦν πρὸς ἐρήμοις ἀκταῖς συναυλίαν ὀλοφυρόμεθα. Praeiverat iis *Ariſtoph.* Equit. v. 9. — δεῦρό νυν πρόσελθ', ἵνα ξυναυλίαν κλαύσωμεν Ὀλύμπου νόμον. ubi vide *Schol.* Diverſa in re *Ariſtid.* T. III. p. 708. B. ὥστ' ἐλεεινὸν τὸ χρῆμα τῆς συναυλίας εἶναι τοῦ τε σοφιστοῦ καὶ τῶν ἑταίρων· praeceſſerat, καὶ δῆτα ἡδὺς ἦν ὁ κορυφαῖος ἰὼν κατόπιν τοῦ χοροῦ. *Heſychius* adfirmat ξυναυλίαν dici πᾶν πρᾶγμα δισσόν· quod ita capiendum, ſi concinant inter ſe duae res ac congruant. *Lynceus* apud *Athen* III. p. 109. E. τοιαύτην (ὁ ἐγχαρίτης) ἐνθρυπτόμενος ἔχει πρὸς τὴν γλυκὺν συναυλίαν. *Luciani* quae fuerit mens, vertendo declaravi: nam quod priores Interpretes dederant, *eodem alveo cum fonte illo miſceris*, aegre, quorſum ſpectet, pervideas. Aliunde ductum συναυλία, quum *cohabitationem* & *conſortium* ſignificat: veluti de matrimonio *Ariſtot.* Pol. VII. p. 212. ὁρίσαντες χειμῶνος τὴν συναυλίαν ποιεῖσθαι ταύτην· *Lambinum* in συνουσίαν mutantem repudiamus: tales συναυλίαι γεροντικαὶ, quas bene reſtituit *Anaxandridae Caſaubonus* in *Athen.* II. p. 48. A. Finitimum eſt ὁμαυλία & ὁμαυλος. *T. H.*

Μ. καὶ Π.] Quare Menelaum hic cum Proteo colloquentem inducat facile vident qui *Odyſſ.* librum IV. legerunt. *M. du S.*

ΠΡΩΤΕΩΣ] Proteus Deus marinus, Oceani & Tethyos filius. Iliaci belli tempore, quum AEgyptus rege careret, in regem adſumtus eſt, quem AEgyptii Cetea appellabant. Hunc artium peritum fuiſſe tradunt, *Homer.* Od. IV. & *Virgilius* item IV. Georg. & in varias ſe formas vertere ſolitum; ut nunc animal, quandoque arbor aut ignis, aut aqua, aut quid aliud videretur. Quod figmentum *Diodorus* lib. II. ſecutus *Herodotum*, ad AEgyptiorum regum morem refert, quibus familiare fuit leonis aut tauri vel draconis priorem partem in capite geſtare, nec non arborem, quin ignem quoque principatus inſignia. Idem *Lucianus* in Comm. de Saltat. Protea illum in varias ſe demutantem rerum facies non fere alium intelligit, quam ſaltatorem eximium, ad effingendum quicquid omnino collibuiſſet, veluti Empuſa, docilem. *Heraclitus Ponticus* diverſam his colligit allegoriam. A Proteo natum eſt adagium hoc, Πρωτέως ποικιλώτερος, id eſt, *Proteo mutabilior*; quod in vafrum & verſipellem competit. *Plato* in Ione: ἀλλὰ ἀτεχνῶς ὥσπερ ὁ Πρωτεὺς παντοδαπὸς γίγνῃ, id eſt, *ſed prorſus Protei in morem in omnem ſpeciem verteris, ſurſum ac deorſum te ipſum diſtorquens.* *G. C.*

58. Ei-

2. PRO. Et quæ tandem fallacia in rebus tam manifeſtis reſideat? non tu apertis oculis es contuitus, quas in formas memet ipſe converſum fecerim? ſin fidem non habes, idque negotium falſum eſſe videtur, inanis ſcilicet quædam ſpecies ante oculos conſiſtens, tum tu, ubi ignis factus fuero, admove mihi, vir fortiſſime, manum: probe ſcies, videarne ſolum talis, an facultas etiam urendi tunc mihi adſit. MEN. Non tutum eſt hoc experimentum, o Proteu. PRO. Tu quidem mihi, Menelaë, videris polypum vidiſſe nunquam, quæque hujus piſcis ſit natura, ignorare. MEN. Imo polypum vidi: at naturam ejus libenter didicerim a te.

3. PRO. Ad quamcumque petram acceſſerit, aptaveritque acetabula, & agglutinatis hæſerit cirris, illi ſimilem ſe reddit,

ΠΡ. Καὶ τίς ἂν ἡ ἀπάτη ἐπὶ τῶν οὕτως ἐναργῶν γένοιτο; οὐκ ἀνεῳγμένοις τοῖς ὀφθαλμοῖς εἶδες, ἐς ὅσα μετεποίησα ἐμαυτόν; εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ, φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη, ἐπειδὰν πῦρ γένωμαι, [a] προσένεγκέ μοι, ὦ γενναιότατε, τὴν χεῖρα· εἴσῃ γὰρ, εἰ ὁρῶμαι μόνον, ἢ καὶ τὸ [b] κάειν τότε μοι πρόσεστιν. ΜΕ. Οὐκ ἀσφαλὴς ἡ πεῖρα, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. σὺ δέ μοι, Μενέλαε, δοκεῖς οὐδὲ πολύπουν ἑωρακέναι πώποτε, οὐδ᾽ ὃ πάσχει ὁ ἰχθὺς οὗτος εἰδέναι. ΜΕ. ἀλλὰ τὸν μὲν πολύπουν εἶδον. ἃ πάσχει δὲ, ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ.

ΠΡ. Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ προσελθὼν ἁρμόσῃ τὰς κοτύλας, καὶ προσφὺς ἔχηται κατὰ τὰς πλεκτάνας, ἐκείνῃ ὅμοιον ἀπεργάζεται ἑαυτὸν,

a Προσένεγκέ μοι] προσένεγκαί μοι. A 1. J. V 2. S. b Κάειν] Ita vetuſtae Edd. eaque reperitur in Xenophonte ſcribendi ratio: vid. H. Stephan. Theſ. T. II. p. 174. P. male καεῖν. S. κάιειν.

58. Εἶδον] Non videt tamen apud Homerum Od. Δ. 456. & ſeqq. Sed v. 418. prædixerat futurum. *M. du S.*

65. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς] Videtur ſcribendum eſſe, εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ τὸ πρᾶγμα ψευδὲς εἶναι δοκεῖ φαντασία τις πρὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἱσταμένη. *Quod ſi non credis, & haec res tibi videtur falſa quaedam ſpecies, quæ oculis objicitur.* In vulgatis male legitur πρᾶγμα ψευδές. *J.G.G.*

Ibid. Ψευδὲς εἶναι] Poterat etiam legi ψεῦδος, cujus ἐπεξήγησις, φαντασία τις &c. Sed nihil eſt cauſae, cur commoda verba & aperti ſenſus ſollicitemus. *Heſych.* Φαντασία, τὸ μὴ ὂν ἀληθὲς, ἀλλὰ σχῆμά τι. De Proteo, ejuſque multiplici in omnes formas converſione particulam vide Polluceae declamationis, quam *Philoſtratus* excerpſit de V. S. II. c. 12. ubi ſophiſticis coloribus miraculum illud Homeri pingitur. *T. H.*

72. Πολύπουν] De polypi vario ingenio meminit *Plinius* IX. c. 29. Præterea *Plutarch.* in libello περὶ πολυφιλίας, ex *Theognide*.

Πουλύποδος νόον ἴσχε πολυπλόκου, ὃς ποτὶ πέτρῃ,
Τῇ προσομιλήσῃ, τοῖος ἰδεῖν ἐφάνη.

Id eſt,

Mentem habeas vafri polypi, qui protinus illa,
Se quibus admorit, ſaxa colore refert.

Item *Lucianus* in eo, qui περὶ Ὀρχήσεως inſcribitur, ex *Pindaro* opinor: ποντίου θηρὸς πετραίου νόον ἴσχων *G. C.*

76. Ὁποίᾳ ἂν πέτρᾳ] *Ælian. V. H.* prin. *Plin.* IX, 19. XXX, 9. *M. du S.*

77. Κατὰ τὰς πλεκτάνας] Differunt, ſi accuratius loquaris, κοτύλαι, κοτυληδόνες, *acetabula*, *caliculi* polyporum, &. πλεκτάναι, πλόκαμοι, σπεῖραι, τρίχες, recentioribus Graecis καρφία vel *clavi*, *crines*, *cirri*, *pedes*, *brachia*, *flagella*, ut adverſus *Hermolaum* egregius ille *Pintianus* obſervavit ad *Plin.* H. N. IX. c. 29. quod prodeſſe potuerat *N. Heinſio* minus in hac re circumſpecto ad *Ovid.* Met. IV, 267. Attamen, ubi mentio κοτυλῶν vel κοτυληδόνων obvenerit, ſaepe Grammatici ſolent interpretari πλεκτάνας. *Schol. Homer.* ad Od. E, 433. *Luciani* ad M. Ἐγκ. *Oppiani* ad Hal. II, 233. 282. 312. *Heſych.* opportune *Euſtath.* ad Od. E. p. 1541. Κοτυληδόνες, αἱ τοῦ πολύποδος πλεκτάναι ἀπὸ μέρους. τουτέστιν, ἀπὸ τῶν βραχυτάτων κοτυληδόνων, αἳ πρανεῖς ταῖς πλεκτάναις ὑπόκεινται ὁμοιωθεῖσαι κοτυλιδίοις κοιλοῖς, ἐφ᾽ ὧν καὶ παρονομάζονται· apud eum quae de polypo praecedunt, cuncta ſuppeditavit *Athen.* VII. p. 316. 317. ex ejuſdem libro XI. p. 479. B. emendandum, quod habet ad Il. X. p. 1182. v. 45. κοτυληδόνες αἱ ἐν ταῖς πλεκτάναις αὐτῶν ἐπιφύσεις· male vulgatur ἐπιχύσεις. Ex iſta vero Grammaticorum interpretandi fere perpetua conſuetudine ſuſpicio mihi fuit oborta, fieri potuiſſe, ut κατὰ τὰς πλεκτάνας a margine tandem delatum fuerit in ipſa *Luciani* verba: accedebat vel maxime, quod hae voces nec ſenſu nec ſtructura ſatis viderentur conſtare: cur enim poſt ἁρμόζειν τὰς κοτύλας καὶ προσφύντα ἔχεσθαι onus illud orationis limpidae ſupervacuum adderetur κατὰ τὰς πλεκτάνας; aut, ſi addi omnino voluiſſet *Lucianus*, cur

non

τὸν, καὶ μεταβάλλει τὴν χρόαν, μιμούμενος τὴν πέτραν, ὡς ἂν λάθῃ τοὺς ἁλιέας, μὴ διαλλάττων, μηδὲ φανερὸς ὢν διὰ τοῦτο, ἀλλ' ἐοικὼς τῷ λίθῳ. ΜΕ. Φασὶ ταῦτα· τὸ δὲ σὸν πολλῷ παραδοξότερον, ὦ Πρωτεῦ. ΠΡ. οὐκ οἶδα, ὦ Μενέλαε, τίνι ἂν ἄλλῳ πιστεύσειας, τοῖς σεαυτοῦ ὀφθαλμοῖς ἀπιστῶν; ΜΕ. ἰδὼν εἶδον· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα τεράστιον, τὸν αὐτὸν πῦρ καὶ ὕδωρ γίγνεσθαι.

mutatoque colore ſcopulum imitatur, ut fallat piſcatores nihil diverſus, proptereaque nec conſpicuus, ſed plane ſimilis iſti lapidi. MEN. Iſta narrant: tuum autem illud multo eſt incredibilius, Proteu. PRO. Neſcio profecto, Menelae, cui ſis alteri fidem habiturus, qũam tuis ipſius oculis denegas. MEN. Videndo ſane vidi: ſed res eſt portentoſa, idem ut ignis & aqua fiat.

V.

ΠΑΝΟΠΗΣ ΚΑΙ ΓΑΛΗΝΗΣ.

PANOPES ET GALENES.

Π Α Ν.

Εἶδες, ὦ Γαλήνη, χθὲς, οἷα ἐποίησεν ἡ Ἔρις παρὰ τὸ δεῖπνον ἐν Θετταλίᾳ, διότι μὴ καὶ αὐτὴ ἐκλήθη ἐς τὸ συμπόσιον; Γ. οὐ ξυνειστιώμην ὑμῖν ἔγωγε· ὁ γὰρ Ποσειδῶν ἐκέλευσέ με, ὦ Πανόπη, ἀκύμαντον ἐν τοσούτῳ φυλάττειν τὸ πέλαγος. τί δ' οὖν ἐποίησεν ἡ Ἔρις μὴ παροῦσα; ΠΑ. ἡ Θέτις καὶ ὁ Πηλεὺς ἀπεληλύθεισαν ἐς τὸν θάλαμον, ὑπὸ τῆς Ἀμφιτρίτης καὶ τοῦ Ποσειδῶνος παραπεμφθέντες. ἡ Ἔρις δ' ἐν τοσούτῳ λαθοῦσα πάντας, ἐδυνήθη

P A N.

1. Vidiſtin', Galene, heri, qualia deſignarit Eris inter coenam in Theſſalia, quod non & ipſa fuerit vocata ad convivium? GAL. Equidem haud una vobiſcum fui: Neptunus enim juſſit me, Panope, nullis fluctibus agitatum ac tranquillum interea ſervare pelagus. Quid ergo fecit Eris, quæ non aderat? PAN. Thetis & Peleus abierant in thalamum ab Amphitrite & Neptuno deducti. Eris interim clam omnibus (poterat autem facillime, dum

non potius ſtructura liquidiore ταῖς πλεκτάναις extuliſſet? Quare, niſi quis eruditior moretur, equidem haud intercedo, quin eo abeant, unde malum pedem intulerunt. De polypo autem qui cognoſcere cupit, illi legendos ſuadeo *Geſnerum*, *Aldrovandum*, *Rob. Conſtantinum* in Suppl. Ling. Latin. *Leon. Allatium*, ad *Euſtathii* Hexaëm. p. 100. atque alios. Ad *Lucianum* proxime convenit *Ovidius* Hal. v. 30. *At contra ſcopulis crinali corpore ſegnis Polypus haeret, & hac eludit retia fraude, Et ſub lege loci ſumit mutatque colorem, Semper ei ſimilis, quem contigit* — ut magis etiam conveniat, parvula mutatione confici poteſt: *Ut ſub lege loci ſumat, mutetque colorem:* nimirum, *hac fraude, ut ſumat* &c. *T. H.*

86. Ἰδὼν, εἶδον] An ſcribendum, εἶδον, εἶδον; *F. G.*

Ἰδὼν εἶδον] *Intuitus vidi*. hoc eſt, cum ſemel vidiſſem iterum vidi. Suſpecta tamen mihi eſt haec lectio, & vera fortaſſe ſit εἶδον, εἶδον, *vidi, vidi*. *J. C.*

Ἰδὼν εἶδον] Agitatus inter eos, qui de ſtylo N. F. ſcripſerunt, fuit hic locus. Ut Graecorum illud Interpretum Exod. III, 7. ἰδὼν εἶδον την κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου, repetitum a Stephano A. A. VII, 34. pure Graecum probaret *Pſochenius* Diatr. §. 52. teſtem excitavit *Lucianum*, illum quidem in hac cauſa minime contemnendum. *Gatakerus* eo, quem ſibi adverſarium delegerat, eruditione longe major Diſſ. de N. Inſtr. Styl. c. IX. ita verſatur in repellendo iſto Luciani loco, ut facile per multas ambages circumeundo declaret, expeditum ſibi non fuiſſe, quod recta via reſponderet. Quanquam eorum, qui orationem N. F. Graecam eſſe caſtigatiſſimam contendunt, opinio perquam mihi ſemper ridicula fuit viſa, haec tamen loquendi formula, etſi rariſſima, quin pauculis quibusdam veterum exemplis, quae ex *Xenophonte* & *Polybio* diligentiſſimus *Raphelius* adnotavit, poſſit confirmari, nequaquam inficiamur: nam quod in accuratiſſima praefatione *Sylburgius* ex *Pauſania* protulit ἰδὼν οἶδε, eſt illud ab hoc genere ſane diverſum: ceterum prudenter ſcriptum judico, quod adjecit: *cujusmodi phraſes occurrunt etiam in Sacris Literis ex Hebraica conſuetudine petitae:* nam ſaepenumero contingit, ut locutio quaedam native Graeca a LXX. Interpretibus & N. F. Scriptoribus, mutata paulułum poteſtate, ad Hebraeam apte exprimendam adhibeatur: quo

dum hi quidem biberent, illi ſaltarent, alii vel Apollini citharam pulſanti, vel Muſis canentibus adhiberent animum) impulit in convivium malum quam pulcerrimum, aureum totum, Galene: erat inſcriptum: Pulcra Accipiat: id autem provolutum quaſi de induſtria pervenit ubi Juno, Venus & Minerva decumbebant.

δὲ ῥᾳδίως, τῶν μὲν πινόντων, ἐνίων δὲ κροτούντων, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι κιθαρίζοντι, ἢ ταῖς Μούσαις ᾀδούσαις προσεχόντων τὸν νοῦν, ἐνέβαλεν ἐς τὸ συμπόσιον μῆλόν τι πάγκαλον, χρυσοῦν ὅλον, ὦ Γαλήνη· ἐπεγέγραπτο δὲ, Η ΚΑΛΗ ΛΑΒΕΤΩ. Κυλινδούμενον δὲ τοῦτο, ὥσπερ ἐξεπίτηδες, ἧκεν ἔνθα Ἥρα τε, καὶ Ἀφροδίτη, καὶ Ἀθηνᾶ κατεκλίνοντο.

[illegible] nomen his maris anguſtiis inditum increbuiſſet, vetuſtius exſtitit [illegible] ſcribit Stephanus; quae liquet, cui Heſychium [illegible], ὁ Ἑλλήσποντος. Ab Helles autem [illegible] appellatio, quod ſumma [illegible] Veteres [illegible]ntur, an hoc [illegible] praeſtat Salmaſii ſententia Ponticum Hellenium [illegible] ex-[illegible], diſputare nunc non libet. *T.H.*

[illegible]] Mſ. [illegible] παραμύθιον οὐ μικρὸν ἔσται αὐτῇ. *hoc vero ſolatium non parvum ei erit.* *J.G.G.*

48. Ἀθάμαντος] Hujus imaginem Calliſtratus exhibet, omnium poſtremam. p. 906. Tangit Noſter ὀρχ. c. 42. *M. du S.*

49. Τοῦ Κιθαιρῶνος] Apud Calliſtratum Σκίῤῥων dicitur in vulgatis; poſtrema editio mutavit in Σκίρων, jubetque adire *Pauſ.* Att. p. 43. *M. du S.*

50. Τὸν υἱὸν] Melicertam, (vide ὀρχ. c. 42.) qui, deus factus, *Palæmon* dictus eſt: mater autem *Leucothoe.* *M. du S.*

51. Χαρισάμενος] Χαρισάμενον ſcribe. *F.G.*

Χαρισάμενος τῷ Διονύσῳ] Dudum mihi fuit ſuſpectus hic locus, & mihi perſuaſeram legendum eſſe χαρισάμενον ſc. σέ. Sed in Mſ. poſtea reperi bene ſcribi χαρισαμένους, ſc. ἡμᾶς nos, te nimirum Neptunum, & nos Nereidas. Cum poſtea dicit illam non mereri hanc gratiam, οὐκ ἐχρῆν οὕτω πονηρὰν οὖσαν, notat illius novercalem malitiam in Nepheles filios, Phryxum & Hellen. *J.G.G.*

Χαρισάμενος] Legerim χαρισαμένας: *ſed & illam nos oportebit ſervare gratificaturas Baccho.* Nimirum nomine Nereidum loquitur Amphitrite. *J.C.*

Χαρισαμένους] Omnes Edd. χαρισάμενος, niſi quod St. χαρισαμένας. Nos ſecuti ſumus Mſ. Gr. L. & P. *M. du S.*

Χαρισάμενος] Hujus omnium Edd. lectionis ſtructura claudicat, cui malo mederi voluit *H. Stephanus* exprimens χαρισαμένας: nimium arrogaſſent ſibi Nereides, praeſente Neptuno: quare maluiſſem χαρισάμενον, te ſcilicet Neptunum. Sed optimum eſt, quod Codicibus obſecutus dedi; utroſque complectitur Neptunum & Nereidas, genere tamen, ut fieri ſolet, ad potiorem relato: Dial. XIV. *Perſeum noſtis, opinor,* τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς &c. ἐσώσατε οἰκτείραντες ΑΥΤΟΥΣ. Ino prima *teneri nutrix, eadem matertera, Bacchi*, cui & Athamanti marito Mercurius eum tradit de femore Jovis prodeuntem, καὶ πεῖσαι τρέφειν ὡς κόρην, tam ſollicite cavendum erat, ne furtivae prolis indicium aliquod ad Junonem permanaret. Poſtquam Ino in furorem acta mare ſubiiſſet, alio dolo fuit opus, quo miſellus ille Bacchus novercalibus odiis eriperetur: Διόνυσον δὲ Ζεὺς εἰς ἔριφον ἀλλάξας τὸν τῆς Ἥρας θυμὸν ἔκλεψε· καὶ λαβὼν αὐτὸν Ἑρμῆς πρὸς Νύμφας ἐκόμισεν ἐν Νύσῃ τῆς Ἀσίας κατοικούσας. Haec *Apollodoro* narranti III. p. 171. plane conſentit *Ovid.* Metam. III, 313. *Pherecydes* ſcripſit non Mercurium, ſed Nymphas Dodonidas (non aliae ſunt, quam Nyſeides) *ad Thebas Liberum perlatum Inoni tradidiſſe*, teſte *Hygin.* Poët. Aſtr. II, 21. *Inoni* inquam, cum membranis meis & Ed. *Micylli*; nam Munckeriana perperam *Junoni*. Hinc Orpheo non Leucothea tantum θρέπτειρα εὐστεφάνου Διονύσου Hymn. LXXIII. ſed & Palaemon σύντροφος βακχεχόροιο Διωνύσου H. LXXIV. alibi alias edit, quae operam Baccho nutriciam praeſtiterint, de quibus nunc quidem exponere commodum non eſt. Verum nymphis Dodoniſin gratia minime vulgaris fuit relata: nam quum ſenio jam paene dilaberentur, eas, exorante Baccho, Medea recoctas in priſtinum aetatis florem revocavit. Tractatum fuit hoc miraculum ab *Æſchylo* in Fabula, niſi plane fallor, Satyrica, ταῖς Διονύσου Τροφοῖς, ut docet *Schol.* in Argum. *Euripidis* Medeae, quae totidem fere verbis leguntur apud *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 1318. brevius aliquando Τροφοὶ in *Æſchyli* dramatum indiculo, *Heſychio*, & *Photii* Lex. Mſ. V. Ἐψιοῦσα· male *J. Meurſius* & *Stanleus* duas inde tragoedias concinnarunt. *T.H.*

58. Καὶ δύναται] Codex εἰκότως. νεανίας γὰρ οὐ δύναται ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν. in vulgatis καὶ δύναται. Non longe ab his repone ex eodem codice: ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ θάμβει ἅμα συσχεθεῖσα καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως: *Perculſa, & pavore ſimul correpta, & vertigine ad volatum celerrimum:* non enim natarunt Phryxus & Helle, ſed per aerem ſunt lati. Vid. *Apollod.*

trite, non æquum eſt. NER. Helle vero, qui factum eſt, ut deciderit ab ariete, quum frater ejus Phryxus abſque periculo vehatur? NEP. Et merito quidem: nam juvenis eſt, ac poteſt ſuſtinere ſe adverſus motûs celeritatem: illa autem præ inſolentia, quum inſcendiſſet vehiculum prorſus inuſitatum, & proſpectaſſet in profundum immenſe patens, obſtupefacta, æſtuque ſimul aëris correpta, & vertigine ex violentia volatus, e manibus amiſit arietis cornua, quæ hactenus prehenſa tenuerat, &

οὐκ ἄξιον. ΝΗ. αὕτη δὲ ἄρα τί παθοῦσα κατέπεσεν ἀπὸ τοῦ κριοῦ; ὁ ἀδελφὸς δὲ ὁ Φρύξος ἀσφαλῶς ὀχεῖται; ΠΟ. εἰκότως· νεανίας γάρ, καὶ [c] δύναται ἀντέχειν πρὸς τὴν φοράν· ἡ δὲ ὑπὸ ἀηθείας ἐπιβᾶσα ὀχήματος παραδόξου, καὶ ἀπιδοῦσα ἐς βάθος ἀχανές, ἐκπλαγεῖσα, καὶ τῷ [d] θάμβει ἅμα χεθεῖσα, καὶ ἰλιγγιάσασα πρὸς τὸ σφοδρὸν τῆς πτήσεως, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων τοῦ κριοῦ, ὧν τέως [e] ἐπείληπτο, καὶ κατέπεσεν ἐς

c Δύναται] δυνατός G. P. L. *d* Θάμβει ἅμα χεθεῖσα] Θάλπει G. tum συγχεθεῖσα G. P. *A1W.* *e* Ἐπείληπτο] Priores Edd. ἀπείληπτο. ἐπειλ. P. notaturque in marg. *A1W.*

lod. Bibliothec. lib. 1. In Mſ. tamen pro θάμβει, ſcribitur etiam θάλπει, quod non probo, quamvis poſſemus explicare: ſed συγχεθεῖσα, pro vulgato χεθεῖσα, cunctis, ſat ſcio, bellis hominibus arridebit. *J.G.G.*

Δυνατὸς] G. P. & L. Tangit eandem fabulam dialogo ſuperiori. *M. du S.*

Δύναται] Hoc teneas an δυνατὸς minimum refert: contra ἡ Ἕλλη μὴ δυναμένη ἀντέχειν κατέπεσεν εἰς τὸ ὑποκείμενον πέλαγος. *Schol. Homer.* ad Il H, 86. *T.H.*

59. Ὀχήμ. παραδόξου] Erat enim *caper volans*; vide ἀστρ. c. 14. & *Apollod.* I. p. 16. B. *M. du S.*

61. Τῷ θάμβει ἅμα χεθεῖσα] Scio recte dici θάμβει vel ἐκπλήξει ἔχεσθαι, ut μανίαις ἔχεσθαι apud *Platon.* p. 940. D. ἔχεσθαι χαλεπωτέρῳ δαίμονι *Anton. Liber.* c. XXX. vel συνέχεσθαι, quemadmodum ἐπιθυμίαις, ὀργῇ συνέχεσθαι *Adamant.* in Phyſiogn. illud etiam, recte jungi θάμβος & ἔκπληξιν, & frequentiſſime quidem a recentioribus: *Eunap.* περὶ Πρεσβ. ἐκπλήξει καὶ θάμβει συνδεθέντες. *Damaſc.* apud *Phot.* p. 556. v. 17. ἵδρωσα μὲν ὑπὸ θάμβους καὶ ἐκπλήξεως· ſed quorſum in hac lectione pertineat ἅμα, expedire nequeo: iſta ſane particula diverſum quiddam poſtulat ab ἐκπλήξει, quod ſimul cum ſtupore tenellam virginem corripuerit, praecipitemque labi fecerit in mare. Quocirca, quod repudiavit *Graevius*, patrocinium iſtius ſcripturae τῷ θάλπει non ſubterfugio: non quin melius aliquid extundere forte queat ingenium acutius; ſed quod vulgatae ſaltem lectioni praeferenda videatur: θάλπος enim interpretari licet *fervorem aëris*, qui ſpiritum delicatulae virginis intercepit eo facilius, quod aries impetu volatus altioris celerrimo proveheretur: nihil autem vetat, quo minus *Luciano* licuerit hanc etiam cauſam plane veriſimilem interponere delabentis Helles. Ut aëri aeſtu Solis calefacto θάλπος, ſic & alia pari poteſtate vocabula tribuuntur, φλέγμα, καῦμα, πνῖγος, hoc quidem ex eo dictum, quod ſuffocet, & animae meatum impediat: opportunum ergo πνίγει, θάλπει συνέχεσθαι. Ita commodum erit & ΤΩ θάλπει, & ἅμα ſuum locum jure tuebitur. Similia quaedam Δ. Θ. XXV. de Phaëtonte, quae comparari operae ſit pretium: in primis illud, ἐπικύψας εἰς βάθος ἀχανὲς ἐξεπλάγη· hoc βάθος ἀχανὲς ſublimius evectam indicat, ubi radiis ſolaribus aërem accendi faciliime veteres putabant: & quod paulo ante praecedit ἐγκρατῆ εἶναι τῶν ἡνιῶν· hic contra, ἀκρατὴς ἐγένετο τῶν κεράτων, quae vertigine correpta & ſpiritu ſuppreſſo [illegible] retinere non poterat. *Iſocrat.* Panath. p. 252. C. θρασύτερόν τε διακείμενον ἢ κατ' ἐμαυτόν, ἀκρατῆ τε γινόμενον ἐνίων· illud extremum tam languens ut ab *Iſocrate* fuerit profectum! quanto plenius atque etiam venuſtius exibit ἡνιῶν; abreptum ſe rerum adfluentium aeſtu refraenare orationem non potuiſſe dicit, neque ei moderari ἐμμένοντα τῇ πρᾳότητι τῇ περὶ τὸν λόγον, ἣν εἶχεν. Porro ſunt in *Luciano* copulanda ὑπὸ ἀηθείας ἐκπλαγεῖσα &c. *Plato* Theaet. p. 128. E. ἰλιγγιῶν τε γὰρ (ὁ σμικρὸς ἐκεῖνος τὴν ψυχὴν καὶ δριμὺς καὶ δικανικός) ἀπὸ ὑψηλοῦ κρεμασθείς, καὶ βλέπων μετέωρος ἄνωθεν, ὑπὸ ἀηθείας ἀδημονῶν τε καὶ ἀπορῶν. *T.H.*

62. Ἰλιγγιάσασα] Σκοτοδινοῦσα. vox Syracuſana, ὅταν δὲ περὶ τὴν καρδίαν στρόφος γένηται, ἐπακολουθεῖ σκότος, καὶ τοῦτο τὸ πάθος καλοῦσιν ἴλιγγον. Interp. *Ariſtophan.* Acharn. Ἰλιγγιᾶν τὸ ἐσκοτῶσθαι (leg. σκοτοῦσθαι) καὶ δοκεῖν περιφέρεσθαι, κύκλῳ συστρέφεσθαι. *Heſych.* *J.B.*

64. Ἀπείληπτο] An ἐπείληπτο. *F.G.*

Ἐπείληπτο] P. optime, uti reſcribere jubebat Clariſſ. Hemſterhuſius, p. 83. *M. du S.*

Ἐπείληπτο] Rejeci vulgatum ἀπείληπτο, quia cum ratione & uſu linguae Graecae pugnabat: nuſquam enim ἀπολαμβάνεσθαι eum in modum accipitur, aut per linguae genium accipi poteſt. *Stephanus* itaque Th. T. II. p. 565. A. quum ad eam apprehendendi ſignificationem ſtabiliendam hunc attuliſſet ſolum *Luciani* locum, caute addit: *Sed fortaſſe pro ἀπείληπτο legendum eſt ἐπείληπτο· nam verbum ἐπιλαμβάνομαι paſſive etiam* (potius dixiſſet *medie*, vel, *verbi medii virtute*) *uſurpatur pro apprehendo.* Nihil eſt illo uſu frequentius, quem ſatis firmant exempla ab *H. Stephano* producta: *Noſter* in Εὐχ. §. 4. τῶν κεροιακῶν ἐπειλημμένον· *Maxim. Tyr.* Diſſ. V. ἐπιβάτης εὐκίνητος οἷος καλῳδίου ἐπιλαβέσθαι. *Artapanus* apud *Euſeb.* Προπ. Εὐ. IX. Τὸν δὲ Μώυσον &c. ἐπιλαβόμενον τοῦ οὐρᾶς. Plures ſcribunt Herculem in nobili certamine Acheloi τοῦ κέρατος vel θα-

ἐς τὸ πέλαγος. ΝΗ. οὐκ ἐχρῆν τὴν μητέρα τὴν Νεφέλην βοηθεῖν πιπτούσῃ; ΠΟ. ἐχρῆν· ἀλλ' ἡ Μοῖρα πολλῷ τῆς Νεφέλης δυνατωτέρα.

defluxit in mare. NER. Non oportebat matrem Nephelen auxilium ferre cadenti? NEP. Oportebat: ſed fatum multo Nephele potentius.

X.

ΙΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ.

ΙΡΙΣ.

Τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, [a] ἀποσπασθεῖσαν τῆς Σικελίας, ὕφαλον ἔτι νήχεσθαι συμβέβηκε. ταύτην, φησὶν ὁ Ζεύς, στῆσον ἤδη, καὶ ἀνάφηνον, καὶ ποίησον ἤδη δῆλον ἐν τῷ Αἰγαίῳ μέσῳ βεβαίως μένειν, στηρίξας πάνυ ἀσφαλῶς· δεῖται γάρ τι αὐτῆς. ΠΟ. πεπράξεται τοῦτο, ὦ Ἶρι. τίνα δὲ ὅμως παρέξει αὐτῷ τὴν χρείαν ἀναφανεῖσα,

IRIDIS ET NEPTUNI.

IRIS.

1. INſula iſta errans, Neptune, avulſa a Sicilia, tecta fluctu adhuc natat: eam ipſam, ait Jupiter, e veſtigio conſtitue, inque lucem profer, & fac jam ut conſpicua in AEgæo medio ſtabiliſque maneat, firmata immotis radicibus: non enim nullus erit ejus uſus. NEP. Jamjam factum erit, Iri: veruntamen quem præbebit ipſi uſum in lucem educta, neque amplius inna-

a Ἀποσπασθεῖσαν] τὴν ἀπόσπ. G.

θατέρου τῶν κεράτων ἐπιλαβόμενον illud defregiſſe. *Heſych.* Ἐπειλημμένη, κρατοῦσα· ad hanc formam emendari debet bis in eo vitioſe ſcriptum, ſemel Ἀπειλημμένη, κρατήσασα, iterum Ὑπειλημμένη, ἀντειλημμένη cujus erroris culpa, quanquam mendoſos codices forte poſſet excuſare, in ipſius tamen *Heſychii* caput recidit. Idem poſt Ἐπιλήπτης, vel potius, quod reſtituendum eſt, Ἐπιλημπτος, Ἐπειλημμένες, κατέχων, τετυχηκώς. *T.H.*

66. Νεφέλην] Scribe Νεφέλην, Nephelen, cum in vulgatis non edatur tanquam proprium. *J.G.G.*

69. Τὴν νῆσον τὴν πλ.] Delon maris AEgaei, Cycladum omnium clariſſimam, in qua Latona Apollinem ac Dianam dicitur enixa: de qua *Cicer.* III. in Verr. & *Virgil.* III. Georg. Dicta autem putatur Δῆλος ἀπὸ τοῦ δηλοῦν, quod, cum antea mari tecta eſſet, Latonae locum ad pariendum quaerenti repente ſe oſtenderit. *G.C.*

Τὴν νῆσον &c.] Bene liber ſcriptus: τὴν νῆσον τὴν πλανωμένην, ὦ Πόσειδον, τὴν ἀποσπασθεῖσαν. *J.G.G.*

Τὴν . . . . .] Locus mutilus aut corruptus. Pro τὴν, quod habet Gr. Mſ. ante ἀποσπασθεῖσαν, legendum cenſeo ἥν. *Mulus S.*

Τὴν νῆσον τὴν πλ.] Mutilum eſſe hunc *Luciani* locum non concedo: ne quid corrupti inſideat, valde vereor. Primum ex C. Gr. τὴν ἀπόσπ. libenter adſcivero; apte congruunt τὴν πλανωμένην, τὴν ἀποσπασθεῖσαν. Deinde avulſam a Sicilia fuiſſe Delum quis alius tradiderit, non recordor: de Cilicia neſcio quid animo obverſatur, quanquam locus ſcriptoris haud ſuccurrat. Et ſane multo facilior erat curſus a Cilicia eam in ſedem, ubi fundata fuit Delos, quam ſi dempta Siciliae eodem ferri itinere impeditiore debuiſſet: conſiderandum itaque, an dederit *Lucianus*, τὴν ἀποσπασθεῖσαν τῆς Κιλικίας. Hoc ſcilicet tum factum, quum — τὰ πρώτιστα μέγας θεὸς οὔρεα θείνων Ἄορι τριγλώχινι — Νήσους εἰναλίας εἰργάζετο — Delum vero οὐκ ἔθλιψεν ἀνάγκη, Ἀλλ' ἄφετος πελάγεσσιν ἐπέπλεε — ut poëtica fide canit *Callimach.* H. in Del. v. 30. qui idem mox inſtabiles inſulae errores, antequam firma radice niteretur, ſed in AEgaeo mari ſolum ad ſinum Saronicum & Euripum, commemorat. Porro diffidere mihi tantum videntur ὕφαλον ἐπινήχεσθαι, ut commode jungi non poſſint: eſt enim ἐπινήχεσθαι, *in ſummo mari erraticam innatare*, ὕφαλος autem *mari merſus*, vel ſaltem *ſalo fluctibusque tectus*: unde ὕφαλοι πέτραι. Callimacho quidem licuit Delum dicere ἐπιπλεῖν. v. 36. 53. 212. ut qui, quamvis ſedibus continuo mutatis vagantem, conſpicuam tamen fecit: Luciano non item; nam Delos apud eum mari merſa deliteſcit, donec in lucem prodeat, atque inſularum in ordinem defixa cogatur: ideo ἀνάφηνον & ἀναφανεῖσα, & a Neptuno jubetur ἀναδῦναι ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρεσθαι. Hoc incommodum amoveri poteſt ſcribendo, ὕφαλον ἔτι νήχεσθαι συμβέβηκε· neque illud ἔτι opportune poni quiſquam diffitebitur; mox, καὶ μηκέτι πλέουσα: id autem idem vitii genus ſaepius e Luciano nobis eluendum erit. De exortu Deli repentino, prolatis Luciani verbis,

natans? IR. Latonam in ea inſula oportet partum deponere: jam nunc enim male a doloribus habet. NEP. Quid ergo? non idoneum eſt cœlum, in quo pariat? hoc ſi minus, at tota ſaltem terra nonne excipere poſſit Latonæ partus? IR. Minime, Neptune: nam Juno jurejurando gravi obſtrinxit terram, ne præberet Latonæ commodam pariendo ſedem; jam iſthæc inſula jurata non eſt, quippe nondum conſpicuá.

καὶ μηκέτι πλέουσα; ΙΡ. τὴν Λητὼ ἐπ' αὐτῆς δεῖ ἀποκυῆσαι· ἤδη γὰρ πονήρως ὑπὸ τῶν ὠδίνων ἔχει. ΠΟ. τί οὖν; οὐχ ἱκανὸς ὁ οὐρανὸς ἐντεκεῖν; εἰ δὲ μὴ οὗτος, ἀλλά γε πᾶσα ἡ γῆ οὐκ ἂν ὑποδέξασθαι δύναιτο τὰς αὐτῆς γονάς; ΙΡ. οὐκ, ὦ Πόσειδον· ἡ Ἥρα γὰρ ὅρκῳ μεγάλῳ κατέλαβε τὴν γῆν, μὴ παρασχεῖν τῇ Λητοῖ τῶν ὠδίνων ὑποδοχήν. ἡ τοίνυν νῆσος αὕτη ἀνώμοτός ἐστιν· ἀφανὴς γὰρ ἦν.

2. NEP. Rem teneo. Conſiſte, inſula, atque emerge iterum ex profundo, nec porro ſub undis ferare; ſed fixa mane, ac ſuſcipe, fortunatiſſima, fratris liberos binos, pulcerrimos Deorum. Vos, Tritones, transvehite Latonam eo; cunctaque ſtent tranquilla. Draconem vero, qui nunc velut œſtro exagitat illam territans, infantes, mox atque nati fueriat, ulciſcentur, ac pœnas expetent pro matre. Tu renun-

ΠΟ. Συνίημι. στῆθι, ὦ νῆσε, καὶ [b] ἀνάδυθι αὖθις ἐκ τοῦ βυθοῦ, καὶ μηκέτι ὑποφέρου, ἀλλὰ βεβαίως μένε, καὶ ὑπόδεξαι, ὦ εὐδαιμονεστάτη, τοῦ ἀδελφοῦ τὰ τέκνα δύο, τοὺς καλλίστους τῶν θεῶν. καὶ ὑμεῖς, ὦ Τρίτωνες, διαπορθμεύσατε τὴν Λητὼ ἐς αὐτήν· καὶ γαληνὰ ἅπαντα ἔστω. τὸν δράκοντα δέ, ὃς νῦν ἐξοιστρεῖ αὐτὴν φοβῶν, τὰ νεογνά, ἐπειδὰν τεχθῇ, [c] αὐτίκα μέτεισι, καὶ τιμωρήσει τῇ μητρί· σὺ δὲ

b Ἀνάδυθι] ἄνιθι P. c Αὐτίκα μέτεισι] εὐθέως μετελεύσεται. B.

bis, agunt *Brod.* ad Anthol. I. c. 58. *Barth.* ad *Stat.* Theb. I, 702. Adverſ. XLIX. c. 5. Verbum vero inprimis opportunum ἀναφαίνειν & ἀναφανῆναι, ex quo alterum etiam Deli nomen extitiſſe Ἀνάφην, ἐπειδὴν ἀναφανεῖσα δήλη ἐγένετο, ἀδηλουμένη ἐκ ἀρχῆς οὖσα τὸ πάλαι, prodidit *Philo* περὶ Ἀφθ. Κόσμου p. 960. A. ſed Judaei hominis errorem, qui Anaphen ut nomine, ſic ſitu diſſociatam cum Delo confudit, merito caſtigarunt *L. Holſten.* ad *Stephan.* in Ἀνάφη, & *Ez. Spanhem.* ad *Callimach.* H. in Del. v. 53. Rhodum quoque, cujus & *Philo* eandem ob cauſam meminerat, olim infra fluctus depreſſam ἀναφανῆναι ὕστερον ξηρανθείσαν Heraclides ait. *T.H.*

73. Δῆλον] Et inde nomen Inſulæ, *Delos. M. duS.*

85. Ἀνώμοτος] *Thom. Mag.* in Ἀπώμοτος utitur hoc loco. *T.H.*

90. Ὦ Τρίτωνες] Tritones plures. *Virgil.* V. AEn.

Tritonesque citi, Phorcique exercitus omnis.

Idem X. AEn. v. 210.

Hunc vehit immanis Triton, & cærula concha
Exterrens freta; cui laterum tenus hiſpida nanti
Frons hominem praefert; in Priſtin deſinit alvus.

Sunt qui triremis nomen volunt eſſe a Tritone in ea depicta belua marina: nam & nunc quoque ſuum cuique navigio nomen inditum eſt. Sic Scyllam, ſic Pegaſum nomina navium fuiſſe putat *Palaephatus* περὶ Ἀπίστων, non monſtra, ut poëtae fabulati ſunt. Tritonem *Lycophron* Νηρέως γόνον vocat, alii, Neptuni & Amphitritae; ſuperiori quidem corporis parte umbilico tenus humanam effigiem referentem, ſed poſteriori usque ad caudam eſſe delphinem; revera nihil aliud, quam ἰχθυοκένταυρον. *Lycophronis* enarrator citat Aceſandrum quendam authorem, Eurypylum & Tritonem Neptuni & Celaenûs liberos eſſe. Alii Tritonem Oceani & Tethyos faciunt, patris & Neptuni tibicinem; pro tuba concha uti, quam *buccinam* vocitatam volunt. Quidam in literas retulerunt, Tiberio Caeſari quendam nunciaſſe Tritonem in ſpecu quodam viſum, auditumque concha canentem. Eadem perſuaſio irrepſit de Nereidibus, quae ſquamis in hiſpido corpore veſtitae humanam effigiem habeant. Hujusmodi Tritones piſces velociſſimos pro Diis cultos inveniri *Plin.* lib. IX. c. 5. graviſſimis teſtimoniis probat; hodieque viſuntur Romae imagines pleraeque. Tritonem ejusque buccinam deſcribit *Ovid.* I. Metam. & II. *G.C.*

94. Αὐτίκα μέτεισι & τιμωρήσει] Mſ. εὐθέως μετελεύσεται & τιμω. Sequens Dialog. ex *Homer.* Il. υ. *Philoſtr.* *J.B.*

Μέτεισι & τιμωρήσει] Quod Angl. Cod. praefert, vulgatae lectionis eſt interpretamentum. Vid. Clariſſ. *Dukerum* ad *Thucyd.* II, 44. n. 99. & quae monui p. 9. n. 7. *T.H.*

 95. Εὐ-

δὲ ἀπάγγελε τῷ Διῒ πάντα εἶναι [a] εὐτρεπῆ. ἕςηκεν ἡ Δῆλος· ἡκέτω [b] ἡ Λητὼ κ̀ τικτέτω.

cia Jovi, omnia eſſe parata: conſtitit Delus; veniat Latona & pariat.

XI.

ΞΑΝΘΟΥ ΚΑΙ ΘΑΛΑΣΣΗΣ.

XANTHI ET MARIS.

ΞΑΝ.

Δέξαι με, ὦ θάλασσα, δεινὰ πεπονθότα· κατάσβεσόν μου τὰ τραύματα. ΘΑ. τί τοῦτο, ὦ Ξάνθε; τίς σε κατέκαυσεν; ΞΑ. Ἥφαιςος. ἀλλ' ἀπηνθράκωμαι ὅλως ὁ κακοδαίμων, κ̀ ζέω. ΘΑ. διατί δέ σοι ἐνέ-

XAN.

1. Recipe me, Mare, gravia paſſum; reſtingue mea vulnera. MAR. Quid hoc eſt rei, Xanthe? quis te exuſſit? XAN. Vulcanus: imo torrefactus ſum plane ego miſer, & ferveo. MAR. Quam ve-

[a] Εὐτρεπῆ] εὐπρεπῆ priores Edd. praeter *B2*. quae recte εὐτρεπῆ, quemadmodum in G. L. [b] Ἡ Λητὼ] ἡ Λητω ἤδη κ̀. P.

95. Εὐπρεπῆ] Scribe, ut olim conjeci, & poſtea Mſ. firmari didici: πάντα εἶναι εὐτρεπῆ, *omnia eſſe parata*: vulgo legitur πάντα εἶναι εὐπρεπῆ, & vertitur, *praeclare omnia ſe habere*: inepte. *J.G.G.*

Εὐπρεπῆ] Verte: *omnia, ut decet, parata eſſe*, non, *praeclare omnia ſe habere.* *J.C.*

Εὐτρεπῆ] Ita præter Mſ. Gr. etiam L. & *St.* & *B2.* Reliquæ Edd. mendoſe εὐπρεπῆ. *M. du S.*

Εὐτρεπῆ] Reponere vel ſine membranis non fuiſſem veritus, quum poteſtatem ejus vocabuli locus omnino flagitet: ſignificat enim Neptunus expedita eſſe omnia, quae Jupiter fieri juſſiſſet, ac parata. *Xenoph.* Epheſ. IV. p. 58. Ἦν δὲ πάντα εὐτρεπῆ, κάμηλοί τε πολλαί &c. *Euripid.* Cycl. v. 593. — ὡς σοὶ τἀνθάδ' ἐςὶν εὐτρεπῆ. *Antiphan.* apud *Athen.* VI. p. 238. B. Ἂν ᾖ τὸ σιτάρχημα δεῖπνον εὐτρεπές· *AEſchines* in illa multo facetiſſima Ep. X. κ̀ ὁ λόχος ἐξ ἡμέρας ἐπὶ τὴν Καλλιῤῥόην εὐτρεπής. *Demoſth.* Phil. I. p. 49. F. εἰδὼς, εὐτρεπεῖς ὄντας ὑμᾶς. *Noſter* in primo Cataplo: τὸ μὲν σκάφος τοῦτο ἡμῖν πάλαι εὐτρεπές. Idem vitium in *OEcumenio* ſanatum a *Billio* Sacr. Obſ. I. c. 21. a *Jungermanno* foedius etiam corruptum in *Poll.* X, 76. ab aliis alibi: neque tamen eo minus locis pluribus neglectum hactenus inhaeret. Mirifice luſit in utriſque conturbandis vocibus incertus librariorum error. Pro eo, quod bene vulgatur apud *Gregor. Nazianz.* Stel. I. p. 70. ἔςω τὸ θέατρον εὐτρεπὲς, pejus alii Codd. εὐπρεπές. In *Onoſandri* Strat. c. VI. ἀλλ' ἅμα τε εἰς πορείαν ὦσιν ἐπιδέξιοι, κ̀ εἰς μάχην εὐπρεπεῖς, rectius *Fed. Morelli* liber εὐτρεπεῖς. *Schol. Ariſtoph.* ad Equ. v. 908. ἔδει γὰρ τὴν τριήρη πάντα ἔχειν πρὸς τὸν πόλεμον εὐπρεπῆ· at tutius ſequimur auctorem *Suidam*, qui praebet εὐτρεπῆ in Τριηραρχεῖν. Laudo *Barneſium*, qui *Euripidi* reddidit Iphig. in Taur. v. 245. — κ̀ κατάργματα Οὐκ ἂν φθάνοις ἂν εὐτρεπῆ ποιουμένη· ſicut Herc. Fur. v. 497. Σὺ μὲν τὰ νέρθεν εὐτρεπῆ ποιοῦ, γύναι & *Long.* Paſtor. IV. p. 129. παρασκεύαζέ μοι μόνον εὐτρεπῆ τὰ γνωρίσματα. Jam verba conferamus *Athenionis* Comici apud *Athen.* XIV. p. 661. D. Τά τ' ἔνδον εὐπρεπῆ ποίει λαβὼν, & *Nicoſtrati* XV. p. 685. C. — κ̀ σὺ μὲν Τὴν δευτέραν τράπεζαν εὐπρεπῆ ποίει, num dubitabis, quin utrobique refingi oporteat εὐτρεπῆ; tametſi poſteriore loco ſubdatur, Κόσμησον αὐτὴν παντοδαποῖς τραγήμασι. Eſt tamen interdum, ubi vix decernas, utrum praeponi conveniat: *AEſchyl.* Sept. contra Theb. v. 90. Βοᾷ ὑπὲρ τειχέων Ὁ λεύκασπις ὄρνυται λαὸς εὐπρεπης· ita *Scholiaſtes* unus explicans, εὐπρεπὴς ἤτοι τοῖς ὅπλοις κεκοσμημένος, ἐπὶ τὴν πόλιν τρέχων· (male πρέπων editur) alter habet εὐτρεπής. Par dubitandi ratio in Supplic. *Euripid.* v. 392. Στρατὸς δὲ θάσσει, κἀξετάζεται παρὼν Καλλίχορον ἀμφὶ σεμνὸν εὐπρεπὴς ὅδε. Verum apud *Athen.* VI. p. 268. F. & *Poll.* VI, 59. praetulerim equidem in *Pherecrate*, Καὶ μὴν παρῆν τεμάχη μὲν ἐξωπτημένα, Καταχυσματίοισι παντοδαποῖσιν εὐπρεπῆ· nusquam enim ad εὐτρεπὴς, quantum nunc quidem memini, dativus accedit. *T.H.*

ΞΑΝΘΟΣ] Qui & Scamander. Hujus imaginem exhibet *Philoſtratus* omnium primam p. 764. *M. du S.*

99. Ξάνθε] Xanthus Lyciae amnis in campis Trojanis, qui & Scamander dicitur, a colore aquae flavo dictus, qui color in Tyberi conſpicitur: unde *Horatius*: *Vidimus flavum Tyberim.* Xanthum δινήεντα nuncupat *Homerus* Il. Ξ. & Θ. his verbis:

> Ξάνθου δινήεντος, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεύς.
> Νόσφι νεῶν ἀγαγὼν ποταμῷ ἐνὶ δινήεντι,
> Ἐν καθαρῷ. — —

Hujus meminit *Euſtathius* circa finem Il. Β. & *Strabo* lib. XIV. *G. C.*

1. Ἀπ. ὀλ.] Lego ἀπηνθράκωμαι ὅλος. Vide initium Περ. *M. du S.*

Ὅλως

vero ob cauſam tibi injecit ignem. XAN. Ob filium Thetidis : quum enim occidentem Phrygas ſupplex adirem, atque ille tamen iram non remitteret; quin etiam cadaveribus obſtrueret mihi flumen, miſeratus infelices irrui tanquam undis merſurus, quo territus abſtineret ſe a virorum cæde.

βάλε τὸ πῦρ; ΞΑ. Διὰ τὸν υἱὸν τῆς Θέτιδος· ἐπεὶ γὰρ φονεύοντα τοὺς Φρύγας ἱκέτευσα, ὁ δ' οὐκ ἐπαύσατο τῆς ὀργῆς, ἀλλ' ὑπὸ τῶν νεκρῶν ἀπέφραττέ μοι τὸ ῥοῦν, ἐλεήσας τοὺς ἀθλίους ἐπῆλθον, ἐπικλύσαι θέλων, ὡς φοβηθεὶς ἀπόσχοιτο τῶν ἀνδρῶν.

2. Ibi tum Vulcanus (forte enim propius aderat) quantum, credo, habebat ignis, & quodcumque in AEtna, & ſicubi uſpiam collecto, impetum in me fecit, inceditque ulmos ac myricas; tum quoque aſſavit infeliciſſimos piſces & anguillas: ipſum vero me quum effervefeciſſet, parum abeſt, quin totum aridum reddiderit. Vides igitur, quomodo ſim adfectus ab

Ἐνταῦθα ὁ Ἥφαιστος, ἔτυχε γὰρ πλησίον που ὤν, πᾶν ὅσον, οἶμαι, πῦρ εἶχε, καὶ ὅσον ἐν τῇ Αἴτνῃ, καὶ εἴποθι ἄλλοθι, φέρων ἐπῆλθέ μοι· καὶ ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας, καὶ μυρίκας· ὤπτησε δὲ καὶ τοὺς κακοδαίμονας ἰχθῦς, καὶ τὰς ἐγχέλυας· αὐτὸν δὲ ἐμὲ ὑπερκαχλάσαι ποιήσας μικροῦ δεῖν ὅλον ξηρὸν εἴργασται. ὁρᾷς δ' οὖν, ὅπως διάκειμαι ὑπὸ τῶν ἐγκαυ-

Ὅλως] Quin ſcribere potuerit *Noſter* ὅλος, minime dubium eſt: ita ſcripſiſſe, quis pro certo adfirmabit? Vulgatam lectionem tuetur obſervatio *J. Jenſii* ad Hermotimi initium. Hoc eorum in numero repono, de quibus quid Auctori placuerit liquido conſtare non poteſt; veluti mox ἀπέφραττέ μοι τὸ ῥοῦν nihilo foret deterius, ſi μοῦ legeretur. Modo ante pro τραύματα cui, paulo quidem attentiori, non veniant in mentem καύματα; tum quia praecedit καταστόρεσον, cum quo haec vox aptiſſime congruit; tum quod ſequatur, τίς σε κατέκαυσεν; quae cogitationem *Luciani* eo in vocabulo defigere fere debuiſſe dicas : hic certe multo probabilius illam conjecturam adhibere licet, quam fecit *Cuperus* in Timone p. 101. v. 23. Neque tamen eo facile deſcendero, ut a Noſtro τραύματα proficiſci non potuiſſe contendam : ad Timonem ea notavimus, quae ab hac lectione defendenda haud prorſus abhorrent. *T. H.*

3. Τῆς Θέτιδος] Parum commode *Thetis* & *mare* diverſæ fiunt. Certe *Virgilius* Thetidi mare tribuit:

Thetis emat omnibus undis. *M. du S.*

13. Μυρίκας] Lege ἔκαυσε μὲν τὰς πτελέας καὶ μυρίκας. Ex *Homero* hauſit, qui Iliad. Φ. v. 350.

Καίοντο πτελέαι τε καὶ ἰτέαι ἠδὲ μυρῖκαι, &c.
Τείροντ' ἐγχέλυές τε καὶ ἰχθύες. *J. G. G.*

16. Ὑπὸ τῶν ἐγκαυμάτων] Herculis ἐγκαύματα, quae uſtulatus ab OEta monte detulerat in coelum, ſanaſſe ſe gloriatur AEſculapius Θ. Δ. XIII. §. 2. Utram ſcribendi rationem ſequaris, non ita multum refert: quanquam ἐγκαύματα proprie vocentur ἀπὸ τοῦ ἐγκαίειν notae velut igne ſignatae atque inuſtae, ut literatis ſervis ſolet. *Noſter* in Catapl. c. 24. καί τοι τί τοῦτο; ἴχνη μὲν καὶ σημεῖα τῶν ἐγκαυμάτων· οὐκ οἶδα δ' ὅπως ἐξαλήλιπται, μᾶλλον δὲ ἐκκέκοπται. Τρυσίππιον *Etymologus* exponit ἔγκαυμα ἵππου γεγραφότος ἐπὶ τῆς γνάθου, quale *Anacreonti*, vel qui perſonam ejus mentitur, πυρὸς χάραγμα nominatur Od. LV. *Plato* in Tim. p. 1045. F. ὥστε οἷον ἐγκαύματά μοι ἀνεκπλύτου γραφῆς ἔμμονά μοι γέγονε· *Chalcidius* mentem philoſophi reddidiſſe contentus verba non adnumeravit : *Forsque etiam quod ſtudioſa ſenis & aſſidua relatio meraceam quandam, & inobſoletam impreſſerit animo notam :* cui lectioni non malae quidem neſcio tamen an anteferenda ſit, quam ſuppeditat Cod. Bodl. *inabolitam inſecerit*, eo uſu verbi, qui ab inficiendis lanis, unde & *lanarum infectores Plinio*, ductus eſt : certe videtur *Plato* loquendi formulam ab illo pingendi modo, qui ceram inurit, derivaſſe; κηρογραφίαν & ἐγκαυστικὴν vel κηρόχυτον γραφὴν vocant, de qua *Henr. Valeſ.* ad *Euſeb.* de V. C. I. c. 3. hinc ἐγκαύματα ἀναθεματικά, quibus aedes ornatiſſime fuiſſe excultas Tanagrae *Dicaearchus* tradit B. E. p. 12. & ἔγκαυσις τῶν θυρῶν in Inſcript. apud *Sponium*, quod *Auſonio* dicitur *ceris inurere januarum limina* Ep. XXVI. v. 9. Verum & medici ἐγκαύματα puſtulas appellitant, ſeu veſiculas vi frigoris aut ignis (utrique rei communia ſunt *urendi*, *adurendi*, τοῦ καίειν & ἀποκαίειν verba) excitatas: *Scholiaſtes* ad iſta Lucianei Lexiphanis, καὶ ὅτι καυματα ἦν, notat: ἔοικε τὰ ἀπὸ τοῦ κρύους γενόμενα ἐγκαύματα εἰς τὸ σῶμα ἡμῶν λέγειν. Φῷδας *Ariſtophanis* in Plut. v. 535. ex Apollodoro *Schol.* interpretatur τὰ ἐπικαύματα τὰ ἐκ πυρός, *Etymologus* τὰ ἐν τοῖς σκέλεσι γινόμενα ἐκκαύματα ἀπὸ τοῦ πυρός. Non aliter Interpreti vetuſto *Nicandri* ad Ther. v. 682. χίμετλα ſunt τὰ ἀπὸ κρυμοῦ γινόμενα τῶν ποδῶν ἀποκαύματα, quorum vice *Suidas* ἀποκαύματα ſcripſit: repeiriuntur etiam ἐκκαύματα in *Ariſtoph. Schol.* ad Pac. v. 540. ſed depravata, & *Suida* duce vertenda in ὀγκώματα. Ex his conſtat, utroque *Luciani* loco nihil obſtare, quominus, ſecus atque olim arbitrabamur, priſca ſcriptura ſervetur. Sunt alioquin ἐκκαύματα *cremia*, *coctilia*, *arida ſarmenta*, quae igni admota flammam cito concipiunt : membranis auctoribus illa vox eſt reddita *Polluci* VII, 110. X, 110. quum prius ἐγκαύματα legerentur: neque intercedo, quin horum in locum itidem iſta ſubjiciantur VI, 91. & apud *Heſych.*

ἐκκαυμάτων. ΘΑ. [a] Θολερὸς, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμὸς, ὡς εἰκός· τὸ αἷμα μὲν ἀπὸ τῶν νεκρῶν· ἡ θέρμη δὲ, ὡς [b] φὴς, ἀπὸ τοῦ πυρός. καὶ εἰκότως, ὦ Ξάνθε, ὃς ἐπὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν ὥρμησας, οὐκ αἰδεσθεὶς ὅτι Νηρηΐδος υἱὸς ἦν. ΞΑ. οὐκ ἔδει οὖν ἐλεῆσαι γείτονας ὄντας τοὺς Φρύγας; ΘΑ. τὸν Ἥφαιστον δὲ οὐκ ἔδει ἐλεῆσαι Θέτιδος υἱὸν ὄντα τὸν Ἀχιλλέα;

iſtis incendii notis. MAR. Turbidus, o Xanthe, atque æſtuans, ut par erat: ſanguis a cadaveribus; æſtus, ut ais, ab igne. Neque id immerito, Xanthe, qui in meum nepotem irruiſti, non veritus nec cogitans Nereidis eſſe filium. XAN. Non decebat ergo miſericordia tangi vicinorum meorum Phrygum? MAR. Et Vulcanum non decebat miſericordia tangi Achillis, qui Thetidis eſſet filius?

XII.

ΔΩΡΙΔΟΣ ΚΑΙ ΘΕΤΙΔΟΣ.

DORIDIS ET THETIDIS.

ΔΩΡ.

1\. ΤΙ δακρύεις, ὦ Θέτι; ΘΕ. καλλίστην, ὦ Δωρὶ, κόρην εἶδον ἐς κιβωτὸν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐμβληθεῖσαν, αὐτήν τε, καὶ βρέφος αὐτῆς ἀρτιγέννητον· ἐκέλευσε δὲ ὁ πατὴρ τοὺς ναύτας, ἀναλαβόντας τὸ κιβώτιον, ἐπειδὰν

DOR.

QUid lacrimare, Theti? THE. Formoſiſſimam, Dori, vidi puellam in ciſtam a patre conjectam, tum ipſam, tum infantem ejus modo natum: juſſit autem pater nautas ſublatam arcam, ubi

[a] Θολερὸς] θολερῶς P. L. *J. V2. A1 W.* in qua mox pro θέρμη notatur θέρη, quod quid ſibi velit ignoro: θέρη tamen itidem in L. [b] Φὴς] ἔφης P.

ſych. in Εὔσανα. In *Theophraſti* libro de Igne dicitur ἡλίου φῶς τῷ ἀθροισμῷ καὶ τῇ λεπτότητι διαδυόμενον εἰς τὸ ἔκκαυμα· & ſaepius ὑπεκκαύματα, *fomites* igni nutriendo ac ſuſcitando apti: quomodo *Xenophonti* K. Π. VII. p. 113. v. 29. Babyloniorum fores φοίνικος πεποιημέναι, ἀσφάλτῳ δὲ ὑπεκκαύματι κεχρισμέναι. Taceo Phyſicorum ὑπέκκαυμα aëri contiguum & gignendis ignibus accommodatum, de quo *Philopon.* ad c. I. Geneſ. p. 11. 55. 186. Hinc tralatarum locutionum magna copia tum apud alios, tum apud *Philonem Judaeum* in primis: τὰ τῆς ἔχθρας ὑπεκκαύματα ζωπυρήσαντας. p. 905. B. *T.H.*

17\. Θολερὸς ...] Ed. *J.* θολερῶς, quod magis arridet; & confirmant P. & L. ſed mox eadem ſibi non ſatis conſtans θερμός. In P. ὦ Ξ. καὶ θ. non inveniri teſtantur *Excerpta.* *M. du S.*

Θολερός] Nihil prius in mentem veniat, quam θολερῶς & θερμῶς, ſcilicet διάκειται quia praeceſſit, ὅπως διάκειμαι. Eo factum, ut, quum θολερὸς mutare inſtituiſſent in θολερῶς, deſierint in θερμὸς, absterriti ſcripturae conſtantia: neque ulla lex orationis impediebat Lucianum, ne ſtructuram variaret: θολερὸς εἶ, ὦ Ξάνθε, καὶ θερμός. Mox ἐπὶ τὸν ἐμὸν υἱὸν ſtare non poteſt: quas enim manifeſto diſcrevit Θάλατταν & Θέτιν, cujus incogitantiae foret, hic eaſdem commiſcere? Nihil occurrit melius, quam *Cognati* υἱωνὸν nam Mare Aethere & Die genita jure merito cunctarum Nereïdum mater, inter quas Thetis principatum paene tenet: ideo τῇ Θέτι καὶ τῇσι Νηρηΐσι θύοντες *Herodot.* VII, 191. *T.H.*

20\. Τὸν ἐμὸν υἱόν] Achillem ex Peleo Thetidis Nerei filiae filium: ipſe vero Nereus Oceani filius fuit. Fortaſſis legendum pro υἱὸν υἱωνὸν, id eſt, nepotem. *G.C.*

Υἱὸν] Si *mare* mater *Thetidis* ponatur, υἱωνὸν cum viro Docto legamus neceſſe eſt, qui id margini codicis ſui adſcripſerat; aut memoria lapſum *Lucianum* ſtatuamus. In libris noſtris certe nihil ſubſidii. *M. du S.*

30\. Ἀποσπάσωσιν] Subintellige τὴν ναῦν: *poſtquam multum a terra provecti eſſent.* *J.C.*

34\. Ἐπεὶ ἔμαθες] Sic ex fide Mſ. hæc omnis clauſula ſcribenda: τίνος δ' ἕνεκα, ὦ ἀδελφὴ, εἶπε, ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα. *J.B.*

Ἐπεὶ] Paene malim εἶπερ· nondum enim ſcire potuit Doris, rem totam Thetidi fuiſſe compertam: neque etiam credere non licet, ex utraque lectione conjuncta extitiſſe ſcripturam Cl. *Bourdel.* εἶπε, vel potius, εἰπὲ, ἐπεί. *T.H.*

35\. Ἐπαρ-

ubi longe a terra proceſſerint, demittere in mare, ut intereat miſera & ipſa & infans. DOR. Quam ob cauſam, ſoror, quandoquidem didiciſſe accurate videris omnia? THE. Acriſius pater ejus forma præſtantem ſervabat virginem, ideoque in æreum thalamum incluſerat. Tum porro quid revera ſit factum, dicere non habeo: ajunt tamen Jovem in aurum mutatum fluxiſſe per tectum ad eam; quæ, recepto in ſinum defluente Deo, gravida ſit facta. Hoc quum ſenſiſſet pater, ſerus aliquis & æmulatione fervidus ſenex, ægerrime tulit; & ab aliquo adulteratam ſuſpicatus immittit in arcam partu modo edito.

πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀποσπάσωσιν, ἀφεῖναι ἐς τὴν θάλασσαν, ὡς ἀπόλοιτο ἡ ἀθλία, καὶ αὐτὴ καὶ τὸ βρέφος. ΔΩ. Τίνος δ' ἕνεκα, ὦ ἀδελφὴ, [c] ἐπεὶ ἔμαθες ἀκριβῶς ἅπαντα; ΘΕ. Ἀκρίσιος ὁ πατὴρ αὐτῆς καλλίστην οὖσαν ἐπαρθένευεν, εἰς χαλκοῦν τινα θάλαμον ἐμβαλών. εἶτα τὸ μὲν ἀληθὲς οὐκ ἔχω εἰπεῖν· φασὶ δ' οὖν τὸν Δία, χρυσὸν γενόμενον, ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου ἐπ' αὐτήν· δεξαμένην δ' ἐκείνην ἐς τὸν κόλπον καταῤῥέοντα τὸν θεὸν, ἐγκύμονα γενέσθαι. τοῦτο αἰσθόμενος ὁ πατὴρ, ἄγριός τις καὶ ζηλότυπος γέρων, ἠγανάκτησε· καὶ ὑπό τινος μεμοιχεῦσθαι οἰηθεὶς αὐτὴν ἐμβάλλει ἐς τὴν κιβωτὸν ἄρτι τετοκυῖαν.

2. DOR. Illa vero quid faciebat, Theti, quando demittebatur? THE. Pro ſe quidem tacebat, Dori, æquo animo ferens ſententiam: at infantem deprecabatur, ne interiret, multis cum lacrimis avo oſtendens illum pulcerrima ſpecie: is autem ignarus malorum etiam arridebat ad mare.

ΔΩ. Ἡ δέ τί ἔπραττεν, ὦ Θέτι, ὁπότε [d] καθίετο; ΘΕ. ὑπὲρ αὐτῆς μὲν ἐσίγα, ὦ Δωρὶ, καὶ ἔφερε τὴν καταδίκην· τὸ βρέφος δὲ παρῃτεῖτο μὴ ἀποθανεῖν, δακρύουσα καὶ τῷ πάππῳ δεικνύουσα αὐτὸ, κάλλιστον ὄν· τὸ δὲ ὑπ' ἀγνοίας τῶν κακῶν καὶ [e] ἐμειδία πρὸς τὴν θάλασσαν.

c Ἐπεὶ] εἶτε, ἐπεὶ B. d Καθίετο] Priores Edd. καθίκετο. e Ἐμειδία] ὑπεμειδία G. P. ἐπιμ. L.

35. Ἐπαρθένευεν εἰς χαλκοῦν τινα θάλαμον] Ἐν παρθενῶνι ἐφύλαττεν. V.

35. Ἐπαρθένευεν] *In virginitate educabat: virginem ſervabat.* Veteres Gloſſae: Παρθενεύω, *virgino:* quae vox eſt, ut puto, ficta, ut uno verbo Latino Graecum exprimeretur, non ex uſu deſumta. *J.C.*

45. Καθίκετο] Interpres: *Quid agebat illa quando ingrediebatur?* ſi Graeca ſana eſſent, vertenda erant, *quid agebat illa, quando attingebat* ſc. ciſtam. Sed refingendum ex Codice vetuſto, ὁπότε καθίετο, *quando immittebatur in ciſtam.* *J.G.G.*

Ὁπότε καθίκετο] *Micyllus* apud Baſileenſes & *Bourdelotium, quando abripiebatur.* Quod nimium: & quum hæc vox vim denotat illatam, quod ſæpe fit in *Luciano*, additur ſecundus caſus: & plane id huc non convenit. *Benedictus, quando ingrediebatur.* Nec ſic loquitur *Lucianus*, etſi propius ſit. Pater adſcripſit, *deſcendebat* vel *demittebatur.* Abundat igitur litera, & lege καθίετο. *J.G.*

Καθίετο] *Grævii* Emendationem amplector: quamvis ſuccurrat & alia longe præſtantior, ſi per Codices liceret; nempe καθείρκτο, ut ἐρω. c. 16. *M. du S.*

Καθίετο] Lubens accepi, quod egregie ſuppeditabat Cod. *Graev.* Καθείρκτο temporis incommodo premitur, quod huic narrationi non convenit: quamvis utrumque verbum in hac fabula *Schol. Pindari* uſurpavit ad П. I, 72. λαθραίως τότε ἐνείρξας αὐτὴν εἰς τὴν κιβωτὸν μετὰ τοῦ παιδὸς καθῆκεν εἰς τὸ πέλαγος. *Schol. C. German. intra arcam includens praecipitavit in mare.* Rem perſequitur ipſis propemodum *Pherecydis* verbis *Schol. Apollon. Rh.* ad IV, 1091. ubi, εἰς λάρνακα αὐτὴν ἐμβιβάζει μετὰ τοῦ παιδὸς, καὶ κλείσας καταποντοῖ. Vid. *Hygin.* F. LXIII. & *Th. Muncker.* Graeci arcam matre filioque foetam ad Seriphum appulerunt omnes: Latinis, ne generis illuſtriſſimi apud ſe nulla forent veſtigia, eandem in Italiam deducere viſum fuit, Danaenque regi neſcio cui in matrimonium dare; qui conjuges Ardeam condiderint. *Virgil.* AEn. VII, 372. & *Servius* quanquam de Ardeae primis initiis longe diverſa tradat *Dionyſ. Halic.* A. R. I. p. 57. Similem plane fabulam de Rhoeo Staphyli & Chryſothemidis filia, cui vitium Apollo fecerat, praeter alios *Diodorus* enarravit V. p. 229. C. *T.H.*

45. Ἐμειδία] Idem codex ſcribit ὑπεμειδία πρὸς τὴν θαλάσσαν. *ſubridebat conſpecto mari*, ſeu *alludebat ad mare.* *J.G.G.*

Ὑπεμειδία] G. & P. In L. vero ἐπιμειδία. In impreſſis ἐμειδία. *M. du S.*

71. Προαρ

λασσαν. ὑποπίμπλαμαι αὖθις τοὺς ὀφθαλμοὺς δακρύων, μνημονεύουσα αὐτῶν. ΔΩ. κἀμὲ δακρῦσαι ἐποίησας. ἀλλ' ἤδη τεθνᾶσιν; ΘΕ. οὐδαμῶς· νήχεται γὰρ ἔτι ἡ κιβωτὸς ἀμφὶ τὴν Σέριφον, ζῶντας αὐτοὺς φυλάττουσα. ΔΩ. τί οὖν οὐχὶ σώζομεν αὐτὴν, τοῖς ἁλιεῦσι τούτοις ἐμβαλοῦσαι ἐς τὰ δίκτυα τοῖς Σεριφίοις; οἱ δὲ ἀνασπάσαντες σώσουσι δηλονότι. ΘΕ. εὖ λέγεις, οὕτω ποιῶμεν. μὴ γὰρ ἀπολέσθω μήτε αὐτὴ, μήτε τὸ παιδίον οὕτως ὂν καλόν.

Complentur iterum oculi lacrimis iſta repetenti. DOR. Et me ad lacrimas provocaſti. Verum num mortui jam ſunt? THE. Neutiquam: natat enim hactenus arca circa Seriphum, vivosque eos cuſtodit. DOR. Quid itaque non ſervamus eam, & piſcatoribus injicimus in retia Seriphiis iſtis: hi nimirum extractam ſervabunt. THE. Recte mones: ita faciamus: ne enim intereat nec ipſa, nec infans tam formoſus.

XIII.

ΠΟΣΕΙΔΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΝΙΠΕΩΣ.

ΕΝΙ.

ΟΥ καλὰ ταῦτα, ὦ Πόσειδον· εἰρήσεται γὰρ τἀληθές· ὑπελθών μου τὴν ἐρωμένην, εἰκασθεὶς ἐμοὶ, διεκόρησας τὴν παῖδα· ἡ δὲ ᾤετο ὑπ' ἐμοῦ ταῦτα πεπονθέναι, καὶ διὰ τοῦτο παρεῖχεν ἑαυτήν. ΠΟ. σὺ γὰρ, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτικος ἦσθα, καὶ βραδύς, ὃς κόρης οὕτω καλῆς φοιτώσης ὁσημέραι παρὰ σὲ, ἀπολλυμένης ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ὑπερεώρας, καὶ ἔχαιρες λυπῶν αὐτήν· ἡ δὲ παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπεμβαίνουσα, καὶ

NEPTUNI ET ENIPEI.

ENI.

1. NOn bella ſunt iſta, Neptune: dicetur enim veritas. Per fraudem obrepens amicæ meæ, meam formam mentitus, vitiaſti puellam: at illa putabat a me hæc ſe fuiſſe paſſam; ideoque præbebat ſeſe. NEP. Etenim, Enipeu, faſtoſus eras & tardus, qui puellam tam pulcram ventitantem quotidie ad te, pereuntem amore deſpiceres, atque etiam lætareris ægre faciendo. Illa interim ad ripas tuas moeſta oberrabat, atque ingreſſa imo

73. Προαρπάσαι τὸν ἔρωτα] Sic leg. cum editiones oſtentent, διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε προσαρπάσαι. *Quid enim? num te propterea praeripere meum amorem*, ſive puellam, quam amabam, *decebat*. *J.G.G.*

Προσαρπάσαι] Senſus ſponte deduxit Interpretes ad προαρπάσαι, quod ſuo in codice *Graevius* repererit, an ingenio fuerit adſecutus, non ſatis liquido declarat: ego manifeſta ratione nixum reponere non dubitavi. Vide *J. Gronov.* ad p. 220. n. 68. Ceterum iſta, *ſive puellam, quam amabam*, mallem omiſiſſet praeſtantiſſimus *Graevius*; nihil enim huc conferunt. Apud *Homerum* Tyro Od. Λ, 235. ubi Ulyxi caſus ſuos exponit, haud ſane multum conqueritur de injuria ſibi a Neptuno facta, videturque pudibunda virgo non nimis indigne tuliſſe perſonae mutatae fraudem: Noſter Enipeo rationem eripere noluit, cur juſtius doleret, & cum Neptuno expoſtularet. Vide *Apollodor*. I. p. 43. ubi, quemadmodum ſupra φοιτώσης ὁσημέραι παρὰ σε, ſimiliter, καὶ συνεχῶς ἐπὶ τὰ τούτου ῥεῖθρα φοιτῶσα, τούτοις ἀπωδύρετο· quod ultimum, etſi ſagaciter cogitaverit *Tan. Faber*, cum eo non tentandum: ſic & p. 27. de Iphimedia Neptuni ipſius amore capta, καὶ συνεχῶς φοιτῶσα ἐπὶ τὴν θάλασσαν. *Poëta* dixerat: Καί ῥ' ἐπ' Ἐνιπῆος πωλέσκετο καλὰ ῥέεθρα· vim verbi Homerici explanatius dilatavit *Lucianus*, παρὰ τὰς ὄχθας ἀλύουσα, καὶ ἐπιμβαίνουσα, καὶ λουομένη ἐνίοτε· nam vocula poſtrema, quam prava cunctarum Edd. diſtinctione decepti Interpretes ad εὔχετο retulerunt, cum verbo λουομένη ſine controverſia connecti debet: voluit *Lucianus* Tyro ad ripas externata mente oberraſſe, imo praeterea fluvium ingreſſam fuiſſe: quin etiam aliquando, poſitis veſtibus, ſe laviſſe. Torpentem profecto, & lentum amatorem Enipeum, qui occaſionem tantam, tamque optatam amiſerit! non ita Neptunus, acrior in bellas, nec, qui Scamandrum ſimulabat, Cimon apud *AEſchinem* Ep. X. Vid. *Ariſtid.* Iſthm. p. 47. *T.H.*

79. Οὐμενοῦν; ἔφης γὰρ ἀπιών] Delenda interrogatio, & interpretandum. *Nequaquam. dixiſti enim abiens.* Vertunt inſcite: *Nihil ne? dixiſti enim abiens.* Mox

& ſe lavans aliquando, optabat te potiri: tu vero faſtiodioſum te gerebas erga illam.

λουομένη ἐνίοτε, εὔχετό σοι ἐντυχεῖν· σὺ δ' ἐθρύπτου πρὸς αὐτήν.

2. ENI. Quid ergo? propterеane oportebat te præripere meum amorem, & ſimulare Enipei perſonam pro Neptuno, doloque circumvenire Tyro ſimplicem puellam? NEP. Sero nunc æmulatione tangeris, Enipeu, qui prius ſuperbe ſpreviſti: nihil autem Tyro mali contigit, quum putabat virginitatem ſuam a te imminui. ENI. Haud ita ſane: dixiſti enim, quum abires, te Neptunum eſſe; quod & maximum in modum illam pupugit: ea quoque in me injuria redundavit, quod tu vicem meam gaudia tunc ferres; & circumjecto purpureo fluctu, qui vos contegebat una, rem haberes cum puella pro me. NEP. Quippe tu nolebas, Enipeu.

ΕΝ. Τί οὖν; διὰ τοῦτο ἐχρῆν σε [a] προαρπάσαι τὸν ἔρωτα, καὶ καθυποκρίνεσθαι Ἐνιπέα ἀντὶ Ποσειδῶνος εἶναι, καὶ κατασοφίσασθαι τὴν Τυρὼ, ἀφελῆ κόρην οὖσαν. ΠΟ. ὀψὲ ζηλοτυπεῖς, ὦ Ἐνιπεῦ, ὑπερόπτης πρότερον ὤν. ἡ Τυρὼ δὲ οὐδὲν δεινὸν πέπονθεν, οἰομένη ὑπὸ σοῦ διακεκορῆσθαι. ΕΝ. οὐ μὲν οὖν· ἔφης γὰρ ἀπιὼν ὅτι Ποσειδῶν ἦσθα· ὃ καὶ μάλιστα ἐλύπησεν αὐτήν· καὶ ἐγὼ τοῦτο ἠδίκημαι, ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ εὐφραίνου τότε, καὶ περιστήσας πορφύρεόν τι κῦμα, ὅπερ ὑμᾶς συνέκρυπτε ἅμα, συνῆσθα τῇ παιδὶ ἀντ' ἐμοῦ. ΠΟ. [b] σὺ γὰρ οὐκ ἔθελες, ὦ Ἐνιπεῦ.

XIV.

TRITONIS ET NEREIDUM.

ΤΡΙΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΝΗΡΗΙΔΩΝ.

TRI.

1. CEtus ille veſter Nereïdes, quem in Cephei filiam Andromedam

ΤΡΙ.

ΤΟ κῆτος ὑμῶν, ὦ Νηρηΐδες, ὃ ἐπὶ τὴν τοῦ Κηφέως θυγατέρα τὴν Ἀνδρομέδαν ἐπέμ-

a Προαρπάσαι] Ita G. Priores Edd. προσαρπάσαι. b Σὺ γὰρ] καὶ, σὺ γάρ· C.

ὅτι τὰ ἐμὰ σὺ εὐφραίνου τότε eſt, *quod tu meam vicem*, ſeu, *meo loco tum voluptatem cepiſti:* ſexcenties τὰ ἐμὰ ſic accipitur apud *Lucianum*. *J.G.G.*

82. Περιστήσας πορφύρεόν τι κῦμα] *Homeri* paene verba ipſa ſervavit Od. Λ, 242. Πορφύρεον δ' ἄρα κῦμα περιστάθη, οὔρεϊ ἶσον, Κυρτωθὲν· κρύψεν τε θεὸν, θνητήν τε γυναῖκα. ubi veteres Grammatici ſimpliciter, ut aliis in locis, πορφύρεον exponunt μέλαν, *nigrum ex altitudine*, quemadmodum *Servius* ait ad *Virgil.* Georg. IV, 373. paulo aliter accepit *Philoſtratus*, & ad lecti genialis ornamentum pertinere credidit fluctus colore purpureo tincti florem: vide Icon. II. c. 8. I. c. 8. p. 775. & *Olearium*, cui, ut eſt acumine plane ſingulari, alludere viſus fuit ad *Luciani* locum *Philoſtratus*: ſed ne graviora quidem, quae ibi commiſit, tangere nunc eſt animus. Ἅμα in cunctis Edd. adnexum τῷ συνῆσθα, quod iſto adjumento minime indigebat, reduxi ad συνέκρυπτε. *T.H.*

Ibid Πορφύρεον] *Caeruleum:* nam purpureus color ſaepe cum hyacinthino miſcetur; cujus rei plura, eaque certiſſima argumenta protulit *Sam. Bochart.* Hieroz. P. II. lib. V. c. 10. *J.C.*

86. Νηρηΐδες] *Thomas Mag.* utramque ſcribendi formam Νηρηῒς & Νηρεῒς uſu comprobari monens, pro illa citat *Ariſtidem* ἐν τῷ εἰς (πρὸς) Ἀχιλλέα πρεσβευτικῷ, quem locum invenies p. 32. pro altera *Lucianum* dat auctorem, τὸ κῦτος ὑμῶν ὦ Νηρεΐδες. Κῦτος, ut facile patet, vitioſum eſt pro κῆτος, quae voces crebro ſibi mutuis inſidiis invicem nocent. In Νηρηΐδες nihil offerunt variationis ſeu ſcripti libri, ſive editi: tamen Pro Imagin. c. VII. καίτοι Νηρεΐσιν ἐκείνη (Caſſiopeia) ἀντεξετάζετο. Ex commentario *Bacchylidis* Lyrici diſcrimen adfert *Euſtath.* ad Ω. p. 1954. Νηρεΐδων & Νηρέως θυγατέρων· has, quae Doride prognatae; illas appellari, quae ex aliis etiam mulieribus ſint ſuſceptae: quibus obſervatis, καὶ ὅρα, inquit, ἐν τούτοις τὸ νηρεΐδας κοινὸν ὂν ἢ καὶ Ἀττικόν· τὸ γὰρ Νηρηΐδας ἰωνικώτερον ἐκ τοῦ Νηρῆος Ἰώνων γενικῆς. Corripiunt ergo ſyllabam iſtam interdum optimo jure Latini poëtae: *Nereïdesque Deae, Nereïdumque pater: — & viridis Nereïdum comas.* *T.H.*

ἐπέμψατε, οὔτε τὴν παῖδα ἠδίκησεν, ὡς οἴεσθε, καὶ αὐτὸ ἤδη τέθνηκε. NH. ὑπὸ τίνος, ὦ Τρίτων; ἢ ὁ Κηφεὺς, καθάπερ δέλεαρ προθεὶς τὴν κόρην, ἀπέκτεινεν ἐπιὼν, λοχήσας μετὰ πολλῆς δυνάμεως; TP. οὐκ· ἀλλ' ἴστε, οἶμαι, ὦ Ἰφιάνασσα, τὸν Περσέα, τὸ τῆς Δανάης παιδίον, ὃ μετὰ τῆς μητρὸς ἐν τῇ κιβωτῷ ἐμβληθὲν ἐς τὴν θάλασσαν ὑπὸ τοῦ μητροπάτορος ἐσώσατε, οἰκτείρασαι αὐτούς. IΦ. οἶδα ὃν λέγεις. εἰκὸς δὲ ἤδη νεανίαν εἶναι, καὶ μάλα γενναῖόν τε καὶ καλὸν ἰδεῖν. TP. οὗτος ἀπέκτεινε τὸ κῆτος. IΦ. διατί, ὦ Τρίτων; οὐ γὰρ δὴ σῶστρα ἡμῖν τοιαῦτα ἐκτίνειν αὐτὸν ἐχρῆν.

TP. Ἐγὼ ὑμῖν φράσω τὸ πᾶν, ὡς ἐγένετο. ἐστάλη μὲν οὗτος ἐπὶ τὰς Γοργόνας, ἆθλόν τινα [a] τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν. ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην, [b] ἔνθα ἦσαν. IΦ. πῶς, ὦ Τρίτων, μόνος, ἢ καὶ ἄλλους συμμάχους ἦγεν; ἄλλως γὰρ δύσπορος ἡ ὁδός. TP. διὰ τοῦ ἀέρος· ὑπόπτερον γὰρ αὐτὸν ἡ Ἀθηνᾶ ἔθηκεν. ἐπεὶ δ' οὖν ἧκεν, ὅπου διητῶντο, αἱ μὲν ἐκάθευδον, οἶμαι, ὁ δὲ ἀποτεμὼν τῆς Μεδούσης τὴν κεφαλὴν ᾤχετ' ἀποπτάμενος. IΦ. πῶς ἰδών; ἀθέατοι γάρ εἰσιν· ἢ ὃς ἂν ἴδῃ,

immiſiſtis, nec puellam læſit; ut arbitramini, & ipſe jam interiit. NER. A quo, Triton? an Cepheus, tanquam eſca propoſita virgine, interemit adortus, inque inſidiis locatus cum multa manu? TRI. Non: at noviſtis, opinor, Iphianaſſa, Perſeum Danaës filium, quem cum matre in ciſta projectum in mare ab avo materno ſervaſtis eorum miſertæ. IPH. Novi, quem dicas: credibile eſt eum jam juvenem eſſe, ac valde ſtrenuum, pulcrumque adſpectu. TRI. Hic interfecit cetum. IPH. Quam ob cauſam, Triton? haud enim ſane ſalutis præmia nobis talia exſolvere ipſum decebat.

2. TRI. Ego vobis indicabo rem omnem, ut facta fuit. Iter hic ingreſſus eſt adverſus Gorgonas, certamen iſtud regi peracturus: poſtquam autem pervenit in Libyam, ubi erant. IPH. Quomodo, Triton, ſolus? an & alios ſecum ſocios duxit? ceteroquin enim difficilis eſt via. TRI. Per aërem; nam alis eum Minerva inſtruxit. Poſtquam ergo venit, ubi degebant, illæ dormiebant, ut puto; hic, abſciſſo Meduſæ capite, volando aufugit. IPH. Quo tandem pacto conſpiciens? eas enim intueri nefas eſt: ſin, quicumque viderit,

a Τοῦτον τῷ βασιλεῖ] τοῦτον deeſt in P. *b* Ἔνθα ἦσαν] Ex G. P. Deſunt in prioribus Edd. Iidem Codd. mox ἢ καί τινας ἄλλους.

4. Ἆθλόν τινα τοῦτον τῷ βασιλεῖ ἐπιτελῶν] Rex ille eſt Polydectes, rex Seriphi de quo *Ovid.* & *Apollodorus* lib. 2. Statim plenius vetus liber: ἐπεὶ δὲ ἀφίκετο ἐς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν. *poſtquam profectus eſt in Libyam, ubi erant.* Dein idem liber addit τίνας· πῶς ὦ τρίτων μόνος, ἢ καί τινας ἄλλους συμμάχους ἦγεν. *J.G.G.*

Ibid. Τῷ βασιλεῖ] Polydectæ Seriphi regi. *M. du S.*

5. Ἐς τὴν Λιβύην ἔνθα ἦσαν] In P. etiam reperiuntur hæc verba poſt Λιβύην. *M. du S.*

Ibid. Ἔνθα ἦσαν] Facilius omitti potuit a *Luciano* expreſſum, quam liberalitate deſcriptorum addi. Interrumpit Iphianaſſa Tritonem plura dicturum, qui mox uſus formula ſolenni narrationem inſtitutam redorditur, ἐπεὶ δ' οὖν ἧκεν, ὅπου διητῶντο· quod ipſum videtur poſtulare ἔνθα ἦσαν· nam quum laxius aliquantum incepiſſet, ἀφίκετο εἰς τὴν Λιβύην, ἔνθα ἦσαν, nunc ipſas earum, ubi morabantur, ſedes deſignat, ὅπου διητῶντο. *Gorgoneas tetigiſſe domos* — *Ovid.* Met. IV, 778. Iphianaſſa vero non inepte ſciſcitatur, ſolusne venerit Perſeus, an alios etiam laboris ſocios ſecum traxerit; quod quidem ab obſcuris hiſtoricae veritatis veſtigiis minus diſtat: etenim, remoto fabulae velo, memorabilis haec fuit adverſus Gorgonas, femineam gentem & cum vetuſtiſſimis Amazonibus comparandam, expeditio, magnisque copiis ductu & auſpiciis Perſei ſuſcepta: vide *Diodor. Sic.* III. p. 131. C. D. *T. H.*

6. Ἄλλους] P. etiam agnoſcit illud τινας. *M. du S.*

12. Ἀθέατοι] Sic ἀθέατος pro eo quod videre nefas, *Plutarch.* 642. f. *Livius* XXIX, 19, 1. *Intactos theſauros* dicit, *violatos quidem, ſed non impune.* Sic *Noſter* ſupra, & iterum Ἀλεξ. & εὐχ. c. 44. V. *Apollod.* II. p. 38. B. *M. du S.*

Ibid. Ἢ ὃς ἂν ἴδῃ οὐκ ἔτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι;] Interrogationis nota tollenda, & ſubſtituendum punctum. *J.G.G.*

16. Ἡ Ἀθηνᾶ δὴ &c.] Inſervit haec particula repetendae, quae fuerat abrupta, orationi; ut in *Iſocr.* Panath. p. 255. C. τοὺς δὴ τοιούτους· ſcilicet τοὺς δὲ φαυλοτέρους, quos aliquot ante verſibus nominaverat: cun-

derit, nihil aliud amplius poſtea videat. TRI. Minerva clypeum prætendens, nam talia enarrantem eum audivi Andromedæ, & Cepheo poſtmodum; Minerva, inquam, in clypeo reſplendente, velut in ſpeculo, exhibuit ipſi videndam imaginem Meduſæ: tum Perſeus, correpta læva manu coma, inſpectans in imaginem, dextraque harpen tenens deſecuit ejus caput, & ante quam expergefierent ſorores evolavit.

3. Ubi vero ad hanc mari prætenſam Æthiopiam acceſſit, jam prope terram volans Andromedam conſpicatur expoſitam in petra quadam prominente clavis adfixam, pulcerrimam Dii! demiſſis capillis, ſeminudam multum infra mammas: ille primum, miſeratus fortunam ejus, ſciſcitabatur cauſam ſupplicii; tum ſenſim amore captus (oportebat enim ſervari puellam) opem ferre conſtituit. Ubi vero cetus irruebat valde terribilis, quaſi devoraturus Andromedam, ſuperne pendens juvenis, capuloque promtam habens harpen, hac manu ictus demittit, illa, Gorgone monſtrata, in lapidem vertebat: inde cetus igi-

οὐκ ἔτ' ἄλλο μετὰ ταῦτα ἴδοι. ΤΡ. ἡ Ἀθηνᾶ τὴν ἀσπίδα προφαίνουσα· τοιαῦτα γὰρ ἤκουσα διηγουμένου αὐτοῦ πρὸς τὴν Ἀνδρομέδαν, καὶ πρὸς τὸν Κηφέα ὕστερον· ἡ Ἀθηνᾶ δὴ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑποστιλβούσης, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου, παρέσχεν αὐτῷ [c] ἰδεῖν τὴν εἰκόνα τῆς Μεδούσης· εἶτα λαβόμενος τῇ λαιᾷ τῆς κόμης, ἐνορῶν δὲ τὴν εἰκόνα, τῇ δεξιᾷ τὴν ἅρπην ἔχων, ἀπέτεμε τὴν κεφαλὴν αὐτῆς· καὶ πρὶν ἀνεγρέσθαι τὰς ἀδελφὰς ἀνέπτατο.

Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὴν παράλιον [d] ταύτην Αἰθιοπίαν ἐγένετο, ἤδη πρόσγειος πετόμενος, ὁρᾷ τὴν Ἀνδρομέδαν προκειμένην ἐπί τινος πέτρας προβλῆτος, προσπεπατταλευμένην, καλλίστην, ὦ θεοί, καθειμένην τὰς κόμας, ἡμίγυμνον πολὺ ἔνερθε τῶν μαστῶν. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, οἰκτείρας τὴν τύχην αὐτῆς, ἀνηρώτα τὴν αἰτίαν τῆς καταδίκης· κατὰ μικρὸν δὲ ἁλοὺς ἔρωτι, ἐχρῆν γὰρ σεσῶσθαι τὴν παῖδα, βοηθεῖν διέγνω. καὶ ἐπειδὴ τὸ κῆτος ἐπῄει μάλα φοβερὸν, ὡς καταπιόμενον τὴν Ἀνδρομέδαν, ὑπεραιωρηθεὶς ὁ νεανίσκος, πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην, τῇ μὲν καθικνεῖται· τῇ δὲ προδεικνὺς τὴν Γοργόνα λίθον ἐποίει αὐτό. τὸ δὲ τέθνηκε

c Ἰδεῖν] ἰδεῖν ἐς P. Pro ἰδεῖν J. εἰς· ſed verbum ἰδεῖν incuria credo praetermiſſum. d Ταύτην Αἰθιοπίαν] τῆς Αἰθιοπίας P.

34. Πρόκωπον ἔχων τὴν ἅρπην] Κόπτειν προκειμένην, * ἑτοίμην. V.

* Ἑτοίμην] Defuit in Ed. A. haec vox addita a *M. du Soul.* *T. H.*

eundem uſum habet ἔν, γοῦν. Dial. Mort. XXVI. ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεί. . . . . ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν. Saepius autem tali modo dicendorum interciſa ſeries ἀνακολουθίαν orationis efficit, ſed decoram, & qualem a ſuis ſcriptis caſtigatiſſimi auctores abeſſe nolint: peperit hujus rei ignorantia non raro pravas correctiones. Sequitur ἐπὶ τῆς ἀσπίδος ὑποστιλβούσης· quod verbum ut nonnuſquam reperiatur, ſignificare tamen non poteſt, niſi vel, paululum modo ſplendere, vel, inter obſtantia plura radiis emicare: neutrum huic loco congruit; litera minus eſt, ne integrum videatur; legendum enim ἀποστιλβούσης *Noſtro* ſatis frequens: in Ἐπισκ. c. XI. ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς, τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει. Ζεῦξ. c. X. τοὺς ὀδόντας ἀποστίλβοντας ἐπισημότερον. Nec mirum, imaginem Meduſae reddidiſſe ſplendore fulgentem clypeum, qui fuerit ἀσπὶς χαλκῆ, ut teſtantur *Apollodor.* II. p. 93. quique eum deſcripſit *Zenob.* C. I, 41. *Ovid.* Metam. IV, 781. *Se tamen horrendae clypei, quod laeva gerebat, AEre repercuſſo formam adſpexiſſe Meduſae.* Speculum quoniam eundem uſum praeſtabat, multi nihil alienum ſe facturos exiſtimarunt, ſi clypeo ſubſtituerent: ita *Pherecydes*, auctor in hac fabulari materia in primis magni momenti, apud *Schol. Apollon.* Rhod. ad IV, 1515. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 838. & alii: prudenter *Lucianus* addidit, ὥσπερ ἐπὶ κατόπτρου. *T. H.*

Πάντα μία ἡμῖν κόνις, φασί] Ubi ſermo fit de mortuis, quorum corpora vel rogo tradita in cinerem, vel naturae lege ſoluta in pulverem rediguntur, frequenter adhiberi ſolet *κόνις*: apud *Noſtrum* D. M. XVI. Herculis *σῶμα ἐν Οἴτῃ κόνις ἤδη γενόμενον* & XX. qui locus valde videri poteſt opportunus ad hunc fulciendum; Homeri τῶν ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἐῤῥιπτ') ἄγνωστα καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα καὶ λῆρος πολύς. *Ariſtid.* T. I. p. 138. B. *κεφαλὴ δὲ ἡ πρότερον χαριεστάτη, νῦν ἐν κόνει* ejus generis ex Anthologia ſola proferri poſſent plurima. Nihil ergo videtur dubitandum, quin ad res inferorum accuratiſſime pertineat hoc dictum, & a vitii ſuſpicione vel minima procul abſit. *Eraſmus* ſane, non raro proverbiorum, quae veteribus ignota fuerant, architectus, hoc emblemate Chiliadas ſuas inſtruxit, *Omnia idem pulvis*, nullo tamen praeter *Lucianum* alio fidejuſſore dato: nec minus in Stromateo Magnus *Scaliger*, *Πάντα μία κόνις ἐστί*. At ſi, quibus incommodis haec verba premantur, conſideratius examinaris, alia longe facies apparebit, multoque deformior, quam ut elegantiae Lucianeae reſpondeat. Primum *φασὶ* notum proverbium communique uſu receptum demonſtrat; cujus quis dixerit ullum inveniri veſtigium in *Πάντα μία ἡμῖν κόνις*; non juvat illud incerti poetae Anthol. I. c. XIII. Ep. 14. *Πάντα γέλως, καὶ πάντα κόνις, καὶ πάντα τὸ μηδέν*, niſi quis ſimul eundem in cenſum referenda putet *Πάντα γέλως*, & *Πάντα τὸ μηδὲν*, quae ut proverbialem formam induere poſſe concedam, proverbia tamen eſſe vehementer nego: quod autem pro *Φασὶ* ex C. Long. profertur *εἰσὶ*, nihil eſſe aliud arbitror, quam conjecturam ſentientis, vulgatae lectioni nequaquam convenire *Φασί*. Deinde quorſum illud *ἡμῖν* tam inepte interjectum? quod ſi quis objiciat familiarem ejusmodi dativorum, qui ornandae orationi ſerviant, uſum, atque etiam exemplorum copia pugnet, humaniter, quaeſo, ferat, nihil eum nos morari. Addam, quod an aliis ſim facile perſuaſurus, haud ſcio, mihi non videri inter ſe congruere copulata *μία κόνις*· ſatis erat, *κόνις πάντα*· quam autem longe diſſentiant, neque in idem hoc orationis membrum coire poſſint *μία κόνις*, & *κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους*, nemo erit attentior paulo, quin ſtatim animadvertat. Nunc ſi difficultates eas ſimul omnes ſolvem, vetusque adagium huic loco percommodum mutatione facillima reducam, nonnullam certe a *Luciano*, ejusque venuſtatis ſtudioſis gratiam inibo. Scribendum itaque, *πάντα μία Μύκονος, φασὶ, κρανία γυμνὰ τοῦ κάλλους*, in quibus nihil eſt, quod ullam in partem offendat. Proverbii poteſtas explorata complectitur eas res, quae diverſi generis atque ordinis ſine ullo diſcrimine eundem in locum & conditionem coguntur: *Plutarch.* Symp. I. p. 616. B. *περὶ δὲ τὰς κατακλίσεις παραιτεῖται τὰς διαφοράς, εὐθὺς ἐν ἀρχῇ τὴν λεγομένην μίαν Μύκονον ἀποφήνας τὸ συμπόσιον*· quum ſcilicet promiſcue convivae nullo dignitatis ſervato gradu ad menſam accumbere jubentur. Similiter *Clemens* poſuit in re multum diſſita Str. I. p. 355. C. *οὐ γὰρ δὴ μία Μύκωνος* (ita ſcriptum eſt per *ω*, ut aliis in locis ſaepenumero) *ἡ πᾶσα πρὸς νόησιν γραφή*. Eruditiſſimi Patrum mens eſt talis, Sacrarum literarum explicationem & ſenſus non omnibus eſſe pari modo accommodatos, velut aliquem confuſae mixturae cinnum; ſed alios Chriſtianis infantibus & lacte ſuſtentandis, alios convenire viris ac robuſtiore cibo firmatis; quare hominis eſſe perfecti *τὰ τοιαῦτα διακρίνειν τε καὶ ἐκλέγειν*, quod pro vulgato *λέγειν* reponendum duco. *Themiſtius* Or. XXI. p. 250. C. *ἀκούετε οὖν τοῦ νομοθέτου διοριζομένου τὰ μαθήματα* (*Platonis*, cujus verba protulerat) *ὧν ἑκάστας χρεὼν εἶναι τοὺς φιλοσόφους, καὶ μὴ ξυγχωροῦντος συγχεῖν μηδὲ ξυμφέρειν ἅπαντα ὥσπερ εἰς Μύκονον μίαν*· non poterat clarius exhiberi paroemiae nativa virtus, quam ſane non percepit *Pierius* ad *Virgil.* AEn. III, 76. De origine multum abeſt, ut res aeque ſit comperta: nam aliud *Zenobius* tradit C. V. n. 17. ubi quae *Schottus* notat ab *Eraſmo* jamdudum fuerant occupata in *Omnia ſub unam Myconum*; aliud *Stephanus* in *Μύκονος*, vel potius, quem deſcripſit, *Strabo* X. p. 746. A. ejus in verbis, quae profecto non ſunt ſatis explanata, *ἐπὶ τῶν ὑπὸ μίαν γραφὴν ἀγόντων τὰ διηρτημένα τῇ φύσει*, praeferam ex Codd. antiquis *ἐπιγραφὴν*, ut dicere voluerit, *ſub unam inſcriptionem*, ſeu *titulum*, *quae*

qui iſtic in vita ſunt divites, nihilo meliores ſe. Et Lacedæmoniis tuis iſta, ſi videtur, meo nomine exprobra, dicitoque moribus ſolutis eos a priſtina ſeveritate deſciviſſe. POL. Cave, Diogenes, de Lacedæmoniis quicquam dixeris; equidem non patiar: quæ vero ad alios mandaſti, renunciabo. DIO. Mittamus iſtos, quoniam ita tibi videtur: at tu, quibus ante dixi, perfer mandata mea.

πλουσίους οὐδὲν ἀμείνους αὐτῶν. καὶ Λακεδαιμονίοις δὲ τοῖς σοῖς ταῦτα, εἰ δοκεῖ, παρ' ἐμοῦ ἐπιτίμησον, λέγων ἐκλελύσθαι αὐτούς. ΠΟΛ. μηδὲν, ὦ Διόγενες, περὶ Λακεδαιμονίων λέγε· οὐ γὰρ ἀνέξομαί γε· ἃ δὲ πρὸς τοὺς ἄλλους ἔφησθα, ἀπαγγελῶ. ΔΙΟ. ἐάσωμεν τούτους, ἐπεί σοι δοκεῖ. σὺ δὲ οἷς προεῖπον [b] ἀπένεγκαι παρ' ἐμοῦ τοὺς λόγους.

ΠΛΟΥ-

b Ἀπένεγκαι] ἀπένεγκε. O. Nihil intereſt, utrum probes. Similis variatio p. 299. v. 67.

quae diſpari ſunt natura, redigere: διηρτημένα quoque non mutavero, quanquam *Stephanus* habeat, probantibus duumviris eruditiſſimis *Caſaubono* & *Holſtenio*, διηρημένα. Sed *Euſtathio* quid fiet ad *Dionyſ.* Perieg. v. 525. qui, cujus veſtigiis tanquam certiſſimi ducis ſic inſiſtit, ut a verbis ejus latum unguem vix diſcedat, deſeruiſſe *Strabonem* videtur: ὅθεν ἐπὶ τῶν σὺν εὖ παθόντων μιᾷ ψήφῳ, ἤγουν ἐπὶ τῶν μιᾷ δίκῃ καταδικασθέντων λέγεται τὸ Πάνθ' ὑπὸ μίαν Μύκονον, ἤγουν, πάντα ὁμοῦ ὑπὸ μίαν βλάβην ἢ καταδίκην. Haec quidem unde ſint derivata, aut etiam derivari potuerint, ignoro, nec talem uſum in priſcis ſcriptoribus deprehendiſſe me memini: quid ergo? an, quum inveniret in *Strabone* ὑπὸ μίαν γραφὴν ἄγειν, poteſtate vocis γραφὴ forenſi deceptus ex formula loquendi perperam intellecta mirificam illam proverbii interpretationem conſtruxit? haud equidem ab hac ſuſpicione ſim alienus. Ad *Lucianum* ut redeam, is aptiſſime collocavit μίαν Μύκονον, ut apud inferos ſignificaret nullum eſſe nec formae nec virium diſcrimen, aequatoque jure cunctos inter ſe ſimiles ac pares. Neſcio tamen, an aliquid inſuper argutius occultetur: mentionem certe fecerat ξανθῆς κόμης, quae, tametſi in vivis pars pulcritudinis praecipua, nulla poterat amplius in nudo cranio reſidere extirpatis cum omni carne capillis. Jam vero calvities popularis morbus capita Myconiorum infamabat; adeo ut communi dicto Μυκόνιοι vocarentur calvi: notum eſt illud *Lucilii* apud *Donat.* ad *Terent.* Hec. A. III. Sc. IV. — *Myconi calva omnis juventus.* Sed hoc ſubtilius forte, quam verius. *T. H.*

55. Εἰσὶ] L. ſolus. Alii φασὶ. *M. du S.*

63. Λακ. . . . . ἐκλελύσθ. .] Hinc argumentum petit Cl. *Olearius*, quo probet de vetere Menippo non agi, quia juniori hæc tempora conveniant; ad *Philoſtr.* p. 164. Sed nihil eſt, cur de ætate Senioris mortem proxime ſequuta, qualis hic fingitur, non poſſit intelligi. *M. du S.*

65. Ἐκλελύσθαι αὐτοὺς] Jam tum, quando vetuſtior Menippus erat in vivis, Lacedaemoniorum mores Diogeni, quippe ſectae durioris philoſopho, jure videri poterant effeminati, a ſeveriſque Lycurgi inſtitutis longe diſcedentes: nam poſt Athenas devictas, quum voluptatum deſiderium & divitiae luxuriam atque avaritiam invexiſſent, labare paulatim coepit priſtina diſciplina, & vitiis indies creſcentibus locum cedere: qua de re docet *Plutarch.* in V. Ag. & Cleom. p. 796. C. 797. C. Exinde praeceps ivit Spartanae nobilitatis decus, neque unquam, quicquid ſubinde pauci majorum virtutis capaces fuerint conati, priorem in gradum reſtitui potuit. *Clearchus* Solenſis, Ariſtotelis diſcipulus, apud *Athen.* XV. p. 681 C. memorat Λακεδαιμονίους, οἳ τὸν παλαιότατον τῆς πολιτικῆς κόσμον συμπατήσαντες ἐξετραχηλίσθησαν. Haec eſt cauſa, cur & hujus & inferioris aetatis ſcriptores τὴν πόλιν τὴν παλαιὰν eum in modum ſaepe laudent, ut mutatae ac perditae opponant: *Clem. Alex.* Paedag. II. p. 199. C. Ἄγαμαι τῶν Λακεδαιμονίων τὴν πόλιν τὴν παλαιάν. Quod ſi ad tempus ſerius deſcendas, nihil eſt his ipſis Lacedaemoniis, maxima ſaltem eorum parte, inquinatius: vide *Philoſtr.* V. A. T. IV. c. 27. Arguti ſenſus eſt *Apollonii Tyanenſis* epiſtola LXIII. ad Ephoros, qua miſſos ad ſe viros oſtendit ab habitu corporis & veſtitu molliſſimo pro Lacedaemoniis habiturum ſe non fuiſſe, niſi traditae literae Lacedaemonios declaraſſent. Patet igitur, quanti ſit facienda *Olearii* ſuſpicio ad *Philoſtr.* p. 164. n. 5. *juniorem Menippum eſſe, qui paſſim a Luciano perſtringitur in Mortuorum Dialogis, idque prodere videri initium primi eorum dialogorum. Praeterea,* inquit, *ſub finem Dialogi illius Diogenes Polluci injungit, ut Menippo praecipiat, Lacedaemonios ob corruptos mores ut reprehendat; quod his temporibus convenientius forte, quam Menippi antiquioris.* Vix tibi perſuadeas, accurate Dialogos iſtos eum perlegiſſe, qui Menippum ibi paſſim a Luciano perſtringi ſtatuit. *T. H.*

II.

ΠΛΟΥΤΩΝ, Η [a] ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

ΚΡΟΙ.

ΟΥ φέρομεν, ὦ Πλούτων, Μένιππον τουτονὶ τὸν κύνα παροικοῦντα· ὥστε ἢ ἐκεινόν ποι κατάστησον, ἢ ἡμεῖς [b] μέτοικήσομεν εἰς ἕτερον τόπον. ΠΛΟΥ. τί δ' ὑμᾶς δεινὸν ἐργάζεται ὁμόνεκρος ὤν; ΚΡΟΙ. ἐπειδὰν ἡμεῖς οἰμώζομεν, καὶ στένομεν, ἐκείνων μεμνημένοι τῶν ἄνω, Μίδας μὲν οὑτοσὶ, τοῦ χρυσίου, Σαρδανάπαλος δὲ, τῆς πολλῆς τρυφῆς, [c] ἐγὼ δὲ, τῶν θησαυρῶν, ἐπιγελᾷ, καὶ ἐξονειδίζει, ἀνδράποδα καὶ καθάρματα ἡμᾶς ἀποκαλῶν· ἐνίοτε δὲ καὶ ᾄδων ἐπιταράττει ἡμῶν τὰς [d] οἰμωγάς· καὶ ὅλως, λυπηρός ἐστι. ΠΛΟΥ. τί ταῦτα φασὶν, ὦ Μένιππε; ΜΕ. ἀληθῆ, ὦ Πλούτων. μισῶ γὰρ αὐτοὺς ἀγεννεῖς, καὶ ὀλεθρίους ὄντας· οἷς οὐκ ἀπέχρησε

PLUTO, SEU CONTRA MENIPPUM.

CROE.

1. NOn ferimus, o Pluto, Menippum iſtum canem juxta nos habitantem: quare aut illum aliquo abire coge; aut nos migrabimus in alium locum. PLUT. Quid autem vobis mali facit, qui perinde ac vos ſit mortuus? CROE. Quando nos ploramus & gemimus, iſtorum reminiſcentes, quæ ſupra adfuerunt, Midas hicce auri, Sardanapalus iſte multæ luxuriæ, ego vero theſaurorum, irridet, & conviciatur mancipia nos & purgamenta piacularia vocitans: interdum etiam cantando obturbat noſtros gemitus: in ſumma, moleſtus eſt. PLUT. Quid iſta dicunt, Menippe? MEN. Vera, Pluto: odi enim eos, quippe ignavos & perditiſſimos, quibus non ſatis fuit vivere male, ſed & mortui re-

a ΚΑΤΑ ΜΕΝΙΠΠΟΥ] καὶ Μένιππος. C. Πλούτωνος ἢ Κροίσου. O. *b* Μέτοικήσομεν] Ita O. *B2*. *W*. St. Edd. reliquae *μετοικήσωμεν*. *c* Ἐγὼ δὲ] Κροῖσος addit O. & Schol. *d* Οἰμωγάς] *συμφορὰς*. O. Male: vide Necyom. §. 18.

80. Ἐγὼ δὲ Κροῖσος] Λυδὸς ὁ Κροῖσος· Φρὺξ ὁ Μίδας· Ἀσσύριος ὁ Σαρδανάπαλος. *V.*

74. *Μετοικήσωμεν*] *Aliò migremus*: *μετοικήσομεν* mendoſam lectionem ſequutus eſt Interp. *J. B.*

Μέτοικήσομεν] Mſ. Ox. Ed. *B2*. W. St. & Hemſt. melius quam quod in reliquis eſt *μετοικήσωμεν*. *M. du S.*

Μέτοικήσομεν] Non eſt faſtidienda plane lectio plurimarum Edd. *μετοικήσωμεν*, ac ſi dicant, *pace tua liceat nobis alio migrare*: nam & modo rogaverant Plutonem, *ἢ ἐκεινόν ποι κατάστησον*. Non multum refert, utrum praetuleris: malui tamen, quod Interprete rejecto mendoſum pronunciat *Bourdelotius*, *μετοικήσομεν*· haec enim quaſi comminatio mutandarum ſedium expreſſius oſtendit, quanto opere Menippo nullum ſe vexandi genus abſtinenti ſuccenſuerint: Necyom. §. 19. *καὶ διασκέπτεσθαι μετοικεῖν οὐ φέροντας τὸν Διογένην*· ibi Diogenes idem negotium gerit, quod hic Menippus. *T. H.*

90. *Λυποῦνται γὰρ οὐ μικρῶν στ.*] Adſimilis eſt *Platonis* ſententia de ſenibus, qui non ſine magno dolore delectabiles juvenilis aetatis fructus memoria repetunt, de Rep. I. p. 572. E. *Οἱ οὖν πλεῖστοι ἡμῶν ὀλοφύρονται ξυνιόντες, τὰς ἐν τῇ νεότητι ἡδονὰς ποθοῦντες καὶ ἀναμιμνησκόμενοι, περί τε τἀφροδίσια, καὶ περὶ πότους καὶ εὐωχίας καὶ ἄλλ' ἄττα, ἃ τῶν τοιούτων ἔχεται· καὶ ἀγανακτοῦσιν ὡς μεγάλων τινῶν ἀπεστερημένοι· καὶ τότε μὲν εὖ ζῶντες, νῦν δὲ οὐδὲ ζῶντες.* *T. H.*

95. *Οὐδὲ παυσομένου*] Videbatur olim ad orationis integritatem deeſſe *πω*, *ὡς οὐδέ πω παυσομένου μου*, cui particulae nocuerit ſimilitudo ſyllabae ſequentis: nunc nihil eſſe puto, cur eam deſideremus, & recte monenti *Berglero*, Graecae proprietatis peritiſſimo, adſentior ad *Alciphr*. I. Ep. 32. p. 132. Modo pro Ἀσσυρίων mallem Lucianus poſuiſſet *Σύρων*, quod vocabulum, pariter ac *Λυδοὶ* & *Φρύγες*, non gentis ſolum, ſed viliſſimorum etiam mancipiorum habet poteſtatem: eam elegantiam *Xenophon* non eſt adſpernatus Πορ. p. 538. v. 7. ubi ſcribit melius fore cives *μετ' ἀλλή-*

recordantur, ac mordicus retinere cupiunt res ſuperas: gaudeo propterea, dum dolore eos adficio. PLUT. At non oportet: dolent enim non parvis rebus privati. MEN. Tune etiam deliras, Pluto, qui calculum adjicias eorum ſuſpiriis? PLUT. Neutiquam: ſed nolim equidem ſeditionem vos movere.

βιῶναι κακῶς, ἀλλὰ καὶ ἀποθανόντες ἔτι μέμνηνται, καὶ περιέχονται τῶν ἄνω. χαίρω τοιγαροῦν ἀνιῶν αὐτούς. ΠΛΟΥ. ἀλλ' οὐ χρὴ λυπεῖν· καὶ γὰρ οὐ μικρῶν στερόμενοι. ΜΕ. καὶ σὺ μωραίνεις, ὦ Πλούτων, ὁμόψηφος ὢν τοῖς τούτων στεναγμοῖς; ΠΛΟΥ. οὐδαμῶς. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐθελήσαιμι στασιάζειν ὑμᾶς.

2. MEN. Atqui, peſſimi Lydorum & Phrygum & Aſſyriorum, ita vobiſcum ſtatuite, me nullo pacto eſſe deſiturum: quocumque enim iveritis, perſequar ægre vobis faciens, occinens ac deridens. CROE. Iſtæc nonne contumelia eſt? MEN. Non eſt: ſed iſta, quæ vos faciebatis, dignos, qui adoraremini, vos gerentes, liberis hominibus inſultantes, mortiſque omnino immemores. Ideo ergo plorate omnibus iſtis ſpoliati. CROE. Multis, Dii, magniſque poſſeſſionibus. MID. Quanto quidem ego auro! SARD. Et ego quanta luxuria! MEN. Euge, ita inſtituite: lamentamini quidem vos: ego vero illud, NOSCE TE IPSUM, ſæpius ingeminans occinam vobis; belle enim deceat iſtiuſmodi gemitibus adcantatum.

ΜΕ. Καὶ μὴν, ὦ κάκιστοι Λυδῶν, καὶ Φρυγῶν, καὶ Ἀσσυρίων, οὕτω γινώσκετε, ὡς οὐδὲ παυσομένου μου· ἔνθα γὰρ ἂν ἴητε, ἀκολουθήσω ἀνιῶν, καὶ κατᾴδων, καὶ καταγελῶν. ΚΡΟΙ. ταῦτα οὐχ ὕβρις; ΜΕΝ. οὐκ· ἀλλ' ἐκεῖνα ὕβρις ἦν, ἃ ὑμεῖς ἐποιεῖτε, προσκυνεῖσθαι ἀξιοῦντες, καὶ ἐλευθέροις ἀνδράσιν ἐντρυφῶντες, καὶ τοῦ θανάτου τὸ παράπαν οὐ μνημονεύοντες. τοιγαροῦν οἰμώζετε, πάντων ἐκείνων ἀφῃρημένοι. ΚΡΟΙ. πολλῶν γε, ὦ θεοὶ, καὶ μεγάλων κτημάτων. ΜΙΔ. ὅσου μὲν ἐγὼ χρυσοῦ. ΣΑΡ. ὅσης δ' ἐγὼ τρυφῆς. ΜΕ. εὖγε οὕτω ποιεῖτε· ὀδύρεσθε μὲν ὑμεῖς. ἐγὼ δὲ, τὸ ΓΝΩΘΙ ΣΑΥΤΟΝ πολλάκις συνείρων, ἐπᾴσομαι ὑμῖν. πρέποι γὰρ ἂν ταῖς τοιαύταις οἰμωγαῖς ἐπᾳδόμενον.

ME-

88. Περιέχονται] Ἀντέχονται. G.

ἀλλήλων στρατεύσασθαι, ἢ εἰ συντάττοιντο αὐτοῖς Λυδοὶ καὶ Φρύγες καὶ Σύροι καὶ ἄλλοι παντοδαποὶ βάρβαροι· *Euripid.* Alc. v. 675. Πότερα Λυδὸν ἢ Φρύγα. . . . ἀργυρώνητον σέθεν; memorat *Philoſtratus* ἀνδράποδα Ποντικὰ ἢ Λυδιὰ ἢ ἐκ Φρυγῶν, quorum toti greges Romam advehantur. *T.H.*

98. Ταῦτα οὐχ ὕβρις;] Attica loquendi formula gravem indignationem continens. *Sophocl.* Oed. in Col. v. 877. Ἆρ' οὐχ ὕβρις τάδ'; *Ariſtoph.* Ran. v. 21. Εἶτ' οὐχ ὕβρις ταῦτ' ἐστι καὶ πολλὴ τρυφή; vide ejuſdem *Comici* Plut. v. 887. Nub. v. 1302. Lyſiſtr. v. 659. *Demoſth.* in Ariſtog. p. 831. B. ὕβρις γὰρ τοῦτό γε. de Mal. Legat. p. 323. D. ὕβριν τὸ πρᾶγμα ἔφασαν. Hos imitatus eſt *Dionyſ. Halic.* A. R. IV. p. 237. καὶ ἐδόκει τοῖς πλείοσιν ὕβρις εἶναι τὸ πρᾶγμα. *Terentius* expreſſit: *quid eſt, ſi hoc non contumeliaſt?* Andr. A. I. Sc. V. *Nam iſtaec quidem contumelia eſt:* Heautont. A. III. Sc. III. *T.H.*

III.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ, * ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ ΚΑΙ ΤΡΟΦΩΝΙΟΥ.

MENIPPI, AMPHILOCHI ET TROPHONII.

ΜΕΝ.

Σφὼ μέντοι, ὦ Τροφώνιε, καὶ Ἀμφίλοχε, νεκροὶ ὄντες, οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ναῶν κατηξιώθητε, καὶ μάντεις δοκεῖτε· καὶ οἱ μάταιοι τῶν ἀνθρώπων θεοὺς ὑμᾶς ὑπειλήφασιν εἶναι. ΤΡΟ. τί οὖν ἡμεῖς αἴτιοι, εἰ ὑπ᾽ ἀνοίας

MEN.

1\. Vos autem, Trophoni & Amphiloche, mortui quum ſitis, neſcio quo pacto templis eſtis honorati, vatesque videmini, & vani mortales Deos eſſe vos arbitrantur. AMPH. Quid ergo? nosne in cauſa ſumus, ſi præ dementia iſti ta-

* ΑΜΦΙΛΟΧΟΥ] Deeſt in O. F.

11\. Ὦ Τροφώνιε] Τροφώνιος οὗτος, ἔρωτι τοῦ παρ᾽ Ἕλλησι νομισθῆναι θεὸς, σπήλαιόν τι ζοφῶδες ὑπελθὼν λιμῷ ἐκεῖσε διεφθάρη, καὶ τὴν ζωὴν ἀθλίως κατέστρεψεν. Οἱ δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ σπηλαίῳ μαντείας χάριν ἐσιόντες * ἐξήρχοντο ἀπηγριωμένοι τὰς ὄψεις, καὶ † ἀμειδεῖς διετέλουν καὶ ὠχροὶ καὶ δύσκολοι τὸν ἅπαντα τῆς ζωῆς ‡ χρόνον· ἀφ᾽ οὗ ἐπεκράτησεν ἡ παροιμία κατὰ τῶν τραχὺ τὸ ἦθος ἐχόντων καὶ δυσεντεύκτων καὶ δυσπροσίτων, ἐς Τροφωνίου μεμάντευται. V.

Τροφώνιος ἦν πάνυ φιλόδοξος· ποιήσας οὖν ἐν Λεβαδείᾳ τῆς Βοιωτίας ὑπόγειον οἴκημα, εἰσελθὼν ἐμαντεύετο· καὶ λιμαγχονηθεὶς ἀπέθανεν· ἐγκατοικῆσαι δὲ δαιμόνιόν τι τὰς μαντείας ἐτέλει. Εἰσήρχοντο οὖν ἐντὸς οἱ χρησόμενοι, ἔχοντες ἐν ταῖν χεροῖν πόπανα, ἵνα τοῖς ἐκεῖ ἐμφιλοχωροῦσιν ὄφεσι διδόντες, μηδὲν ὑπ᾽ αὐτῶν δυσχερὲς πάσχωσιν. G.

Τροφώνιος καὶ Ἀμφίλοχος ἥρωες ὄντες ἐμαντεύοντο· λέγουσι δὲ ὅτι οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐτάφησαν, ἐπέμειναν μαντευόμενοι. G.

* Εἰσήρχοντο ἀπηγριωμένοι] Res ipſa, quod dudum conjectavi, poſtulat ἐξήρχοντο. Tum V. ἀπογρ. emendandi viam Grammaticae leges monſtrabant. *T. H.*

† Ἀηδεῖς] Ἀμηδεῖς. V. *M. du S.*

Hinc, quam reddidi, veram lectionem eruere fuit in procelivi. *Alciphr.* III. Ep. 3. 64. τὸν αἰστηρὸν καὶ ἀμειδῆ. *T. H.*

‡ Τρόπον] Χρόνον, ut jam olim eſſe corrigendum videram Not. ad *Luciani* Dial. reſtituit *M. du Soul*, & mox ἡ ante παροιμία ex *V.* De Trophonio non diſſimilia tradidit *Nonnus* Συναγ. Ἱστορ. in principio. *T. H.*

11\. Ἀμφιλ— . . . .] Trophonii antrum notius eſt quam ut de eo dicendum ſit. Amphilochi vero templum non adeo notum cum ſit, monendi ſunt ſaltem juniores *Malli* extitiſſe. V. Ἀλεξ. c. 29. *Oropi* etiam Atticæ *vates Amphilochus pro Deo colitur*, verba ſunt Livii XLV. 27. *templumque vetuſtum eſt fontibus rivisque circa amoenum.* De eodem Amphilocho alibi plura dicturus nunc deſino. *M. du S.*

15\. ΤΡΟ. τι οὖν ἡμεῖς αἴτιοι] Amphilochum in Dialogi capite omittunt O. & Ed. Fl. Error exinde natus, quod in hoc toto Colloquio mutam agere perſonam videatur: quare nihil erat cauſae, cur nomen ejus, qui nullum verbum faceret, in fronte ponerent. Jure tamen errorem dixi, quoniam hoc in loco ſine controverſia pro Trophonio ſubſtituendus eſt Amphilochus: ut alieniſſima ſunt, quae hic dicuntur, a perſona Trophonii, quem, dum ſe heroëm eſſe contendit, & oracula vere conſulentibus edere, falſe Menippus irridet, ſic contra nihil obeſt, quo minus Amphilocho quantumvis vati a Luciano potuerit adſcribi iſte ſermo, qui omnem illam divinitatis perſuaſionem ſtupori hominum ac dementiae tribuit. Quin etiam mox Amphilocho Trophonius indignatur tanquam cauſae communis deſertori, Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη &c. neque is, quaſi ſua parum referret, diſputationi ſeſe amplius immiſcet. Τί οὖν hic quidem interrogandi nota melius a ſequentibus disjungetur, ut Dial. XXII. τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; Amphiarao Trophonium & Amphilochum addit *Ariſtid.* T. I. p. 82. A. Ἀμφιάραος μὲν γὰρ καὶ Τροφώνιος ἐν Βοιωτίᾳ, καὶ Ἀμφίλοχος ἐν Αἰτωλίᾳ χρησμῳδοῦσι τε καὶ φαίνονται· οὗτοι δὲ (Ἀσκληπιάδαι, quos ſupra iſtorum honores extollit) πανταχοῦ τῆς γῆς διάττουσι, ὥσπερ ἀστέρες περίπολοι· ita legendum eſt διάττουσι pro vulgato διατάττουσι, quia manifeſto reſpicit ad ἀστέρας, qui διάττοντες appellantur; neque hoc *Cantero* latuiſſe verſio prodit. Viden vero, quantum *Luciano* diſtet *Ariſtides*, homo ſuperſtitioni addictiſſimus: fama tamen tenuit, nuſquam præſentiores apparere Deos, quam, quo Chriſtianos omnium minime credulos ablegabat Celſus, εἰς Τροφωνίου, καὶ εἰς Ἀμφιάρεω, καὶ εἰς Μόψου· ἔνθα φησὶν ἀνθρωποειδεῖς θεωρεῖσθαι θεοὺς, καὶ ὡς λέγει ὁ Κέλσος, οὐ ψευδομένους, ἀλλὰ καὶ ἐναργεῖς. *Origen.* in Celſ. VII. p. 355. *T. H.*

23, Κατάλ-

talia de mortuis opinentur? MEN. At non opinarentur, niſi & vivi vos tales præſtigias præ vobis tuliſſetis, quaſi futura præſciretis, & prædicere poſſetis rogantibus. TROPH. Menippe, Amphilochus hicce ſciverit, quid ſibi reſpondendum ſit pro ſe. Ego vero heros ſum, & oracula reddo, ſi quis deſcenderit ad me: haud ſane videris unquam inviſiſſe Lebadiam: non enim fidem negares iſtis.

ἐκεῖνοι τοιαῦτα περὶ νεκρῶν δοξάζουσιν; ΜΕ. ἀλλ' οὐκ ἂν ἐδόξαζον, εἰ μὴ ζῶντες καὶ ὑμεῖς τοιαῦτα ἐτερατεύεσθε, ὡς τὰ μέλλοντα προειδότες, καὶ προειπεῖν δυνάμενοι τοῖς ἐρομένοις. ΤΡΟ. ὦ Μένιππε, Ἀμφίλοχος μὲν οὗτος ἂν εἰδείη, ὅ, τι αὐτῷ ἀποκριτέον ὑπὲρ αὐτοῦ· ἐγὼ δὲ ἥρως εἰμὶ, καὶ μαντεύομαι, ἤν τις [b] κατέλθοι παρ' ἐμέ. σὺ δ' ἔοικας οὐκ ἐπιδεδημηκέναι Λεβαδείᾳ τοπαράπαν· οὐ γὰρ ἠπίστεις σὺ τούτοις.

2. MEN. Quid ais? ergo, niſi Lebadiam adiero, ornatusque linteis ridicule, offam manibus tenens irrepſero, per os

ΜΕΝ. Τί φής; εἰ μὴ ἐς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω, καὶ ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις γελοίως, μᾶζαν ἐν ταῖν χεροῖν ἔχων ἐσερπύσω

b Κατέλθοι] κατέλθῃ O.

24. Λεβαδείᾳ] Τόπος, ἐν ᾧ ἐμαντεύετο Τροφώνιος. G.

27. Ταῖς ὀθόναις] Τοιούτῳ γὰρ ἐχρῶντο τρόπῳ οἱ μαντευόμενοι εἰς Τροφωνίου. G.

23. Κατέλθοι παρ' ἐμέ] Vulgatiſſima ſunt μαντεύεσθαι ἐν vel ἐς Τροφωνίου· χρηστήριον ἐκπεσεῖν ἐν Βοιωτοῖς ἐν Τροφωνίου, Ælian. V. H. III. c. 45. ubi Perizonius rationem illius verbi ἐκπεσεῖν nullus intellexit: καταβαίνειν εἰς Τροφωνίου, ἀπὸ Τροφωνίου προσφάτως ἀναβεβηκὼς, Diodor. Sic. XV. p. 485. D. θέσπισμα ἐκ Τροφωνίου φέρειν, Euripid. Ion. v. 405. qui σηκοὺς & θαλάμους eadem in fabula ſacrum illud antrum appellat v. 300. 393. Rarius invenies κατελθεῖν vel καταβῆναι παρὰ Τροφώνιον, quod & Herodotus habet VIII. c. 134. & Pauſan. IX. p. 791. ὅσοι παρὰ τὸν Τροφώνιον μέλλουσιν ἔρχεσθαι· mox: ἐπειδὰν δὲ ἀνὴρ ἔρχηται παρὰ τὸν Τροφώνιον. p. 792. παρὰ Τροφώνιον εἰς Λεβάδειαν ἐλθοῦσιν εὑρέσθαι παρὰ ἐκείνου τὸ ἴαμα· ibidem: τὸν δὲ ἀναβάντα παρὰ τοῦ Τροφωνίου. *T.H.*

27. Ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις] Exſequitur hanc totam hiſtoriam *Scholiaſt. Ariſtophan.* ad Nub. Vide *Philoſtr.* & *Lucian.* Necyom. c. 22. *J.B.*

Ἐσταλ. ταῖς ὀθόναις] *Pauſanias* habitum conſultorum deſcribit in *Boeot.* p. 313. antrumque & reliqua. *Philoſtratus* etiam de ea re ſatis multa habet p. 362. *M du S.*

Ἐσταλμένος ταῖς ὀθόναις] Tam parum a *Luciano* diſcedit iisdem propemodum verbis expreſſus *Maximi Tyrii* locus Διαλ. XXVI. p. 261. ut praetermitti nullo modo debeat: Ἐν Τροφωνίου γε μὴν (καὶ γὰρ τοῦτο μαντεῖόν ἐστιν ἐν Βοιωτίᾳ ἥρωος Τροφωνίου περὶ Λεβάδειαν πόλιν) ὁ δεόμενος συγγενέσθαι τῷ δαιμονίῳ, ἐσκευασμένος ὀθόνῃ ποδήρει (*Pauſanias*: χιτῶνα ἐνδεδυκὼς λινοῦν, καὶ ταινίαις τὸν χιτῶνα ἐπιζωσθείς) καὶ φοινικίδι, μάζας τε (μεμαγμένας μέλιτι *Pauſan.* μελιττούτας, ὅ ἐστι, μάζας μέλιτι δεδευμένας *Suid.* in Τροφώνιος) ἐν χεροῖν ἔχων, εἰσδύεται ὕπτιος κατὰ στομίου στενοῦ· καὶ τὰ μὲν ἰδὼν, τὰ δὲ ἀκούσας ἄνεισιν αὖθις ὑποφήτης αὐτάγγελος. Oraculum autem Trophonii religioſa vaferrimarum praeſtigiarum pompa inſtructiſſimum tanta celebritate floruit, ut *Dicaearchus* Peripateticus, teſtibus *Athenaeo* atque aliis, περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως ſcribere non ſit dedignatus; ſingularine libro, an, quod exiſtimari non abſurde poteſt, parte ſaltem majoris operis περὶ τοῦ βίου τῆς Ἑλλάδος, haud temere decerno: idcirco miror equidem in Ἀναγραφῇ τῆς Ἑλλάδος jambica, quae huic philoſopho tribui ſolet, poſt Lebadiam recenſeri —— ἱερὸν Τροφωνίου, Ὅπου τὸ μαντεῖον λέγουσι γεγονέναι. Hoc illum ut dixiſſe tibi perſuadeas, qui deſcriptionem ſacri totius accuratiſſimam ipſe fuerat perſecutus? Neque tamen *Dicaearchi* cura *Plutarchum* deterruit, quominus eodem in argumento verſaretur, ut concinnatus a Lampria filio librorum ejus index oſtendit: qui labor ſi ad noſtram aetatem perduraſſet, ut erat ſane *Plutarchus* omnis antiquitatis, & præſertim religionum vetuſtarum curioſiſſimus, haberemus certe enarrationem non ſacri tantum mirabilis, ſed & ſenſus allegorici ac ſublimioris exactiſſimam. Nunc, quanquam ex aliis multa poterant, & parum hactenus comperta in medium adferri, contentos eſſe nos oportet diligentia *Pauſaniae* eo minus ſpernenda, quod ſacerrimarum fallaciarum tot miraculis praeſens ſpectator interfuerit Boeotic. c. 39. Meminit etiam, & ſatis graphice, *Philoſtr.* de V. A. T. VIII. c. 19. cujus tamen ibi locus unus ab *Olearii* temeritate & prave mutantis, & peſſime vertentis obiter eſt vindicandus. Ad Trophonium, cujus perſonam aſtu non inferior agere potuiſſet, deſcendere conſtituerat Apollonius: renituntur antiſtites, apud alios ita dictitantes, ſe ſacri cerimonias praeſtigiatori mago arguendas objecturos non eſſe; πρὸς δὲ τὸν ἄνδρα πλαττόμενοι ἀποφράδας εἶναι οὐ καθαρὰς χρῆσθαι hic καθαροὺς ut reponeret ſca-

σω διὰ τοῦ στομίου, ταπεινοῦ ὄντος, ἐς τὸ σπήλαιον, οὐκ ἂν ἐδυνάμην εἰδέναι ὅτι νεκρὸς εἶ, ὥσπερ ἡμεῖς, μόνῃ τῇ γοητείᾳ διαφέρων; ἀλλὰ πρὸς τῆς μαντικῆς, τί δὲ ὁ ἥρως ἐστίν; ἀγνοῶ γάρ. ΤΡΟ. ἐξ ἀνθρώπου τι καὶ θεοῦ σύνθετον. ΜΕΝ. ὃ μήτε ἄνθρωπός ἐστιν, ὡς φής, μήτε θεός· καὶ συναμφότερόν ἐστι. νῦν οὖν ποῦ [a] σου τὸ θεοῦ ἐκεῖνο ἡμίτομον ἀπελήλυθε; ΤΡΟ. χρᾷ, ὦ Μένιππε, ἐν Βοιωτίᾳ. ΜΕΝ. οὐκ οἶδα, ὦ Τροφώνιε, ὅ, τι καὶ λέγεις· ὅτι μέντοι [b] ὅλος εἶ νεκρὸς, ἀκριβῶς ὁρῶ.

depreſſum, in ſpecum, nequeam ſcire te mortuum eſſe, quemadmodum nos, ſola præſtigiarum fraude diverſum? Verum, per artem divinandi, quid autem heros eſt? ignoro enim. TROPH. Ex homine quiddam & deo compoſitum. MEN. Quod neque homo ſit, ut ais, neque Deus; ſed ſimul utrumque. Nunc igitur quo tua iſta Dei dimidia pars abiit? TROPH. Oracula edit, Menippe, in Bœotia. MIN. Non capio, Trophoni, quid tandem dicas: at te quidem totum eſſe mortuum, accurate video.

IV. MER-

a Σοῦ τὸ θεοῦ] Σοὶ τὸ θεῶν. O. Tolerari poteſt, ſi refingas, σοὶ τὸ θεῖον ἐκεῖνο ἡμ. b Ὅλος] Ὅλως. O. Haec ſaepenumero in Codd. confunduntur, ut dijudicari fere nequeat, utrum auctor dederit.

30. Νεκρὸς εἶ] Παρὰ ὑπόνοιαν. * Ὄφελον γὰρ λέγειν, ὅτι μαντεύει, εἶπεν, νεκρὸς εἶ. G.

* Ὄφελον] Scribebatur ὤφελεν T. H.

ſenſum ſuaſiſſe notat, itaque Latine interpretatur: *ipſi autem Apollonio* (dicerent) *homines nefarios tantum & impuros oraculum conſulere:* hos ſacerdotes non tu jam modo mente captos a Trophonio rediiſſe ſtatues, qui tantum dedecus uitro fateantur? Ne longum faciam, voluit *Philoſtratus: ad Apollonium autem, quominus virum admitterent, cauſam interponebant dies nefaſtos & non puros ad oraculum conſulendum.* Ceterum iſtæ μάζαι vel liba ſubacta melle, quae manibus erat neceſſe praeferre Trophonium adituros, proprio nomine μαγίδες· *Heſychius* hunc in modum emendandus: Μαγίδες, αἷς (niſi, quod ad *Pollucem* fui ſuſpicatus X, 81. n. 84. abſit vocabulum, quocum οἷς convenerit) ἀπομάττουσι καὶ καθαίρουσι· καὶ μάζαι, ἃς καταφέρουσιν οἱ εἰς Τροφωνίου κατιόντες· a quibus *Etymologus* non diſſentit: neque aliae deſunt haud ſcio iisdem, an diverſa figura vel confectione praeditis appellationes: *Poll.* VI, 76. μελιττοῦτα μέντοι Τροφωνίῳ, καὶ ἀρεστὴρ καὶ ὑγίεια ὁμοίως. Modo βοῦν placentae genus cornutum deſcripſerat, offerri ſolitum Apollini, Dianae, Hecatae & Lunae: id quidem, *Etymologo* teſte, Trophonio non minus fuit conſecratum. Ἐστὶ βοῦς, inquit p. 204. καὶ εἶδος πλακοῦντος διδομένου τοῖς εἰς Τροφωνίου καταβαίνουσι· rationem vocis, quam pro ſuo acumine, quippe Grammaticus, ſubtiliter enucleat, audire non erit moleſtum: διότι οἱ καταβαίνοντες εἰς τὰ ἄδυτα μυκηθμῶν αἰσθάνονται· quid? an ad terribiles mugitus compeſcendos quaſi arte magica paratam prodeſſe voluit talem placentam? longe alium uſum μελιττούταις certe *Philoſtratus* adſignat: μελιττούτας ἐπάγοντες ἐν ταῖν χεροῖν μειλίγματα ἑρπετῶν, ἃ τοῖς κατιοῦσιν ἐγχρίμπτει· cui ſuffragantur *Suidas*, *Nonnus* ad *Gregor. Nazianz.* & *Scholiaſtes* noſter. Plura de Trophonio, ſi lubet, dabunt Illuſtris *Ez. Spanhemius* ad *Ariſtoph.* Nub. v. 507. ubi & *Scholiaſten* lege, *Jac. Perizon:* ad *AElian.* V. H. III, 45. *Fr. Oudendorp.* ad *Jul. Obſequ.* c. CX. T. H.

43. Ὠρίσθαι] O.P.L. In *J.* vero & *W.* ὁρίσαι, quod in reliquis prave ſcribitur ἀρίσαι. M. du S.

48. Τροπωτῆρα] *Joh. Schefferus* de Mil. Nav. II. c. 2. p. 139. ubi repererit hoc loco προπωτῆρ[illegible] quod emendari jubet, equidem ignoro: neque rem ipſam ſatis explanate tradidit. Vid. *Poll.* I, 87. ad cujus locum *Jungermannus Luciani* non fuit oblitus. T. H.

Ibid. Τιθεὶ] Prorſus in re pari verbis iisdem uſus eſt *Lucianus* Δ. Ἑταιρ. XIV. Proprietatem τοῦ τιθέναι pro λογίζεσθαι, *ponere, referre in rationes Iſ. Caſaubonus* obſervavit ad *Theophr.* Char. c. 23. p. 163. idque adeo apud bonos ſcriptores ſatis eſt uſitatum: *Crates* in Ephem. Τίθει μαγείρῳ μνᾶς δέκ', ἰατρῷ δραχμὴν &c. cujus extat in *Diogen. L.* VI, 86. locus lepidiſſimus. *Dionyſ. Halic.* περὶ τῶν Ἀρχ. Ῥητ. Ὑπομν. p. 146. ex *Lyſia:* καὶ θήσω εἰς δύο παῖδας &c. χιλίας δραχμὰς ἑκάστου ἐνιαυτοῦ. *Eriphus* Comicus apud *Athen.* III. p. 84. C. —— τούτων γὰρ ὀβολὸν οὐ πολὺ τίθημι, λογιοῦμαι γάρ —— ideo *Barnabas* Ep. §. 13. ἐτέθη εἰς δικαιοσύνην ſcripſit pro eo, quod Graeci Interpretes & Apoſtolus Paulus habent, ἐλογίσθη. Alias item ut ſaepe Latinis *ponere*, τιθέναι eſt, *numerare praeſentem, repraeſentare pecuniam*, καταβάλλειν· ſic τιθέναι & θεῖναι μετοίκιον, *Diogen. L.* IV, 14. *Harpocr.* in Μετοίκιον· *Eupolis* in *Poll.* IX, 59. θὲς ἑκατὸν δραχμάς· θὲς ἑτέραν μνᾶν. T. H.

49. Καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον] Vertunt: *& pro acu ad reſarciendum velum quinque obolos exolvi.* Καταβάλλειν eſt frequenter *pendere, exolvere.* Sed καταβάλλειν ὀβολὸν ἀκέστραν, *pendere obolum pro acu* Graecis inſolens eſt loquendi genus, qui dicunt ὑπὲρ ἀκέστρας καταβάλλειν ὀβολόν. Olim itaque exiſtimavi locum hunc eſſe mendoſum, & *Lucianum* ſcripſiſſe πέντε ὀβολοῖς ἐγὼ κατέλαβον, aut πέν-

τε

IV.

MERCURII ET CHARONTIS.

MERC.

1. RAtiones ineamus, Portitor, ſi videtur, quantum mihi jam debeas, ne quid denuo litigemus ſuper iſtis. CHAR. Ineamus ſane, Mercuri: melius enim certi quid eſſe definitum ea de re, minusque habet moleſtiæ. MERC. Anchoram tibi mandanti attuli comparatam quinque drachmis. CHAR. Magno dicis. MERC. Per Plutonem ipſis quinque drachmis emi; & ſtrophum adligando remo binis obolis. CHAR. Pone quinque drachmas & binos obolos. MERC. Et acum ad velum ſarciendum: quinque

ΕΡΜΟΥ ΚΑΙ ΧΑΡΩΝΟΣ.

ΕΡΜ.

ΛΟγισώμεθα, ὦ πορθμεῦ, εἰ δοκεῖ, ὁπόσα μοι ὀφείλεις ἤδη, ὅπως μὴ αὖθις ἐρίζωμέν τι περὶ αὐτῶν. ΧΑ. λογισώμεθα, ὦ Ἑρμῆ· ἄμεινον γὰρ [c] ὡρίσθαι περὶ αὐτῶν, καὶ ἀπραγμονέστερον. ΕΡ. ἄγκυραν ἐντειλαμένῳ ἐκόμισα πέντε δραχμῶν. ΧΑ. πολλοῦ λέγεις. ΕΡ. νὴ τὸν Ἀϊδωνέα, τῶν πέντε ὠνησάμην, καὶ τροπωτῆρα δύο ὀβολῶν. ΧΑ. τίθει [d] πέντε δραχμὰς, καὶ ὀβολοὺς δύο. ΕΡ. καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου· πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ

c Ὡρίσθαι] In hoc reponendo ſecutus ſum conſenſum O. P. L. idemque notatum reperi in margine AtW. Accedit priſcarum Edd. una litera deficiens ὡρίσαι, quod S. mutaverat in ὁρίσαι. d Πέντε] ε. F. hic tantummodo.

48. Τροπωτῆρα] * Τροπωτὴρ ὁ κατέχων τὴν κώπην δεσμός. V.

49. Καὶ ἀκέστραν] Ἀκέστρα ἡ βελόνη ἡ μείζων, † ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσι, παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διεῤῥωγότα τῆς ὀθόνης· τοῦτο γὰρ ἀκέστραν φασὶν, ἐπεὶ καὶ ‡ ἠπήτρια καὶ ἠπητὶς, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστρὶς οὓς νῦν § ῥάπτας καλοῦσι. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας. V.

* Τροπωτήρ] Verbis totidem extant in Gloſſ. meis Mſſ. nec diſcrepat *Heſych.* in Τρόποι, οἱ κατέχοντες τὰς κώπας δεσμοὶ δερμάτινοι. *T. H.*

† Ἣν νῦν] Iſta, ἣν νῦν σακκοράφιον (φησὶ) καλοῦσι *M. du Soul* interpoſuit, quod, quoniam in *Etymologo* quoque legitur, eo minus videbatur repudiandum. Utrumque vocabulum σακκοράφιον & σακοράφιν recentioris aevi adnotavit *Car. du Freſne* in Gl. M. & I. Gr. *T. H.*

‡ Ἠπήτρια καὶ ἠπητὶς] Exc. G. & C. ἐπ. καὶ ἐπ. In margine tamen aliter, ἠπήτριον καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπητὶς· καὶ ἀκέστρα καὶ ἀκεστρίς. *M. du S.*

§ Ῥάπτας] C. M. ῥάπτας. Reliqua pars Scholii, quae de feminis, in eo Cod. non legitur Graece, ſed Latine in margine: *Antiqui mulieribus utebantur ad hujusmodi* ἐργασίον. Lege ἐργασίαν. *M. du S.*

Pro ἀκεστρὰς Ed. A. repoſuit etiam *M. du Soul* ἀκεστρὶς, conjecturam ſecutus an membranas, ignoro. Hujus Scholii pars quaedam eſt admodum depravata: ſed facile medicinam petere licet ab *Etymologo*, in quo totidem paene verbis hinc deſcriptum legitur p. 46. Ἀκέστρα, ἡ βελόνη ἡ μείζων, ἣν νῦν σακκοράφιον καλοῦσιν· ἀκέστρα δὲ παρὰ τὸ ἀκεῖσθαι ἤτοι συῤῥάπτειν τὰ διεῤῥωγότα τῆς ὀθόνης· τοῦτο δὲ καὶ ἠπήτριον φασίν. ἐπεὶ καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπήτης, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστὴς, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσιν. Χρὴ δὲ εἰδέναι, ὡς οἱ παλαιοὶ γυναιξὶν ἐχρῶντο εἰς ταύτας τὰς ἐργασίας, καθὰ καὶ νῦν Σκύθαι. Eam ad formam hic quoque reponendum eſt, τοῦτο δὲ καὶ ἠπήτριον φασίν, vel forte paulo plenius, τοῦτο γὰρ ἀκέστραν φασὶ καὶ ἠπήτριον, ἐπεὶ καὶ ἠπήτρια καὶ ἠπητὴς, καὶ ἀκέστρια καὶ ἀκεστὴς, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσι. Ἠπήτριον autem, quod & *Suidas* habet in Ἠπήτρια, ῥάπτρια, dicitur, & ἠπητήριον ab *Euſtath.* ad Od. K. p. 1647. ubi de verbis ἀκέσασθαι & ἠπήσασθαι plura notat. Ῥάπτης recentioribus uſitatum retulit in ſuum Gl. M. & I. Gr. *Car. du Freſne* ex Lex. Mſ. Cod. Reg. proferens: Ἀκεσταί, οὓς νῦν ῥάπτας καλοῦσι· eundem vide in Ῥάπτειν & Ῥάφθης. *Thom. Mag.* in Ἀκεστής poſt allatum *Homeri* locum ex Βατραχομυομ. v. 183. addit, τὸ δὲ ῥάπτης, κοινόν· quod male omiſſum in Ed. Franequ. veteres habent: hinc ῥάπτρια apud *Heſych.* in Ἠπήτρις, & *Euſtath.* ad Od. Ξ. p. 1764. v. 60. *T. H.*

τε ὀβολῶν· *quinque drachmis emi acum.* Λαμβάνειν & καταλαμβάνειν Graecis, inprimis *Ariſtophani*, ſaepe eſt *emere*, *comparare*, ut apud Latinos *ſumere*. *Cicer.* VII. ad Fam. ep. 23. *Tu autem ignarus inſtituti mei, quanti ego genus omnino ſignorum omnium non aeſtimo, tanti iſta quatuor aut quinque ſumſiſti.* Ibidem. *Eſt mihi gratiſſimum tanti a te aeſtimatam conſuetudinem vitae victusque noſtri, primum ut eam domum ſumeres.* *Horat.* *Quae parvo ſumi nequeunt obſonia captas.* Si quis tamen contendat a libris antiquis non eſſe recedendum, non valde repugnabo, ſi ſic diſtinguas: ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου, πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον, acum ad ve-

ἐγὼ κατέβαλον. ΧΑ. καὶ τούτους προστίθει. ΕΡ. καὶ κηρὸν ὡς ἐπιπλάσαι τοῦ σκαφιδίου τὰ ἀνεῳγότα, καὶ [a] ἥλους δὲ, καὶ καλῴδιον, ἀφ' οὗ τὴν ὑπέραν ἐποίησας, δύο δραχμῶν ἅπαντα. ΧΑ. εὖγε, ἄξια ταῦτα [b] ὠνήσω. ΕΡ. ταῦτά ἐστιν, εἰ μή τι ἄλλο ἡμᾶς διέλαθεν ἐν τῷ λογισμῷ. πότε δ' οὖν ταῦτ' ἀποδώσειν φής; ΧΑ. νῦν μὲν, ὦ Ἑρμῆ, ἀδύνατον. ἢν δὲ λοιμός τις, ἢ πόλεμος καταπέμψῃ ἀθρόους τινὰς, ἐνέσται τότε ἀποκερδᾶναι ἐν τῷ πλήθει παραλογιζόμενον τὰ πορθμία.

ΕΡ. Νῦν οὖν ἐγὼ καθεδοῦμαι τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι, ὡς ἂν ἀπὸ τούτων ἀπολαύοιμι. ΧΑ. οὐκ ἔστιν ἄλλως, ὦ Ἑρμῆ. νῦν δ' ὀλίγοι, ὡς ὁρᾷς, ἀφικνοῦνται ἡμῖν· εἰρήνη γάρ. ΕΡ. ἄμεινον οὕτως, εἰ καὶ ἡμῖν παρατείνοιτο ὑπὸ σοῦ τὸ [c] ὄφλημα. πλὴν ἀλλ' οἱ μὲν παλαιοὶ, ὦ Χάρων, οἶσθα οἷοι παρεγίνοντο,

obolos omnino perſolvi. CHAR. Et hos adſcribe. MERC. Tum ceram, qua oblinantur navigii patentes rimæ, & clavos itidem, & funem, unde hyperam confeciſti; duabus drachmis hæc cuncta. CHAR. Euge, vili iſta quidem pretio ſumſiſti. MERC. Hæc ſunt; niſi quid aliud nos præteriit in computatione: quando igitur iſta te redditurum ais? CHAR. Nunc quidem id, Mercuri, fieri non poteſt: quod ſi peſtis aliqua, aut bellum huc demiſerit confertos, licebit tunc lucri quiddam inde capere in majore turba fraudantem portoria.

2. MERC. Ergo nunc ego conſidebo, peſſima quæque precatus evenire, ut fructum ex iis percipiam. CHAR. Aliter non datur, Mercuri: nunc autem pauci, ut vides, adveniunt nobis: eſt enim pax. MERC. Præſtat ita ſe rem habere, etiamſi nobis protendatur a te debitum. Veteres tamen illi, o Charon, noſti

a Ἥλους] Vitioſe F. ἧλος. b Ὠνήσω] Ita O. B2. W. P. S. Veteres Edd. depravate ὀνήσω. c Ὄφλημα] Ὀφείλημα O.

54. Τὴν ὑπέραν] Ὑπέρα τὸ τοῦ κέρως τοῦ ἱστοῦ σχοινίον, ᾧ * ἀνίεται καὶ διατείνεται· γέγονε δὲ καὶ ἀπὸ τούτου παροιμία ἐπὶ τῶν ἃ δεῖ ἔχειν ἀφιέντων, ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατούντων. V.

60. Ἀθρόους] Ἀθρόων τινῶν κατελθόντων. V.

* Ὁ ἀνύεται] L. ᾧ ἀνίεται. *M. du S.*

Scripſi ἀνίεται ſecutus *Suid.* & *Etymol.* p. 778. Ὑπέρα τὸ ἐξηρτημένον τοῦ κέρατος τοῦ ἱστοῦ σχοινίον, ᾧ ἀνίεται καὶ τείνεται· abjiciendum eſt, quod additur, τὸ σχοινίον· *Euſtath.* ad Od. E. p. 1534. Οἱ δὲ παλαιοὶ τὴν ὑπέραν σχοινίον ἑρμηνεύσαντες κέρατος τοῦ κατὰ τὸν ἱστὸν, ᾧ ἀνίεται καὶ διατείνεται, προφέρουσι καὶ παροιμίαν ἐπὶ τῶν ἃ μὲν δεῖ ἔχειν ἀνιέντων, ἃ δὲ μὴ δεῖ κρατούντων, τὸ, ἀνέντες τὴν ὑπέραν, τὸν πόδα διώκουσι &c. Per negligentiam deſcriptoris proverbium hoc in Scholio deſideratur. In E. A. vitioſe τοῦ κέρως· poſt γέγονε δὲ abfuit καὶ, & δὲ inter ἃ μή. *T. H.*

velum ſc. ὠνησάμην, *emi*, quod ἀπὸ κοινοῦ repetendum, *quinque obolos ego pependi*. Ceterum in antiquo codice ad vocem ἀκέστραν tanquam explicatio adſcripta eſt haec vox σακκαρράφιον. Sic poſteriorum temporum ſcriptores vocarunt ἀκέστραν: ut notavit Etymologici magni auctor, quem vide in ἀκέστρα. *J.G.G.*

Καὶ ἀκέστραν ὑπὲρ τοῦ ἱστίου] Haec *Thom. Magiſter* protulit in Ἀκεστής. *Benedictus* ita vertit, *Et pro acu ad reſarciendum velum* (nam *Micyllus* tantum dederat, *& pro reſarciendo velo*) *quinque obolos exolvi*; quaſi legi voluiſſet, καὶ ὑπὲρ ἀκέστρας τοῦ ἱστίου πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον. Nihil aliud ad hunc locum juvandum requiras, quam diſtinctionem mutatam, quae ſeparet male conjuncta, ut tandem, nequicquam tentata correctione, *Graevius* animadvertit: ἀκέστραν perinde pendet ab ἐνόμισα, vel ὠνησάμην, ac mox κηρὸν καὶ ἥλους &c. Quare Mercurius iſta, πέντε ὀβολοὺς ἐγὼ κατέβαλον, paulum incitatior adjecit adfirmandi cauſa, ut Charon omittat de fide ſua, quaſi lucrum pretia mentiendo captet, quicquam ſecius ſuſpicari. *T. H.*

52. Κηρὸν ὡς ἐπιπλ. τοῦ σκ. τὰ ἀνεῳγότα] Ceram pice temperatam, quae navibus inducebatur, quam illuſtrant *Joh. Brodaeus* Miſc. IV. c. 13. *J. Fr. Gronov.* ad *Liv.* XXVIII. c. 45. hujus etiam loci meminerunt. Μάλθην, de qua *Feſtus* in *Maltha*, vocat *Hipponax* apud *Harpocr.* in *V.* Ἔπειτα μάλθῃ τὴν τρόπιν παραχρίσας. Vid. *Scheffer.* de M. N. p. 42. 43. *Thom. Magiſter* in Ἀνέῳγεν his *Luciani* verbis utitur. *T. H.*

54. Τὴν ὑπέραν] Omnes fere Grammatici ſimilem in modum, & recte interpretantur. Quos *funes*, *qui antennas ad malos deſtinabant*, *Caeſar* vocat de B. G. III. c. 14. Graecus haud inepte ὑπέρας vertit. *Opiferos funes Stewechium* ad *Vegetium* alioſque viros eruditos appellare video inductos *Iſidori* loco Orig. XIX. c. 4. *Opifera funes. quae cornibus antemnae dextra ſini-*

ſti quales advenirent, ſtrenui omnes, ſanguinis pleni & ſaucii plerique: nunc autem vel veneno quis a filio ſublatus, aut ab uxore, aut ex luxu tumefactus ventre & cruribus: pallidi quippe omnes & ignavi, neque ſimiles iſtis: eorum autem plurimi propter opes veniunt inſidiati ſibi invicem, ut quidem videntur. CHAR. Valde ſcilicet expetendæ ſunt. MERC. Proinde neque ego videri poſſim peccare, qui paulo acerbius flagitem debita a te.

ἀνδρεῖοι ἅπαντες, αἵματος [d] ἀνάπλεω, καὶ τραυματίαι οἱ πολλοί· νῦν δὲ ἢ φαρμάκῳ τις ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἀποθανὼν, ἢ ὑπὸ τῆς γυναικὸς, ἢ ὑπὸ τρυφῆς ἐξῳδηκὼς τὴν γαστέρα, καὶ τὰ σκέλη· ὠχροὶ γὰρ ἅπαντες, καὶ ἀγεννεῖς, οὐδὲ ὅμοιοι ἐκείνοις. οἱ δὲ πλεῖστοι αὐτῶν διὰ χρήματα ἥκουσιν ἐπιβουλεύοντες ἀλλήλοις, ὡς ἐοίκασι. ΧΑ. πάνυ γὰρ περιπόθητά ἐστι ταῦτα. ΕΡ. οὐκοῦν οὐδ᾽ ἐγὼ δόξαιμι ἂν ἁμαρτάνειν πικρῶς ἀπαιτῶν τὰ ὀφειλόμενα παρὰ σοῦ.

V.

PLUTONIS ET MERCURII.

PLUT.

1. SEnem noſti, illum inquam valde provectum ætate, divitem Eucra-

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

ΠΛΟΥ.

ΤΟν γέροντα οἶσθα, τὸν πάνυ γεγηρακότα λέγω, τὸν πλούσιον Εὐκράτην,

ὧ

d Ἀνάπλεῳ] Ἀνάπλεοι P. V2. J. Margo A1W. quod minus Atticum. Ἀνάπλεῳ F. A. H. ut ſaepe ſcribitur in Codd.

ſiniſtraque tenduntur retroverſo. Caute *J. Scheffer.* de M. N. p. 145. *Latinis ſunt* opiferae, *ſi Iſidoro credimus.* Mihi hyperae videntur in hoc vocabulo eſſe veſtigia tam manifeſta, ut, quin ita reponi debeat, minime dubitem. Nihil admodum hic juvat egregius *Iſidori* Codex Groninganus, in quo, *Opis fera funis &c.* Lege: *Hypera*, vel pro more ejus aetatis, *Hyſera, funis qui a c. a. d. ſ. tenditur retroverſo.* Ὑπέρας & proverbii inde ducti meminit etiam *Moſchopul.* περὶ Σχεδῶν p. 138. *T. H.*

55. Ἄξια ταῦτα ὠνήσω] *Jungerm.* ad *Poll.* VII, 10. n. 58. ἄξιον hic eſſe εὔωνον, & praeterea de vitio priſcarum Edd. monet, in quibus erat ὄνησω. *Lederlinus* ibidem caſtigatae *Benedicti* verſioni ſubſtituit: *Recte ſane, haec vili pretio emiſti.* Illa duplex & contraria poteſtas in ἄξιος, quae τὸ πολυτελὲς & τὸ εὔωνον complectitur, ex *Stephano* vulgaribusque Lexicographis ſatis nota. *T. H.*

63. Τὰ κάκιστα εὐχόμενος γ.] *Apud veteres etiam* (εὔχεσθαι) *pro imprecari coeptum erat ſumi.* Suidas: Εὔχομαί σοι τάδε, ἀντὶ τοῦ καταρῶμαι παρὰ Ἀριστοφάνει. Lucianus *epiſt.* XLVI. τὰ κάκιστα εὐχόμενος γενέσθαι. Haec ſcribit *Goldaſtus* ad *Doſith.* §. 15. n. 120. *T. H.*

66. Εἰρήνη γὰρ] Niſi alia aliter ſuaderent, hinc putarem hoſce Dialogos non niſi imperante Commodo ſcriptos; usque adeo me movet quod de pace hic, & mox de parentibus a filiis veneno necatis. Sed vide quæ in argumento aliam in partem a me dicta ſunt. *M. du S.*

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ] Hic & ſequentes non pauci dialogi, de hæreditatum captatoribus, cum tot ſint numero, quibusdam emunctæ naris hominibus viſus eſt in his nimius fuiſſe *Lucianus.* Adeo ut vel acutiſſimus ejus imitator *Fontenellus* id ei ſub ſpecie laudantis vitio videatur vertere. Cui hoc unum eſt quod reponam; *Luciano* veniam deberi, quod toties in hunc morem ſit invectus, qui non turpiſſimus tantum per ſe, ſed ejus ætate uſitatiſſimus. Nihil enim Romæ iis temporibus frequentius fuiſſe probant Poëtarum, Hiſtoricorum, omnisque generis ſcriptorum illius ætatis perpetuæ ea de re querelæ. *Lactantium* unum, ne te morer, audi, qui dum Ethnicorum ſui temporis enumerat vitia, hæc habet: *Et ut quæ levia ſunt atque uſitata dicamus, qui hæreditates captent, teſtamenta ſupponant, juſtos hæredes vel auferant vel excludant; qui corpora ſua libidinibus proſtituant; qui denique immemores quid nati ſint, cum fœminis patientia certent* &c. V. 9. *M. du S.*

82. Εὐκράτην] Hujus meminit idem *Lucianus* in Somnio ſive Gallo ſub finem. Eſt apud *Ariſtophanem* in Equit. Eucrates, qui quum molitor eſſet, & dives, tamen remp. adminiſtrabat. *G. C.*

Bu-

ὧ παῖδες μὲν οὐκ εἰσὶν, οἱ τὸν κλῆρον δὲ θηρῶντες, πεντακισμύριοι; ΕΡ. ναὶ, τὸν Σικυώνιον φής. τί οὖν; ΠΛ. ἐκεῖνον μὲν, ὦ Ἑρμῆ, ζῆν ἔασον ἐπὶ τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν, ἃ βεβίωκεν, ἐπιμετρήσας ἄλλα τοσαῦτα, εἴγε οἷόν τε ἦν, καὶ ἔτι πλείω. τοὺς δέ γε κόλακας αὐτοῦ, Χαρῖνον τὸν νέον, καὶ Δάμωνα, καὶ τοὺς ἄλλους, κατάσπασον ἐφεξῆς ἅπαντας. ΕΡ. ἄτοπον ἂν δόξειε τὸ τοιοῦτον. ΠΛ. [a] οὐμενοῦν, ἀλλὰ δικαιότατον. τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες εὔχονται ἀποθανεῖν ἐκεῖνον; ἢ τῶν χρημά-

tem, cui liberi quidem non ſunt, hæreditatem vero qui venentur quinquaginta mille. MERC. Sane: Sicyonium illum nempe dicis: quid autem? PLUT. Eum, Mercuri, vivere ſine, ad nonaginta annos, quos vixit, admenſus totidem alios, ſiquidem fieri poſſit, & plures etiam. Verum adulatores ejus, Charinum juvenem, Damonem & ceteros detrahe per ordinem omnes. MERC. Alienum plane videri queat hoc tale. PLUT. Neutiquam; ſed juſtiſſimum: quam enim illi tandem ob cauſam optant obire eum, aut bonis ejus ſibi vindicandis inhiant nulla ge-

[a] Οὐμενοῦν] Οὐμενοῦν F.

Εὐκράτην] Fictum prorſus (ut multa in ſequentibus, ad Dialogum usque X.) videtur nomen. Sed Romæ, ea potiſſimum ætate, non deerant veri homines, quorum hic Eucrates perſonam gerit, quamvis *Lucianus* Græcis omnes nominibus inſigniat. *M. du S.*

84. Πεντακισμύριοι] Numerus infinitus pro finito, hoc eſt, ſeptem. *G.C.*

Πεντακισμύριοι] *Benedictus quinquageſies mille.* Quanto rectius Micyllus *quinquaginta millia?* *J.G.*

87. Ἐπιμετρήσας] *Julian.* Caeſar. p. 326. C. ἐπιμετρούντων ὑμῶν (τῶν θεῶν) τῆς βασιλείας μοι τὸν χρόνον. De Hiskiae vita quindecim annis cumulata idem verbum apud Patres Eccleſiaſticos uſurpari ſolet. *T.H.*

6. Πολλὰ κἀκεῖνος εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐπελπίζει] Vertunt: *ille etiam ſaepe admodum ſcite ipſos lactat & ſpe inani paſcit.* Sed ἐπελπίζειν qui uſurpet, aut qui in hac notione uſurpet, novi neminem. Perſuaſi itaque mihi legendum eſſe ἀπελπίζει, *ad deſperationem eos redigit*: ἀπελπίζειν enim eſt deſperare, & cum caſu quarto, ad deſperationem redigere. De Iolao qui reviruit vide *Hyginum* Fab. 103. *J.G.G.*

Ibid. Διαβουκολεῖ] *Lactat*, πλανᾷ. *J.B.*

7. Ἐπελπίζει] Liceat mihi hic diſſentire ab Viro Clariſſimo, notante ad hunc locum, ſe, qui ἐπελπίζειν uſurpet, aut qui in hac notione uſurpet, noviſſe neminem; itaque ſe ſibi perſuaſiſſe legendum ἀπελπίζει. Noſter utique ἐπελπίζειν habet in Timone, Ἐμὲ δὲ οἱ ἐπελπίσαντες, ἐν τῇ ἀγορᾷ περιμένουσι κεχηνότες. Fateor, non in eadem, qua hic, ibi ponitur notione τὸ, ἐπελπίζειν. In eadem tamen, qua hic, notione id verbi agnoſcit *Suidas*, & ex auctore, quem non nominat, probat: Ἐπελπίζων, εἰς ἐλπίδας ἄγων. Τὰ μὲν αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι· τὰ δὲ ὑποσπείρων αὐτοῖς ὀλίγα κέρδη. Caeterum non videntur bene quadratura, διαβουκολεῖ καὶ ἀπελπίζει, quemadmodum legi vult V. Cl. quum e contrario optime, etiam huic loco, conveniat, *ſcite lactat & ſpe alit*, Eucrates nempe adulatores ſuos, eosque ἐπ' ἐλπίδος ἀεὶ ἔχει (ut loquitur *Noſter* in de Mercede Cond. c. VII. dum grandaevus exiguum tempus videtur fore ſuperſtes. Sic *Noſter* in Tragopodagra vſ. 29.

> Ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.
> *Vana ſpe ſtulte lactati.*

Euripides quoque in Phoeniſſis vſ. [illegible]99.

> Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας, ὡς [illegible].
> *Spes vero lactat profugos, ut ajunt.*

At, ne quid diſſimulem; *Thomas Magiſter* hoc in *Luciani* loco non ἐπελπίζει, ſed ἐλπίζει legit; ut liquet primo apud eum in voce Βουκολεῖν, deinde in ipſa voce Ἐλπίζω· ubi de hoc verbo ita; ΕΛΠΙΖΩ οὐ μόνον τὸ προσδοκῶ, ἀλλὰ καὶ τὸ εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλω. Λουκιανὸς ἐν τοῖς Νεκρικοῖς· Εὖ μάλα διαβουκολεῖ αὐτοὺς καὶ ἐλπίζει. Θουκυδίδης ἐν τῇ ὀγδόῃ· Ὁπόσοι τότε αὐτοὺς θειάσαντες ἐπήλπισαν, ὡς λήψονται Σικελίαν. Haec *Thomas*; qui ex ultimo tamen *Thucydidis* loco videtur vel τὸ, ἐπελπίζειν idem judicaſſe quod τὸ, ἐλπίζειν· vel in *Luciano* revera legiſſe ἐπελπίζει, & ab editoribus corruptus eſſe; quod ſicut fieri quidem potuit, ita parum ad ſenſum refert, utrum in *Luciani* hoc loco ἐπελπίζει, an ἐλπίζει, vere legendum ſit, quum & ipſum ἐλπίζω, ſive Poëticum ἔλπω pro *ſpem facio, injicio, ad ſpem adduco*, uſurparint Veteres. Sic certe *Homerus* Odyſſ. Β. vſ. 91.

> Πάντας μέν ῥ' ἔλπει καὶ ὑπίσχεται ἀνδρὶ ἑκάστῳ

Quod ἔλπει *Heſychius* ἐλπιδοποιεῖ· *Scholiaſtes* vetus, & *Euſtathius* εἰς ἐλπίδας ἄγει exponunt. Pro ἐλπίζω, ut modo dixi, Poëtae ἔλπω, unde ἀέλπων *deſperans, non ſperans*; quae vox inſtauranda apud *Heſychium*: nam ubi legitur Ἀελπέοντες, μὴ ἐλπίζοντες· ne dubita genuinum eſſe Ἀέλποντες· idque, ut innumera alia, ſum-

generis propinquitate conjuncti? Quod autem omnium eſt flagitioſiſſimum, talia quum optent, tamen eum obſervant in propatulo quidem; & quando ægrotat, quæ conſilia agitent, omnibus ſunt manifeſta: neque tamen eo minus ſe hoſtia facturos eſſe pollicentur, ſi melius habuerit: & plane varia quædam eſt & verſuta hominum iſtorum adulatio. Propterea hic quidem eſto immortalis, illi vero ante eum abeant fruſtrata inhiatione decepti.

ςων ἀντιποιȣ̃νται ȣ̓δὲν προσήκοντες; ὃ δὲ πάντων ἐςὶ μιαρώτατον, ὅτι κ̀ τοιαῦτα εὐχόμενοι ὅμως θεραπεύȣσιν, ἔνγε τοῖς φανερῷ· κ̀ νοσȣ̃ντ☉, ἃ μὲν βȣλεύονται, πᾶσι πρόδηλα· θύσειν δὲ ὅμως ὑπισχνȣ̃νται, ἢν ῥαίσῃ· κ̀ ὅλως, ποικίλη τις ἡ κολακεία τῶν ἀνδρῶν. Διὰ ταῦτα ὁ μὲν ἔςω ἀθάνατ☉· οἱ δὲ προαπίτωσαν αὐτȣ̃ μάτην ἐπιχανόντες.

2. MERC. Ridicula patientur, male ſubdoli qui ſunt: multum & ille perbelle deludit eos, & ſpe vana lactat: imo etiam ſemper moribundo ſimilis valetudine

ΕΡ. Γελοῖα πείσονται, πανȣ̃ργοι ὄντες· πολλὰ κἀκεῖν☉ εὖ μάλα διαβȣκολεῖ αὐτȣ̀ς, κ̀ ἐπελπίζει· κ̀ ὅλως, ἀεὶ θανόντι ἐοικὼς

3. Προαπίτωσαν] Προαπέρχωνται. V.

7. Ἐπελπίζει] Ἀπατᾷ ἢ εἰς ἐλπίδας ἄγει, ἢ ἐμβάλλει. G.

ſumſit *Heſychius* ex *Homero*, apud quem Il. H. vſ. 310. legitur:

Καί ῥ' ἦγον ποτὶ ἄςυ, ἀέλποντες σόον εἶναι.

Habet quidem, fateor, *Suidas* ἀελπτέων· ſed ſine auctoritate; nec dubito, quin legendum ſit ἀελπτέων, quod ab ἄελπτ☉ dixerunt Graeci, ut docet auctor Etymologici Magni. Nec num ἐλπέω dixerint, certo ſciri poteſt eo, quod *Heſychius* adfert ἔλπεον. *J. J.*

Ἐπελπίζει] V. *Jenſ.* Lect. Luc. V. *Hemſterh.* p. 7. *Thom. Mag.* ἐλπ— legiſſe videtur. Sic *Thucyd.* VIII, 1. θειάσαντες ἐπήλπισαν ὡς λήψονται Σικελίαν. & *Od.* B. 91. N. 380. *M. du S.*

Ἐπελπίζει] Ἐλπίζει *Thomas Mag.* habet in Βȣκολεῖν & Ἐλπίζω, utrum vitioſo codice deceptus, an ipſe male multatus a librariis, haud omnino mihi exploratum eſt. Si quis *Thomae* patrocinari velit, non inepte putet eum ſcripſiſſe, Ἐπελπίζω ȣ̓ μόνον τὸ προσδοκῶ, quod rectum eſſe mox patebit, & in *Luciani* verbis, κ̀ ἐπελπίζει, quia ſubjectus *Thucydidis* locus, ubi literis expreſſis ἐπήλπισαν, prioribus, niſi ita refinxeris, convenire non videtur; quanquam obſtare nonnihil fateor iteratum illud ἐλπίζει in Βȣκολεῖν· nec de menda quicquam ſubodoratus fuit *Nicol Loenſ.* Epiphyl. II. c. 23. Hoc utcumque fuerit exiſtimatum, in *Luciano* certe ἐλπίζει nullo modo tolerari poteſt: licet enim in Homero ſimplici verbo ἔλπειν addita ſit virtus activa εἰς ἐλπίδας ἄγειν, oratio tamen proſa illum uſum τȣ̃ ἐλπίζειν conſtantiſſime repudiavit: recte ſive *Ammonius*, ſeu *Herennius Philo* & prorſus accommodate: Ἤλπισαν ἢ Ἐπήλπισαν διαφέρει· Ἤλπισαν μὲν γὰρ αὐτοί τινας ἐλπίδας ἔχοντες περί τιν☉. Ἐπήλπισαν δὲ ἑτέρους, εἰς ἐλπίδα ἀγαγόν. Quamobrem vulgatae bonitatem lectioni optime contra *Graevium* adſeruit Doctiſſ. *Jenſius*: alienum eſt ἀπελπίζει, atque abhorret a *Luciani* propoſito: neque eum erro-

rem non facile vitaſſet Vir magnus, niſi mentis acies vel contentione fatigata, vel alibi fuiſſet occupata. Ipſum hoc ἐπελπίζειν, *ſpem facere, ſpe propoſita lactare & fruſtrari*, jam *Stephanus* adnotaverat Th. T. I. p. 1199. *Thucydidis*, *Luciani* & *Suidae* auctoritate munitum: ad *Thucydidis* locum, qui ſub initium eſt libri VIII. *Scholiaſtes* interpretatur, εἰς ἐλπίδας ἐμβάλλειν. In Grammaticis & *Suida* ſaepius occurrit explicandis proximae poteſtatis verbis appoſitum: Ἐψυχαγώγησε, ἐπήλπισε &c. *Bato* apud eundem in Πυθαγόρας Ἐφέσι☉, αὐτοὺς ἐπελπίζων ταῖς ὑποσχέσεσι· quam partem in Ἐπελπίζων omiſſo ſcriptoris nomine proponit. *Dion Caſſ.* p. 893. C. κ̀ τȣ̃ πολέμου, ᾧ μάλιςα ἐβαρύνοντο, ἀπαλλάξειν ἐπελπίσας. *Appian.* de B. P. p. 66. D. κ̀ ἐπήλπισαν (Φαρνάκην) περὶ πλειόνων· de B. Mithr. p. 216. πολλὰ περὶ Ἀσίας αὐτῷ ἢ τῶν ἐγγὺς ἐθνῶν ἐπελπίζοντες· ubi legendum αὐτὸν, ut apud *Joſeph.* A. J. XIII. c. 12. §. 2. XV. c. 7. §. 1. alioqui ſenſus foret; *multum in eo ſpei de Aſia finitimisque gentibus habentes repoſitum*; quod a ſequentibus & Appiani mente longe diſcrepat: nam *Gelenius* quidem Interpres plane aberrat: de B. Ann. p. 341. C. κ̀ τοὺς ἔνδον ἐπελπίζων. Non aliter Graeci Pſ. CXVIII, 49. Μνήσθητι τῶν λόγων σου τῷ δούλῳ σου, ὧν ἐπήλπισάς με· illud paulo prius abit IV Reg. XVIII, 30. Καὶ μὴ ἐπελπιζέτω ὑμᾶς Ἐζεκίας πρὸς (vel ἐπὶ) Κύριον· *& ne vos fruſtretur Ezekias ſpes veſtras ad Dominum convertendo.* Structura mutata diverſam huic verbo ſignificandi formam induit, ἐπελπίζειν τινι, *ſpem in aliquo collocare & repoſitam habere*: *Heliodor.* VII. p. 356. τὸ μηδὲν ἑαυτῇ συνειδότα φαῦλον εὐμενείᾳ τῇ παρὰ τῶν κρειττόνων ἐπελπίζειν· plenius *Socrates* H. E. VIII. c. 16. τοὺς ἐπηλπικότας ἐπὶ τῷ ἐσταυρωμένῳ. Fit autem aliquando, nihil ut a ſimplici ἐλπίζειν fere differat ἐπελπίζειν· *Pauſan.* IV. p. 342. κ̀ ὁ μὲν ἐπήλπιζεν, Ἀθηναίων διωσθέντων ναυλικῷ, κάθοδον ἔσεσθαι σφισιν ἐς Ναύπακτον· finitimum eſt *Noſtri* ἐπελπίσαντες in Tim. p. 132. v.

ἐοικὼς ἔῤῥωται πολὺ μᾶλλον τῶν νέων. οἱ δὲ ἤδη τὸν κλῆρον ἐν σφίσι διῃρημένοι βόσκονται, ζωὴν μακαρίαν πρὸς ἑαυτοὺς τιθέντες. ΠΛ. οὐκοῦν ὁ μὲν ἀποδυσάμενος τὸ γῆρας, ὥσπερ Ἰόλεως, ἀνηβησάτω· οἱ δ' ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων, τὸν ὀνειροπολῃθέντα πλοῦτον ἀπολιπόντες, ἡκέτωσαν ἤδη κακοὶ κακῶς ἀποθανόντες. ΕΡ. ἀμέλησον, ὦ Πλούτων· μετελεύσομαι γάρ σοι ἤδη αὐτοὺς καθ' ἕνα ἑξῆς· ἑπτὰ δὲ, οἶμαί, εἰσι. ΠΛ. κατάσπα· ὁ δὲ παραπέμψει ἕκαστον, ἀντὶ γέροντος αὖθις [a] πρωθήβης γενόμενος.

eſt multo quam juvenes firmiore ; hi vero jam ſorte inter ſe diviſa ſecuri paſcuntur vitam beatam ſibi adſcribentes. PLUT. Ergo igitur hic exuto ſenio , tanquam Iolaus, repubeſcat: illi autem a media ſpe, ſomniatis opibus relictis , detruſi jam veniant mali male mortui. MERC. At tu ſecuro ſis animo , Pluto : arceſſam enim jam tibi eos ſingulos ordine : ſeptem, opinor, ſunt. PLUT. Detrahe : ille autem ſingulos proſequetur , pro ſene denuo primæ pubertatis juvenis factus.

VI.

ΤΕΡΨΙΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ.

TERPSIONIS ET PLUTONIS.

ΤΕΡΨ.

Τοῦτο, ὦ Πλούτων, δίκαιον, ἐμὲ μὲν 201. τεθνάναι τριάκοντα ἔτη γεγονότα, τὸν δὲ ὑπὲρ τὰ ἐννενήκοντα γέροντα Θούκριτον ζῆν

TERP.

IStane res , o Pluto , juſta , ut ego vita diſcedam triginta natus annos, ubi, qui nonaginta ſuperavit, ſenex Thucri-

a Πρωθήβης] προθήβης poſt *F.* aliae quaedam Edd. Recte *J. V2. W. S. A.*

12. Ἰόλεως] Ὁ τοῦ * Αἴαντος πατὴρ τοῦ Λοκροῦ, ὃς ἱστορεῖται ὑπέργηρως τελευτῆσαι. *G.*

15. Ἀμέλησον, ὦ Πλούτων] Τὸ ἐν τῇ συνηθείᾳ, ὑπέμεινον. *V.*

* Ἴαντος] L. Αἴαντος· ſed Scholiaſtes confundit hunc cum *Oileo* & mox ὑπέργηρως. *M. du S.*

67. & *Scholiaſtae Pindari* ad I. Z, 50. ἔσχατα ἐπελπίζοντες. Haec certe fidem conciliant egregio Codici *Caſſ.* qui ſolus habet exquiſitius, καὶ ἅμα ἐπελπίζων ὡς καὶ μεταβαλεῖται , in *Thucyd.* VIII, 54. nihil oberat , quominus *Pauſaniae* placere potuiſſet , ὡς κάθοδος ἔσεται σφίσιν. *T. H.*

9. Τὸν κλ. ἐν σφίσι δ. βόσκονται] Si conſideratius attendas , videtur iſtud orationis membrum nonnulla parte laborare. Memini , quum placeret , τὸν κλῆρον ἐλπίσι διῃρημένοι βόσκονται· nam & praecedit ἐπελπίζει, & paulo poſt ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων ſequitur. *Cicero* pro Cluent. §. 72. *Hic ille planus improbiſſimus , quaeſtu judiciario paſtus, qui illi pecuniae , quam condiderat, ſpe jam atque animo incubaret.* Tum ἐλπίσι praeditum eſt tali dote, quae ad utrumque verbum διῃρημένοι & βόσκονται apte congruat: proverbium non ignotum , Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι τοὺς κενοὺς βροτοὺς, notavit *Schol. Euripid.* ad Phoen. v. 399. Αἱ δ' ἐλπίδες βόσκουσι φυγάδας , ὡς λόγος· eodem ſpectat illud *Sophoclis* , Ἐλπὶς γὰρ ἡ βόσκουσα τοὺς πολλοὺς βροτῶν· quae fuerunt *Heraclito* obſervata de All. Hom. p. 453. τὰς ὑπηνέμους ἐλπίδας, (ita legendum pro συνηνέμους ἐλπ.) αἱ βόσκουσι τὸν βίον ἡμῶν· hinc eleganter Παμβῶτις τύχη, ἐλπὶς παντοτρόφος apud *Heſychium* ex veteri Tragico : atque ut βόσκειν & βόσκεσθαι , ſic & βουκολεῖν & βουκολεῖσθαι χρησταῖς , ἀγαθαῖς , vel κεναῖς , ἀπατηλαῖς , ψευδέσιν ἐλπίσι paſſim frequentantur. Quod ſi quis tamen vulgatum mordicus tenere malit , hoc pacto ſenſum capiet: *Hi vero jam ſorte inter ſe diviſa pecudum ritu ſecuri paſcuntur , vitam beatam ſibi attribuentes , rationibus ſuis adſcribentes* , ea τοῦ τιθέναι poteſtate , quam ad Dialogum ſuperiorem expoſuimus: βόσκειν vero de hominibus etiam uſurpari , ſed ſaepe cum contemtu quodam & contumelia , ut ſignificetur eos pecoribus ſimiles & abjectiſſimos eſſe, docet *C. A. Dukerus* ad *Thucydid.* p. 476. n. 37. Praeterea paulo inferius ἡκέτωσαν, etſi non ignorem uſum ejus verbi , in his etiam dialogis , de iis, qui vita functi ad inferos deſcendunt , ſi ſcriberetur ἐλκέσθωσαν, haud equidem adſpernarer : ad eam nos conjectu-

critus vivit adhuc? PLUT. Juſtiſſima quippe, Terpſion, ſiquidem hic vivat neminem optans emori amicorum: tu contra per omne tempus inſidiabaris ipſi, avide expectans haereditatem. TERP. Non enim oportebat, qui ſenex eſſet, neque amplius uti divitiis ipſe poſſit, abire vita, locumque cedere junioribus? PLUT. Tu quidem, o Terpſion; novæ legis es auctor, ut is, qui amplius divitiis uti nequeat ad voluptatem, moriatur: hoc autem ſecus a Fato & Natura conſtitutum eſt.

2. TERP. Quin illam igitur incuſo iniquæ conſtitutionis: nam conveniebat hanc rem ordine quodammodo fieri, ſenior ut prius abiret, & deinceps qui ætate proximus eſſet, nullo autem pacto rationem in contrarium verti, neque in vita remanere decrepitum, cui dentes tres admodum ſint reſidui, vix videntem, ſervulis quatuor corpore curvato innixum, qui pituita naſum, gramiis oculos habeat oppletos, nihil amplius ſuave ſentiat, animatum quoddam ſepulchrum, ab adoleſcen-

ἔτι; ΠΛ. δικαιότατον μὲν οὖν, ὦ Τερψίων, εἴγε ὁ μὲν ζῇ μηδένα εὐχόμενος ἀποθανεῖν τῶν φίλων· σὺ δὲ παρὰ πάντα τὸν χρόνον ἐπεβούλευες αὐτῷ, περιμένων τὸν κλῆρον. ΤΕΡ. οὐ γὰρ ἐχρῆν γέροντα ὄντα, καὶ μηκέτι χρῆσθαι τῷ πλούτῳ αὐτὸν δυνάμενον, ἀπελθεῖν τοῦ βίου, παραχωρήσαντα τοῖς νέοις; ΠΛ. καινὰ, ὦ Τερψίων, νομοθετεῖς, τὸν μηκέτι τῷ πλούτῳ χρῆσθαι δυνάμενον πρὸς ἡδονὴν ἀποθνήσκειν· τὸ δὲ ἄλλως ἡ Μοῖρα καὶ ἡ Φύσις διέταξεν.

ΤΕΡ. Οὐκοῦν ταύτην αἰτιῶμαι τῆς διατάξεως. ἐχρῆν γὰρ τὸ πρᾶγμα ἑξῆς πως γίνεσθαι, τὸν πρεσβύτερον πρότερον, καὶ μετὰ τοῦτον, ὅστις καὶ τῇ ἡλικίᾳ μετ' αὐτόν· ἀναστρέφεσθαι δὲ μηδαμῶς, μηδὲ ζῆν μὲν τὸν ὑπεργήρων, ὀδόντας τρεῖς ἔτι λοιποὺς ἔχοντα, μόγις ὁρῶντα, οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα, κορύζης μὲν τὴν ῥῖνα, λήμης δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς μεστὸν ὄντα, οὐδὲν ἔτι ἡδὺ εἰδότα, ἔμψυχόν τινα τάφον, ὑπὸ τῶν νέων

cturam vocabuli violentioris, quod commode jungatur cum ἀπὸ μέσων τῶν ἐλπίδων, invitat ipſe Pluto, qui ſcilicet jam ante dixerit, κατάσπασον ἐφεξῆς ἅπαντας, & mox κατάσπα. Non videbantur aequo animo & ſponte ſua deſcenſuri, quos tanta ſomniatae felicitatis ſpes repente deſtitueret, ſed trahi eos obtortoque collo rapi oportebat: debuit ſane Mercurius aliquando per vim aſperius protrudere renitentes, ut perquam facete Noſter, quo nemo melius res inferorum ad unguem calluit, narrat Dial. XXVII. & Katapl. c. 9. ἕλκετε αὐτὸν, & c. 11. σύρετ' αὐτὸν εἴσω τοῦ ποδός. Quod autem mox τὸν ὀνειροποληθέντα πλοῦτον, id plane ſimiliter dixit ſcriptor aliquis (*AElianum* auctorem ſtylus indicat) apud *Suidam* in Καρπουτ.. μηδὲ μὴν ὀνειροπολοῦντες τὴν ἐκ κλήρου διαδοχήν. *T.H.*

11. Ὥσπερ Ἰόλεως] Hic cum ad decrepitam aetatem perveniſſet, Herculis precibus juventuti reſtitutus eſt, ut *Ovidius* fabulatur Metam. IX, 398.

— dubiaque tegens lanugine malas
Ora reformatus primos Iolaus in annos. G.C.

Ἰόλεως] V. *Ovid. Met.* IX. *Heſiod.* ἀσπ. initio. & *Hygin.* 103. *Scholiaſtes* hic turpiter erravit. *M. du S.*

14. Κακοὶ κακῶς] Sic idem paſſim: *Ariſtoph.* in Plut. *Ariſtaen. Heliod.* *J.B.*

19. Προθέλυμνος] Vox *Homero* familiaris, quam hic mendoſe pleræque exhibent Edd. Sed recte eadem Συρ. c. 35. V. II. I. 445. *M. du S.*

40. Οἰκέταις τέτρασιν ἐπικεκυφότα] *In quatuor famulos incurvatus.* Idem Nigrino. *J.B.*

41. Κορύζης μὲν τὴν ῥῖνα, λήμης δὲ &c.] Hae vel praecipuae ſunt earum vocum, quarum uſu frequenti tam proprio quam figurato inſignis eſt *Lucianus* & notabilis: vix enim ullum alium reperias ſcriptorem, ubi toties recurrant. Multa *Stephanus* collegit Ind. Theſ. in Κόρυζα· alia *Gatakerus* ad *M. Antonin.* IX. §. 29. neutri tam ſedula fuit diligentia, ut *Luciani* penum exhaurire potuerit. Dicemus opportuniore loco. *T.H.*

43. Ἔμψυχόν τινα τάφον] Terpſion Thucritum ſenem decreptum *vivum ſepulchrum*, ſive *cadaver* appellat, qua proverbiali figura utitur *Sophocles* in Antigone. Huc pertinet etiam illud Mimi *Laberii* apud *Gellium: ſimilis ſepulchris nil niſi nomen retineo.* G.C.

Ἐμψυχόν τινα τάφον] Ex *Eraſmi* Chiliadibus deſcripta in *Vivum cadaver: Vivum ſepulchrum.* Pleraque *Gilb. Cognatus*, quae quidem paulo ſunt doctiora, aliis debet; quibus ſollicite demonſtrandis operam navare non eſt animus. Vultures *Gorgias* ingenii vitio tumide dixerat ἐμψύχους τάφους, damnatus propterea non ſolum, ſed irriſus etiam a ſeverioribus arbitris: vide *Longin.* περὶ Ὕψ. p. 18. & Comment. Quamvis ſublimiorem figuram, ſi commode, flexu

νέων καταγελώμενον, ἀποθνήσκειν δὲ καλλίςους, καὶ ἐῤῥωμενεςάτους νεανίσκους· ἄνω 45 γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε. ἢ τὸ τελευταῖον εἰδέναι ἐχρῆν, πότε καὶ τεθνήξεται τῶν γερόντων ἕκαςος, ἵνα μὴ μάτην ἂν ἐνίους ἐθε-

tibus deriſum, dum interea moriuntur formoſiſſimi robuſtiſſimique juvenes: hoc utique perinde eſt, quaſi in caput flumina recurrant. Saltem denique ſciendum erat, quando quiſque ſenum eſſet obiturus, ne fruſtra quoſdam obſervarent: nunc autem quod

45. Ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε] Παροιμία ἐςὶ λεγομένη, ὅτε τὰ ἐναντία τῶν ὀφειλόντων γίνεται, Ἄνω ποταμῶν χωροῦσι πηγαί. ἐκ γὰρ τῶν πηγῶν οὐδέποτε ἄνω, κάτω δὲ μᾶλλον * χωροῦσι. *V.*

* Χωροῦσι] Supple τὰ ὕδατα. *M. du S.*

totius orationis adjuvante, ponatur, & ratione defendi & exemplis poſſe exiſtimem, facile tamen dedero caſtigatius uſurpaſſe *Lucianum* de *ſilicernio*, vel *ſene capulari*, qualem, quum debilitatis animi corporisque viribus ſepulcro quam vita longiore dignior eſt, non tantum τυμβογέροντα Graeci, praeſertim Comici, ſed & σορὸν & σορέλλην per convicium appellitare ſolent. *T.H.*

45. Ἄνω ποταμῶν] Ἄνω ποταμῶν χωροῦσιν αἱ πηγαί. Proverb. in ea quæ accidunt ἐναντία τῶν ὀφειλόντων. Repetit de Merced. cond. Utitur *Æſchyl Eurip. Ariſtoph.* *J.B.*

Ἄνω γὰρ ποταμῶν] Mutilus videri poſſit hic locus; ſed in ejusmodi proverbialibus locutionibus ſæpius invenias aliqua ſui parte truncata afferri verba. *Euripidis*, ad quos alludit, verſus ſcholium exhibet ex *Med.* 410. Proverbium, de quo fuſe Paroemiographi, & ad eos *Andreas Schottus*, *Menag.* ad *Diog. Laert.* p. 193. p. 139. E. *Heſychius* obſervat *Æſchylum* eo proverbio uſum eſſe. V. *Hemſterh.* p. 31. παροιμία δὲ τοῦτο (inquit *Scholiaſtes Euripidis* ad hunc locum) ἐπὶ τῶν εἰς τὸ ἐναντίον καὶ παρὰ τὸ προσῆκον μεταβαλλομένων πραγμάτων. *M. du S.*

49. Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν] Leg. *Eraſm.* *J.B.*

Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει] *Eraſmus* prolato *Luciani* loco haec addit: *Id eſt, Nunc id evenit, quod vulgo dici ſolet, Plauſtrum ſaepenumero bovem ipſum aufert. Translata metaphora a plauſtris per acclive retro labentibus, unaque ſecum bovem auferentibus.* Labitur, ut ſaepius, quam a quoquam hactenus animadverſum fuit, in adagiis explicandis, ingens patriae noſtrae decus, cujus errores magnis virtutibus compenſatos illa literarum tum primum renaſcentium rudimenta ſatis excuſant. Ἐκφέρειν ea, qua voluit, poteſtate ſumtum mihi quidem non approbabit: hic certe, ſi rectum foret, vertendum erat, *plauſtrum bovem ſaepe effert, ejusque funus ducit.* Tum neque illud ſatis commode, nec ad ingenium linguae Graecae, quod paroemiam hanc in modum integram reddat. ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν ἐλαύνει· ſequi debuerat Grammaticos praeeuntes, qui ἕλκει vel adjiciunt, vel ſupplendum eſſe monent: *Mich. Apoſtol.* C. IX. n. 66. Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν] Λείπει τὸ ἕλκει· ἐπὶ τῶν ἀντεςραμμένως τι ποιούντων· *Diogenian.* C. III. n. 30. nec Graeci tantum, ſed & noſtrates hoc ipſo ſimilive proverbio rerum ordinem inverſum praepoſterumque ſignificare ſolent. Non alia *Luciani* mens, qui ſane nihil hic diſcrepans indicare voluit ab iſtis praecedentibus, ἀναςρέφεται δὲ μηδαμῶς, & ἄνω γὰρ ποταμῶν τοῦτό γε. Jam ſi hanc ſententiam noſtri Scriptoris, uti decet, pro explorata teneas, locum tueri nequit ſupervacuum illud, quin imo putidum, πολλάκις ἐκφέρει· quis unquam iis verbis aut additis, aut ad integrandam paroemiam eſt uſus? Quocirca, ut dicam, quod res eſt, vehementer ſuſpicor, adſumentum hocce ab indole proverbii tam alienum deberi incauto lectori, qui, ubi funerum ducendorum mentionem fieri videbat, iſtiusmodi verbum nimis liberaliter adtexuit: reſecueris inutilem caudam, quanto rotundius atque ornatius exibit oratio? Νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν. Confer initium Dial. VIII. *T.H.*

53. Ἐπιχαίρετε] Melius ἐπιχαίνετε. *J.B.*

Ἐπιχαίνετε *Bourdelotius* recte vidit legendum eſſe ἀλλοτρίοις ἐπιχαίνετε, *alienis inhiatis*: & firmant excerpta Mſ. vulgatum ἐπιχαίρετε eſt ab hoc loco alieniſſimum. *J.G.G.*

Ἐπιχαίνετε] Genuina hæc lectio reperitur in Mſ. Gr. P. L. & Ed. *J.* Uſurpat etiam *Demoſth.* p. m. 278. A. In reliquis corrupte ἐπιχαίρετε eodem vocabulo uſus eſt ſub finem *Dial. praced.* οἱ δὲ προαπέπτωσαν αὐτοῦ μάτην ἐπιχανόντες. *M. du S.*

Ἐπιχαίνετε] Pro vulgato ἐπιχαίρετε tam promta emendatio, ut ne *Bourdelotium* quidem effugerit: ſuam ipſe locutionem facile defendet *Lucian.* Dial. ſuperiore, μάτην ἐπιχανόντες & in Tim. ἐπικεχηνότες μόνον τῷ χρυσίῳ. alterum vix Graecum; dicendum fuerat, ἀλλοτρίοις κακοῖς ἐπιχαίρετε, quemadmodum in *Jamblichi* Protr. Μόνη γὰρ αὐτὴ ἐπιςημῶν καὶ τεχνῶν οὔτε ἐπιλείπεται ἀγαθοῖς ἀλλοτρίοις, οὔτε ἐπιχαίρει κακοῖς τῶν πέλας· unde peſſimum hominum genus ἐπιχαιρέκακοι ſunt dicti. Ceterum eſt ad haeredipetarum materiam ita conveniens *Libanii* locus T. I. p. 947. A. ut deſcribendi laborem ſubterfugiendum mihi non putem: Ἦν δέ τις ἀνὴρ ἐν Αἰγύπτῳ φιλοχρήματος· οὗτος ἐποιεῖτο φίλους, οἷς παῖδες οὐκ ἦσαν, ὅπως αὐτοῖς αὐτὸς εἴη παῖς· γινόμενος δὲ ἐξ ἀπόρου πλούσιος ἐκ τῶν τελευτώντων εἰσιών, ἐχθετο τοῖς ἔτι ζῶσι τουτωνὶ τῶν πατέρων. Μακαριζόντος δέ ποτε αὐτὸν ἀνδρὸς ἑτέρου τὰ αὐτὰ νοσοῦντος τῆς τύχης, δι' ἣν αὐτῷ πλοῦτος εἰς μέγας ἐκ πολλῶν ἀθροισθείη, μήπω γ', ἔφη, μή μακάριόν με καλεῖν πρὶν ἂν καὶ οἶδα ἀπέλθωσιν εἰπών, ὧν εἰς τὰς οὐσίας ΕΚΕΧΗΝΕΙ. *Philo Jud.* de Decal. p. 763. ὁ γὰρ ταῖς ἀλλοτρίοις ἐπικεχη-

quod proverbio vulgatur, Currus bovem ſæpe effert.

3. PLUT. Illa quidem, Terpſion, multo ſapientius gubernantur, quam tu putas. Quæ, malum, cauſa vos impellit, ut alienis inhietis, & orbis ſenibus vosmet adoptandos omnibus obſequiis ingeratis?

ρέπευον. νῦν δὲ τὸ τῆς παροιμίας, Ἡ ἅμαξα τὸν βοῦν πολλάκις ἐκφέρει.

ΠΛ. Ταῦτα μὲν, ὦ Τερψίων, πολὺ συνετώτερα γίνεται, ἢ ὥσπερ σοὶ δοκεῖ. καὶ ὑμεῖς δὲ τί παθόντες ἀλλοτρίοις [a] ἐπιχαίνετε, καὶ τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς;

[a] Ἐπιχαίνετε] Ita G. P. L. & *J.* Reliquae Edd. ἐπιχαίρετε.

χηνώς. *T. H.*

54. Εἰσποιεῖτε φέροντες αὐτούς] Εἰσποιεῖν Graecis eſt, adoptandum aliquem tradere in gentem aliam ac familiam; quo pacto ſenſu parum diſtat ab ἐκποιεῖσθαι, niſi quod illud ad familiam ſit referendum, in quam quis transire jubetur, hoc ad eam, unde in alienam poteſtatem exit: hic fori Attici uſus; ſaepe tamen liberior & amplior quaedam illi verbo virtus accedit. *Iſaeus* pro Euphil. apud *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 176. εἴπερ ξένον ὄντα τοῦτον εἰσεποιοῦμεν ἀδελφὸν ἡμῖν αὐτοῖς. *Pauſan.* IV, p. 314. Μεσσήνιοι γὰρ οὐκ εἰσποιοῦσιν Ἀριστομένην Ἡρακλεῖ παῖδα ἢ Διΐ. *Heliodor.* IX. p. 449. τῷ βασιλεύοντι παῖδας ἑαυτοὺς εἰσποιοῦσι. *Lucian.* Deor. Conc. §. 4. *Bacchus*, inquit Momus non mediocriter indignans, ὅλην φρατρίαν εἰσεποίησεν ἡμῖν, *totum gregem in noſtrum Deorum ordinem intulit atque inſeruit.* Εἰσποιήσασθαι vero non pater tantum dicitur filium adſciſcens atque adoptans, ſed & judex talem adoptionem, ſi forte venerit in controverſiam, ſententia ſua confirmans: utrumque reperire licet apud *Iſaeum* tum in Actione pro Euphileto, cujus partem conſervavit *Dionyſ. Halic.* T. II. p. 175. tum in ceteris orationibus, quae ſuperſunt, & omnes in haereditatum judiciis ac jure verſantur. Hinc intelligi poteſt, quid ſit τοῖς ἀτέκνοις τῶν γερόντων εἰσποιεῖν ἑαυτόν. Verum praeterea ſingularis eſt ſignificandi vis in participio φέρων, quam orationis partem *Budaeus* ornatus magis cauſa, quam ſignificationis poni cenſet C. L. G. p. 393. haud multum diſſentiente *Stephano* in App. p. 78. Ad *AElian.* V. H. VIII, 14. agnoſcunt παρέλκον illud Atticum *Faber* & *Kuhnius*; hic tamen, ut erat Graeci ſermonis callentiſſimus, inſuper obſervans *ſaepius ſignificare* ſua ſponte, data opera, *& ubique orationi pro rei ſubſtratae indole emphaſin addere: Perizonius*, hac quidem in eruditionis parte *Kuhnio* multum inferior, notat *abundare tali in conſtructione hoc participium, vel potius declarare impetum quendam aut certum conſilium agendi id, quod agitur.* Nihil eſt horum, quod non ſuis in locis aptam ſedem inveniat: haud raro ita collocatum offendes, ut illibato ſenſu abeſſe poſſe videatur: *Manetho*, quem ceteroquin elegantiae Graecae arbitrum non capiam V, 21. Μύθοις ἐρασμίοισι φέρων παρέθηκα γέλοια. *Sopater* apud *Stob.* p. 312. Homero ſatis non fuit principem vocare patrem, ἀλλὰ καὶ τὸ ἤπιον φέρων ἐπέθηκε τῷ πατρί. *Demoſth.* de Pace p. 61. C. argentum, ſi in alteram librae lancem impoſueris, οἴχεται φέρον, καὶ καθεῖλκυσε τὸν λογισμὸν ἐφ' αὐτό· niſi tranſpoſita legi malis, οἴχεται, καὶ καθεῖλκυσε φέρον· quem uſum, ſed rarius, ineſſe quoque memini participiis ἄγων & ἄρας. Aliquando verbis junctum, quae vehementiorem motum continent, vim incitandi ac propellendi adjuvat: velut in iſtis, φέρουσα ἐνέβαλε *Herodot.* VIII. c. 87. φέροντα ἐμβάλλειν, ἐνσεῖσαι ἑαυτὸν, ἐκτραχηλίσῃ φέρων, φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκεν, ὤθησεν ἑαυτὸν φέρων· cujusmodi ex ſcriptore noſtro multa ſubminiſtrabit Index. Sed quam diverſa praeterea verborum genera complectatur, depromtis ex uno *AEſchine* exemplis oſtendere lubet: in Timarch. p. 25. v. 4. Ἀπαγαγὼν γὰρ αὐτοὺς (ita de judicibus loquentem Demoſthenem facit) ἀπὸ τῶν περὶ Τίμαρχον αἰτιῶν ἐπέστησα φέρων ἐπὶ τὸν κατήγορον· in Cteſiph. p. 65. v. 25. καὶ εἰς τοῦτο φέρων περιέστησε τὰ πράγματα, ὥστ' &c. cum quo convenit illud *Libanii* T. I. p. 707. A. τοιγαροῦν εἰς τοῦτο μετέθηκα τὰ πράγματα φέρων. p. 66. v. 25. Callias Chalcidenſis ἀδικήσας Φίλιππον κἀκεῖθεν ἀποδρὰς ὑπέβαλεν ἑαυτὸν φέρων Θηβαίοις· quomodo *Plutarch.* T. II. p. 4. B. plerique parentes in quodcumque inciderint pravum mancipium τούτῳ φέροντες ὑποβάλλουσι τοὺς υἱούς. P. 74. v. 6. Demoſthenes τὴν κατὰ γῆν (ἡγεμονίαν) ἄρδην φέρων ἀνέθηκε Θηβαίοις. v. 23. προσέμιξε φέρων τὸν κίνδυνον ἀπαρασκεύῳ τῇ πόλει· in quorum ſane nonnullis tantundem fere valet, atque *ultro* & *dedita opera*. Sunt etiam locutiones, ubi propenſionem animi, agendique ſtudium apertius declarat: ſicut in illo *Longini* p. 198. Ὁ πᾶς αὐτοῖς (Homero, Platoni, Demoſtheni) αἰὼν καὶ βίος φέρων ἀπέδωκε τὰ νικητήρια & *Clementis* Strom. VII p. 727. D. qui athletarum aliquem ita fuiſſe precatum refert: Jupiter, ſi mihi cuncta ſunt diligenter ad obeundum certamen praeparata, ἀπόδος φέρων δικαίως τὴν νίκην ἐμοί. *Achill. Tat.* I. p. 25. εὐθὺς ἐχαρίσατο φέρων αὐτῷ τὸν ἵππον· parum diſcedit apud *Plutarch.* T. I. p. 633 B. quum piratae τοὺς μὲν ἄλλους διέφθειρον ἡγεμόνας, Πομπηΐῳ δὲ φέροντες αὐτοὺς μετὰ τέκνων καὶ γυναικῶν ἐνεχείριζον· & *AElian.* H. V. VI. c. 1. Hinc jam porro ejuſmodi verbis adnectitur, ut inſinuandi ſeſe applicandique ad aliquem & commendandi ſpeciem praeferat: *Maxim. Tyr.* Diſſ. XXXI. p. 315. καὶ τίνι φέροντες ἑαυτοὺς ἐπιτρέψομεν; *Plutarch.* T. I. p. 155. D. Οὕτω δὲ φέρων ὁ Περικλῆς τῷ δήμῳ προσένειμεν ἑαυτόν. *Julian.* Or. VII. p. 231. B. Ἀλλά σοι μὲν, ὦ θεῶν πάτερ, ἐμαυτὸν φέρων ἀναθήσω· frequenter autem ad eos pertinet, qui in doctorum ſe fidem ac diſciplinam tradunt: eo loquendi more delectatus *Eunapius*: de Porphyrio p. 14. προσέθετο φέρων ἑαυτὸν Plotino: p. 34. AEdeſius ὅλος ἐπιδοὺς ἑαυτὸν ἀνέθηκε φέρων εἰς τὴν ἔτι λει-

τοὺς; τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνετε, πρὸς ἐκείνων κατορυττόμενοι· καὶ τὸ πρᾶγμα τοῖς πολλοῖς ἥδιστον γίνεται. ὅσῳ γὰρ ὑμεῖς ἐκείνους ἀποθανεῖν εὔχεσθε, τοσούτῳ ἅπασιν ἡδὺ προαποθανεῖν ὑμᾶς αὐτῶν. καινὴν γάρ τινα ταύτην τέχνην ἐπινενοήκατε, γραῶν καὶ γερόντων ἐρῶντες· καὶ μάλιστα εἰ ἄτεκνοι εἶεν. οἱ δὲ ἔντεκνοι ὑμῖν ἀνέραστοι. καίτοι πολλοὶ ἤδη τῶν

propterea merito riſum debetis ab iis defoſſi; resque illa plerisque jucundiſſima accidit: nam quantum illos obire optatis, tantum omnibus eſt gratum, ſi vos ante moriamini. Novam profecto illam artem excogitaſtis, vetularum & ſenum amorem, tum maxime, ſi prole careant; nam quibus liberi ſunt, illi amore veſtro vacant. Quanquam multi jam eorum, qui non aman-

πομένην παιδείαν. p. 49. ἐπέδωκεν ἑαυτὸν φέρων τῇ χείρονι τῶν ὁδῶν· *Damaſc.* apud *Suid.* in Σεβηριανός· τῷ Πρόκλῳ φέρων ἑαυτὸν ἐπιδοῦναι· atque eum in modum eſt fere capiendum, quod *Porphyrius* apud Euſeb. H. E. VI. c. 19. de Origene ſcripſit; πρὸς τὸ βάρβαρον ἐξώκειλε τόλμημα, ᾧ δὴ φέρων αὐτόν τε καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις ἕξιν ἐκαπήλευσε· quorum, quia ſummus *Valeſius* aberravit, vertendo ſenſum explanabimus: *ad barbaram Chriſtianorum & audacem diſciplinam velut in ſcopulum impactus adhaeſit, cui agglutinatus ſeque turpiter vendidit, ſuamque in philoſophiae cultu ſolertiam.* Poteramus, ſi liberet, in pluribus exemplis lapſus eruditorum hominum patefacere. Nunc quando haec poteſtas ad vultures haeredipetas tranſit, ſignificantur ſcilicet irrepere blando lenocinio, ſeſeque ingerere, ut *Petronius* ait loco percommodo c. 140. *Philumene, quae multas ſaepe haereditates officio aetatis extorſerat, tum anus & floris extincti, filium filiamque ingerebat orbis ſenibus:* *Cicero* pro Caecin. §. 13. *atque etiam ſe ipſe inferebat & intrudebat:* ubi neſcio quam recte aliis *ingerebat*, aut *inſerebat* placuit. Saepius ita *Noſter:* πρὸς Ἀπαιδ. c. 19. εἰ μὴ σαυτὸν φέρων ταῖς τοῦ γέροντος ἐκείνου διαθήκαις παρενέγραψας quae huic loco ſunt ſimillima. In Lapith. paulo aliter c. 22. (τοῖς πολὺ σοῦ πλουσιωτέροις) οὐδὲ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν ἐπέδωκα. Ex his liquido apparere arbitror, quam elegans ſit & appoſita *Luciani* verborum ſententia: *Vos autem, malum! quid eſt cauſae, cur alienis inhietis, ac ſubdole irrepentes vos orbis ſenibus adoptandos ingeratis.* Nolim tamen ita quis exiſtimet, quaſi variatas illas ſignificandi figuras in participio φέρων ſolo reſidere cenſerem: hoc dixi, ab uno motus incitatioris capite, prout diverſis orationum formis ac verbis aliis aptatur, prodire diverſos, ſtructura diducente, poteſtatis eleganter immutatae rivulos, quorum curſum ac virtutem conſequi non licet, niſi circumſcriptione quadam utaris ad interiores ſententiae receſſus excutiendos. *T.H.*

62. Τῶν ἐρωμένων] Tacent libri ſcripti editique: quibus etiam invitis, ſi *Luciani* mentem, & inſtitutum orationis ordinem ſequaris, particula negans videbitur inſerenda, τῶν οὐκ ἐρωμένων· potior eſt Codicibus ipſa ſententiae vis perpenſa: *Rem quandam & artem*, inquit, *excogitaſtis novam, vetularum ac ſenum amorem, tum quidem maxime ſi prole careant: nam quibus liberi ſunt, eos non curatis, neque amore proſequimini. Atque adeo jam multi eorum, qui non amantur, comperta veſtri amoris verſutia, etiamſi liberos habeant, odiſſe ſe tamen illos fingunt, ut & ipſi amatores nanciſcantur.* Liquet, credo, quos dixerat ἀνεράστους, οὐκ ἐρωμένους mox appellari: tum ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσι conſiſtere nequit, niſi legeris οὐκ ἐρωμένων. Συνέντες an συνιέντες ſcribatur, parum refert: hoc tamen librorum in gratiam praetuli. *T.H.*

63. Συνιέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν] Scribendum Mſ. ſuadente, συνιέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν. *qui intelligunt veſtras artes* aut *aſtutiam.* *J.G.G.*

Συνέντες] Συνιέν— G. P. & Coll. Sed vide finem Dialogi ſequentis. *M. du S.*

67. Δωροφορήσαντες] Sic legit Interpres; ſic repoſuimus, cum male antea δορυφορήσαντες. *J.B.*

Δορυφ—.] Antiquam hanc & genuinam, ut putamus, lectionem repoſuimus. Extat autem in G. P. L. Fl. Ald. J. H. B. & Fr. Mutarunt P. S. & A. & fecerunt δωροφορή— V. Νιγρ. c. 14. *M. du S.*

Δορυφορήσαντες] Haud ineptum erat, quod Interpretibus & *Bourdelotio* arriſit, δωροφορήσαντες, & probae notae verbum, *AElian.* de Anim. VIII, 11. τὸ πρόσωπον τοῦ ἐρωμένου καθαίρειν, καὶ δωροφορεῖν αὐτῷ θηρῶντα πάμπολλα, & huic rei apprime conveniens, ut Polyſtratus oſtendit Dial. IX. παντοῖα μοι δῶρα προσήγετο ἁπανταχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. Cur tamen lectionem priſcam moveremus, cauſa fuit nulla; praeſertim quum membranae veteres nihil innovarent: δορυφορήσαντες ergo qui divitem ſpe tabularum honorifice ſemper fuerant proſecuti, & perpetuo quaſi ſatellitio ſtipaverant. Verum exemplum prodidit *Plinius* VIII. Ep. 18. Domitii Tulli, qui, *quum ſe captandum praebuiſſet, reliquit filiam haeredem, fruſtratus improbas ſpes hominum, quos ſic decipere, pro moribus temporum, prudentia eſt.* *T.H.*

70. Ἀποσμυγέντες] In cod. Mſ. οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας καταγελασθέντες, *illi vero deriſi frendent dentibus*, quod multo magis mihi probatur quam, quod in editis extat, ἀποσμυγέντες, *dolore ardentes:* eſt enim valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum. *J.G.G.*

Ἀποσμυγέντες] Gloſſema eſt quod in Mſ. Gr. P. & L. legitur καταγελασθέντες. Genuina hæc quam omnes impreſſi agnoſcunt. Aliud paulo eſt quod legitur in Ἐτ. Δ. VII. σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας, ſed eodem fere redit. Certe ἀπομύττω *emungere* eſt, (vide *iſ.* 2. c. 24.) quod in utraque lingua eleganter admodum ad eos transfertur, qui cum pecuniam variis artibus ab aliquo expreſſerunt in ſinu rident, & ſibi plaudunt. Sed tum legendum foret ἀπομύξαντες, niſi forte hic ſigma,

amantur ; intellecta veſtri amoris calliditate, etſi liberos habeant, illos odiſſe ſe fingunt, ut & ipſi amatores nanciſcantur: verumtamen in teſtamentis excludi ſolent, qui jam olim ſatellitum more fuerant ſectati; liberi autem & natura, ſicuti juſtum eſt, potiuntur omnibus : iſti vero infrendunt dentibus emuncti.

ἐρωμένων [a] συνιέντες ὑμῶν τὴν πανουργίαν τοῦ ἔρωτος, ἢν καὶ τύχωσι παῖδας ἔχοντες, μισεῖν αὐτοὺς πλάττονται, ὡς καὶ αὐτοὶ ἐραστὰς ἔχωσιν. εἶτα ἐν ταῖς διαθήκαις ἀπεκλείσθησαν μὲν οἱ πάλαι [b] δορυφορήσαντες· ὁ δὲ παῖς, καὶ ἡ φύσις, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, κρατοῦσι πάντων· οἱ δὲ ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας [c] ἀποσμυγέντες.

TEP.

a Συνιέντες] Ita G. C. P. ἀνιέντες F. Reliquae Edd. συνέντες. b Δορυφορήσαντες] Δωροφορήσαντες P. S. A.
c Ἀποσμυγέντες] Καταγελασθέντες G. P. L.

70. Ἀποσμυγέντες] Καταγελασθέντες. V.

ſigma, ut in quibusdam fit, inſertum dicas. Si hæc non placet, aliam addam conjecturam: ὑποσμύχομαι uti ex *Suida* & *Heſychio* videre eſt, metaphorice *urere* eſt. Apud *Simonidem σμύχω de tempore* dicitur, quod omnia abſumit. *Grot.* 143. & apud *Theocrit. de Amore Flor.* 269. Vid. *Od.* Γ. 195. Δ. 672. ἐπισμυγερῶς. Si itaque levi mutatione velis ὑποσμυγέντες pro ἀπ— ſubſtituere, optime ſic etiam ſenſus ſe habebit, aut ſaltem ſatis commode. Si quis nunc, quid ſentiam, roget; dicam. Primo καταγελασθέντες merum gloſſema mihi videtur, in textum ab iis illatum qui verbum *Luciani* qualecunque tandem fuerit, ut ſibi incognitum repudiabant. Secundo, *emungendi* mihi ſenſus, quod & gloſſema admittit, perplacet; atque adeo, aut ἀποσμυγέντες, ut legitur; aut, ſi per Grammaticos non liceat, ἀπομυγέντες omnino legendum putem. *M. du S.*

Ἀποσμυγέντες] Pluribus in libris extat hujus vice καταγελασθέντες, certiſſimum genuinae vocis, qualiscumque a *Luciano* fuerit profecta, interpretamentum; qua de re dubitationem omnem tollit *Scholiaſtes Voſſianus.* Niſi animum alibi Praeſtantiſſimus *Graevius* habuiſſet occupatum, qua erat ingenii perſpicacia, pro Junone nebulam amplecti refugiſſet. Quando autem valde durum, & quod vix alibi reperias, hoc verbum pronunciat, id eo quidem magis eſt conſiderandum, quia in Luciano certe nuſquam, ſi exceperis hunc locum, occurrit. *H. Stephanum* nulla vitii tetigit ſuſpicio, ut qui explicationem, eamque non unam, tentarit Theſ. T. III. p. 891. Ejus ſententia, hoc in genere momenti non mediocris, in medium proferri meretur: Ἀποσμύχω, Deuro, igni abſumo. *Metaphorice utitur* Lucian. *in dial. Terpſ. & Plut.* ὑποπρίουσι τοὺς ὀδόντας ἀποσμυγέντες, cum ſtridore dentium infrendent, & prae dolore ardeſcunt, *ſeu* exardeſcunt. *Niſi malis* Extabeſcentes, Macerati & confecti dolore: *nam σμύχω ſignificat non ſolum καίω, verum etiam μαραίνω.* Haec ille: ſed antequam explorati quid conſtitui poſſit, enodanda venit paulo diligentius natura verbi & propria ſignificandi dos. Illam veteres poſuerunt non in igne luculento, qui late flammam conſpicuam ſpargat, ſed in eo, qui caecis intra viſcera corporum alimentis nutritus ſenſim ſerpit proxima corripiens, fumoque ſe tantum prodit. Idem paene verbum & pronunciandi modo, & ſignificatione Belgae ſervamus. Licet *Homerus* aliquantulum, utpote poëta, legem eam migraverit Il. I, 649. — κατά τε σμύξαι πυρὶ νῆας, vim tamen nativam recte *Scholiaſtes* declarat, ex eoque *Euſtath.* p. 781. Ἐστὶ δὲ σμύξαι τὸ καῦσαι, ἢ καπνὸν ἐκ πυρὸς ἀναδοῦναι, ὃ καὶ τύφειν λέγεται· ἐξ αὐτοῦ δὲ καὶ τὸ χόλον ὑποσμύχειν ἢ φθόνον εἴληπται· ἐκεῖθεν δὲ καὶ τὸ σμυγερὸν, ἤτοι ἐπίπονον &c. Conferunt autem τὸ τύφειν, quemadmodum & fecit *Schol. Sophocl.* ad Antig. v. 1021. exponens τὸ ἠρέμα ὑποσμύχειν· non equidem intercedo, quamquam & nonnihil diverſa ſit utriusque virtus, & per diverſas orationis figuratae ſemitas propagata. Radix vero ſignificandi prima in compoſito διασμύχειν admodum graphice depingitur a *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 826. D. Εἰ πῦρ ἀχύροις ὑποκρυφθείη τέως μὲν ἔνδοθεν διασμύχει τῇ καύσει τὰ ὑποκείμενα, φλὸξ δὲ κατὰ τὸ φαινόμενον οὐκ ἐκδίδοται, ἀλλὰ δριμύς τις καπνὸς βιαίως ἔνδοθεν συνθλιβόμενος διεξέρχεται· paulo dilutius a *Phil. Jud.* de V. M. p. 662. B. reſtant, inquit, everſae Sodomae documenta, καὶ καπνὸς, καὶ ἡ ἔτι ἀναδιδομένη φλὸξ ἀμαυρὰ, καθάπερ διασμυχομένου πυρός. Hinc clare conficitur, parvam in *Artemidoro* labem inſidere II. c. 10. ubi primum οἶκοι καιόμενοι καθαρῷ πυρὶ καὶ μὴ συμπίπτοντες fauſta portendunt: tum contra οἱ δὲ σμυχόμενοι καθαρῷ πυρὶ, καὶ καταιθαλούμενοι καὶ συμπίπτοντες &c. πᾶσι πονηροί· non convenit οἴκοις σμυχομένοις καθαρὸν πῦρ· quapropter fulgor ille puri ignis addita negatione reprimendus eſt, ac propemodum extinguendus, οὐ καθαρῷ πυρί. Medici traducunt ad febres ſive πυρετοὺς, quorum alii ſunt θερμοὶ καὶ διακαεῖς, alii μαλακώτεροι τε καὶ οἷον σμυχόμενοι apud *Galen.* lib. I. τῶν πρὸς Γλαυκ. Θεραπ. *Heliodorus* ſemel ſignificatione propria II. p. 79. καλάμους, εἶτα τινες ἔτι σμυχόμενοι περιελείφθησαν, ἀψάμενος, translata ſaepius uſurpavit: de animi doloribus & interno cruciatu I. p. 33. ὡς παλαί γε σμυχόμενος ἐμαυτῷ, καὶ τὸ πρᾶγμα δι' ὑποψίας ἔχων ἀπορίᾳ τοῦ ἐλέγχειν ἡσύχαζον·

ubi

ΤΕΡ. Ἀληθῆ ταῦτα φῄς. ἐμοῦ γοῦν Θε-

4. TER. Vera ſunt, quæ dicis: ecce enim

ubi nemo diffitebitur aptius accedere particulam σμυχόμενος ἐν ἑαυτῷ iram & aemulationem, ſed pectore preſſam atque intus reductam notat VIII. p. 374. ὁ δὲ καὶ φύσει μὲν τὴν εὐνοῦχον ζηλοτυπίαν νοσῶν, σμυχόμενος δὲ καὶ πάλαι κατὰ τοῦ Θεαγένους. Verum dignus eſt, quem priſtino nitori reddamus, locus lib. X. p. 484. καὶ ταῦτα εἰπὼν ὁ μὲν ἐπέβαλε τῇ Χαρικλείᾳ τὰς χεῖρας, ἄγειν μὲν ἐπὶ τὰς βωμοὺς καὶ τὴν ἐπ' αὐτῶν πυρκαϊὰν ἐνδεικνύμενος, πλείονι δὲ αὐτὸς περὶ τοῦ πάθει τὴν καρδίαν σμυχόμενος· poſteriora ne verterent, Interpretes deterruiſſe credo difficultatem, quam tamen tollere Vat. Cod. ope pronum eſt, modo περὶ, quod is praebet, pro περὶ adſciſcamus: poſſes τῷ πάθει quaſi per ἐπεξήγησιν appoſitum ſervare; ſed rejectum liberabit orationem ingrato tractu, & ſententiae vim atque acumen argutius adſtruet: *ipſe majore, quam in aris ardebat, ſollicitudinis aeſtu confectus.* Denique locutio rarior inſolentius eſt formata VII. p. 342. ἡ δὲ Χαρίκλεια σιστρὸς τι καὶ καθεσμυγμένον ὑποβλέψασα, *Chariclea vero ringens, & torvius, ut tectam indignationem facile proderet, in illam intuita.* Extat illud κατασμύχειν de amoris aeſtu, quo animus contabeſcit apud *Theocrit.* Eid. III, 17. de maerore VIII, 90. Ὡς δὲ καθεσμύχθη, καὶ ἀνετράπετο φρένα λύπα· & in *Phalaridis* Ep. 144. ἀλλ' ὅτι καὶ τῆς ἐκείνης (uxoris defunctae) δαίμονα, εἴπερ αἰσθοιτό σε οὕτω καθασμυχόμενον, ἀνιᾶσθαι μὲν εἰκὸς, αὐτὴν δὲ (vel αὐτήν τι) τὴν πλεῖστα μὲν εὐφράνασαν τὸν ἄνδρα &c. eum in modum ſi verba nulli Interpretum intellecta levi manu refingantur, & diſtinguendo legitimum ordinem accipiant, ſenſum habebunt expeditum. *Heſychius* quem Lexicographi ſolent morem, ad vim linguae pandendam parum accommodatum, ſecutus exponit Σμύξαι & Καθασμύξαι, μαρᾶναι, καῦσαι, ἐμπρῆσαι neque tamen non eſt commodum illud μαραίνειν, quod in virtute verbi declaranda veteres aliquando ſolent adhibere: continetur enim in τῷ σμύχειν ille quidem caecus ſub cineribusque latens ignis, ſed ita ſimul comparatus, ut carpat, conſumat lentoque morſu tabeſiciat; quam poteſtatem figuratae loquendi formae maxime ſpectandam praebent. *Apollon. Rh.* III, 446. ubi Medea limis Jaſonem adſpectat amore capta Κῆρ ἄχει σμύχουσα — adjuvandus eſt, auctore *Suida* in Σμυχόμενος, binarum literarum acceſſione *Scholiaſtes*: τῇ λύπῃ τὴν ψυχὴν καιομένη καὶ ἀναλίσκουσα· nam ἀλίσκουσα, quod vulgatur, ab explicando verbo σμύχειν prorſus alienum: v. 761. — ὀδύνη δ' αἰεὶ Τείρ' ὀδύνη σμύχουσα — eximie *Virgilius*, ut, quem fuit imitatus, ſuperaſſe videatur: *Vulnus alit venis & caeco carpitur igni.* In compoſitis, & διασμύχειν, *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 196. τοῦ πάθους οἱονεὶ πυρός τινος ἔνδοθεν αὐτῶν τὰς ψυχὰς διασμύχοντος. *Suid.* Διασμύχων, διέξεων, διακαίων ſed ibi, *Heſychio* duce, reficiendum eſt διαζέων & ἀπεσμύχειν, *Agath.* Anth. VII. Ep. 76. Ἦ με ἀπεσμύχουσι μελεδῶνες· ſed maxime ſolet ὑποσμύχειν frequentari: *Gregor. Nyſſ.* T. I. p. 828. C. καθυποσβεννύειν ἔνδοθεν τὴν ὑποσμύχουσαν ἐν τῇ καρδίᾳ μνησικακίαν *Georg. Metrop. Nicom.* in S. Deip. Ingr. in Templ. p. 1116. B. ὑπὸ τῆς ἀφανῶς ἔνδον ὑποσμυχούσης φλογὸς πυρπολούμενος. *Kuſterum* laudo, qui *Eunapio* reſtituit; ejus enim eſſe, quae *Suidas* promit in Θλαδίας, nullus ambigo: ἦν γὰρ βαρὺς ὁ σταθμὸς τοῦ ὑποχεθέντος χρυσίου ὑποσμύχων αὐτῶν τὰ ἔντοσθεν legebatur ὑποσμήχων. Eadem labes *Baſilii Seleucienſis* Interpretem *Pantinum* mirifice decepit de Mirac. Thecl. II. p. 206. ὅπερ (ἔλαιον) καὶ αἰτήσας οὗτος καὶ ἐπαλειψάμενος· οὗ καὶ τὸ πάθος ὑπέσμυχε τῆς μὲν ἰάσεως ἔτυχε, τῆς δὲ ἀσεβείας οὐκ ἀπηλλάγη *cujus ille copiam ſibi peti poſtulans, ſeſeque eo inungens (quo etiam aegritudinem ſuam una abſterſit) ſanitatem nactus:* ex illa verſione cognoſce, quantum errorem ſaepe unius literae vitium pariat; reddideris ὑπέσμυχε, ſtatim extat nativus orationis color: *Quod oleum quum ille poſtulaſſet, eoque in loco inunxiſſet, ubi malum ipſum urebat.* *Heſychio* ſimul opem feramus: Ὑποσμύγει, (melius ὑποσμύχει) θλίβει, ἀνιᾷ, καθάπτει, ἐκ μεταφορᾶς τῶν τραυμάτων· ubi quamvis olim exiſtimarim haud inepte περὶ τραυμάτων poſſe legi, ut de vulneribus Scriptor neſcio quis verbum illud uſurparit, nunc tamen antepono ἐκ μεταφορᾶς τῶν καυμάτων ſequitur in Eodem; Ὑποσμύχουσα, ἔνδον ἐρεθίζουσα· *Suidas* amplius: ἐνδερεθίζουσα, ὑποκαίουσα, θλίβουσα, κατατοιοῦσα· totidem vocabulis *Etymologus*, niſi quod διερεθίζουσα· nimirum veteres Gloſſographi, unde haec fuerunt deſcripta, dederant hic διερεθίζουσα, alter ἔνδον ἐρεθίζουσα, quod in *Suida* leviter corruptum. Quae adduximus exempla manifeſte monent, eorum in cenſum τὸ σμύχειν cum ſuo comitatu referri oportere, quae ligatae orationis terminis apud antiquos fere concluſa recentiores, quorum artis erat rariſſima quaeque, etiam repugnante ſevera ſcribendi norma, conſectari, in uſum communem revocarunt: vix enim in omni Scriptorum turba, quae Chriſti aetatem anteceſſit, totidem hujus verbi veſtigia deprehendas, quot ex inferioribus modo a me parce, nam longe plura ſunt ad manum, fuerunt prolata. His itaque conſideratis arduum non eſt definire *Luciani* verborum ſenſum aliquem haud plane abſurdum: *Hi autem dentibus infrendent interno ac caeco dolore macerati:* verum quantumlibet congruere videatur, non deſunt argumenta, quae huic lectioni ſtatus controverſiam optimo jure moveant. Omitto uſum Aoriſti ſecundi, nuſquam certe alibi, niſi memoria fallat, mihi obſervatum. Primum indoli τοῦ σμύχειν non ita videtur convenire διὰ, ut in unum vocabulum commode coaleſcat: utique ſcripſiſſet potius ὑποσμυγέντες creberrimae conſuetudinis auctoritate munitum; eadem ratione inductus malo in *Zoſimo* IV. p. 264. ὡς δὲ πλέον ὑπεσμύχετο τῇ τῆς κόρης ἐπιθυμίᾳ Theodoſius pro ἐπεσμύχετο. Deinde cur non ὑποσμυχόμενοι; aptius ſane multoque magis ad hunc locum appoſitum, ut fatebuntur, qui legitimum orationis Graecae curſum aure docta callent. Tandem magnum eſt corruptelae latentis documentum interpretatio καταγελασθέντες, quam qui vocabulo, quodcumque in *Luciano* repererat, appoſuit, hoc quidem vulgatum διασμυγέντες reperiſſe nequaquam

enim Thucritus a me profecta quot dona

κριτῷ πόσα κατέφαγεν, ἀεὶ τεθνήξεσθαι δο-

quam credi poteſt; tanto enim intervallo utraque diſſident, ut ad quandam communis ſignificatus adfinitatem nulla machina conciliari queant. Criticen ergo reſtat ut advocemus, ſi quid auxilii ſolvendo nodo conferre poſſit: blanditur enimvero mirifice perpulcra Eruditiſſimi Viri *L. Kuſteri* conjectura, qui reſcribendum monuit unius literulae detrimento ἀπομυγέντες· fateor equidem in eo verbo florem eſſe Comicum, ab iiſque poëtis decerptum, quos ſtudioſe *Noſtrum* lectitaſſe conſtat. Quanquam nunc rarius inveniatur, tot Scenae antiquae monumentis abſumtis, *Polluci* tamen nihil eſt cauſae, cur fidem denegemus adfirmanti II, 78. ἤδη δέ τινες τῶν κωμικῶν τὸ ἐπὶ κέρδει ἐξαπατᾷν ἀπομύττειν εἶπον· accuratius proprietatem ſignavit, quam Grammatici: *Heſych.* Ἀπομύττειν, ἐξαπατᾷν, γοητεύειν· quod poſterius ſine dubio pertinuit ad illuſtrandum aliquem Comici locum, ubi miris praeſtigiis deluſus ſenex auro emungebatur: *Euſtath.* ad Od. Ξ. p. 1761. Ἀπομύξαί τινα τὸ ἐξαπατῆσαι. Neque aliter intellexerunt προμύσσειν in *Hippocrat.* Παραγγ. p. 26. Κρέσσον ἐν σωζομένοισιν ὀνειδίζειν, ἢ ὀλεθρίως ἔχοντας προμύσσειν, modo ne vitio ſit ſcriptum pro ἀπομύσσειν· quamvis ibi quominus pro *ludibrio habere*, *ludificari* accipias, nihil obſtet. Congruit Latinorum *emungere*, quod eſt *per dolum & aſtutis technis defraudare*: ut de Comoedia ſumtum ſcias, notiſſima ſunt *Plauti Terentiique* loca: idem *Horatii* ſenſus de A. P. v. 238. *— audax Pythias emuncto lucrata Simone talentum. Lucil.* apud *Nonium* p. 36. *Quovis poſſe me emungi bolo.* Veteres aemulatus *Apollin. Sidon.* VII. Ep. 2. *Non parvo etiam corollario facilitatem credulitatemque munificentiae ſocrualis emungens.* IX. Ep. 7. *Quidam* &c. *ſcribam tuum ſeu bibliopolam copioſiſſimo velis nolis declamationum tuarum ſchedio emunxit*: ut *Hieronymum*, imitatorem antiquitatis non ſegnem, praeteream. Atque adeo haud ſcio, an in *Caecilii* verſu apud *Ciceronem* de Amic. §. 99. quandoquidem Pal. primus, *atque nuxeris*, ſuppeditat, legendum ſit, *Hodie me ante omnes Comicos ſtultos ſenes Verſaris atque emunxeris lautiſſime.* Hinc ſimul patet, quanti ſit facienda *J. Gebhardi* obſervatio Ant. Lect. II. c. 23. in *Terentio Nonioque* p. 103. *Emulſi* & *emulgere* Pal. Cod. fide reponentis. Quamobrem eleganter ἀπομυγέντες, *ab eo, qui teſtamento nequiſſimos vultures excluſerat, deluſi atque emuncti*; quod ſane dici merito poterant, quibus nec opinantibus ereptus eſſet haereditatis bolus, quam improba ſpe jamdudum creviſſent. Verum hoc pacto necdum apparet, quid *Scholiaſten* deduxerit ad ſuum illud καταγελασθέντες· quam enim explicuimus poteſtas ab iſta non parum diſſidet. Igitur ἀπομυγέντες vel alia virtute, *illudendi* nimirum *ſubſannandique*, accepit, vel in exemplari ſuo legiſſe cenſendus eſt ἐπιμυγέντες. Prius licet auctoritate veterum fere deſtituatur, nihil tamen habet, quod genio linguae ſit contrarium; praeſertim ſi interpreteris *adducto naſo*, vel etiam, *excuſſo per nares ſpiritu irridere*: ad confirmandum facit ſimile verbum ἀπομυκᾶσθαι, atque ille *Clementis* ἀπομυκτισμὸς Paed. II. c. 6. *Qui ſermones*, inquit, *impudicos ac turpes non refugiunt, ſevere ſunt compeſcendi*: τοῖς χρωμένοις αἰσχρολογίᾳ ἐπιστομιστέον καὶ ὄψει δριμυτέρᾳ καὶ προσώπου ἀποστροφῇ, καὶ τῷ ἀπομυκτισμῷ καλουμένῳ, πολλάκις δὲ καὶ λόγῳ τραχυτέρῳ· ubi *ſubſannationis* explicatio adeo placuit, ut *Potterus* etiam ἀπομυκτηρισμὸν reponi potius voluerit: ego non diſceſſerim a vulgato, quod a μυκτὴς ſive ἀπομυκτὴς prono curſu derivatur. *Timoni* in Sillis, teſte *Diogen. L.* II, 19. dictus fuit Socrates Μυκτὴρ, ῥητορομυκτὴς, ἀττικὸς εἰρωνευτής· hac enim medicina iſte locus indiget. Quin *Lucianus*, quo minus dubitemus, offert ipſum illud verbum ἀπομυκτίζειν Ἐπ. Δ. VII. Neque tamen diffiteor non aberraturum forte, qui voci inuſitatae *faſtidiendi* virtutem, *corrugatiſque naribus*, ut ſordida ſolemus, *averſandi* tribuerit; quae ſane tum *Luciani*, tum *Clementis* inſtituto ad amuſſim quadrat: ita veteres in *Horatii* formula loquendi, *naſo ſuſpendere adunco*, vel irriſionem & faſtidium junxerunt, vel utrum melius conveniret, dubitarunt: neſcio autem, an ex *Clemente* remedium ferri poſſit corruptis *Suidae* verbis, quae merito *Kuſterus* habuit ſuſpecta, Ἀπομυρίζω, ἀποστομίζω, legendo Ἀπομυκτίζω, ἐπιστομίζω. Sed alterum ἐπιμυγέντες ut *Scholiaſtes* invenerit, probabilius exiſtimo: valet enim ἐπιμύσσειν, Grammaticis monſtrantibus, *irridere*, *ſubductoque naſo & excuſſo illudere*: *Suid.* Ἐπέμυξεν, ἐξεμυκτήρισεν, ἦχον διὰ τῶν ῥινῶν ἐποίησεν· *Heſych.* in quo quidem utrum ordine continuo, Ἐπέμυξαν, ἐπιμυκτήρισαν, ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν, an ſeparatim ſit ſcribendum, Ἐπέμυξαν, ἐπεμυκτήρισαν. Ἐπεμύχθισαν, ἐξεφαύλισαν· non ſatis exploratum habeo: ad *Homerum* certe reſpexit Il. Δ. 20. Θ, 457. — αἳ δ᾽ ἐπέμυξαν Ἀθηναίη τε καὶ Ἥρη· ubi quemadmodum intelligi deberet iſtud verbum, antiqui diſſenſerunt: hos, quibus *muſſitandi compreſſiſque labiis ingemendi* poteſtas arriſit, ſecutus eſt *Scholiaſtes* parvus: *Heſych.* Ἐπεμύξατο, ἐπεστέναξεν, ἐπεγόγγυσεν· illos, qui *deludere*, *cum acerbo riſu atque indignatione inſuper habere* reddiderunt, *Heſychius*: neutris ſuae opinionis tuendae ratio defuit, quandoquidem illud ἐπέμυξαν vel a μύζειν repeti poterat, vel a μύττειν, quae, tametſi ab eadem radice μύειν propagata, diſtare notandi proprietate jam admonuit accuratiſſimus *Sylburgius* ad *Clenard.* p. 519. Similem obſervare licet in ſolo μυχθίζειν ſignificandi diſcrepantiam: apud *Aeſchylum* utique Pr. V. v. 742. Σὺ δ᾽ αὖ κέκραγας κἀναμυχθίζῃ, quin ſit, *ducto per nares ſpiritu ingemiſcere*, *atque indignationem teſtari*, vix in dubium voces: eo ſpectat *Heſychii* Μυχθισμὸς, στεναγμὸς· nec alio fonte manantia μυττάζειν & μυτιλλάζειν. Idem tamen *irridere*, & *adunco naſo ſubſannare* deſignat: *Heſych.* Μυχθίζουσι, μυκτηρίζουσι, χλευάζουσι· neque aliter *Suidas* explicuit *Meleagrum* Anth. VII. Ep. 107. Φλέξω καί· τί μάταια γελᾷς, καὶ σιμὰ σεσηρὼς Μυχθίζεις; τάχα που σαρδόνιον γελάσεις. In *Theocriti* Eid. XX. pro μυθίζοισα utrum v. 11. an 13. ſupponi debeat μυχθίζοισα, parumper haeſito; quamvis animum inclinent ad poſteriorem locum producta *Meleagri* verba. Clare *Ori-*

δοχῶν· καὶ ὁπότε ἐσίοιμι, ὑποςένων, καὶ μύχιόν τι, καθάπερ ἐξ ὠῦ νεοττὸς ἀτελὴς, ὑποκρώζων, ὥςʼ ἔγωγε, ὅσον αὐτίκα οἰόμενος ἐπιβήσειν αὐτὸν τῆς σορῦ, ἔπεμπόν τε πολλὰ, ὡς μὴ ὑπερβάλλοιντό με οἱ ἀντερασταὶ τῇ μεγαλοδωρεᾷ· καὶ τὰ πολλὰ ὑπὸ Φροντίδων ἄγρυπνος ἐκείμην, ἀριθμῶν ἕκαςα, καὶ διατάττων. ταῦτα γῦν μοι καὶ τῦ ἀποθανεῖν αἴτια γεγένηται, ἀγρυπνία, καὶ Φροντίδες· ὁ δὲ, τοσῦτόν μοι δέλεαρ καταπιὼν, ἐφειςήκει θαπτομένῳ πρώην ἐπιγελῶν.

consumſit ſemper mox morituro ſimilis, & , quando intrarem , altum gemens , ex imoque pectore , quaſi ex ovo pullus imperfectus , crocitando ſuſpirans. Ego autem, qui non dubitarem, quin jamjam inſcenſurus eſſet ſandapilam , mittebam multa , ne me ſuperarent æmuli amatores magnitudine munerum ; ac plerumque ex curis inſomnis jacebam dinumerans ſingula, diſponensque : imo hæc ipſa mihi mortis extitit cauſa , inſomnia inquam, & curæ: hic vero , tanta mihi eſca deglutita , adſtabat, quum terræ mandarer pridie, multo cum riſu.

ΠΛ. Εὖγε, ὦ Θῦκριτε, ζώης ἐπιμήκιςον, πλυτῶν ἅμα, καὶ τῶν τοιύτων καταγελῶν· μηδὲ πρότερόν γε σὺ ἀποθάνοις, ἢ προπέμψεις πάντας τὺς κόλακας. ΤΕΡ. τῦτο μὲν, ὦ Πλύτων, καὶ ἐμοὶ ἥδιςον ἤδη, εἰ καὶ Χαριάδης προτεθνήξεται Θυκρίτυ. ΠΛ. θάῤῥει, ὦ Τερψίων· καὶ Φείδων γὰρ, καὶ Μέλαντος, καὶ ὅλως ἅπαντες προελεύσονται αὐτῦ ὑπὸ ταῖς

5. PLUT. Euge , Thucrite , vitam producas quam longiſſime , divitiis ſimul abundans, & tales deridens; neque ante tu quidem moriaris , quam fueris proſecutus omnes iſtos adulatores. TERP. Id quidem , o Pluto , & mihi jam gratiſſimum erit , ſi etiam Chariades ante Thucritum ſit moriturus. PLUT. Bono ſis animo, Terpſion; etenim & Phidon, & Melantus, & plane cuncti eum prævertent ſub iiſdem curis

genes in Celſ. IV. p. 187. ἀλλʼ οὐκ εὐγνωμον, ἐκεῖνα μὲν γελᾷν ὡς μῦθον, ἀλλὰ θαυμάζειν ὡς ἐν μύθῳ φιλοσοφούμενα· ταῦτα δὲ μόνῃ τῇ λέξει τὴν διάνοιαν ἐναπερεισαντα μυχθίζειν ubi ſententiae nexus qualem vim poſtulet , haudquaquam obſcurum eſt. Verum minime negligendus eſt impreſſae maculae ſimilitudine notabilis *Heſychii* locus , Ἐπισμυκτὸν , ἐπιμυκτηρισμόν. Quamcumque in partem verſaveris ἐπισμύχειν , nunquam inde extundes poteſtatem τῦ ἐπιμυκτηρίζειν idcirco nihil occurrit expeditius, quam ut vitiato codice deceptus *Heſychius* dederit ἐπισμυκτὸν , quod ſcribendum fuerat ἐπιμυγμόν nisi tamen quis , me non invito, propius ad literas corruptae vocis , poëticam formam praetulerat ἐπιμυκτυν , cujusmodi multa praeſertim ab Ionibus frequentantur, ἀλητυς, ἀποδαςυς in *Heſychio*, ἁρμοςυς, ἀσπαςυς, γενετυς, ἐδητυς, κλιςυς & ληιςυς *Herodoto*, μαςυς, ὀρχηςυς. Nunc ſi *Scholiaſten* ſecutus probaveris in *Luciano* ἐπιμυγεντες, ſenſus orietur a priore nonnihil diverſus : neque enim ad teſtatorem amplius , a quo fuerint egregie ludificati , ſed ad alios iſtos pertinebit, de quibus modo Noſter, τοῖς πολλοῖς ἥδιςον γινεται, quorum plenis cachinnis peſſimi captatores excipiuntur : *Hi vero dentes prae dolore colliduut a cunctis ob deſtitutam haereditatis per inſidias adpetitae ſpem irriſi ac ludibrio habiti.* Porro , me quidem arbitrum ſi capias , mutandum erit quoque ὑποπρίουσιν in ἐπιπρίουσι illud inſolens, atque etiam a *Stephano* neglectum praepoſitionem habet indoli verbi ſimplicis minus apte reſpondentem : hoc & uſu crebro & ratione nititur. *Heſych.* Ἐπιπρίων , τὺς ὀδόντας τρίζων· pari modo *Tymnes* III. Anth. c. V. Ep. 31.— ὀδόντα Ὀξυν ἐπιβρύχουσα. *T. H.*

85. Ζώης ἐπιμηκιςον] In plurimis hujus formae vel jungendis vel ſeparandis varia librariorum eſt atque incerta ratio ; neque utrum praeferas quicquam refert. Quod editur in *Thucydid.* I. c. 1. ἐπὶ μακρότατον σκοποῦντι μοι *Dionyſius* habet ἐπιμακρότατον de Comp. Verb. p. 42. Hic nihil Edd. mutant ; alibi ſecus: ut in Macrob. §. 1. ἐπ μήκιςον ὑμᾶς βιῶναι. §. 2. ἐπιμηκιςον δυνασθαι βιῶναι. *Ariſtaen.* II. Ep. 21. Ἀλλʼ ὦ Δελφίδιον, ἐμὸν πρόκριτον ἀγαθὸν, ζώοις ἐπιμήκιςον, εὖ ζώοις. *Philoſtr.* Her. c. 9. καὶ δικαίους ἐποίει , βιῶναί τε ἐπιμήκιςον. *Joſ. Waſſius* Add. praefationi Clariſſ. *Dukeri* ad *Thucydidem* inſertis ſolutum ſcribendi morem in ſimilibus probat, quem ſane membranae quo vetuſtiores, eo accuratius obſervare ſolent. *T. H.*

87. Ἢ προπέμψεις] Certiſſimus , ut mihi quidem videtur, eſt nævus in voce προπέμψεις , pro quo legi poſſet προπέμψας· at verum *Luciani* arbitror προπέμψῃς. Neque alium , quam hunc , verborum horum ſenſum intelligo; *Euge , o Thucrite , vivas diutiſſime , dives ſimul & tales deridens ; neque certe prius moriare , quam ubi praemiſeris omnes adulatores.* *J. J.*

Προπέμψεις] De hoc & ſimilibus ſupra affatim dictum puto ad Τιμ. c. 19. Neque eſt cur ſcripturam optimam ſollicitemus. *M. du S.*

Προ-

ris huc deducti. TER. Iſta laudo: vitam producas quam longiſſime, Thucrite.

αὐταῖς φροντίσιν. ΤΕΡ. ἐπαινῶ ταῦτα. ζώοις ἐπιμήκιστον, ὦ Θούκριτε.

VII.

ZENOPHANTÆ ET CALLIDEMIDÆ.

ΖΗΝΟΦΑΝΤΟΥ ΚΑΙ ΚΑΛΛΙΔΗΜΙΔΟΥ.

ZEN.

1. TU autem, o Callidemide, quomodo mortem oppetiiſti? me quidem, quum paraſitus eſſem Diniæ, & plus quam ſatis erat ingurgitaſſem, fuiſſe ſuffocatum noſti: aderas enim mihi morienti. CAL. Aderam, Zenophantes: de me vero, prorſus quiddam præter opinionem evenit. Nec tu credo non noſti Ptœodorum ſenem. ZEN. Orbum illum, ac divitem, quocum te plerumque noveram una eſſe. CAL. Illum ipſum ſemper obſervabam promittentem, me relicto hære-

ΖΗΝ.

ΣΥ δὲ, ὦ Καλλιδημίδη, πῶς ἀπέθανες; ἐγὼ μὲν γὰρ ὅτι παράσιτος ὢν Δεινίου, πλέον τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν, ἀπεπνίγην, οἶσθα· παρῆς γὰρ ἀποθνήσκοντί μοι. ΚΑΛ. παρῆν, ὦ Ζηνόφαντες. τὸ δ' ἐμὸν παράδοξόν τι ἐγένετο· οἶσθα γὰρ καὶ σύ που Πτοιόδωρον τὸν γέροντα. ΖΗΝ. [a] τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον, ᾧ σε τὰ πολλὰ ᾔδειν συνόντα; ΚΑΛ. ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον, [b] ὑπισχνούμενον [c] ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι.

a Τὸν ἄτεκνον, τὸν πλούσιον] Τὸν γέροντα, τὸν α. τὸν πλούσιον. Ζη. ᾧ σε &c. P. b Ὑπισχνούμενος] Ὑπισχνούμενον P.
c Ἐπ' ἐμοὶ] Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ. J.

Προπέμψεις] Eruditiſſ. *Dukerus* ad *Thucyd.* p. 486. n. 4. prolato hoc loco adjungit: *quod fortaſſis alii uſitatius dicerent* προπέμψεις· atque id ipſum reſcribi voluit *Jenſius*. Sed merito lectioni vulgatae ſuppetias venit politiſſimus *Wopkenius* Lect. Tull. III. c. 13. *T.H.*

92. Ὑπὸ ταῖς αὐταῖς φροντίσιν] Vereor, ut Interpretes elegantiam praepoſitionis habuerint perſpectam. Capiendum eſt, quaſi dixiſſet: omnes omnino ante eum huc advenient earumdem curarum auſpiciis; iisdem illos curis comitantibus ac deducentibus. Illuſtrant ſimiles loquendi formulae, ὑπὸ μάρτυσιν, ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι, ὁ ὠνημένος ὑπὸ κήρυκι, προϊέναι ὑπὸ φωτὶ πολλῷ, ὑπὸ δᾳσὶ vel λαμπάσιν ἡμμέναις apud *Heliodor.* IV. p. 192. VII. p. 314. X. p. 519. ὑπ' αὐλοῖς ὀρχεῖσθαι, ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις εὔρυθμα βαίνειν *Lucian.* Δ. Θ. II. χοροὺς ὑπὸ τῷ μέλει τούτῳ στησόμεθα παίδων καὶ παρθένων *Dion Chryſ.* p. 407. A. venuſte *Noſter* in Tim. p. 160. ἐλεγεῖα ᾄσῃ ὑπὸ ταύτῃ τῇ δικέλλῃ quod aliis ignoratum *Tanaquillo Fabro* non latuit. Sic Latine licet efferre non tantum *ad tibias*, ſed & *ſub tibiis* Graecorum imitatione: *Auctor Copae: Criſpum ſub crotalo docta movere latus:* neque aliter *Propert.* II. El. XXXI, 35. *Deficiunt magico torti ſub carmine rhombi.* Ex his ſimul mens patebit *Apollonii Rhodii* III, 3. Μηδείης ὑπ' ἔρωτι, *Medeae amoris auſpiciis ac ductu*; & v. 971. ὑπὸ πνοιῇσιν ἔρωτος. Niſi genitivum in hac phraſi ſaepius adjungerent Graeci, ὑπ' αὐλητῶν, ὑπὸ φορμίγγων, mallem fere apud *Dion. Chryſ.* p. 286. C. διθύραμβος ἂν ὁ Διόνυσος, καὶ ὑπὸ κεραυνῷ καὶ βροντῇ γενόμενος, pro ὑπὸ κεραυνοῦ καὶ βροντῆς. *T.H.*

97. Δεινίου] Vide de Dinia in Toxaride. *G.C.*

5. Ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξ.] Videtur verbum excidiſſe in his, ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, quae ſic tranſtulerunt, *id mihi fore pollicens*, ut *meo bono quamprimum moreretur.* Sed *Lucianus* reliquerat, puto, ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ τεθνήξεσθαι, *me haerede inſtituto brevi moriturum.* *J.G.G.*

Ἐπ' ἐμοὶ κληρονόμῳ] Acute conjecerat Cl. *Grævius* reponendam hic vocem κληρονόμῳ, quæ in vulgatis deeſt. Reperitur autem in præſtantiſſima Ed. *J.* Librariorum negligentiæ imputandum exiſtimo, quod in viri eximii nota, ὑπ' ἐμοὶ pro ἐπ' ἐμοὶ legitur. Nullam etiam video cauſam cur hac in parte a ſcriptura recepta, nulla addita ratione, diſcedere voluerit. Neceſſario autem leg. ὑπισχνούμενον, uti in P. recte ſcriptum eſt. *M. du S.*

Ὑπισχνούμενος ἐπ' ἐμοὶ τεθνήξεσθαι] Quod a *Luciano* relictum putat *Graevius*, totidem literis exhibet Juntina: neque negari poteſt, probam eſſe locutionem: *Artemidor.* I. c. 81. τοῦτον ἰδόντες τὸν ὄνειρον οἱ νοσοῦντες ἀπε-

ξεσθαι. ἐπεὶ δὲ τὸ πρᾶγμα ἐς μήκιστον ἐπεγίνετο, καὶ ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν ὁ γέρων ἔζη, ἐπίτομόν τινα ὁδὸν ἐπὶ τὸν κλῆρον ἐξεῦρον· πριάμενος γὰρ φάρμακον ἀνέπεισα τὸν οἰνοχόον, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν (πίνει δ᾽ ἐπιεικῶς) ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, καὶ ἐπιδοῦναι αὐτῷ· εἰ δὲ τοῦτο ποιήσει, ἐλεύθερον ἐπωμοσάμην ἀφήσειν αὐτόν. ΖΗΝ. τί οὖν ἐγένετο; πάνυ γάρ τι παράδοξον ἐρεῖν ἔοικας.

ΚΑΛ. Ἐπεὶ τοίνυν λουσάμενοι ἥκομεν, δύο ἤδη ὁ μειρακίσκος κύλικας ἑτοίμους ἔχων, τὴν μὲν τῷ Πτοιοδώρῳ, τὴν ἔχουσαν τὸ φάρμακον, τὴν δ᾽ ἑτέραν ἐμοὶ, σφαλεὶς οὐκ οἶδ᾽

de, ſe moriturum. Quum autem illa res in longiſſimum protraheretur, Tithonumque ſenex annis excederet, compendioſam quandam viam ad hæreditatem excogitavi: emto nimirum veneno induxi ſervum a poculis, ſimulatque Ptœodorus petiiſſet bibere (bibit autem copioſe) largius infuſum in calicem paratum ut illud haberet, porrigeretque ipſi: hoc ſi fecerit, adjuravi me ipſum manumiſſurum. ZEN. Quid ergo factum? aliquid enim valde inopinatum narraturus videris.

2. CAL. Poſtquam ergo loti adſumus, duos jam puer calices in promtu habens, alterum pro Ptœodoro veneno infectum, pro me alterum, errore deceptus neſcio quo pacto

11. Ἐπιεικῶς] Πάνυ. G.

ἀπέθανον ἐπὶ κληρονόμοις ταῖς θυγατράσι ita legendum eſt. V. c. 35. ἀπέθανεν ἡ ἀδελφὴ ἐπὶ κληρονόμῳ τῷ ἰδόντι τὸν ὄνειρον. Fateor, eum in modum ſi *Lucianus* ſcripſit, optime conſtare ſententiam, dummodo refingas ὑπισχνούμενον· *illum ipſum ſemper obſervabam, promittentem ſe moriturum eſſe me ſcripto relictoque haerede*: nam ὑπισχνεῖσθαι pro *ſibi polliceri, ſpeque certa rem quandam praecipere* durius videtur, & ab uſu Graecorum abhorrens. Verum, quia nulli Codices, quorum nobis eſt copia, accedunt, veriſimile fit, iſtam laciniam ingenio deberi *Antonii Francini*, qui Juntinae Editionis curator pluribus in locis effecit, ut magis in eo fidem, quam acumen deſideremus. *Berglerus*, peritus Graecae proprietatis judex, aliter huic difficultati obviam ire inſtituit: operae pretium erit interpretationem ejus, quam lectione vulgata contentus adtulit, audire. Quum ergo ad *Alciphr.* I. Ep. 3. ubi eſt, καὶ ταῦτα ἐπὶ παιδίοις ζῶντες, monuiſſet in ſimilibus exemplis a ſe productis ἐπὶ *non facile reddi aequivalente praepoſitione Latina*, Lucianus, inquit, *in dialogo Zenophantis & Callidemidae, ubi alter iſtorum qui ſenis cujusdam haereditatem ambierat, dicit*, ἐκεῖνον αὐτὸν ἀεὶ ἐθεράπευον ὑπισχνούμενος ἐπ᾽ ἐμοὶ τεθνήξεσθαι i. e. illum ipſum ſenem ſemper colebam, id mihi pollicens fore, ut me vivo moriatur, *ſive* ſuperſtite me: *non ut interpres* meo bono, *quod Graeca ſecum non ferunt.* Phraſis eſt ſane valde familiaris non tantum ἀπολειφθῆναι vel ὑπολειφθῆναι ἐπὶ παισὶν, ut *Pauſan.* III. p. 259. Πολυξὼ ὑπολειπομένην ἐπὶ ὀρφανῷ παιδί. *Damaſcius* apud *Suid.* in Αἰδεσία· τοῦ Ἑρμείου τελευτήσαντος ἐπὶ παισὶν ὀρφανοῖς ἀπολειφθεῖσα· ſed etiam τελευτᾷν ἐπὶ παισὶν, *relictis, ſuperſtitibus filiis obire*: Argum. *Demoſthenis* orationum, I in Aphob. & pro Phorm. *Lollius* III. Anth. VI. Ep. 46. Ὀρφανικῷ δ᾽ ἐπὶ παιδὶ λιπὼν βίον — Caſtigavit *Kuhnius* ad *AElian.* V. H. XIII, 24. lapſum in hac vertenda loquendi formula *Junium*; cujus errorem ideo miror, quia bene rem geſſerat in *Eunapii* AEdeſ. p. 70. ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ τοῖς τρισὶ παισὶ reddens, *diem obiit ternis relictis liberis. Euripides*, quanquam oratione variata, non diſſimili virtute, Διαδέκτορα πλοῦτον Ὡς ἐξόντες γ᾽ ἐκ πατέρων Ἑτέροις ἐπὶ τέκνοις Ion. v. 480. Leve vitium *Achilli Tatio* demamus; nam lib. I. p. 13. pro ἔτι νηπίῳ γάρ μοι τέθνηκεν reponendum eſt ἐπί. *Plutarch.* in Demetr. p. 889. D. ἐπὶ νηπίῳ γὰρ αὐτῷ παντάπασι τοῦ πατρὸς τελευτήσαντος. Jam nihil obſtare videtur, quin locutum eſſe brevius exiſtimemus *Lucianum* ὑπισχνούμενον ἐπ᾽ ἐμοὶ τεθνήξεσθαι, pollicentem mihi, ut obſequii cultusque gratiam referret, ſe, tanquam filio ſuperſtite me relicto, atque adeo, quod ipſa res intelligi jubet, ſcripto haerede deceſſurum eſſe: argute autem τεθνήξεσθαι, quod & captator ſperabat, & ab homine ſene non injuria dicitur. Ceterum Vir Ampliſſ. *C. van Bynkershoek* de Capt. Inſtit. p. 309. propoſuit hoc *exemplum captatae haereditatis, & ſimul mortis, ut ut ea res captatori infeliciter ceſſerit.* *T. H.*

7. Ἐπεγίνετο] Placuit aliquando ἐπετείνετο vel ἀπετείνετο, ſicut in Hermot. εἰς μέσας νύκτας ἀποταθείσης, ὡς φασὶ, τῆς συνουσίας· itaque ſaepius ἐκτείνειν & παρατείνειν de tempore in longum producto uſurpantur; quemadmodum *Horatius: Vivet extento Proculeius aevo.* Nunc tamen nihil movere ſatius puto: *Thucydid.* I. c. 126. Χρόνου δὲ ἐπιγιγνομένου οἱ Ἀθηναῖοι τρυχόμενοι τῇ προσεδρείᾳ ἀπῆλθον οἱ πολλοί. ubi quod ex tribus Codd. adfertur ἐγγινομένου, minime ſpernendum eſt, ſimiliter enim *Demoſth.* adv. Pantaen. p. 987. C. χρόνων ἐγγεγενημένων, *quum jam multum temporis interceſſit*: & *Diodor. Sic.* V. p. 236. D. χρόνων ἐγγενομένων διὰ τὴν ὁμωνυμίαν δόξαι τὸν αὐτὸν εἶναι· ipſe *Thucydid.* VIII, 9. διατριβῆς ἐγγιγνομένης, ubi vide *Dukerum.* *Long.*

pacto mihi venenatam, Ptœodoro veneni puram potionem tradidit. Tum hic quidem hauſit; ego e veſtigio porrectus jacebam ſuppoſititium illius vice cadaver. Quid autem? riden, o Zenophantes? atqui non decebat ſodalem virum irridere. ZEN. Quippe feſtivum hoc, Callidemide, tibi contigit. Senex vero quid ad iſta. CAL. Primum quidem nonnihil eſt conturbatus ad caſum repentinum: tum, re, ut puto, cognita, & ipſe ridebat ob ea, quæ ſervus a poculis patraſſet. ZEN. Enimvero neque tu ad compendiariam iſtam debueras te convertere: veniſſet enim tibi hæreditas via regia tutius, etſi paulo tardius.

ὅπως, ἐμοὶ μὲν τὸ φάρμακον, Πτοιοδώρῳ δὲ τὸ ἀφάρμακτον ἐπέδωκεν· εἶτα ὁ μὲν ἔπινεν, ἐγὼ δὲ αὐτίκα μάλα ἐκτάδην ἐκείμην, ὑποβολιμαῖος ἀντ' ἐκείνου νεκρός. τί τοῦτο; γελᾷς, ὦ Ζηνόφαντες; καὶ μὴν οὐκ ἔδει γε ἑταίρῳ ἀνδρὶ ἐπιγελᾶν. ΖΗΝ. ἀστεῖα γάρ, ὦ Καλλιδημίδη, πέπονθας. ὁ γέρων δὲ τί πρὸς ταῦτα; ΚΑΛ. πρῶτον μὲν ὑπεταράχθη πρὸς τὸ αἰφνίδιον· εἶτα συνεὶς, οἶμαι, τὸ γεγενημένον, ἐγέλα καὶ αὐτὸς, οἷά γε ὁ οἰνοχόος εἴργασται. ΖΗΝ. πλὴν ἀλλ' οὐδὲ σὲ τὴν ἐπίτομον ἐχρῆν τραπέσθαι. ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, [a] εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν.

KNH-

[a] Εἰ καὶ] καὶ deeſt in G

Long. I. p. 15. Χρόνος ὀλίγος διαγίνεται. Paulo diverſum eſt in Amatorio, quem *Demoſtheni* titulus adſcribit p. 250. E. ἴσως ἂν ἄκαιρον μῆκος ἡμῖν ἐπιγένοιτο τοῦ λόγου. *T.H.*

Ibid. Ὑπὲρ τὸν Τιθωνὸν] *Eraſm.* Adag. in *Tithoni ſenecta*, *Andr. Schott.* ad *Zenob.* C. VI. n. 18. Prov. Vatic. C. III. n. 89. *T.H.*

10. Ἐπειδὰν τάχιστα] Prava diſtinctio impoſuit interpretibus, qui iſta verba ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνει δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα, ἕτοιμον ἔχειν αὐτὸ, verterunt: *ut celerrime ſimul atque Ptoeodorus potum poſceret, (bibit autem abunde) præſentius in calicem injectum in promptu haberet.* Addit *Bourdelotius* ζωρότερον *celerius* hoc loco notare, ut ex *Homero* interpretatur *Plutarchus* Sympoſiacôn decad. 5. Sed interpungendum eſt, ἐπειδὰν τάχιστα ὁ Πτοιόδωρος αἰτήσῃ πιεῖν, πίνει δ' ἐπιεικῶς, ζωρότερον, ἐμβαλόντα ἐς κύλικα ἕτοιμον ἔχειν αὐτό. *ut celerrime ſimul atque Ptoeodorus poſceret, bibit enim copioſe, meracius, immittere ut poſſit in calicem, paratum habeat illud*, venenum nimirum: haec jungenda, αἰτήσῃ πιεῖν ζωρότερον, cum merum poſcet. *J.G.G.*

11. Ζωρότερον] *Celerius*: ſic hoc loco hæc dictio ſumenda, ut ex *Homero* Il. 9. interpretatur *Plutarch.* Sympoſiac. dec. 5. *J.B.*

Ζωρότερον ἐμβαλόντα ἐς κύλικα] Nec cur *Benedicto* placuerit *præſentius*, nec cur *Bourdelotio celerius*, cauſa patet ulla, quum ex proxima parentheſi palam ſit notare vel plenius vel meracius; quorum prius hic commodiſſimum, ut in magno poculo latere aliquid & alia occurrentis inde mali cauſa fingi poſſet, prorſus ut ſupra in Timone de Thraſycle: ὁ παῖς μεγάλην κύλικα ὀρέξειεν αὐτῷ, τῷ ζωροτέρῳ δὲ χαίρει μάλιστα. *J.G.*

Ζωρότερον] Conſule *Plutarch.* 1204. & *Hom. Schol.* & *Caſaub.* ad *Theophr.* Ch. 144. *Ariſtot. de Poet.* c. 26. *Merum* Noſtro haud dubie ſignificat, uti ex Τιμ. c. 32. etiam patet. *M du S.*

Ζωρότερον ἐμβαλόντα] Non auſculto *Graevio* copulanti αἰτήσῃ πιεῖν ζωρότερον· ſi jungi voluiſſet *Lucianus*, non interpoſuiſſet, opinor, πίνει δὲ ἐπιεικῶς. Locutionem praeter *Athen.* X. p. 423. & *Caſaubonum* illuſtrat *Brodaeus* ad II. Anth. c. 47. Ep. 10. Recte vero ζωρότερον ἐμβαλεῖν τὸ φάρμακον, *largius infundere venenum*; quod ſcilicet Callidemidae jam longa ſpe laſſati, & compendium ingratae morae quaerentis aviditati conveniebat, ut tanto citius eo hauſto Ptoeodorus interiret: ita cepiſſe ζωρότερον apud *Homerum* quosdam veterum Criticorum conſtat. Cogitet aliquis ἕτοιμον ἐγχεῖν αὐτὸ pro ἔχειν· ut Πιεῖν τις ἡμῖν ἐγχεάτω *Philem.* apud *Athen.* p. 663. F. ὁ παῖς ἐγχεάτω μοι τὴν μεγάλην φιάλην *Xenoph.* Symp. p. 512. v. 26. & τούτου τὸ φάρμακον ἐγχέαντος in *Plutarchi* Alex. p. 707. A. ſed nihil eſt neceſſe; nam & mox, δύο κύλικας ἑτοίμους ἔχων. *T.H.*

20. Σφαλεὶς] Tale σφάλμα apud *Heliodor.* lib. 7. *J.B.*

23. Ἐκτάδην] Sic D. XIV. ἐκτάδην κείμενον. *J.B.*

Ἐκτάδην ἐκείμην] Comparavit *Berglerus* ad *Alciphronis* locum III. Ep. 22. p. 326. Πλαγγὼν δὲ τὸ Μελιταῖον κυνίδιον &c. κεῖται σοι τρίτην ταύτην ἡμέραν ἐκτάδην νεκρόν. Idem uſurpat p. 394. & 450. καὶ ὁ μὲν ἐκτάδην κεῖται πρὸς τὴν ἐκφορὰν τῶν οἴκοι παρασκευαζομένων. Ἐκταθῆναι, *extendere pedes, mori.* *T.H.*

32. Ἧκε γὰρ ἄν σοι] Ἧκε γὰρ ἄν σοι διὰ τῆς λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ ὀλίγῳ βραδύτερος ἦν. ſic Mſ. *veniſſet enim ad te*, ſc. κλῆρος *hereditas*, *communi illa via, licet paullo tardius.* ſic & apud Latinos *hereditas* dicitur *venire*, quae ab heredibus cernitur. *Florus* II, 20. *Inuſitata & incognita quadam felicitate, relictae regiis hereditatibus opes, & tota inſimul regna veniebant.* Sic & *Cicero*, aliique. *J.G.G.*

Ἧκε γὰρ ἄν σοι] Quid ſi, rejecta, quam forte male ſe-

VIII.

ΚΝΗΜΩΝΟΣ ΚΑΙ ΔΑΜΝΙΠΠΟΥ.

ΚΝΗ.

Τοῦτο ἐκεῖνο τὸ τῆς παροιμίας, Ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα. ΔΑΜ. τί ἀγανακτεῖς, ὦ Κνήμων; ΚΝΗ. πυνθάνῃ ὅ,τι ἀγανακτῶ; κληρονόμον [a] ἀκούσιος καταλέλοιπα κατασοφισθεὶς [b] ὁ ἄθλιος, οὓς ἐβουλόμην ἂν μάλιστα ἔχειν τἀμὰ παραλιπών. ΔΑΜ. πῶς τοῦτ' ἐγένετο; ΚΝΗ. Ἑρμόλαον τὸν πάνυ πλούσιον ἄτεκνον ὄντα ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ, κἀκεῖνος οὐκ ἀηδῶς τὴν θεραπείαν προσίετο. ἔδοξε δή μοι καὶ σοφὸν τοῦτ' εἶναι, θέσθαι διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, ἐν αἷς ἐκείνῳ καταλέλοιπα τἀμὰ πάντα, ὡς κἀκεῖνος ζηλώσειε, καὶ τὰ αὐτὰ πράξειε. ΔΑΜ. τί

CNEMONIS ET DAMNIPPI.

CNE.

Hoc illud eſt, quod proverbio dicitur, Hinnulus leonem. DAM. Quid indignaris, o Cnemon? CNE. Tu quid indigner rogas? hæredem invitus reliqui, arte circumventus miſer, iis, quos volebam maxime mea poſſidere, præteritis. DAM. Quinam illud accidit? CNE. Hermolaum illum valde divitem colebam ſpe mortis: neque ille illibenter obſequium admittebat. Illud inſuper videbatur mihi callidum eſſe, ſi proferrem teſtamentum in publicum, quo illum ſcripſeram hæredem bonorum meorum omnium, ut ille viciſſim me æmularetur, idemque faceret. DAM. Quid

a Ἀκούσιος] ἀκουσίως L. ἀκούσιον *F.* & *P.* Ceterae ἀκούσιος, quas ſecutus ſum. *b* Ὁ ἄθλιος] ἀθλίως G. L. quod non ſpernendum.

ſedula manus adfinxit, vocula poſtrema ordinem continues: ἧκε γὰρ ἂν σοι διὰ τοῦ λεωφόρου ἀσφαλέστερον, εἰ καὶ ὀλίγῳ βραδύτερος nimirum ὁ κλῆρος nisi malis βραδύτερον. Perſimilis *Ariſtophanis* locus in *Plut.* v. 1243. Ἧκεν γὰρ ἂν σοι ναστὸς εὖ πεπεμμένος, ad quem de illa poteſtate verborum ἥκειν & ἔρχεσθαι plura dicemus. Vide Praeſtantiſſ. *Car. And. Dukerum* ad *Flor.* II, 20. p. 470. *T.H.*

35. Ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα] Proverb. ἐπὶ τῶν μὴ προσηκόντων. *Ariſtoph.* alii. *J.B.*

Ὁ νεβρὸς . . .] Vide quid ſupra ad aliud, itidem decurtatum, proverbium annotaverim D. VI. *M. du S.*

Ὁ νεβρὸς τὸν λέοντα] Eſt in eo proverbio inexpectati eventus atque ante non proviſi ſignificatio; quippe aliud adagium dehortabatur, tanquam a re periculi pleniſſima & vix tentanda, κατέναντι λέοντος νεβρὸν ἐλθόντα μοῖραν αἱρεῖσθαι κρεῶν, ut eſt in Charmide *Platonis* p. 463. E. hoc ex qua fabula derivetur obſcurum non eſt: illa tamen, ni fallor, ab *Archilocho* ſumſerat *Plato*. Explicat *Luciani* locum *Eraſm.* Chil. in *Hinnulus leonem.* *T.H.*

38. Κατασοφισθεὶς] Mſ. κατασοφισθεὶς ἀθλίως, *miſere deceptus.* Vulgatus: κατασοφισθεὶς ὁ ἄθλιος. *J.G.G.*

44. Θέσθαι διαθήκας εἰς τὸ φανερόν.] Inſtitutionem hanc eſſe puram, atque adeo perperam referri ad eas inſtitutiones, quas Lex vocat *captatorias*, docet Ampliſſ. *Bynkershoekius* de Captat. Inſt. c. V. p. 319. Lex certe de animi ſecreto non judicat: verum Noſter hoc quoque genus inſtitutionis hamo ſubtiliter obvoluto inſtructum, etſi directe non incurreret in leges, ad ſpeciem captatoriam retulit, ſententiam probiſſimorum ſuae aetatis hominum ſecutus Sic mutuae conjugum inſtitutiones quamvis jure publico non improbabantur, poterant enim veris adfectionibus videri provocatae, quia tamen, ſi mores ſeculi maculoſos ſpectares, plerumque in ſuſpicionem incidebant inſidiatoriae malitiae, gravem bonorum honeſtorumque hominum vituperationem ſubierunt. *Ammian. Marcellin.* XXVIII, 4. p. 581. *Parte alia uxor, ut proverbium loquitur vetus, eamdem incudem diu noctuque tundendo, maritum teſtari compellit, hocque idem ut faciat uxor, urget maritus inſtanter*: ibi *Valeſius* hunc *Luciani* locum protulit interpretatus θέσθαι τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν, *teſtamentum ei oſtendere*: praefero ſenſum paulo ampliorem, *in publicum proferre, cum pluribus communicare*, quorum ope indicium ad captatum permanet: ceteroquin non ignoro illud *Horatii* II. Serm. V, 51. *Qui teſtamentum tradet tibi cumque legendum.* Quod autem praeceſſit ἐθεράπευον ἐπὶ θανάτῳ non eſt, quod voluerunt Interpretes, *imminente morte*, ſed *ſpe mortis*, quam ſimulac Hermolaus obiiſſet, reſignatis tabulis mutuum ultimae voluntatis beneficium experturus erat. Hae ſunt, quas *Longinus* vocat p. 240. ἀλλοτρίων θῆραι θανάτων καὶ ἐνέδραι

Quid igitur ille? CNE. Quid ſuis quidem in teſtamenti tabulis ſcripſerit, ignoro: Ego ſane repente ſum mortuus, tecto mihi in caput incidente. Et nunc Hermolaus habet mea, quaſi lupus quidam marinus hamo ſimul cum eſca deorſum abrepto. DAM. Neque hoc tantum; ſed & ipſo te piſcatore. Itaque dolos adverſum te inſtruxiſti. CNE. Ita quidem videor, propterea que gemo.

ὃν δὴ ἐκεῖνος; ΚΝΗ. ὅ, τι μὲν ὃν αὐτὸς ἐνέγραψε ταῖς ἑαυτοῦ διαθήκαις, οὐκ οἶδα· ἐγὼ γοῦν ἄφνω ἀπέθανον, τοῦ τέγους μοι ἐπιπεσόντος. καὶ νῦν Ἑρμόλαος ἔχει τἀμὰ, ὥσπερ τις λάβραξ καὶ τὸ [c] ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκατασπάσας. ΔΑΜ. οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτόν σε τὸν ἁλιέα· ὥστε σόφισμα κατὰ σαυτοῦ συντέθεικας. ΚΝΗ. ἔοικα· οἰμώζω τοιγαροῦν.

IX.

SIMYLI ET POLYSTRATI.

SIM.

1. ADvenis aliquando tandem, Polyſtrate, tu quoque ad nos, cujus ætas, opinor, prope ab annis centum abfuit. POL. Octo annos ſupra nonaginta vixi, Simyle. SIM. Quemadmodum autem iſtos poſt me triginta annos tradu-

ΣΙΜΥΛΟΥ ΚΑΙ ΠΟΛΥΣΤΡΑΤΟΥ.

ΣΙΜ.

ΗΚεις ποτὲ, ὦ Πολύστρατε, καὶ σὺ παρ' ἡμᾶς, ἔτη οἶμαι οὐ πολὺ ἀποδέοντα τῶν ἑκατὸν βεβιωκώς. ΠΟΛ. ὀκτὼ ἐπὶ τοῖς ἐννενήκοντα, ὦ Σίμυλε. ΣΙΜ. πῶς δὲ τὰ μετ' ἐμὲ ταῦτ' ἐβίως τριά-

c Ἄγκιστρον] ἄγκυστρον veteres Edd. prout ſaepe in membranis haec vox exaratur.

θηρᾶι διαθηκῶν· nam θηρᾷν & *venari* non minus dicuntur quam *captare: Horat. — viduas venentur avaras. Hieron.* Epit. Nepot. *Alii matronarum opes venentur obſequiis.* *T. H.*

48. Ὅτι μὲν οὖν] Perperam in ſequioribus editionibus ὅτι conjungitur, quum ὅ, τι ſcribendum ſit, ut recte dedit *Aldus*, jamque recte in verſione poſuit Interpres, *Quid ille ſuo in teſtamento ſcripſerit, id quidem ignoro.* *J. J.*

52. Τὸ ἄγκιστρον τῷ δελέατι συγκ.] Hami eſcaeque circumpoſitae, retium & piſcationis frequens, ubi de haeredipetis agitur, fit mentio: ſed praeterea ſolent ad quaecumque lucra, quae per fraudem ac dolos captantur, iſtae loquendi formulae traduci. Quaedam notavit *Hadr. Junius* in adagio, *Eſcam hamo circumponere. Philo Jud.* de Jud. p. 720. C. ἵνα τὴν ἐν ὀλίγοις πίστιν δέλεαρ καθεὶς ἀγκιστρεύσῃ τὴν ἐν μείζοσιν ἀπιστίαν· *Zeno Veron.* de Avar. *Hinc unus pecuniam ſuam tanquam hamum proponit, ut facultates ad ſe attrahat alienas:* opportune diverſa in re *Petron.* p. 15. 664. *Solon* in Troch. apud *Plutarch.* T. I. p. 86. A. Περιβαλὼν δ' ἄγραν ἀγρεύτης οὐκ ἀνέσπασεν μέγα Δίκτυον, θυμοῦ γ' ἁμαρτὼν καὶ φρενῶν ἀποσφαλείς· ſic enim mihi videtur non inſcite B. Martinus emendaſſe V. L. III, 20. Ideo, qui captus & ineſcatus tenetur, καταπιεῖν τὸ δέλεαρ vel τὸ ἄγκιστρον dici conſuevit: de Juliano *Symeon Metaphr.* Vit. Athanaſ. §. 16. Αὐτός τε τὸ δέλεαρ τῆς πλάνης καταπιὼν εἵλκετο τῷ ἀγκίστρῳ πειθόμενος de iis, quos praemiis & honoribus irretitos Julianus a fide Chriſti abſtraxerat *Aſterius* Hom. in Avar. p. 43. πόσοι δὲ τὸ τῶν ἀξιωμάτων δέλεαρ εἰσδεξάμενοι μετ' ἐκείνου κατέπιον τὸ τῆς παραβάσεως ἄγκιστρον. *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 227. B. Foenerator περιφέρει τὸ βαλάντιον, καὶ δείκνυσι τοῖς πνιγομένοις τῆς θήρας δέλεαρ, ἵν' ἐκείνας (ἐκεῖνο) διὰ τὴν χρείαν περιχήναντες συγκαταπίωσι τοῦ τόκου τὸ ἄγκιστρον. Hinc eleganter φιλάργυρος, qui ad oſtentatam undecumque lucelli eſcam avidus adnatat, ἀγκιστροφάγος, teſtibus *Heſychio* & *Etymologo*. His adſimilia ſunt in *Luciano* permulta; ſed inprimis vide περὶ τῶν ἐπὶ Μ. Σ. c. III. Verum alia longe eſt ratio, quam poſtulat hic locus, quando qui hamo praeroſo captatorem deceptum circumvenit, dicitur καταπίνειν & κατασπᾷν τὸ ἄγκιστρον perquam appoſite *Horat.* II. Serm. V, 24. — *captes aſtutus ubique Teſtamenta ſenum; neu, ſi vafer unus & alter Inſidiatorem praeroſo fugerit hamo* &c. Sunt ibi multo plura, quae cum deſcriptis ab Auctore noſtro captatoriis artibus conferre non poenitebit. *Ariſtaen.* I. Ep. 17. συχνότερον οὖν τὸ δέλεαρ αὐτῇ προσακτέον· κἂν αὖθις τὸ ἄγκιστρον καταπίῃ, πάλιν ἀσπαλιεύσω. *Eraſmus* in *Vorare hamum* parum accurate. *T. H.*

τριάκοντα; ἐγὼ γὰρ, ἀμφὶ τὰ ἑβδομήκοντά σου ὄντος, ἀπέθανον. ΠΟΛ. ὑπερήδιστα, εἰ καί σοι παράδοξον τοῦτο δόξει. ΣΙΜ. παράδοξον, εἰ γέρων τε, καὶ ἀσθενὴς, ἄτεκνός τε προσέτι, ἥδεσθαι τοῖς ἐν τῷ βίῳ ἐδύνασο.

ΠΟΛ. Τὸ μὲν πρῶτον ἅπαντα ἐδυνάμην· ἔτι καὶ παῖδες ὡραῖοι ἦσαν πολλοὶ, καὶ γυναῖκες ἁβρόταται, καὶ μύρα, καὶ οἶνος ἀνθοσμίας, καὶ τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ. ΣΙΜ. καινὰ ταῦτα· ἐγὼ γάρ σε πάνυ φειδόμενον ἠπιστάμην. ΠΟΛ. ἀλλ' [a] ἐπέρρει μοι, ὦ γενναῖε, παρ' ἄλλων τἀγαθά· καὶ ἕωθεν μὲν εὐθὺς ἐπὶ θύρας ἐφοίτων μάλα πολλοί· μετὰ δὲ παντοῖά μοι δῶρα προσήγετο ἁπανταχόθεν τῆς γῆς κάλλιστα. ΣΙΜ. ἐτυράννησας, ὦ Πολύστρατε, μετ' ἐμέ; ΠΟΛ. οὐκ· ἀλλ' ἐραστὰς εἶχον μυρίους. ΣΙΜ. ἐγέλασα· ἐραστὰς σὺ τηλικοῦτος ὢν, ὀδόντας τέτταρας

xiſti? nam ego, quum tu admodum ſeptuagenarius eſſes, obii. POL. Supra quam dici poteſt ſuaviſſime, quanquam hoc tibi plane mirum videbitur. SIM. Mirum enimvero, ſi tu vetulus & inbecillus, & præterea liberis carens delectari fructu vitæ potuiſti.

2. POL. Primum omnia poteram: deinde aderant etiam pueri formoſuli ſane multi, & mulieres tenerrimæ, & unguenta, & vinum fragrans, & menſæ vel Siculis delicatiores. SIM. Nova narras: equidem te valde parcum cognoveram. POL. At adfluebant mihi, vir optime, ab aliis hæc commoda. Summo mane ſtatim ad januas ſalutatum ventitabant frequentes: tum poſtea omnis generis dona adferebantur, ex quocumque terrarum angulo præſtantiſſima. SIM. An regnaſti, Polyſtrate, poſt meum obitum? POL. Neutiquam: verum amatores habebam ingenti numero. SIM. Ridere libet: amatores tu ea ætate, dentes quatuor habens;

a Ἐπέρρει] Ex G. L. Cunctae Edd. ὑπέρρει.

69. Οἶνος ἀνθοσμίας] Ἡδὺς, εὔοσμος, περίοσμος, ἀνθηρὸς, εὐώδης. Sic ἀνθοσμίαν ſæpiſſime interpretantur Grammatici Græci: leg. *Achill. Tat.* lib. 1. *J.B.*

70. Τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ] Ea ſemel de Siculorum deliciis in animos hominum impreſſa opinio perpetuo invaluit, quibus olim nihil inquinatius nec mollius. *Plato* hanc dictionem uſurpavit Πολιτ. Γ. *Athenaeus* lib. XII. copioſe de illis. *Macrob.* Saturn. lib. VII. c. 5. *Modum vero ſervat, qui ſui potens eſt, & in menſa Sicula vel Aſiana.* Hae pro lautis & opiparis leguntur. *Lucianus* in Demoſth. Encom. vocavit Syracuſanas immodice lautas & opiparas: Syracuſani enim opibus adfluentes conviviorum luxui nimium indulgebant. *G.C.*

Τράπ. . . . Σικ.] *Siculæ dapes*, quarum *Plato* etiam meminit *de Rep* III. *M. du S.*

Τράπεζαι ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ] Proverbio fuerunt notatae Siculorum Syracuſanorumque menſae delicatae non ſecus ac Sybaritarum: quare *Lyſis* Ep. ad Hipparch. meminit Σικελικᾶς πολυτελείας, qua deguſtata Hipparchus vel Archippus a ſeveritate Pythagoreae diſciplinae deduci ſe fuerit paſſus. *Luciani* locum *Brodaeus* attulit Miſcell. V, 33. & iisdem fere veterum exemplis uſus *Cluver.* Sic. Ant. I. p. 6. Operae pretium erit conſimilem adſcribere *Theodoreti* ſententiam, ubi pari modo vinum fragrans & Siculae deliciae junguntur ex Serm. IX. περὶ Προν. Ἀλλὰ σὺ μὲν, ὦ ταλαίπωρε καὶ χαμαίζηλε, τῇ γαστρὶ καὶ τῇ γνάθῳ καὶ ταῖς ὀφρύσι τὴν εὐδαιμονίαν μετρεῖς, καὶ ὅρον εὐπραξίας εἶναι νομίζεις ζεῦγος ὑψηλὸν &c. καὶ ἐκπώματα καὶ οἴνους ἀνθοσμίας, καὶ πανδαισίαν Σικελικήν τε καὶ Συβαριτικὴν, καὶ ἄλλα ὅσα σοι τὸν ὑγρὸν καὶ ἀνειμένον καὶ ἁβροδίαιτον ἐπιτηδεύουσι τὸν βίον. *Themiſt.* p. 238. καὶ τράπεζαν παραθέμενος Σικελικὴν πίνει τε ἄδην καὶ εὐωχεῖται κόρης αὐτῷ τινος Κορινθίας ἢ παιδὸς Ἰωνικοῦ διακονουμένων. Protr. ad Nicom. p. 301. B. Συρακουσίαν ἀεὶ τράπεζαν ἢ Σικελικήν τινα προτιθέντες. *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 244. B. οἱ τὴν ἁβροδίαιτον καὶ Συβαριτικὴν παρατιθέμενοι τράπεζαν. *Liban.* Antioch. p. 380. C. Nihil eſt in re facili, cur plura coacervem. *T.H.*

Ibid. Ὑπὲρ τὰς ἐν Σικελίᾳ] Τράπεζαι Σικελικαί. *Iſaac. Pontan.* ad *Macrob. Theod. Marcil.* ad *Horat.* *J.B.*

Ibid. Ὑπέρρει] Emendatius in membranis exaratur: ἀλλ' ἐπέρρει μοι, ὦ γενναῖε, παρ' ἄλλων τἀγαθά. *Mihi, o optime, ab aliis bona adfluebant:* vulgo ὑπέρρει. *J.G.G.*

Ἐπέρρει] Sic omnino legendum, ſuadente Mſ. Gr. & L. alia enim illa lectio ὑπέρρει, quæ omnes inſidet Edd. ſententiam obſcurat; hæc illuſtrat. Dicitur enim ἐπιρρεῖν de abundanti ſcaturigine, qua, ni moles objiciantur, campi ipſi inundentur. Hinc proverbium apud hunc noſtrum Ἑρμ. c. 61. ἐπιρρεῖ γὰρ, κατὰ τὴν παροιμίαν, τὸ πρᾶγμα ἐξαντλούμενον ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ τῶν Δαναΐδων πίθος. & in *Gallo* c. 12. τὸ μὲν χρυσίον καὶ

τὸ

bens? POL. Ita me Jupiter amet, primarios quidem civitatis: illi me vetulum, &, uti vides, calvum, lippum præterea, & ſenili muco fluentem mirifica voluptate colebant; isque eorum erat beatus, quemcumque ſolum adſpicerem. SIM. Num & tu, ut Phaonem ferunt, Venerem ex Chio tranſvexiſti, quæ tum tibi optanti dederit eſſe juvenem & pulcrum denuo, atque amabilem? POL. Haudquaquam; ſed vel talis ſumme deſiderabar. SIM. Ænigmata loqueris.

ἔχων; ΠΟΛ. νὴ Δία τοὺς ἀρίστους γε τῶν ἐν τῇ πόλει. ϗ γέροντά με, ϗ φαλακρὸν, ὡς ὁρᾷς, ὄντα, ϗ λημῶντα προσέτι, ϗ κορυζῶντα ὑπερήδοντο θεραπεύοντες, ϗ μακάριος ἦν αὐτῶν ὅν τινα ἂν ϗ μόνον προσέβλεψα. ΣΙΜ. μῶν ϗ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην ἐκ Χίου διεπόρθμευσας, εἶτά σοι εὐξαμένῳ ἔδωκε νέον εἶναι, ϗ καλὸν ἐξ ὑπαρχῆς, ϗ ἀξιέραστον; ΠΟΛ. οὐκ· ἀλλὰ τοιοῦτος ὢν, περιπόθητος ἦν. ΣΙΜ. αἰνίγματα λέγεις.

3. POL. Atqui manifeſtus eſt amor hicce tam frequens, qui orbis ſenibus & locupletibus inſidiatur. SIM. Nunc intelligo tuam illam, vir admirande, pulcritudinem, ab aurea ſcilicet Venere profectam. POL. Verum, o Simyle, non paucos ab amatoribus fructus cepi, tantum non adoratus ab iis. Quin ſæpe ſuperbius adſpernabar, & excludebam eorum nonnullos ali-

ΠΟΛ. Καὶ μὴν πρόδηλός γε ὁ ἔρως οὑτοσὶ πολὺς ὢν, ὁ περὶ τοὺς ἀτέκνους ϗ πλουσίους γέροντας. ΣΙΜ. νῦν μανθάνω σου τὸ κάλλος, ὦ θαυμάσιε, ὅτι παρὰ τῆς χρυσῆς Ἀφροδίτης ἦν. ΠΟΛ. ἀτὰρ, ὦ Σιμύλε, οὐκ ὀλίγα τῶν ἐραστῶν ἀπολέλαυκα, μονονουχὶ προσκυνούμενος ὑπ᾽ αὐτῶν· ϗ ἐθρυπτόμην δὲ πολλάκις, ϗ ἀπέκλειον αὐτῶν τι-

85. Ὥσπερ ὁ Φάων] Ὁ Φάων, ὡς λέγουσι, γέρων ὢν διεβίβασε τὴν Ἀφροδίτην· ϗ ἡ Ἀφροδίτη ἐρασθεῖσα αὐτοῦ, ἐπεὶ γέρων ἦν, μετέβαλεν αὐτὸν εἰς νεώτερον. *V.*

τὸ ἀργύριον ἐξαντλεῖν σκάφαις τισὶ μεγάλαις ἀέναόν τε ϗ πολὺ ἐπιρρέον. Sic denique tranſlata apud *Xenoph. Cyrop.* VII. de frequentiſſimo hominum concurſu. Adde *Philoſtr.* in *Herode*, ὁ μητρῷος αὐτῷ πλοῦτος οὐ παραπολὺ τούτου ἐπερρύη· p. 548. & *Homerum* ipſum. *M. du S.*

Ὑπέρρει] Sine controverſia verum eſt ἐπέρρει· ὑπορρεῖν *ſenſim ac lente fluere* nimis eſt dilutum, quam ut Polyſtrati cogitationi ſatisfaciat. Praeterea ſuam ipſe manum tuebitur *Lucianus* Imag. c. 21. ἐπιπλεῖον ἐπιρρεῖν τἀγαθά. Gall. c. 12. τὸ χρυσίον ϗ τὸ ἀργύριον ἀέναόν τε ϗ πολὺ ἐπιρρέον. Denique nihil eſt ſimilibus veterum exemplis frequentius: *Euripid.* Med. v. 1229. Ὄλβου δ᾽ ἐπιρρυέντος· *Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 23. ἀγαθῶν ἐπιρρεόντων· *Liban.* Declam. X. p. 367. C. ἄλλοις μὲν αὐτομάτως ἐπιρρεῖ τὰ τοῦ πλούτου καλά. *Longus* IV. p. 144. ἐμοὶ δὲ πλοῦτος ἐπέρρει καθ᾽ ἑκάστην ἡμέραν· *Ariſtaen.* II. Ep. 12. Οὐδεὶς γὰρ ἐξαρκεῖ πλοῦτος αὐτῇ, οὐδ᾽ ἂν ἐκ ποταμῶν ἐπιρρέῃ. *Influentis dona fortunae* dixit *Seneca* Thyeſt. v. 536. Hinc ἐπιρροὴ pro *copia & adfluentia*: σβεννύναι τὴν αὔξην τε ϗ ἐπιρροὴν apud *Plat.* de LL. VI. p. 875. & πλούτων ἐπίρροιαι *Euſtathio Antiocheno.* Si pro vulgata lectione firmanda minor etiam exemplorum numerus fuerit adductus, quin priſtinas in ſedes revertatur, nihil intercedo. *T. H.*

83. Μακάριος ἦν] *Amm. Marcellin.* XXVIII, 4. p. 574. *Ex his quidam &c. adulatoribus offerunt genua ſuavianda vel manus, id illis ſufficere ad beate vivendum exiſtimantes.* *T H.*

85. Μῶν ϗ σύ τινα ὥσπερ ὁ Φάων] Mallem abeſſet τινα oratione hunc in modum diviſa: Μῶν ϗ σὺ, ὥσπερ ὁ Φάων, τὴν Ἀφροδίτην &c. *num & tu, ſimiliter ac Phaon, Venerem ex Chio trajeciſti?* videtur huic lectioni ſuffragari, quod a *Luciano* mox ſcriptum παρὰ τῆς χρυσῆς Ἀφροδίτης· nunc animadverto non ab ea Venere formam tuam eſſe profectam, quae te ſenem navicularium praemio juventae fuerit remunerata, ſed ab illa aurea, quam domi conditam in arca ſervas. Alioqui exciderit θεὸν vel θεῶν, quod ſi revocari placet, orationem ita conſtitues: μῶν ϗ σὺ θεῶν τινα, ὥσπερ ὁ Φάων τὴν Ἀφροδίτην, ἐκ Χίου διεπορθμεύσας. De Phaone Etymol. Mſ. Φάων ἐπὶ τῶν ἐρασμίων ϗ ὑπερηφάνων· τοῦ γὰρ Φάωνος πολλοὺς ἐρασθῆναι· plenius *Suidas*; nam *Heſychius* ea in voce miſere mutilatus eſt. Vid. *Ælian.* V. H. XII, 18. & Comment. *Brod.* ad Anth. III. c. 25. Ep. 64. Hoc Phaonis titulo fabulas inſcriptas Antiphanes & Plato Comici ediderunt: ut poſterior eo in argumento luſerit, colligi quodammodo poteſt ex *Athen.* X. p. 445. F. *T. H.*

Ibid. Φάων] Vide *Ælian. Var. Hiſt.* XII. 18. & *Palæphat.* π. ἀπιστ. c. 49. Juvenis Lesbius quem Sappho amavit. *Scholiaſtes* ab aliis diſcrepat qui tradunt a Venere juvenem & formoſum redditum, quia *nulla mercede tranſvexerat.* *M. du S.*

τινὰς ἐνίοτε· οἱ δὲ ἡμιλλῶντο, καὶ ἀλλήλους ὑπερεβάλλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φιλοτιμίᾳ. ΣΙΜ. τέλος δ' οὖν πῶς ἐβουλεύσω περὶ τῶν κτημάτων; ΠΟΛ. ἐς τὸ φανερὸν μὲν ἕκαστον αὐτῶν κληρονόμον ἀπολιπεῖν ἔφασκον· ὁ δ' ἐπίστευέ τε, καὶ κολακευτικώτερον παρεσκεύαζεν ἑαυτόν· ἄλλας δὲ τὰς ἀληθεῖς διαθήκας ἐκείνας ἔχων κατέλιπον, οἰμώζειν ἅπασι φράσας.

ΣΙΜ. Τίνα δ' αἱ τελευταῖαι τὸν κληρονόμον ἔχον; ἤπου τινὰ τῶν ἀπὸ τοῦ γένους; ΠΟΛ. οὐ μὰ Δί', ἀλλὰ νεώνητόν τινα τῶν μειρακίων τῶν ὡραίων Φρύγα. ΣΙΜ. ἀμφὶ πόσα ἔτη, ὦ Πολύστρατε; ΠΟΛ. σχεδὸν ἀμφὶ τὰ εἴκοσι. ΣΙΜ. ἤδη μανθάνω ἅτινά σοι ἐκεῖνος ἐχαρίζετο. ΠΟΛ. πλὴν ἀλλὰ πολὺ ἐκείνων ἀξιώτερος κληρονομεῖν, εἰ καὶ βάρβαρος ἦν, καὶ ὄλεθρος, ὃν ἤδη καὶ [a] αὐτοὶ οἱ ἄριστοι θεραπεύουσιν. ἐκεῖνος τοίνυν ἐκληρονόμησέ μου· καὶ νῦν ἐν τοῖς εὐπατρίδαις ἀριθμεῖται, ὑπεξυρημένος μὲν τὸ γένειον, καὶ βαρβαρίζων· Κόδρου δὲ εὐγενέστερος,

quando: hi vero contendebant inter ſe, & alius alium præcedere conabantur ſtudio & obſequiis erga me. SIM. Ergo tandem quod conſilium de tuis poſſeſſionibus iniſti? POL. Palam ſingulos illorum hæredes me relicturum eſſe dictitabam: credebant ſcilicet, eoque magis ad adulationem ſe comparabant: at alias iſtas veras teſtamenti tabulas mecum ſervans reliqui, plorare juſſis omnibus.

4. SIM. Quem ultimæ ſcriptum hæredem habuerunt? numquid aliquem genere propinquum? POL. Nullo modo; ſed recens emtum quendam adoleſcentulorum forma commendabilium Phrygem. SIM. Quid ætatis circiter, Polyſtrate? POL. Annos admodum viginti natum. SIM. Jam teneo, quæ tibi ille gratificaretur. POL. Vel ſic tamen multum illis dignior, qui hæreditatem cerneret, quantumvis barbarus, & nequam; quem ipſi jam optimates adſectantur. Is igitur hæres meus fuit, & nunc ſummo loco natis adnumeratur ille mento raſo delicatulus, & barbare loquens, qui tamen Codro nobilior, Ni-

a Αὐτοὶ] Αὐτῶν P.

21. Κόδρου] * Κλέανθος Πύλιος ὢν ἀπὸ Πύλου (νῆσος δὲ αὕτη τῆς Πελοποννήσου) εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν πολέμου καταλαβόντος, καὶ μονομαχήσας Ξάνθῳ τῷ Βοιωτῷ ὑπὲρ Ἀθηνῶν ἐπὶ μισθῷ τῇ βασιλείᾳ τῶν Ἀθηναίων· καὶ νικήσας ἐβασίλευσε. Τούτου δὲ υἱὸς ὁ Κόδρος. *G.*

* Κλέανθος] Lege Μίλανθος, ut ex iis liquet, quae *J. Meurſius* collegit de Reg. Ath. III. c. 10. Tum ἐμονομάχησε pro καὶ μονομ· praeterea ferri poteſt ὑπὲρ Ἀθηνῶν, quanquam mallem ὑπὲρ Ἀθηναίων. *T.H.*

99. Ἀλλήλους ὑπερεβάλλοντο ἐν τῇ περὶ ἐμὲ φ.] Convenit illud Periplectomenae Plautini Mil. Glor. A. III. Sc. I, 119. *Ille miſerrimum ſe retur, minimum qui miſit mihi: Illi inter ſe certant donis: ego haec meum muſſito, Bona mea inhiant; certatim dona mittunt & munera:* nec plura legiſſe poenitebit. Quamvis autem in hac locutione poterat omitti ἐν, ſicut in *Platonis* Phaedr. p. 1213. A. φοβούμενοι τοὺς μὲν οὐσίαν κεκτημένους, μὴ χρήμασιν αὐτοὺς ὑπερβάλλων), ſervanda tamen eſt ſine dubio; de quo notavit accuratiſſimus *Dukerus* ad Thucydid. V. p. 348. n. 36. *T.H.*

7. Οἰμώζειν] *Horatius: Nil ſibi relictum præter plorare.* *M. du S.*

15. Ἐχαρίζετο] Notum quid in obſcœnis ſit χαρίζεσθαι, ἀφροδιάζειν. *J.B.*

17. Βάρβαρος ἦν καὶ ὄλεθρος] *Liban.* Apol. p. 591. D. βαρβάρους ἀνθρώπους, ὀλέθρους τινὰς εὐνούχους. *Demoſtheni* debent, qui haec eadem de Philippo rege Macedonum, tanquam viliſſimo mancipio, dicere fuit auſus p. 90. B. ὑπὲρ Φιλίππου &c. οὐ μόνον οὐχ Ἕλληνος ὄντος, οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν, ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν, ὅθεν καλὸν εἰπεῖν· ἀλλ' ὀλέθρου Μακεδόνος, ὅθεν οὐδ' ἀνδράποδον σπουδαῖον οὐδὲν ἦν πρότερον πρίασθαι. Idem AEſchinem adverſarium vocavit ὄλεθρον γραμματέα pro Cor. p. 494. B. quod *Ulpianus* interpretatur, ἢ ὀλέθρου ἄξιος, ἢ ὁ πολλοῖς προξενήσας ὄλεθρον τῷ μεταβάλλειν τὰ γράμματα ἐν τῷ ἀναγινώσκειν· adeo ſaepe fluctuant in explicanda patriae linguae indole Grammatici: quod priore loco poſuit, tenendum eſt; uſurparique ſolet de perditiſſimo mancipiorum genere illud vocabulum, quales erant in primis Phryges: *Diogen. L.* in Ariſtippo II, 75. Σίμου ποτὲ τοῦ Διονυσίου ταμίου πολυτελεῖς οἴκους αὐτῷ καὶ λιθοστρώτους δεικνύντος, ἦν δὲ Φρὺξ καὶ ὄλεθρος, ἀναχρεμψάμενος προσέπτυσε τῇ ὄψει.

Nireo formoſior, Ulyxe prudentior eſſe perhibetur. SIM. Nihil hoc ad me: vel Imperator ſit Græciæ, dummodo ne iſti hæreditatem capiant.

καὶ Νιρέως καλλίων, καὶ Ὀδυσσέως συνετώτερος λεγόμενος εἶναι. ΣΙΜ. οὔ μοι μέλει, καὶ στρατηγησάτω τῆς Ἑλλάδος, εἰ δοκεῖ· ἐκεῖνοι δὲ, μὴ κληρονομείτωσαν μόνον.

X.

CHARONTIS ET MERCURII, & Mortuorum diverſorum.

ΧΑΡΩΝΟΣ, ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ, [b] ΚΑΙ ΝΕΚΡΩΝ ΔΙΑΦΟΡΩΝ.

INTERLOCUTORES, CHARON, MERCURIUS, MORTUI, MENIPPUS, CHARMOLEUS, LAMPICHUS, DAMASIAS, PHILOSOPHUS, RHETOR.

CHAR.

1. AUſcultate, quo ſtatu noſtræ ſint res: parvula vobis, ut videtis, eſt ſcaphula, & nonnihil vetuſtate labefacta, rimiſque crebris perfluit: ſi inclinaverit in alterutram partem, peſſum ibit everſa: vos autem tot ſimul advenitis multis onuſti ſarcinis ſinguli. Cum iſtis itaque rebus ſi ingreſſi fueritis, metuo ne poſt-

[c] ΧΑΡ.

Ἀκούσατε, ὡς ἔχει [d] ἡμῖν τὰ πράγματα. μικρὸν μὲν ὑμῖν, ὡς ὁρᾶτε, τὸ σκαφίδιον καὶ ὑπόσαθρόν ἐστι, καὶ διαῤῥεῖ τὰ πολλὰ, καὶ ἢν τραπῇ ἐπὶ θάτερα, οἰχήσεται περιτραπέν· ὑμεῖς δὲ τοσοῦτοι ἅμα ἥκετε, πολλὰ ἐπιφερόμενοι ἕκαστος. ἢν οὖν μετὰ τούτων ἐμβῆτε, δέδια μὴ ὕστερον μετανοήσετε·

[b] ΚΑΙ ΝΕΚΡΩΝ ΔΙΑΦ.] Hae voces, ut res poſtulabat; ex G. ſunt deſumtae. [c] ΧΑΡ.] Ἑρμῆς· O. [d] Ἡμῖν] Extat in O. omnes Edd. ὑμῖν.

ὄψει. *Herodian.* I, 12. §. 8. Κλέανδρος τις ἦν τὸ μὲν γένος Φρὺξ τῶν δημοσίᾳ εἰωθότων ὑπὸ κήρυκι πιπράσκεσθαι. Ideo flagris ac verberibus, quo meliores evaderent, officioque ſervili promtius fungerentur, admonendos fuiſſe docet proverbium apud *Suidam:* Φρὺξ ἀνὴρ πλαγεὶς ἀμείνων καὶ διακονέστερος· quem *Epicharmi* verſum eſſe trochaicum mihi perſuadeo: eidemque lubens adſcripſerim, niſi quis de Sophrone potius cogitet, quod apud *Schol. Ariſtoph.* legitur ad Av. v. 1283. Ἡ πλαγεὶς (vel παιωθεὶς· nam vulgatum παύσει nullius eſt pretii) βάκτρῳ καλ' νῷ σκύταλα Φρὺξ ἀνήρ. Σκύταλα certe pro cervice vox Sicula, teſte *Heſychio*, quem una litera corruptum emendabis, Σκύταλον, τράχηλον, Σικελοί. *T.H.*

20. Ὑπεξυρ——] Vide Notam ad Τιμ. c. 22. *M. du S.*

Ὑπεξυρημένος τὸ γένειον] Mollis adhuc & delicatulus, qualem novacula reddiderat, quum obſequium domino fuerat praeſtandum: ſimillimus in Tim. locus §. 22. adſtipulatur additis ejuſmodi ſignis, quae puerum infami miniſterio dilectum patefaciant, καταπύγων οἰκέτης, ἐκ παιδικῶν τίμιος, ὑπεξυρημένος ἔτι τὴν γνάθον· neque enim hoc eo ſpectare putem, quod *ſervi, dum manumitterentur, capite raſi fuerint, imo & mento raſo*, ideoque *Lucianum* hoc tribuere *ſervo, cui libertas teſtamento data*, quod *Wouwerius* exiſtimat ad *Petron.* p. 480. particula ἔτι huic opinioni adverſatur. Archilochus exponens qualem imperatorem optet, Οὐδὲ βοστρύχοισι γαῦρον, οὐδ' ὑπεξυρημένον placere ſibi ſcripſit apud *Dion.* Tarſ. I. p. 399. Ita Nanarus Babylonius (deteriorem ſcripturam Nanybrus in verſione *Valeſius* amplexus eſt, quum tamen Nannarum *Suidas* habeat, ab eoque non diverſus ſit Ἄνναρος *Cteſiae* memoratus *Athenaei* lib. XII. p. 530. D.) in Exc. *Nicolai Damaſc.* p. 426. 429. ὁ καθεξυρημένος τε καὶ καθυπεστιβισμένος τὼ ὀφθαλμώ. Alibi jam indicavi, perditos aetatis ſuae mores, praeſertim captatorias fraudes, quibus bellum indixit, in tempus multo vetuſtius conferre *Lucianum.* *T.H.*

K. N. Δ.] Haec ex Mſ. G. addere viſum eſt titulo hujus dialogi. *M du S.*

26. Ὡς ἔχει ὑμῖν τὰ πρ.] Mox iteratur ὑμῖν· alterutro certe loco eſt in ἡμῖν mutandum; utro dubites: me Cod. O. momentum impulit, ut hic mallem. *T.H.*

σεῖε· καὶ μάλιστα ὁπόσοι νεῖν οὐκ ἐπίστασθε. [a] NEK. πῶς ἂν οὖν ποιήσαντες [b] εὐπλοήσομεν; XAP. ἐγὼ ὑμῖν φράσω. γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ, τὰ περιττὰ ταῦτα πάντα ἐπὶ τοῦ ἠιόνος καταλιπόντας. μόλις γὰρ ἂν καὶ οὕτω [c] δέξαιτο ὑμᾶς τὸ πορθμεῖον. σοὶ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, μελήσει τὸ ἀπὸ τούτου μηδένα παραδέχεσθαι αὐτῶν, ὃς ἂν μὴ ψιλὸς ᾖ, καὶ τὰ ἔπιπλα, ὥσπερ ἔφην, ἀποβαλών. παρὰ δὲ τὴν [d] ἀποβάθραν ἑστὼς διαγίνωσκε αὐτοὺς, καὶ ἀναλάμβανε, γυμνοὺς ἐπιβαίνειν ἀναγκάζων. EP. εὖ λέγεις· καὶ οὕτω ποιήσωμεν.

Οὑτοσὶ τίς ὁ πρῶτός ἐστι; MEN. Μένιππος ἔγωγε. ἀλλ' ἰδοὺ ἡ πήρα μοι, ὦ

modum pœniteat; vos maxime, qui nare non noviſtis. MORT. Quid ergo facto opus eſt, ut proſpera navigatione utamur? CHAR. Equidem dicam: nudos ingredi oportet, ſupervacuis iſtis omnibus in litore relictis: vix enim vel ſic ceperit vos navicula hæc vectoria. Tibi autem, Mercuri, curæ erit, exinde neminem eorum ut admittas, qui non fuerit onere vacuus, & ſupellectilem, ut dixi, depoſuerit. Ad ſcalam itaque navalem adſtans diſpice eos, ac recipe, nudosque ſcapham conſcendere cogito. MERC. Recte mones; eoque modo faciamus.

2. Hicce primus quis eſt? MEN. Menippus ego: ecce vero pera mihi, Mercuri,

a NEK.] Ἑρ. O. b Εὐπλοήσομεν] Εὐπλοήσωμεν. O. c Δέξαιτο] Δέξεται O. d Ἀποβάθραν] Ἐπιβάθραν C. L.

41. Ἔπιπλα] * Τὰ ἐξ ἐπιπολῆς σκεύη, οἷον ἐπιπόλαιος κτῆσις, καὶ † ὅση δυνατὴ πλεῖζεσθαι, ἀλλ' οὐκ ἔγγειος. V. Τὰ ἐλαφρότατα τῶν κτημάτων παρὰ τὸ ἐπιπολάζειν. G.

* Τὰ ἐξ ἐπιπολῆς &c.] Deſcripta ſunt ex *Etymologo* & *Suida*, ubi totidem verbis leguntur: iidem habent ὅσα· *Poll.* X, 10. hunc in modum emendandus: ἔπιπλα εἰσὶ vel εἴη ἡ κατὰ κτῆσιν, τὰ ἐπιπολῆς ἐστι τῶν κτημάτων. *T. H.*
† Ὅση] Ὅσα Exc. G. C. & V. *M. du S.*

35. Γυμνοὺς ἐπιβαίνειν χρὴ] Hujus dialogi itidemque Catapli *Lucianus* argumentum concepit ex *Platonis* Gorg. p. 356. 357. ubi ſi lecta fuerit Socratis, graviſſimi fabulatoris, narratio, horum omnium venuſtas elegantiſſima dilucidius apparebit. Quod autem ſequitur ἐπὶ τοῦ ἠιόνος, ſi *Thomam Mag.* audias, caſtigatius ſcriptum foret ἠόνος· quamvis *Moſchopulus* adſentiatur p. 7. 202. nihil eſt, quod horum Grammaticulorum auctoritas magno opere nos moveat: utraque ſcribendi ratio, ſi non uſitatior illa, quae pravo judicio premitur, perinde ſaltem uſitata: ſimiliter urbs Thraciae Ἠιὼν & Ἠών. Vocem reſtitue *Libanio* Demoſth. Apol. p. 452. B. ὥσπερ οἱ πολλάκις ἐκπεσόντες ναυάγια τῶν περιπλευσάντων τῶν εἰς τὰς μικρὰς ἐκδεδραμηκότων legeris ἠιόνας vel ἠόνας, ſcrupulus omnis erit ſublatus: pro more ſuo mirificus eſt in his vertendis Interpres. *T. H.*

40. Τὰ ἔπιπλα] Τὰ ἐλαφρότατα τῶν κτημάτων, παρὰ τὸ ἐπιπολάζειν. *J. B.*

47. Ἀπερρίφθων] Sana lectio, quam varie inutiliter tentant. *J. B.*

Ἀπερρίφθων] *Benedictus: projeci:* verte, *projiciantur.* *F. G.*

Ἀπερρίφθων] Pro ἀπερρίφθωσαν Attice, *projiciuntur*, non, *projeci*, ut habet Interpres, quaſi eſſet ἀπερρίφθην. *J. C.*

Ἀπερρίφθων] Quale monſtrum illud ἀπερρίφθων? *Bourdelotius* tamen ſanam lectionem affirmat. Quidni addidit quare & quomodo? Ingenue fateor me non intelligere. Video requiri ἀπερρίφθον in duali. Sic paulo poſt ait Lampichus, Ἰδού σοι ὁ πλοῦτος ἀπέρριπται. Caeterum notandum eſt, Menippum hic dicere, ſibi peram & baculum abjecta eſſe ante, quam ingreſſus ſit cymbam; quum tamen infra jam apud inferos Dial. XX. rogetur ab Pythagora, quid in pera habeat; & Dial. XXII. jam dudum ſoluto navigio, fingatur baculo ſuo Charonti intentare verbera; atque §. 3. pateat, etiam tum habere eum peram. *J. J.*

Ἀπερρίφθων] Ex Mſ. O. haec ſcriptura. Atticum eſt pro ἀπερρίφθωσαν. Hujus temporis exempla videſis Ἐπιστ. c. 26. & Ἐπ. Δ. XI. deſinente. In impreſſis ἀπερρίφθων. *M. du S.*

Ἀπερρίφθων] Viden, levicula menda quas turbas dederit, dum docti viri linguae Graecae rudimentis minus attendunt. Mirari libet errantis *Bourdelotii* ſupercilium. Recte vero Doctiſſ. *Jenſius* literis ad me ſcriptis monuit, non ἀπερρίφθον dicere ſe debuiſſe, ſed ἀπερρίφθων. Illud autem duali numero, qui convenit hic loci, an plurali Atticorum more pro ἀπερρίφθωσαν accipias, nihil refert: eſt enimvero, Grammaticis dictantibus, Atticis admodum familiare, ut χρήσθων, μαχέσθων ponant pro χρήσθωσαν, μαχέσθωσαν ſic ἀξιούσθων, ἐξέστωσαν, ἐρρώσθων apud *Philoſtr.* p. 605. 620. Boy. κεκλείσθων & plura in *Clementis* Paedag. p. 171. ſed non ita proprium, quin aliis eadem quoque forma placuerit. Vide modo Foed. Hierapytn.

ri, baculusque in paludem ſunto abjecta: pallium autem recte feci, qui mecum ne tulerim quidem. MERC. Inſcende, Menippe, virorum optime, primamque ſedem habe juxta gubernatorem in alto, ut inſpicias omnes.

3. Pulcer hicce quis eſt? CHAR. Charmolaus Megaris, amabilis ille, cujus oſculum binis talentis æſtimabatur. MERC. At enim exue formam, & labia cum ipſis oſculis, & comam promiſſam, ruborisque florem genis inſidentem, cutemque totam. Recte habet: accinctus es: jam ingredere.

4. Tu vero cum purpurea veſte & diademate, vultu truculentus, quis tandem

Ἑρμῆ, καὶ τὸ βάκτρον ἐς τὴν λίμνην [e] ἀπεῤῥίφθων. τὸν τρίβωνα δὲ οὐδ' ἐκόμισα, εὖ ποιῶν. ΕΡ. ἔμβαινε, ὦ Μένιππε ἀνδρῶν ἄριστε, καὶ τὴν προεδρίαν ἔχε παρὰ τὸν κυβερνήτην ἐφ' ὑψηλοῦ, ὡς ἐπισκοπῇς ἅπαντας.

Ὁ καλὸς δ' οὗτος, τίς ἐστι; ΧΑΡ. Χαρμόλεως ὁ Μεγαρικὸς, ἐπέραστος· οὗ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν. ΕΡ. Ἀπόδυθι τοιγαροῦν τὸ κάλλος, καὶ τὰ χείλη αὐτοῖς φιλήμασι, καὶ τὴν κόμην τὴν βαθεῖαν, καὶ τὸ ἐπὶ τῶν παρειῶν ἐρύθημα, καὶ τὸ δέρμα ὅλον. ἔχει καλῶς, εὔζωνος εἶ· ἐπίβαινε ἤδη.

Ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ, καὶ τὸ διάδημα, [f] ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν τυγχάνεις; ΛΑΜ.

e Ἀπεῤῥίφθων] Ex O. C. P. & W. Idem notatum in A1W. Priores ἀπεῤῥίφθω. f Ὁ βλοσυρὸς] Ἀλουργὸς G. L. Βλοσσυρὸς pleraeque Edd. recte S. alterum σ detraxit.

60. Ὁ βλοσυρὸς] Καταπληκτικός. G.

pyth. & Prianſ. p. 110. Marm. Oxon. *T. H.*

52. Χαρμόλεως] De hoc apud veteres nihil adhuc invenio: verum tamen eſſe nomen puto. *M. du S.*

53. Ἐπέραστος] Excidit articulus, ὁ ἐπέραστος. *T. H.*

Ibid. Οὗ τὸ φίλημα διτάλαντον ἦν] Recte hunc locum ſumus interpretati. Quid ibi eſſet φίλημα, alibi docuimus. *J. B.*

59. Ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ, καὶ τὸ διάδημα] Fuit quum hunc locum putarem mutilum, legendumque, ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ ἐμπεπορπημένος, καὶ τὸ διάδημα διαδεδεμένος, &c. ut Dial. XIII. Καὶ τὸ ἐπίσημον εἶναι, ἐλαιοφόρον, διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον. Sed adſuetudine *Luciani* mei meliora doctus, intelligo elegantem iſtiuſmodi verborum, quae deſiderari opinabar, ellipſin. Ita namque in Deorum concilio c. 9. Ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας, καὶ ὁ Σαβάζιος, πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκυκλήθησαν οὗτοι; ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος, ὁ τὸν κάνδυν, καὶ τὴν τιάραν; Certiſſime hic in ultima parte ſubauditur διαδεδεμένος, vel ſimile. Pari ratione, ac in Contemplantib. c. 14. Ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι, &c. & hic poſt διάδημα intelligitur διαδεδεμένος nec certe cum *Brodaeo* in Miſcell. IX. cap. 10. legendum ἔχων τὸ διάδημα. Ita & aliis in caſibus ſimili modo verbum aliquod ſupprimitur; velut in iiſdem Contemplantib. c. 9. Ἐκεῖνον ἀπόβλεψον ἐς τὸν μεγάλην ἀμπεχόνην, τὸν τὸ τριπλοῦν τεῖχος. iterum ibidem c. 23. Ἡ Βαβυλὼν δέ σοι, ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον. poſt vocem τεῖχος, & dein poſt περίβολον aliquid intelligitur, quod *cincta* valeat. Simili ellipſi in Cataplo c. 13. Ποῦ δὲ ὁ τὸ ξύλον; ubi recte Interpres, *Ubi ille eſt, qui fuſtem gerit.* Pari locutionis ratione apud Noſtrum c. 14. in Gallo dicitur Σίμων ὁ τὰ πίτυρα. & Pan in Bis accuſato c. 9. ὁ τὴν σύριγγα. & celebris illa Athenis porticus, ἡ τὴν ποικίλην. & Orpheus in Fugitivis c. 29. ὁ τὴν κιθάραν. *J. J.*

Ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα] Similem phraſin vide Δικ. c. 19. Adde & Καταπλ. c. 4. & 13. ὁ τὸ ξύλον & Δικ. c. 9. ὁ τὴν σύριγγα. *M. du S.*

Ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσί] Primum ὁ βλοσυρὸς tam accurate convenit Lampicho tyranno, & quibus inſignitur, notis, ut ſine membranarum omnium conſenſu loco moveri non deceat: *Suidas*: Βλοσυρὸς, ἀξιωματικὸς, καταπληκτικὸς, φοβερὸς, σεμνός. Potius quam hoc expellerem, mallem alterum vocabulum adoptare; ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ, καὶ τὸ διάδημα ἀλουργὸς, ὁ βλοσυρός. Sed deinde non eſt eripienda Luciano ellipſeos, qua valde delectatur, venuſtas: accedant exemplis a Doctiſſ. *Jenſio* collatis ex Tim. §. 7. ὁ νεόπλουτος, ὁ τὰς ὅλας ἑκατόμβας ex Catapl. §. 4. ὁ γενναιότατος ἄτος, ὁ τὸ ξύλον. Similem in modum *Aelian.* Ep. II. τὸν δὲ τὸν τὰ μελάγχιμα ἱμάτια. Lampichum Geloorum tyrannum non aliunde protulit, quam ex hoc ſolo *Luciani* loco Illuſtr. *Maffei* in Galliae Antiqu. Sel. Ep. I. *T. H.*

60. Ὁ βλοσυρὸς] *Minax.* *J. B.*

Ὁ βλοσυρὸς] In Charontis, Mercurii, & diverſorum mortuorum dialogo, nam recte in inſcriptione hujus dialogi additur in codice vetuſto, καὶ νεκρῶν διαφόρων, ὁ δὲ τὴν πορφυρίδα οὑτοσὶ καὶ τὸ διάδημα, ὁ βλοσυρὸς, τίς ὢν τυγχάνεις; vertitur: *Hic vero purpuratus & diademate vinctus, facie truculentus. Quis es tu?* Sed

ΛΑΜ. Λάμπιχος, Γελώων τύραννος. ΕΡ. τί οὖν, ὦ Λάμπιχε, τοσαῦτα ἔχων πάρει; ΛΑΜ. τί οὖν; ἐχρῆν, ὦ Ἑρμῆ, γυμνὸν ἥκειν τύραννον ἄνδρα; ΕΡ. τύραννον μὲν οὐδαμῶς, νεκρὸν δὲ μάλα· ὥστε ἀπόθου ταῦτα. ΛΑΜ. ἰδού σοι ὁ πλοῦτος ἀπέῤῥιπται. ΕΡ. καὶ τὸν ᵃ τύφον ἀπόῤῥιψον, ὦ Λάμπιχε, καὶ τὴν ὑπεροψίαν· βαρήσει γὰρ τὸ πορθμεῖον συνεμπεσόντα. ΛΑΜ. οὐκοῦν ἀλλὰ τὸ διάδημα ἔασόν με ἔχειν, καὶ τὴν ἐφεστρίδα. ΕΡ. οὐδαμῶς· ἀλλὰ καὶ ταῦτα ἄφες. ΛΑΜ. εἶεν. τί ἔτι; πάντα γὰρ ἀφῆκα, ὡς ὁρᾷς. ΕΡ. καὶ τὴν ὠμότητα, καὶ τὴν ἄνοιαν, καὶ τὴν ὕβριν, καὶ τὴν ὀργὴν, καὶ ταῦτα ἄφες. ΛΑΜ. ἰδού σοι ψιλός εἰμι. ΕΡ. ἔμβαινε ἤδη.

Σὺ δὲ ὁ παχὺς, ὁ πολύσαρκος, τίς εἶ; ΔΑΜ. Δαμασίας ὁ ἀθλητής. ΕΡ. ναὶ ἔοικας, οἶδα γάρ σε πολλάκις ἐν ταῖς παλαίστραις ἰδών. ΔΑΜ. ναὶ, ὦ Ἑρμῆ· ἀλλὰ παράδεξαί με γυμνὸν ὄντα. ΕΡ. οὐ γυμνὸν, ὦ βέλτιστε, τοσαύτας σάρκας περιβεβλημένον· ὥστε ἀπόδυθι αὐτὰς, ἐπεὶ καταδύσεις τὸ σκάφος, τὸν ἕτερον πόδα ὑπερθεὶς μόνον· ἀλ-

es? LAMP. Lampichus Geloorum tyrannus. MERC. Quid ergo, Lampiche, tot rebus inſtructus ades? LAMP. Quid autem? decebatne, Mercuri, nudum venire virum tyrannum? MERC. Haud quidem tyrannum, ſed mortuum omnino: quare depone iſta. LAMP. En tibi divitiæ ſunt abjectæ. MERC. Præterea faſtum abjice, Lampiche, & deſpectionem aliorum: onerabunt enim naviculam, ſi tecum ſimul inciderint. LAMP. At ſaltem diadema ſine me retinere, amiculumque purpureum. MERC. Neutiquam: verum & iſta mitte. LAMP. Fiat: quid porro? nam, uti vides, cuncta dimiſi. MERC. Etiam crudelitatem, & amentiam, & contumeliam, & iram, iſta, inquam, omnia dimitte. LAMP. Ecce me tibi plane nudum. MERC. Ingredere nunc ſcapham.

5. Tu autem obeſus, carnium mole gravis, quis es? DAM. Damaſias athleta. MERC. Ita ſane videris: novi enim, ut qui te ſæpe viderim in palæſtris. DAM. Sic eſt, Mercuri: at tu me recipe nudum. MERC. Haudquaquam nudum, vir optime, qui tot carnibus obtegaris: quam ob rem iſtas exue, ceteroqui demerſurus ſcapham vel altero tantum pede impoſito. Imo

ᵃ Τύφον] Πλοῦτον. O. male.

71. Ἐφεστρίδα] Τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα· ἤτοι * μανδύς· ἢ χλαμύδα ἢ πόρπῃ καλούμενον. G.

* Μανδύς] L. μανδύαν. *M. du S.*
Etymol. Ἐφεστρὶς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα, ἣν μανδύαν καὶ χλαμύδα καὶ πορπὴν καλοῦσιν: ex quibus horum corrigendorum ratio patet. *Moeris Attic.* Ἐφεστρὶς, τὸ ἐπὶ τοῖς ἱματίοις ἐπίβλημα, ὃ καὶ μανδύαν καὶ χλαμύδα, καὶ συῤῥὸν καλοῦσι, καὶ τολὴν καὶ αἰγρᾶδαν καὶ καλύβιον. Repone καλύβιον deinde pro συῤῥὸν βηῤῥὸν vel βίῤῥιον, quo ducit *Artemidor.* II. p. 85. de birro multa *Salmaſ.* ad *Tertullian.* Pall. & H. A. Script. Hæc me movent, ut ſuſpectam habeam *Etymologi* πορπὴν· fibulis adſtringebantur ἐφεστρίδες ſive lacernae: verum ut unquam μανδύα vel ἐφεστρὶς dicta fuerit πορπὴ, id quidem me plane fugit: quare multo malim βηῤῥὸν erroris propagati gradus ſpectare licet in *Moeridis* συῤῥόν. *T. H.*

Sed Mſ. pro ὁ βλοσυρὸς habet ἁλουργὸς. *hic vero qui & veſte & diademate purpureus eſt. Quis es tu?* *J. G. G.*

61. Λάμπιχος] Neque hic mihi notus eſt. *M. du S.*

63. Τί οὖν ἐχρῆν] Optime modo jungebantur τί οὖν πάρει; hic ſecus: quamobrem ſeparanda duxi, τί οὖν; ἐχρῆν &c. Hoc ſaepe factum; ſaepius fieri debuit; vide p. 192. v. 46. p. 321. v. 72. p. 338. v. 15. D. M. XXII. τί οὖν, ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; In Ἐπισκοπ. c. VIII. fraudi fuit Interpretibus prava diſtinctio hunc in modum reformanda: τί οὖν; εἰκὸς μὲν ἄρα ὀλιγωρεῖν αὐτὸν τὸ τιθηνήσοντος πόλεις; Haec ſemel monuiſſe ſufficerit. *T. H.*

78. Δαμασίας] Amphipolitanus, ſtadio victor Ol. CXV. AG. IV, 1252. E. Vide etiam *Noſtrum* Lexiph. c. 11. ubi ſtatua ejus memoratur. Alter Damaſius Ol. CCI. *L. Leyd.* *M. du S.*

91. Κράτων] Sicyonius: vide c. 11. *M. du S.*

92. Τὰ ἐντάφια] Inepte vertitur *epitaphia*, cum ſint *veſtimenta funebria.* *J. G. G.*

Μηδὲ τὰ ἐντάφια] Inepte interpres, *neque epitaphia*: ἐντάφια, ut notum eſt, pro *veſtibus ſepulcralibus.* *J. G.*

95. Ἀποκήρυξιν] Poſt hanc vocem in Impreſſis omnibus legebatur, εὐεργέτου δηλονότι: quod merum ſcho-

Imo etiam coronas iſtas abjice, & præconia. DAM. Ecce me tibi vere nudum, ut vides, ceteriſque mortuis æqualem pondere. MERC. Sic præſtat eſſe levem: itaque naviculam conſcende.

ἀλλὰ ϗ τὰς ϛεφάνας ταύτας ἀπόῤῥιψον, ϗ τὰ κηρύγματα. ΔΑΜ. ἰδού σοι γυμνὸς, ὡς ὁρᾷς, [b] ἀληθῶς εἰμι, ϗ ἰσοϛάσιος τοῖς ἄλλοις νεκροῖς. ΕΡ. οὕτως ἄμεινον ἀβαρῆ εἶναι, ὥϛε ἔμβαινε.

6. Tu quoque divitiis poſitis, o Crato, & mollitie inſuper, ac luxuria, nec tecum porta tegumenta funebria, nec majorum dignitates: relinque vero & genus & gloriam, & ſi quando civitas publico te præconio decoravit bene meritum, & ſtatuarum inſcriptiones: nec quod magnum monumentum tui honoris cauſa exaggerarint dicito; gravant enim iſta vel commemorata. CHAR. Invitus equidem, abjiciam tamen: nam quid faciam?

Καὶ σὺ δὲ τὸν πλοῦτον ἀποθέμενος, ὦ Κράτων, ϗ τὴν μαλακίαν δὲ προσέτι, ϗ τὴν τρυφὴν, μηδὲ τὰ ἐντάφια κόμιζε, μηδὲ τὰ τῶν προγόνων ἀξιώματα· κατάλιπε δὲ ϗ γένος, ϗ δόξαν, ϗ εἴ ποτέ σε ἡ πόλις ἀνεκήρυξεν [c] εὐεργέτην δηλονότι, ϗ τὰς τῶν ἀνδριάντων ἐπιγραφὰς, μηδὲ, ὅτι μέγαν τάφον ἐπὶ σοὶ ἔχωσαν, λέγε· βαρύνει γὰρ καὶ ταῦτα μνημονευόμενα. ΧΑΡ. οὐχ ἑκὼν μὲν, ἀποῤῥίψω δέ· τί γὰρ ἂν ϗ πάθοιμι;

7. MERC. Papæ: tu autem in armis totus quid tibi vis? aut quo tropæum illud geris? STRAT. Quia vici, Mercuri, belloque res præclaras geſſi, & præmiis me civitas honoravit. MERC. Mitte humi tropæum: in orco pax, nihilque armis opus erit.

ΕΡ. [d] Βαβαί. σὺ δὲ ὁ ἔνοπλος τί βούλει; ἢ τί τὸ τρόπαιον τοῦτο φέρεις; [e] ΣΤΡΑΤ. ὅτι ἐνίκησα, ὦ Ἑρμῆ, ϗ ἠρίστευσα, ϗ ἡ πόλις ἐτίμησέ με. ΕΡ. ἄφες [f] ἐν γῇ τὸ τρόπαιον· ἐν ᾅδου γὰρ εἰρήνη, ϗ οὐδὲν ὅπλων δεήσει.

8. Ille vero ſeverus, de habitu quidem, faſtumque præferens, ſuperciliis arrectis,

Ὁ σεμνὸς δὲ οὗτος ἀπό γε τοῦ σχήματος, ϗ βρενθυόμενος, ὁ τὰς ὀφρῦς ἐπηρκὼς, ὁ ἐπὶ

b Ἀληθῶς] Deeſt in O. c Εὐεργέτην δηλονότι] Scholii loco habent C. d Βαβαί] Defuit in O. e ΣΤΡΑΤ.] Ita J. V2. Νεκρὸς G. P. f Ἐν γῇ] ὑπὲρ γῆς P.

94. Πόλις ἀνεκήρυξεν] Ὡς εὐεργέτην δηλονότι, G.

1. Ὁ ἔνοπλος] Ὅτι ϛρατηγός. G.

ſcholium eſt, & in Coll. Gal. reapſe loco ſcholii habetur. Bene factum. ad priſtinas ergo ſedes redeat. *M. du S.*

Ἀνεκήρυξεν εὐεργέτην δηλονότι] Ultima vox ſi abeſſet, nihil erat, quod in hoc loco deſiderares: nam ἀνακηρύττειν εὐεργέτην legitima loquendi formula, perinde ac, quod in Noſtro frequenter occurrit, ἀναγράφειν εὐεργέτην in marmoreis etiam pſephiſmatum monumentis, quae honori virorum bene de rep. meritorum ſunt conſtituta, nihil crebrius invenias, quam aliquem εὐεργέτην celebrari; quae *Firmus* imitatus Ep. XVII. ſcripſit, τοιγάρτοι ὑμᾶς ἀναδοῦμεν ὡς εὐεργέτας. Nunc tamen voculae vicinae δηλονότι contagione violari εὐεργέτην fateor; quippe nequit excogitari, quo tandem pacto venerit in *Luciani* contextum, niſi lectorem peritum ſtatuas, ut clarius explicaret ἀνεκήρυξεν, in marginem adſcripſiſſe εὐεργέτην δηλονότι. Quam ob rem expungere non fuiſſem veritus, ſi vel unus certae fidei Codex addixiſſet, eamque dubitationem ſuſtuliſſet; an non forte *Lucianus* ſcripſerit ἀνεκήρυξεν εὐεργέτην. *T. H.*

96. Ἀνδριάντων ἐπιγραφὰς] De quib. dico ad Catapl. *J. B.*

Ibid. Μέγαν τάφον] Et hunc locum, & quaedam non diſſimilia notavit *Def. Herald.* ad *Martial.* VIII, 75. *T. H.*

3. Στρατιώτης] Sic optime Ed. *J.* non enim jam Crato loquitur, uti volunt vulgatae Edd. ſed miles quidam tropaeum ferens. MS. Gr. & P. Νεκρός quod nimis vagum. Facilis autem mutatio Στρα. in Κρα. decepit oſcitantem librarium. *M. du S.*

Ibid. Κρα. ὅτι ἐνίκησα] In Mſ. pro Κρα. eſt Νεκρὸς. Eſt enim alius quam Crato: nimirum miles, ſine nomine. *J. G. G.*

8. Βρενθυόμενος] Eorum in claſſem referendum eſt hoc verbum, quae raro ab ipſis veteribus uſurpata, quippe notae plebeiae, recentioris aevi ſcriptores frequentius excoluerunt: id enim elegans illi atque

ſtu-

ἐπὶ τῶν φροντίδων, τίς ἐστιν, ὁ τὸν βαθὺν πώγωνα καθειμένος; MEN. Φιλόσοφός τις, ὦ Ἑρμῆ· μᾶλλον δὲ γόης, καὶ τερατείας μεστός· ὥστε ἀπόδυσον καὶ τοῦτον. ὄψει γὰρ πολλὰ καὶ γελοῖα ὑπὸ τῷ ἱματίῳ κρυπτόμενα. ΕΡ. κατάθου σὺ τὸ σχῆμα πρῶτον· εἶτα καὶ ταυτὶ πάντα. ὦ Ζεῦ,

in meditando defixus quis eſt, iſte qui prolixam barbam demiſit? MEN. Philoſophus aliquis, Mercuri: quin potius incantator, & prodigiorum plenus: idcirco iſtum quoque exuere ſe jube: videbis enim multa & ridicula ſub pallio abſcondita. MERC. Depone tu habitum primum; tum iſta omnia. Jupiter! quantam inanem oſten-

eruditum arbitrabantur, ſi vocabula in angulo quodam antiquitatis remoto deliteſcentia & ſcenae libertati condonata ſtudioſius eruerent, ſcriptisque ſuis quaſi teſſellas insererent. Veniam merebatur temperata certisque finibus circumſcripta haec licentia; Lexiphanum effraenis libido Luciani virgulam cenſoriam. Facilius autem in βρενθύεσθαι ſignificandi vim exemplorum ope declares, quam abſtruſam originem aperias. Grammatici notationem repetunt a βρενθίῳ vel βρενθείῳ unguenti Lydii genere aeſtimatiſſimo, quod *Pollux* teſtatur VI, 104. vetuſtatem & rei & nominis *Sappho* confirmat ab *Athenaeo* producta XV. p. 690. E. Recte *Heſychius* & *Etymol.* Βρένθειον, μύρον τὸ πυχίον, ὡς ἡ Βάκχαρις· οἱ δὲ ἄνθινον μύρον. Βάκχαρις enim, ne quis errorem Viri Doctiſſimi ſecutus labatur, ut docent *Schol. AEſchyl.* ad Perſ. v. 41. *Erotianus* & *Galenus* in Gloſſ. Hipp. Λυδῶν vel Λύδιόν τι μύρον. Quum vero ab herbis & floribus, eorumve radicibus, unde conficiebantur, nomen unguenta traherent, idem eveniſſe huic βρενθίῳ nihil eſt cur dubitemus: βρένθις certe vel βρένθιξ Cypriis erat θρίδαξ aut θριδακίνη auctore *Nicandro* apud *Athen.* II. p. 69. B. & *Heſychio*: idem βρενθίνας commemorat radices quasdam, quae mulierum genas rubro colore inficiant; *Etymologus* praebet Βρενθίον, tanquam ſi diminuta foret vox a βρένθος, quod ipſe ſuppeditat in Γέττιον p. 230. βρένθος, βρένθειον ἔστι δὲ εἶδος πολυτελοῦς μύρου eamque ob cauſam notavit antiqua manus ad *Clementis* Paedag. II. p. 177. βρένθιον ἀπό τινος ἄνθους ἐνδόξου. Qualis autem fuerit βρένθος, ut Cypriis, ſola lactuca, an apud Lydos aliosque diverſum herbae floriſve genus, mihi quidem definire non eſt in promtu; multoque minus an Arcadica Βρένθη, cujus ex *Pauſania* meminit *Stephanus*, nomen huic germini acceptum retulerit. Porro colligere licet ex eo, quod medici nusquam appellationem hujus unguenti aut parandi modum tradant, uſum ejus jampridem interiiſſe, tametſi *Pherecrates* apud *Athenaeum* βρενθίου velut aetate ſua noti fecerit mentionem. Recta eſt ſcribendi ratio βρένθινον, βρένθειον & βρένθιον, derivandi normae non minus quam conſuetudini reſpondens; nam quod *Luciani Schol.* habet ad περὶ τῶν ἐπὶ M. Σ. prope finem βρένθυον, niſi de induſtria, quo melius ad τὸ βρενθύεσθαι congrueret, ita finxerit, vitio laborare cenſeo; ideoque magis, quia *Etymologus*, quem & ipſum veteres ſecutum deſcripſit, βρένθειον praefert. Jam illum eſſe fontem verbi βρενθύεσθαι Grammaticis, quibus idem, quod in vernaculo ſermone Varroni, juſtius objici poteſt, minime conceſſero; repugnat tum ſincera interpretandi lex, tum contorta & abhorrens ſignificationis explanatio: audi modo, quem colorem illinat *Helladius* apud *Phot.* p. 870. Βρενθύεται δὲ τὸ ἀλαζονεύεται· γέγονε δὲ ἀπὸ τοῦ βρενθίου, ὅ ἐστι μύρον. οἱ γὰρ ἀλαζονευόμενοι ἢ βρενθυόμενοι μύροις χρῆσθαι εἰώθεισαν· qua quidem inani probabilitatis ſpecie haud ſcio, an quisquam originum Graecae linguae peritus capi poſſit. Verum *Helladii* verba plenius exſcripſit *Etymol.* p. 212. in Βρενθύεται· non alius enim eſt Βησαντινόος (ita legendum non Βισαντῖνος· alibi paulo rectius Βησαντῖνος) quam hic ipſe Helladius oriundus urbe Antinoo vel Beſantinoo. Mihi videtur in βρένθος primaria fuiſſe virtus tumoris & ὄγκου, quae quaſi materies ſubjecta ſe porrigit ad diverſos, quibus diffunditur, ſignificandi ductus: poteram, niſi longum, multaque ſimul alia dilucidare neceſſe foret, firmare non levibus argumentis: nunc tantum facilem ab hac radice translatae poteſtatis propagationem conſiderari velim. Haec tamen eſt ratio, cur in *Heſychio* τύμβος, quae vox ad illam explanandam bis adhibetur, neque cum *H. Stephano* in τῦφος, nec cum *Guyeto* in θυμὸς mutari patiar. Βρένθος certe apud *Athen.* XIII. p. 611. E. pro *faſtu tumido & arrogantia contemtoria* ponitur: *recitabo*, inquit, *ex oratione Lyſiae in AEſchinem Socraticum, etſi longiora* διὰ τὸ βρένθος ὑμῶν τὸ πολύν, ὦ φιλόσοφοι· hoc ille ſubactus, ſi quisquam, in libris veterum evolvendis, & idem diligens ſingularium vocum captator ex latibulo quopiam antiqui ſcriptoris depromſit. *Euſtathii* quoque locus ad Il. Θ. p. 691. procul dubio vel *AElio Dionyſio*, vel *Pauſaniae* debetur: τὸ βρένθος ἐπὶ ὑπερηφανίας παρὰ τῷ Κωμικῷ· ἐξ οὗ τὸ βρένθειον, μύρον τι Λύδιον (retinuit, credo, ex vitiato exemplari: praeſtaret Λυδῶν vel Λύδιον) [illegible] ἐξ οὗ ῥῆμα τὸ βρενθύεσθαι, ἤγουν καλλωπίζεσθαι ἀλαζονικῶς. Satis placet illud ἐξ οὗ aeque pertinens ad τὸ βρένθος, quam τὸ βρένθειον at quando auctoritatem Comici profert, clare oſtendit alienam ſe obſervationem excerpſiſſe; ſaltem in *Ariſtophanis*, quem eo titulo plerumque ſolet indicare, quae ſuperſunt, quasque ſolas legit *Euſtathius*, fabulis nusquam occurrit βρένθος. Fuerit etiam lectum alicubi ὁ βρενθύς, niſi me fallit in *Heſychio* corrigendo conjectura, Βρενθύς, [illegible], τύμβος, καὶ ὄρνεον, ὃ ἢ βρένθος· me judice deterius eſt, quod editur Βρενύς. Hinc prono alveo defluunt βρενθύεσθαι & βρενθύνεσθαι, quam formam is, quem nominavi, Lexicographus itidem habet; non ſecus atque a πλῆθος exiſtunt πληθύειν & πληθύνειν. Jam ut perſpicias, quam varie Grammatici verbum hoc exponant, operae pretium eſt eorum interpretationes in unum con-

oſtentationem gerit, quantam inſcitiam, & rixandi libidinem, & vanam gloriam, quæſtiones impeditas, diſputationes ſpinoſas, & ſententias perplexe involutas: imo etiam inutilem laborem valde multum, nugasque non paucas, & quisquilias, ac minutas diſceptatiunculas: quin & per Jovem nummulos iſtos aureos, & præterea ſuavi-

ὅσην μὲν τὴν [a] ἀλαζονείαν κομίζει, ὅσην δὲ ἀμαθίαν, καὶ ἔριν, καὶ [b] κενοδοξίαν, καὶ ἐρωτήσεις ἀπόρους, καὶ λόγους ἀκανθώδεις, καὶ ἐννοίας πολυπλόκους, ἀλλὰ καὶ ματαιοπονίαν μάλα πολλὴν, καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον, καὶ ὕθλους, καὶ μικρολογίαν· νὴ Δία καὶ χρυσίον [c] γε τουτὶ, καὶ ἡδυπάθειαν δὲ, καὶ ἀναι-

a Ἀλαζονείαν] Sic W. P. S. vetuſtae Edd. ἀλαζονίαν. b Κενοδοξίαν] Κενοδ. O. c Γε] Abeſt in O.

congerere: μεγαλοφρονεῖν, ὑπερηφανεύεσθαι, ἐπαίρεσθαι, σεμνύνεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι, ἀξιωπιστεύεσθαι, δυσχεραίνεσθαι, προσποιεῖσθαι, ἐπαίρεσθαι, τρυφᾶν, ἀλαζονεύεσθαι, λυπεῖσθαι, διὰ θυμὸν μετεωρίζεσθαι, μέγα φρονεῖν ἐφ' ἑαυτῷ, θρασύνεσθαι· in quibus citius curam, quam copiam deſideres: nullum tamen eſt tot verborum, cujus vis & ratio non facile deducatur ab illa radice, quam propoſui, tumoris & ὄγκου neque diffiteor, quantumvis ſatis magno diſcrimine diſſidere videantur, eam eſſe τοῦ βρενθύεσθαι ſtructurae diverſitatem, ut varios illos poteſtatis leviter inflexae colores pro indole ſententiae non adſpernetur. Non una vice *Ariſtophanes* uſurpat: notiſſimus de Socrate locus in Nub. v. 361. Ὅτι βρενθύει τ' ἐν ταῖσιν ὁδοῖς, καὶ τὼ 'φθαλμὼ παραβάλλεις· *Scholiaſtes* quum ſcribit, ἀποσεμνύνεις σεαυτὸν ἐν τῷ σχήματι, καὶ γαῦρον ὁρᾷς, prius ad βρενθύεσθαι, alterum pertinere cenſendum eſt ad παραβάλλεσθαι τὼ 'φθαλμώ. *Diogen.* L. II, 28. antequam eum ipſum Comici verſum ponat, ita praefatur: τοῦτο δ' αὐτοῦ τὸ ὑπεροπτικὸν καὶ μεγαλόφρον ἐμφαίνει καὶ Ἀριστοφάνης λέγων οὕτως· alludunt itidem *Plato* Conv. p. 1206. quem *Athenaeus* expreſſit V. p. 216. A. & *Antoninus* VII. §. 66. quod ab Elegantiſſ. *Menagio* praetermiſſum *Gatakerus* adnotare non neglexit. Ut autem dubitare nemo poteſt, quin iſthac deſcriptione Socratem irridere voluerit *Ariſtophanes*, ſic ſpeciem hominis expingi arrogantis, & alios contracto ſupercilio deſpicientis res ipſa loquitur. Paulum alter ſcarabaeus in Pac. v. 26. — ὑπὸ φρονήματος βρενθύεται τε καὶ φαγεῖν οὐκ ἀξιοῖ· μέγα φρονεῖ, inquit *Schol.* *magnificum ſe facit, multumque ſibi arrogat*: quo pacto *Athen.* XV. p. 669. B. ἵνα μὴ ὁ Οὐλπιανὸς βρενθύηται, ὡς μόνος ἀνασκευάσας τὴν κατασκευήν· Lyſiſtr. v. 887. Χ' ὡ δυσκολαίνει πρὸς ἐμὲ καὶ βρενθύεται, de uxore moroſa, quae maritum faſtidio habet, ac ſuperbe tractat. Simili modo *Liban.* Decl. VII. p. 320. B. οὐδὲ πηλίκα βρενθύεσθαι συνεθὲς αὐτοῖς, *quam ſuperbas iras gerere conſuetum habeant.* Orat. XV. p. 437. C. καὶ εἰ μὲν ἐπείσθησαν, οὐκ ἐβρενθύετο. Saepius *Iracunde indignari, ipſo vultus & oris habitu indignationem profiteri*: περὶ τῆς ἐπὶ Μ. Σ. c. 37. ἐσταθὲς δ' ἂν ἀπαλλάττοιεν λαβόντες, ὅτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας. *Athen.* IX. p. 383. F. μὴ καὶ τῆς αὐτῶν (μαγειρῶν) τὰ οὐκ ἀνεκτὸν Μενάνδρου βρενθυομένους λαρυγγίζειν. *Aelian.* de Anim. V. 36. avis alterius, ἐπὴν ἔχοι καλέσαι αὐτόν, οὐδὲ βρενθύεται καὶ ἀγανακτεῖ. Singularius formulam loquendi concinnavit Noſter in Tim. c. 54. βρενθυόμενος τι πρὸς αὐτόν, *vultu com-*

poſito ac ſevero meditabundum incedere, qui locus eſt ad hunc conferendus. Magis eſt vulgatum, ut ἐπὶ adſciſcat: *Athen.* XIV. p. 625. B. niſi potius ipſius Heraclidae Pontici, hominis eruditiſſimi, ſint verba; οἱ πολλοὶ ἐπὶ ταῖς τῶν σωμάτων ἀξίαις βρενθυόμενοι, καὶ θυμοῦ πλήρεις. *Themiſt.* Or. XXIII. p. 291. A. ἠρέσατε δὲ μοί τινες τῶν ἐμῶν ἐπιτηδείων ὑψηλολογουμένου καὶ βρενθυομένου ἐπὶ ταῖς συνουσίαις &c. Orat. XXIX. p. 346. B. ſi labem exiguam eluerit, ſenſus, qui *Petavium* fugit, egregie conſtabit: Ἐπὶ γὰρ αὐτοῖς τοῖς ὀλίγοις βρενθύομαι ἴσως καὶ καθαδίζομαι καὶ ἐπιστομίσειεν ἄν με Σωκράτης, ὡς ἀλαζόνα ὄντα· *at ego me forte ob iſta pauca ſuperbus effero, mihique multum tribuo: imo tum Socrates mihi, tanquam jactatori importuno, os obturaret.* Rarioris uſus eſt illud *Plutarchi* pro Nobil. §. 8. ἐξετάζωμεν, πότερον ἐκεῖνος (Ἀριστοτέλης) τοσοῦτον προεπηλάκισε τὴν εὐγένειαν, ὅταν τὸ βρενθύει & *Zachariae Schol.* initio Dial. de Opif. Mund. Καὶ τὸν βρενθυόμενος εἶναι σοφός &c. Haec argumento ſunt, quod parce priſci ſcriptores, βρενθύεσθαι a recentioribus uſu creberrimo fuiſſe tritum. Cui placuerit in primis, *Theodoretum* reperio; vide, ne dubites, nam nihil eſt cauſae, cur plura deſcribam, Prol. Ἑλλ. Θεραπ. p. 463. D. Serm. V. p. 557. D. VI. p. 571. B. X. p. 628. D. I. Αἱρετικ. κακομυθ. c. 2. ut alia praeteream. Apud *Agathiam*, ſcriptorem pro ea aetate nitidum ac purum, multo ſaepius occurrit, quam notatum eſt a *Suida*, qui, quod exemplum primo loco poſuit, *Theophylacto* debet Hiſt. I. c. 3. Ὁ δὲ σοβαρευόμενος πολλῷ μᾶλλον καὶ βρενθύετο, οἷα πρωταγωνιζόμενος τῷ ἀξιώματι τῷ διηγήματος. Idem Ep. 69. βρενθύεται τῷ κάλλει. Finem obſervationi noſtrae *Heſychius* emendatus faciat: Βρενθύεται, ὀργίζεται, προσποιεῖται expeditum eſt Βρενθύεται niſi quis religioſius ordini literarum adhaerens praeferat, Βρενθύεται, vel Βρενθύεται nam infra ſane legitur, Βρένθος, θυμοῦσθαι, ἐρεθίζειν. In eodem male, Βρενθύεται, ἀξιοπιστεῖ, ἐπαίρεται, σεμνύνεται, quam ἀξιοπιστεῖ, βαρεῖται quanquam de poſteriore non contendero. *T. H.*

16. Ἀλαζονείαν] W. 1. In aliis ἀλαζονίαν. *M. du S.*

19. Ἐννοίας πολυπλόκους] Hinc Philoſophorum πλοκαί, quas πλεκτάνας vocavit Vit. Auct. c. 22. & alibi. *J. S.*

20. Καὶ λῆρον οὐκ ὀλίγον καὶ ὕθλους καὶ μικρολογίαν· νὴ Δία, καὶ χρυσίον.] Verterat *Mart. Bolerus* & *curioſitatem.* Id mutaturus *Benedictus* reddidit *& rerum minimarum diſquiſitionem.* At ſane jam ſatis expreſſit

hoc

ἀναισχυντίαν, καὶ ὀργὴν, καὶ τρυφὴν, καὶ μαλακίαν· οὐ [a] λέληθε γάρ με, εἰ καὶ μάλα περικρύπτεις αὐτά. καὶ τὸ ψεῦδος δὲ ἀπόθου, καὶ τὸν τῦφον, καὶ τὸ οἴεσθαι ἀμείνω εἶναι τῶν ἄλλων. ὡς εἴγε πάντα ταῦτα ἔχων [b] ἐμβαίνοις, ποία πεντηκόντορος δέξαιτο ἄν σε; ΦΙΛ. ἀποτίθεμαι τοίνυν αὐτὰ, ἐπειδὴ οὕτω κελεύεις.

ter vivendi voluptatem, impudentiam, iram, luxum & mollitiem; neque enim me fallunt, quantumcumque ſtudioſe prætegas ea. Tum porro mendacium depone, atque inflatam arrogantiam, eamque de te opinionem quaſi melior ſis aliis: etenim ſi cum iſtis omnibus conſcendas, quæ te quinquaginta remorum navis accipiat? PHIL. Depono igitur iſta, quandoquidem ita jubes.

9. MEN.

[a] Λέληθε] Λέληθας. O. quod minime rejiciendum. [b] Ἐμβαίνοις] Ἐμβαίης O. idque verum puto. Prope accedit F. ἐμβαίνης, cujus vice reliquae omnes ἐμβαίνοις.

28 Πεντηκόντορος] Ναῦς ὑπὸ πεντήκοντα ἀνδρῶν κωπηλατουμένη. V.

hoc philoſophi vitium per tria proxime antecedentia, quæ non ſunt ab hoc poſtremo diverſa. Itaque non miror patrem notaſſe videri nunc intelligere *avaritiam*, ut ſic potius diſtinguatur καὶ ὕθλους· καὶ μικρολογίαν νὴ Δία, καὶ χρυσίον, & non modo tacite aurum hinc inde ab diſcipulis corraſerit, ſed etiam oſtentet animo inſitam inſignem avaritiam & cupiditatem colligendi amplius, quam apud vivos celatam nuditas mortis nunc aperit. Mox ubi ſequitur ποία πεντηκόντορος abſurde vertunt *qua quinqueremis*, quaſi bellicum quid apud inferos, quum ipſe Charon in Contemplantibus teſtetur ſe ſolum δικωπίαν ἕλκειν. *J.G.*

33. Μναῖ] Coll. P. & L. In Impreſſis μνῶν. *M. du S.*

36. Πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν] Pro πέλεκυν ναυπηγικὸν eſt illa loquendi forma propria fere Atticorum: *Xenoph.* Symp. p. 521. v. 10. εἰσεφέρετο τῇ ὀρχηστρίδι τροχὸς τῶν κεραμεικῶν. *Theophr.* Char. Eth. c. V. Θουριακὰς τῶν στρογγύλων ληκύθους, καὶ βακτηρίας τῶν σκολιῶν ἐκ Λακεδαίμονος. *Epicharmus* in Scirone: πηλίνων λεκ.ς. *Ariſtoph.* in Γήρᾳ· κοπὶς τῶν μαγειρικῶν. *Alexis*: — Ἀριστογείτονα Τὸν ῥήτορ' εἶδον λάρκον ἠμφιεσμένον Τῶν ἀνθρακηρῶν — Poſteriora ſubminiſtrat *Pollux* X, 87. 104. 111. *T.H.*

37. Ἐπικόπω] Sic vocat truncum, ſuper quo aliquid diſſecatur: vox in uſu rariſſimo. *J.B.*

Ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος] Valde obſcure vertitur ſic, ut verba longe recedant a Graecis: *Menippus iſte ſumta ſecuri qua naves fabricant, eam reſecabit ſcanſorio navis tabulato ſuppoſitam.* Pro ἐπικόπῳ in Mſſ. eſt ἐπικόπτῳ ſed aut legendum eſt ἐπικοπάνῳ, aut ἐπίκοπον pro ἐπικόπανον uſus eſt *Lucianus*, ſicut illo *Menander* in Meſſania, ut auctor eſt *Pollux* Onomaſt. X, 24. Sic autem vocabatur τράπεζα μαγειρική, in qua ſecabant in fruſtra carnes aſſandas, vel coquendas: pro ἐπικόπανον veteres addit dixiſſe ἐλεὸν, ξάνιον, ἐπίξηνον dictam eſſe iſtam menſam coquorum ἐλεὸν, quia ex oleis conficiebatur, auctor eſt *Heſych.* quamvis alios ἐλεὼν ſcribere doceat, & aliunde petere hujus vocis originem: vide in ἐλεοῦσι. Apud *Pollucem* ſtultiſſime vertitur ἐλεὸν *olearia cella*: vide & lib. VI. cap. 13. ubi eadem repetit *Pollux*. Ceterum in prius laudato capite pro ἐπικόπανον Mſ. ut hic *Lucianus*, prae ſe fert ἐπίκοπον, ſed non in verbis *Menandri*, quæ ſtatim ex ejus Meſſania affert; nec in lib. VI. c. 13. Utrumque veteres videntur uſurpaſſe ἐπίκοπον, & ἐπικόπανον, ſed tamen non vetuſtiſſimi; recentiora enim ſunt vocabula. Sane non niſi apud novæ Comœdiæ ſcriptores ἐπικόπανον reperiri, & quidem *Menandrum Pollux* tradit locis in laudatis. Sed ἐπίκοπον veteres quoque uſos diſcimus ex *Euſtathio* ad Odyſſ. B. v. 237. ubi ἐπίξηνον exponit ἐπίκοπον. Τὸ δὲ παρθέμενοι κεφαλὰς ἀντὶ τοῦ προτείναντες. ἢ ὡς ἐν ἐπιξήνῳ ἤγουν ἐπικόπῳ ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες ὥστε κοπῆναι· qui locus admodum facit ad hujus noſtri *Luciani* explicationem. Vide quoque antiqua Scholia ad hunc locum *Homeri*, in quibus male legitur προτείναντες ὡς ἐπιξείνῳ, ἤγουν ἐπικόπῳ, ὥστε κοπῆναι, pro ἐπιξήνῳ. Sic & male legitur apud *Heſych.* ἐπίξυλον pro ἐπίξηνον, τὸ παρ' ἐνίοις ἐπίκοπον. Ἀναβάθρα eſt ſive *ſcala*, qua in navem altiorem, aut *tabula*, qua in lintrem aut ſcapham pervenire commode poſſumus. Utitur hoc vocabulo alibi quoque *Lucianus*. Verte Luciani locum: *Menippus iſte capta ſecuri, qua naupegae utuntur, eam reſecabit, utens pro menſa, ſeu trunco, quo ſecanda imponuntur, tabula, qua ſcapha conſcenditur.* *J.G.G.*

Ἐπικόπῳ] Hujus & loci & vocabuli meminit *H. Stephan.* Theſ. T. II. p. 354. Ἐπίκοπος, inquit, *ſubſtantive, Lignum quod ſupponitur quum quid ſecuri ſecatur, ut* Budaeus *interpretatur apud* Lucian. *in Dial. Char. & Merc.* λαβὼν πέλεκυν &c. *loquitur autem ibi de barba. Poteſt tamen & pro menſa accipi, ſupra quam lanii & coqui carnes concidunt, ut* ἐπικόπανον. *Antiquam autem eam vocem eſſe* Euſtathius *tradit, eique ſynonymum* ἐπίξηνον, *at* ἰδιωτικῶς *vocari* ἐπικόρμιον.

An-

9. MEN. At barbam iſtam quoque deponat, Mercuri, gravem ſane & hirtam, ut vides: quinque minas pili minimum pendunt. MERC. Recte mones; & iſtam remove. PHIL. Quis autem erit, qui detondeat? MERC. Menippus ille, capta ſecuri nautica, præcidet eam pro codice uſus ſcala navali. MEN. Minime, Mercuri:

MEN. Ἀλλὰ καὶ τὸν πώγωνα τοῦτον ἀποθέσθω, ὦ Ἑρμῆ, βαρύν τε ὄντα, καὶ λάσιον, ὡς ὁρᾷς· πέντε [c] μνῶν τρίχες εἰσὶ τοὐλάχιστον. ΕΡ. εὖ λέγεις· ἀπόθου καὶ τοῦτον. ΦΙΛ. καὶ τίς ὁ ἀποκείρων ἔσται; ΕΡ. Μένιππος οὑτοσὶ, λαβὼν πέλεκυν τῶν ναυπηγικῶν, [d] ἀποκόψει αὐτὸν, [e] ἐπικόπῳ τῇ ἀναβάθρᾳ χρησάμενος. ΜΕΝ. Οὐκ, ὦ Ἑρμῆ, ἀλλὰ

c Μνῶν τρίχες εἰσὶ] Μναῖ εἰσι τρίχες. C. P. L. μνῶν τριχῶν εἰσι. O. F. Forte fuerit a *Luciano*, πέντε μναῖ εἰσι τριχῶν· etſi nec repudiandum ſit τρίχες. *d* Ἀποκόψει] Ἐπικόψει. L. *e* Ἐπικόπῳ] Ἐπικόπτῳ G. P. *AiW.* ubi praeterea notatum: Ἐπικώπῳ *forſan legendum.*

Ariſtophanis *autem* Scholiaſtes ἐπίξηνον *eſſe dicit* (ad Acharn. v. 317.) μαγειρικὸν κορμὸν, ἐφ᾽ οὗ τὰ κρέα συγκόπτουσι. Euſtathius *exponens Homericum illud* Od. Β, 237. παρθέμενοι κεφαλὰς, *ſubjungit*, προτείναντες, ἢ ὡς ἐν ἐπιξήνῳ, ἤτουν ἐπικόπῳ, ἤτοι ἐπικορμίῳ θέντες, ὥστε κοπῆναι, *in trunco in quo carnes concidi ſolent. Sed fortaſſe non minus* ἐπίκοπον *ſubſtantive dicitur, quam* ἐπίκοπος· *quemadmodum apud* Poll. ἐπίξηνον, *& apud* Scholiaſtem Ariſtophanis ἐπίξηνος· *Praeterea in altero ſubintelligi poſſe videtur* κορμὸς, *aut* τράπεζα, *aut tale quid, in altero* ξύλον, *aut aliquid aliud. Sicut vero tam* ἐπίξηνος *dicitur, quam* ἐπίξηνον, *ita tam* ἐλεὸς, *quam* ἐλεὸν, *ut* Euſtathius *annotat.* Poſtea de ἐπικοπάνῳ profert, quae *Pollux* ſcripſit V, 90. X, 101. Fundum fere vides eorum, quae a *Graevio* ſunt explicata: paucis quid hoc de vocabulo ſit tenendum declarabo. Ἐλεὸν apud Homerum, vel ἐλεὸς, hoc enim numero ſolum occurrit Il. I, 215. Od. Ξ, 432. τράπεζαν eſſe μαγειρικὴν ſive *menſam coquinarem* veteres conſentiunt: eorundem auctoritate maſculinum genus accipimus; quamvis alioquin pro neutro faciat τοὐλεὸν *Ariſtophanis* in Equ. v. 152. 169. & ab utrovis aeque repeti poſſit *Poëtae* ἐλεοῖσι· non aliter *Pollux*; nam & IV, 123. ubi rariorem vocis uſum exponit, Ἐλεὸς δ᾽ ἦν τράπεζα ἀρχαία, ἐφ᾽ ἣν πρὸ Θέσπιδος εἷς τις ἀναβὰς τοῖς χορευταῖς ἀπεκρίνατο, membranis ſi obtemperemus, Ἐλεὸν erit revocandum. *Philopono* tamen vel *Cyrillo* ὁ Ἐλεὸς, τοῦ ἐλεοῦ, *Eleus fluvius. menſa.* Hinc ἐλεοδύται Delii διὰ τὸ τοῖς ἐλεοῖς ὑποδύεσθαι διακονοῦντας ἐν ταῖς θοίναις teſte Athen. IV. p. 173. A. quem deſcripſit *Euſtath.* ad Il. I. p. 773. v. 43. Dubitat *Harpocration*, an Ἐλεοκόποι *Lyſiae*, quos alii τοὺς τὰ ἔλη κόπτοντας, τοῦ ε παρεμβεβλημένου, interpretabantur, indidem ſint derivandi: μήποτε δὲ παρὰ τὸ ἐλεὸν, ὅπερ ἐστὶν ἐκτὸς ξυλινὸν, γεγένηται τοὔνομα· ubi quid ſibi velit ἐκτὸς prorſus omiſſum a *Suida*, minime perſpicio; niſi quis reponi probet ἔρκος, vel, quod verius exiſtimo, ὅπερ ἐστὶ κόρμος ξύλινος. De ἐλεοῖς plura *Jungermann.* ad *Poll.* X, 101. n. 44. Idem cenſetur ἐπίξηνον ſaepius in *Ariſtophanis* Acharn. v. 317. 354. 364. 365. uſurpatum: neque repugno, modo paulum accuratius, illam eſſe *culinariam*, hanc, ut *Suetonius* ait in Claud. c. 15. *menſam lanioniam* ſtatuas: *Aeſchyl.* Agam. v. 1286. Βωμοῦ πατρῴου δ᾽ ἀντ᾽ ἐπίξηνον μένει Θερμῷ κοπείσης φοινίῳ προσφάγματι· quorum mihi *Stanlei* verſio multo magis, quam infelix emendandi conatus placet. Ξάνιον adjungit *Pollux* origine par, ſed multo minus obvium, & Comoediae novae vocem ἐπικόπανον· *Menandri* verba vel integra poſſunt ſervari, ut initium jambi faciant, vel, quod fere malim, ita legi, — ἡγεῖται δ᾽ ὅλως Ἐπικόπανόν τι — *Codicem me plane lanionium putat, prout creberrimis me contundit plagis:* nam nihil eſt futilius ea explicatione, qua ſibi blanditur ad *Menandri* Reliquias *Philargyrius* ille *Cantabrigienſis.* Ἐπικόπανον autem an ἐπίκοπον dicas, nullum intereſt diſcrimen: plus una vice meminit *Euſtath.* ad illud Od. Γ, 443. — βοῦν ἐπικόψων, ἀντὶ τοῦ ἐπάνω τοῦ τραχήλου πλήξων· ὅθεν καὶ ἐπίκοπον παρὰ τοῖς παλαιοῖς τὸ ἐπίξηνον, ὅπερ ἰδιωτικῶς ἐπικόρμιον λέγεται· & ad Od. Λ. p. 1692. ἐπάνω ἐμοῦ, ὡς οἷα ἐπί τινος ἐπιξήνου, ὅ ἐστιν ἐπικορμίου· cujus vocabuli infima Graecorum aetate vulgati rationem pandit Ariſtophanis Scholiaſtae κόρμος μαγειρικὸς, quos *lanionum codices* ex ulmis maxime confectos appellat *Juvenalis* antiquus Commentator ad XI, 141. *Etymol.* Ἐπίξηνον, ξύλον ἐφ᾽ οὗ κρέα κόπτουσι, τὸ νῦν ἐπίκοπον· παρὰ Ἀριστοφάνει καὶ Δημοσθένει· de *Ariſtophane* liquet; *Demoſthenis* locum hactenus quaero. Hinc in *Heſychio* reficiendum arbitror, Ἐπίξηνον, ξύλον ἐφ᾽ οὗ τὰ κρέα τιθέντες ἔκοπτον, ὃ νῦν τὸ κρεωκόπον, vel ἐπίκοπον ξύλον· nihil enim obſtat, quo minus hunc in modum ſuppleatur, ut recte monuit *H. Stephanus*: ſic ἐπίκοπον σανίδιον, *tabella, ſuper quam aliquid inciditur: Paulus AEgin.* VI. c. 67. Leonides, ut ὀχέου ῥακώσει mederetur, ὕπτιον ἀνακλίνας τὸν ἄνθρωπον σμίλῃ κατ᾽ ἐπικόπου σανιδίου τινὸς ἢ σκληροῦ δέρματος τὸ περιττὸν ἐξέτεμνε. Porro, quod *Heſychius* habet, Ἐπίξυλον, τὸ ἐπὶ περιστροφῇ τοῦ ὑφαινομένου ἱματίου, καὶ τὸ παρ᾽ ἐν οἷς ἐπίκοπον, *Graevio* mutanti nondum aſſentior. Idem: Κρεῖον, ἐπίκοπον, κρεοδόχον λέοντα· veterum expoſitionem tradit Homericae vocis κρεῖον ſive κρήϊον duplicem; hi *codicem coqui lanionisve* accipiebant, alii *lebetem, in quo car-*

λα πριόνα μοι ἀνάδος· γελοιότερον γὰρ τοῦτο. ΕΡ. ὁ πέλεκυς ἱκανός. ΜΕΝ. εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νῦν ἀναπέφηνας, ἀποθέμενος αὐτοῦ τὴν κινάβραν. [a] βούλει μικρὸν ἀφέλωμαι καὶ τῶν ὀφρύων; ΕΡ. μάλιστα· ὑπὲρ τὸ μέτωπον γὰρ καὶ ταύτας [b] ἐπῆρκεν, οὐκ οἶδ' ἐφ' ὅτῳ [c] ἀνατείνων ἑαυτόν. τί τοῦτο; καὶ δακρύεις, ὦ κάθαρμα, καὶ πρὸς θάνατον ἀποδειλιᾷς; ἔμβηθι δ' οὖν. ΜΕΝ. ἓν ἔτι τὸ βαρύτατον ὑπὸ μάλης ἔχει. ΕΡ. τί, ὦ Μέ-

verum ſerram mihi porrige ; nam hoc quidem magis ridiculum. MERC. Securis eſt ſatis idonea. Euge ; homini nunc quidem ſimilior evaſiſti , dejectis ibi ſordibus hircinis. MEN. Vinne paulum etiam demam de ſuperciliis ? MERC. Omnino : ſuper ipſam enim frontem ea ſuſtulit , neſcio cujus rei gratia ſeſe tam ſuperbe erigens. Quid hoc ? etiam lacrimaris , ſcelerate , & ad mortem expaveſcis ? quin ocyus inſcende. MEN. Unum adhuc graviſſimum ſub ala tenet. MERC. Quid-

a Βούλει] Ms. βούλει P. b Ἐπῆρκεν] Ὑπῆρκεν O. c Ἀνατείνων] Ἀνατείνειν O. prave.

41. Τὴν κινάβραν] Κινάβρα, ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγει δυσωδίαν * τὴν πάντας σικχαίνειν· ἴσως δὲ καὶ κινάβραν λέγει τὴν πήραν, V.

* Πάντας σικχαίνειν] Τὸ πάντας σικχαίνειν Exc. G. τὴν π. σ. V. De voce σικχαίνειν vide *Schol.* ad Tim. p. 113. *M. du S.*

Haec vel Scholiaſtarum deſcriptor vel Clericus ita concinnaverat , ut aliquem habere ſenſum viderentur : neque tamen eo magis , quid hic faciant , intelligas. Perſuadeo mihi σικχαίνειν verbum recentioris eſſe Graecitatis , quod corruptum ex σικχαίνειν ſignificet *faſtidium creare* , quale ſolet odor ingratus ac teter ; at *faſtidire* , *averſari* σικχαίνεσθαι Cyrilli Gl. Σικχαίνομαι, *taedo* (*Taedio*) Σικχασία, *faſtidia*. Σικχός, *teter*. Iisdem fere vocibus utitur ad σικχαίνεσθαι ejusque derivata explicanda. Fallitur *Cangius* Gl. M. & I. Gr. in Σικχαίνω : nam *Nicephori* & *Joannis Moſchi* σικχαίνω non aliunde debet , quam ab hoc ipſo σικχαίνεσθαι repeti : utrique loco poteſtas aſſignata plane convenit : aliena eſt , quam ille dedit , interpretatio , *captata animi aequalitate*. Videndum ergo , an in Schol. noſtro ad Tim. p. 113. reſtitui commode poſſit , ἀπὸ τοῦ Διὰ σικχαίνειν , propter illam συγγένειαν nimirum vultusque triſtitiam , qua feſtum illud Διάσια celebratur. Hic autem voluiſſe dicere ? κινάβρα *proprie hircorum fetor ; praeterea notat quemvis tetrum odorem , eo quod omnibus faſtidium moveret* , ſive malis , *omnes faſtidiant* : an potius parva mutatione legi praeſtat ? λέγει δυσωδίαν αὐτὴν πάντας σικχαίνειν , ait Lucianus *gravi fetore philoſophum eum omnibus eſſe faſtidio*. Qui porro venit in mentem huic homini , ut κινάβραν forte vocari *peram* ſuſpicaretur ? quid dici poterat abſurdius ? haec tamen Etymologi verba non multum diſcrepantia recognoſce. Κινάβρα, ἐστὶ κυρίως ἡ τῶν τράγων δυσωδία· λέγεται καὶ ἁπλῶς ἡ δυσωδία· ἢ καὶ ἡ πήρα : quibus , aliisque pluribus , inducor fere , ut credam non Etymologum a Scholiaſta , ſed ab Etymologo noſtrum Scholiaſten ſaepe deſcribi : de pera certe via quisquam , quid ſit κινάβρα declarans , cogitare poſſet , niſi ad hunc locum commentaretur. *T. H.*

carnes coquantur. Tum etiam , ſi lectioni receptae tuto fidimus , μάλλαβο a Pariis τὰ ἐπικάρπια vocari *Heſychius* oſtendit : illi autem conjecturae , qua ſuſpicatus fui in eodem reſtitui poſſe Ἐπίκοπον, ἐπικάρπιον, Πάφιοι aut Πάριοι , pro Ἐπικόρον , ἐπικάρπιον , parum tribuo , quia forte probabilius emendes , Ἐπίκοπον , ἐπίκαρπον. *Scaligero* ſubſcribo Gloſſae corrigenti , ἀξίνα , ἐπικοπίς , ἐπιγλωφίς. Ergo Lucianus ad praecidendam tam grandem philoſophi barbam ſcalo navali Menippum uti voluit vice codicis aut trunci laniorii , eoque magis , quod ſecuris robuſtum aliquod lignum , non levem tabulam poſtularet. *T. H.*

40. MEN. Εὖγε. ἀνθρωπινώτερον γὰρ νῦν ἀναπέφηνας] Locus & vitio laborat , & prava diſtinctione ; quam ob rem ignoſcendum eſt eruditis hominibus , qui nihil hic viderunt. Primum lege ἀνθρωπινώτερος , itaque verte , *Euge vero ; nunc homini ſimilior evaſiſti , foetidis ſordibus ibi depoſitis*. Ἀναπέφηνας intellexerunt , quaſi actionem contineret ; perverſe : aliud norma Graecae linguae , atque ipſe *Lucianus* ſuadent. Θ. Δ. IV. §. 1. τὸ δ' εἶδος ἤδη ἀναπέφηνεν Κατάπλ. c. 24. πῶς καθαρὸς ἐξ ἀρχῆς ἀναπέφηνας ; *Xenoph.* Socr. Apol. p. 411. v. 9. ὅτι θύων τισὶ καινοῖς δαίμοσιν , οὔτε ὀμνὺς , οὔτε νομίζων ἄλλους θεοὺς ἀναπέφηνα. *Suidas* : Ἀναπέφηνα , ἀπεδείχθην , καὶ ἄρτι ἐπεφάνην. Nihil moror Philopatridis conſarcinatorem. §. 3. ipſe rectius §. 18. Praeterea ἀποθέσθαι in hoc dialogo nunquam dicitur , ut virtus verbi medii poſtulat , niſi is , qui , quae habet ipſe , deponit atque a ſe projicit : modo , τὰ πράγματα τοῦτον ἀποθέσθαι , & ἀπόθου καὶ ταῦτα. Ἑρμ. c. 5. πάντας ὁρᾷς ἐπισημαντικῶς ἀφ' ἡμῶν ἐν παντὶ ἀποθεμένους. Sic πάντας ἀποθέμενοι μόνον τιμῶσι μὲ τοὺς αὐτοκράτορας in Paſſ. Tarach. Prob. & Andron. p. 248. Hinc ſponte ſequitur ; quomodo ſit capiendum αὐτοῦ , tanquam ſi locum , ubi ſordes excuſſae jacebant , digito monſtraret. Deinde Menippo male tribui , quae Mercurii perſonae conveniant , manifeſta , dummodo ſententiam conſideratius perpendas , patebit. Securis loco ſerram Menippus ad detradendam philoſophi barbam riſus cauſa poſuit : verum , inquit Mercurius , Menippi

Quidnam, Menippe? MEN. Adulationem, Mercuri, quæ multum in vita utilitatis ipſi adtulit. PHIL. Quin tu igitur, Menippe, depone mentis & linguæ libertatem, illudque doloris expers & generoſum, ac riſum: tu nimirum ſolus reliquorum rides. MERC. Neutiquam: quin potius iſta retine, quippe levia, portatuque facilia, & ad hancce navigationem percommoda.

10. Tu vero, Rhetor, pone verborum futilem illam & infinitam adfluentiam, op-

νιππε; ΜΕΝ. [d] κολακείαν, ὦ Ἑρμῆ, πολλὰ ἐν τῷ βίῳ χρησιμεύσασαν αὐτῷ. ΦΙΛ. οὐκοῦν καὶ σύ, ὦ Μένιππε, ἀπόθου τὴν ἐλευθερίαν, καὶ παῤῥησίαν, καὶ τὸ ἄλυπον, καὶ τὸ γενναῖον, καὶ τὸν γέλωτα. μόνος γοῦν τῶν ἄλλων γελᾷς. ΕΡ. μηδαμῶς· ἀλλὰ καὶ ἔχε ταῦτα, κοῦφά [e] γε καὶ πάνυ εὔφορα ὄντα, καὶ πρὸς τὸν κατάπλουν χρήσιμα.

Καὶ ὁ ῥήτωρ δὲ σύ, ἀπόθου τῶν ῥημάτων τὴν τοσαύτην ἀπεραντολογίαν, καὶ ἀντιθέσεις, καὶ παρι-

d Κολακείαν] Ex O. Edd. omnes κολακίαν. e Γε] Sic O. Cunctae Edd. τὸ quod ſi retineretur deleri omnino debebat ὄντα.

pi libidinem jocandi petulantem aliquantulum reprimens, ſecuris ſatis eſt idonea: tum Menippus dicto audiens utitur ſecuri. Hoc peracto miniſterio ſermonem continuat Mercurius: *optime ſane; nunc tu, philoſophe, multo humanior appares, poſtquam teterrimam illam ſpurcitiem depoſuiſti.* Exinde Menippus iterum: *Vin tu, Mercuri, ut paullulum etiam de ſuperciliis demam?* quae ſane leporis Comici ſunt pleniſſima. Sic igitur perſonas digere: Ἑρ. Ὁ πέλεκυς ἱκανῶς. Εὖγε· ἀνθρωπινώτερος γὰρ νῦν ἀναπέφηνας ἀποθέμενος αὐτῶν τὴν κινάβραν. Μεν. Βούλει μικρὸν &c. Egregio ſane donatum tonſore philoſophum! Similiter p. 225. v. 15. τί τοῦτο; ſermo intermiſſus a Vulcano, poſtquam caput Jovis ſecuri diviſerat, repetitur. *T. H.*

41. Ἀνθρωπινώτερον ἀναπ.] Sic apud *Athen.* ἀνθρωπίνως λαλεῖν p. 383. B. *M. du S.*

42. Αὐτῶν] Id eſt, αὐτόθι, εὐθύς. *F. G.*

Ibid. Τὴν κινάβραν] Alarum aut reliquarum partium excitatur odor ad libidinem incenſis. Hinc *Horatius* anum hujusmodi dicit *hircum in alis habere.* Lyſimachus apud *Plautum* in Mercat. Jam plenus aetatis, animaque foetida Senex hircoſus—. *G. C.*

43. Ἐπεὶ τὸ μέτωπον ἐπῆρκε] Inanem faſtum philoſophorum, qui quidem ſapientiam ſolo vultu ſimulant, quando veteres irrident, id quod fieri ſolet ſaepiſſime, ſupercilia potiſſimum vellicant; usque eo, ut notam illorum ac deſignationem complectantur iſtae loquendi formulae οἱ τὰς ὀφρῦς αἴροντες, *Menander* apud *Donat.* ad *Terent.* Andr. A. II. Sc. 5. οἱ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες *Euſeb.* D. E. p. 106. C. οἱ σεμνοπροσωποῦντες καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνεσπακότες *Artemidor.* Procem. lib. I. p. 3. De ipſo Platone *Amphis* apud *Diogen. L.* III, 28. Ὥσπερ κοχλίας σεμνῶς ἐπηρκὼς τὰς ὀφρῦς. *Alciphr.* I. Ep. 34. Ἐξ οὗ φιλοσοφεῖν ἐπενόησας σεμνός τις ἐγένου, καὶ τὰς ὀφρῦς ὑπὲρ τοὺς κροτάφους ἐπῆρας· ubi praeter hunc *Luciani* locum commoda notavit *Berglerus*, quaedam tamen a *Deſid. Heraldo* praecepta ad *Martial.* I. Ep. 25. Quod autem in Ox. libro legitur ἐπῆρκεν, probari nequit, niſi duabus literis interjectis expolias, ὑπερῆρκεν verum nihil eſt cauſae, cur obvium illud ἐπῆρκεν, & Noſtro familiare ſollicitetur. Si quid mutandum foret, exigi mallem ἑαυτοῦ, quamvis enim haud negem recte dici ἀνατείνειν ἑαυτόν, oratio tamen exit rotundior, ſi ἀνατείνων referatur ad ταύτας τὰς ὀφρῦς. Ita *Lucian.* in Tim. c. 54. ἐκπετάσας γοῦν τὸν πώγωνα, καὶ τὰς ὀφρῦς ἀνατείνας. & *Etymologus* eſſe contraria monet ὑποκαθεῖναι & ἀνατείνειν τὰς ὀφρῦς. Hoc eſt illud *Ammiani* de rege Chnodomario XVI. c. 12. *ardua ſubrigens ſupercilia*; & p. 143. *elatus in arduum ſupercilium.* *T. H.*

44. Ἐπῆρκας] Vide B. πρ. c. 7. ὡς ἐπῆρκε τὸ ξύλον. *M. du S.*

48. Ὑπὸ μάλης] Quicquid clam & occulte, non propatulo, vel fit, vel geſtatur, ſub ala proverbio etiam fieri dicitur: quo uſus eſt *Demoſth.* contra Aphob. Ψευδομαρ. Οὐχ εἷς, οὐδὲ δύο ταῦτ' ἴσασιν, οὐδ' ὑπὸ μάλης ἡ πρόκλησις γέγονεν, ἀλλ' ἐν τῇ ἀγορᾷ μέσῃ πολλῶν παρόντων· *non unus, neque duo iſta norunt, neque ſub ala, ut aiunt, provocatio facta eſt; ſed in medio foro, multis praeſentibus.* Ita dicitur alibi ab eodem *Luciano* ὑπὸ κόλπου, *ſub ſinu.* *G. C.*

Ὑπὸ μάλης ἔχει] *Eraſmus* in Adagio, *Quae ſub alis fiunt*, incredibilem hujus phraſeos explicationem tantoque viro indignam attulit, jure merito propterea caſtigatus ab *H. Stephano* in Anim. cujus operae praeclarae non meminerat *H. Valeſius*, quum ad *Amm. Marcellin.* XXVI. p. 512. iisdem, quibus *Stephanus*, exemplis uſus *Graecos* ὑπὸ μάλης *de re furtiva & occulta ſolere dicere* obſervat. Nos alias ad *Thomam Magiſtrum* plura. *T. H.*

49. Κολακείαν] Ita Ox. Reliqui κολακίαν. *M. du S.*

55. Γε] Hoc pro vulgato τὸ ex MS. Ox. repoſuimus. *M. du S.*

παρισώσεις, καὶ περιόδους, καὶ βαρβαρισμοὺς, καὶ τἄλλα βάρη τῶν λόγων. PH. [a] ἦν ἰδοὺ, ἀποτίθεμαι. EP. εὖ ἔχει. ὥστε λύε τὰ ἀπόγεια, τὴν ἀποβάθραν [b] ἀνελώμεθα, τὸ ἀγκύριον ἀνεσπάσθω· πέτασον τὸ ἱστίον, εὔθυνε, ὦ πορθμεῦ, τὸ πηδάλιον· εὖ πάθωμεν.

Τί οἰμώζετε, ὦ μάταιοι, καὶ μάλιστα ὁ φιλόσοφος σὺ, ὁ ἀρτίως τὸν πώγωνα δεδῃωμένος; ΦΙΛ. ὅτι, ὦ Ἑρμῆ, ἀθάνατον ᾤμην τὴν ψυχὴν ὑπάρχειν. MEN. ψεύδεται· ἄλλα γὰρ ἔοικε λυπεῖν αὐτόν. EP. τὰ ποῖα; MEN. ὅτι μηκέτι δειπνήσει πολυτελῆ δεῖπνα, μηδὲ νύκτωρ ἐξιὼν, ἅπαντας λανθάνων, τῷ ἱματίῳ τὴν κεφαλὴν κατειλήσας, περίεισιν ἐν κύκλῳ τὰ χαμαιτυπεῖα· καὶ ἕωθεν ἐξαπατῶν τοὺς νέους ἐπὶ τῇ σοφίᾳ ἀργύριον λήψεται. ταῦτα λυπεῖ αὐτόν. ΦΙΛ. σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, οὐκ ἄχθῃ ἀποθανών; MEN. πῶς, ὃς ἔσπευσα ἐπὶ τὸν θάνατον, καλέσαντος μηδενός.

poſita, paria paribus æquata, comprehenſiones ſententiarum, barbariſmos, ceteraque orationum pondera. RHET. Ecce enimvero, pono. MERC. Bene habet: ſolve itaque retinacula: ſcalam nauticam attollamus: anchora ſubducatur: expande velum: dirige, portitor, clavum. Bene nobis ſit.

11. Quid ploratis, inepti, tuque maxime, philoſophe, cujus jam modo barba fuit evaſtata? PHIL. Hoc ſcilicet, Mercuri, quod immortalem opinabar animam eſſe. MEN. Mentitur: nam alia ſunt, quæ credas eum pungere. MERC. Qualia? MEN. Quod non amplius coenabit apparatas coenas, neque de nocte egreſſus, clam omnibus, palliolo caput obvolutus, circumibit in orbem lupanaria; nec ſummo mane decipiens juvenes ſapientiæ prætextu argentum accipiet: hæc urunt eum. PHIL. Tu autem, Menippe, non doles te mortuum eſſe? MEN. Egone, qui feſtinavi ad mortem citante nemine.

12. Ve-

a Ἦν ἰδοὺ] Ἠνιδὲ P. εἶεν, ἰδού. B2. quod ſine dubio editoris. b Ἀνελώμεθα] Ἑλώμεθα. O. Ortum ex ſimili praecedentis vocabuli terminatione vitium.

59. Καὶ βαρβαρισμοὺς] Ἐν σχήματι προφερομένων τῶν λόγων χάριτος ἕνεκεν· ὡς τὸ, * εἰ δὲ δύο σκοπελοί, καὶ τὰ παραπλήσια. V.

66. Δεδῃωμένος] Πεπορθημένος. V.

73. Χαμαιτυπεῖα] Πορνεῖα. V.

* Οἱ δὲ δύο * σκο. . .] Videtur hic aliquis locus citatus fuiſſe. J.C.

Ex Homeri Od. M. 73. ut indicavit M. du Soul. Porro προφερόμενον τὸν λόγον habuit E. A. grave: quum V. praeferat τῶν λόγων, huic aptandum fuerat προφερομένων, non contra. Ceterum quomodo pertineat haec adnotatio ad βαρβαρισμοὺς, nemo facile pervidebit: Eruditiſſ. itaque Dukerus ad Thucyd. p. 297. n. 63. fortaſſis loco non ſuo poſitam obſervat, & alio referendam: *Certe melius*, inquit, *conveniebat illis, quae leguntur in Lucian. Dial. Junonis & Latonae* p. 243. v. 22. hujus Ed. εἰ δὲ σοὶ παῖδες, ὁ μὲν αὐτῶν —— ὁ δ' Ἀπόλλων· cui libens adſentior. Similis orationis figura p. 242. v. 92. Ejuſmodi quiddam, adductis etiam iiſdem Homeri verbis, repeties in G. ad p. 239. T.H.

59. Παρισώσεις] *Quare aut paria eſſe debent poſteriora ſuperioribus, extrema primis, aut, quod etiam eſt melius & jucundius, longiora. Cicer.* de Orat. III, 48. In Orat. c. 25. *paria paribus relata, & ſimiliter concluſa, & immutatione quaſi quaeſitas venuſtates* parce adhibendas aut fugiendas eſſe ait. Πάρισα haec vulgo vocabant; vide *Philoſtr.* p. 497. Meminit iterum *Noſter* Δημοσθ. c. 8. M. du S.

Ibid. Βαρβαρισμοὺς] Ridicule hoc dictum. Praeterea *A. Gellius* V, 20. negat eam vocem apud ullum idoneum auctorem Graecum inveniri. Sed *Luciani* jam ætate linguæ Græcæ caſtitas vix ullibi reperiebatur. Vide in hanc rem plura in Ῥητ. c. 17. B. ωρ. c. 10. & 13. M. du S.

60. Ἦν, ἰδοὺ] Rhetor ait: ἦν, ἰδοὺ ἀποτίθεμαι, ſed ſcribendum ἦν' ἰδοὺ, *ecce*: quod alibi quoque ſæpiuſcule apud noſtrum occurrit, ſed ſæpius corruptum. Dicitur pro ἠνὶ ἰδού. J.G.G.

Ἦν, ἰδοὺ] Secutus eſt Eruditiſſ. *Graevius H. Stephanum* Th. L. Gr. T. I. p. 1104. Ἦν ἰδοὺ, inquit, *apud Lucian. eadem ſignifi. initio Anachars. Sed ego tam in hoc loco quam in caeteris ſcribendum puto* ἦν' ἰδοὺ *poſita poſt* ἦν' *apoſtrophi nota: nec enim dubito, quin eliſum ſit* ι *adverbii* ἠνὶ, *quod* ἐκ τοῦ παρακειμένου τῷ ἰδοὺ *perinde ac ſi diceretur* ἠνὶ ἰδού. Ego, quanquam, utrum probes, haud ſane multum refert, ſecus ſentio, ut opportuniore loco declarabo. T.H.

62. Τὴν ἀποβάθραν ἀνελώμεθα] *Polyaen.* IV. c. 6. p. 374. ἄλλοι μὲν ἀνέσπων τὰ πρυμνήσια, ἄλλοι δὲ ἀνεῖλκον τὰς ἀποβάθρας, ἄλλοι δὲ ἀγκύρας ἀνιμῶντο. Quam hic ἀπο-

12. Verum interea dum cædimus ſermones, nonne clamor aliquis auditur tanquam a terra vociferantium? MERC. Sane, Menippe, neque ab una tantum regione: etenim hi in concionem coëuntes læti rident cuncti ob Lampichi mortem: ejusque uxor comprehenſa tenetur a mulieribus, & infantes teneri pariter & ipſi a pueris impetuntur largis lapidibus: alii Diophantum rhetorem laudant Sicyone, qui funebri oratione cohoneſtat exſequias hujus Cratonis. Atque etiam profecto Damaſiæ mater gemitus ciens præit leſſum cum feminis in funere Damaſiæ: te vero nullus, o Menippe, lacrimis proſequitur, quieteque jaces ſolus.

13. MEN. Nequaquam; ſed audies canes jam jam miſerabiliter ululantes mei cauſa, corvoſque flebilem in modum alis concrepantes, quando frequentes ſepelient me. MERC. Fortem te præſtas, Menippe. Sed quoniam in portum appulimus,

Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἐ κραυγή τις ἀκούεται, ὥσπερ τινων ἀπὸ γῆς βοώντων; ΕΡ. ναὶ, ὦ Μένιππε, ἐκ ἀφ' ἑνός γε χώρε· ἀλλ' οἱ μὲν ἐς τὴν ἐκκλησίαν συνελθόντες ἄσμενοι γελῶσι πάντες ἐπὶ τῷ Λαμπίχε θανάτῳ, καὶ ἡ γυνὴ αὐτῦ συνέχεται πρὸς τῶν γυναικῶν, καὶ τὰ παιδία νεογνὰ ὄντα, ὁμοίως κἀκεῖνα ὑπὸ τῶν παίδων βάλλεται ἀφθόνοις τοῖς λίθοις· ἄλλοι δὲ Διόφαντον τὸν ῥήτορα ἐπαινῦσιν ἐν Σικυῶνι ἐπιταφίες λόγες διεξιόντα ἐπὶ Κράτωνι τέτῳ. καὶ νὴ Δία γε, ἡ Δαμασίε μήτηρ κωκύεσα ἐξάρχει τῦ θρήνε σὺν [c] γυναιξὶν ἐπὶ τῷ Δαμασίᾳ· σὲ δὲ ἐδεὶς, ὦ Μένιππε, δακρύει, καθ' ἡσυχίαν δὲ κεῖσαι μόνος.

MEN. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἀκέσῃ τῶν κυνῶν μετ' ὀλίγον [d] ὠρυομένων οἰκτιστον ἐπ' ἐμοὶ, καὶ τῶν κοράκων τυπτομένων τοῖς πτεροῖς, ὁπότ' ἂν συνελθόντες θάπτωσί με. ΕΡ. γεννάδας εἶ, ὦ Μένιππε. ἀλλ' ἐπεὶ καταπεπλεύκαμεν ἡμεῖς, ὑμεῖς μὲν ἄπιτε πρὸς τὸ δικαστήριον,

c Γυναιξὶν] Ταῖς γυναιξὶν. Margo *A11V*. d Ὠρυομένων] Ὠρυωμένων. O. F. quaſi ab ὠρύω.

ἀποδιδράσαι, paulo ante dixerat ἀναδιδράσκειν idque jam obſervatum a *Paul. Leopardo* Em. XIV. c. 10. *&* *C. A. Dukero* ad *Thucydid.* IV. c. 12. n. 41. nec *Stephanum* in Theſ. Luciani loca fugerunt. *Pauſan.* X. p. 860, διὰ τὸ ἀποδιδράσκειν κωλύειν. *Poll.* VIII, 120. μήτε ἀποδιδράσαι, μήτε ἀγχόμενος εἰς τὴν γῆν βαλλόμενον. Alia dabit Vir Illuſtris ad *Callim.* H. in Del. v. 22. T.H.

72. Τὸ ἱμάτιον τὴν κεφαλὴν κατειληφώς] *Petron.* c. VIII, p. 33. *Tarde, imo jam ſero intellexi me in fornicem eſſe deductum: execratus itaque aniculae inſidias operui caput, & per medium lupanar fugere cœpi in aliam partem:* ibi vide Commentatores. T.H.

73. Περιέσεσιν] Futurum, uti ſupra Ev. Δ. X, αὐτίκα μάλα σοι ἐ τιμωρήσει τῇ μητρί. Saepius hoc fieri videas. *M.du S.*

74. Ἐπὶ τῇ σοφίᾳ] Sequentibus adjunxi ἀργύριον λαβόντας ἐπὶ τῇ σοφίᾳ ſecus atque Interpretes fecerunt. T.H.

77. Ἐκπνεῦσαι] Conſule *Diogenem Laertium* p. 162. B. qui Menippum ait laqueo ſibi necem conſciviſſe. *M.du S.*

84. Συνέχεται] *illius uxor conſtringitur a mulieribus*, quaſi nempe ſuffocanda. Male hic locus verſus eſt, *illius uxorem mulieres circumſtrepunt.* *J.C.*

Συνέχεται] Niſi verſionum architecti legerint, aut in animo habuerint συνηχῶσι, unde petitum ſit illorum, *uxorem mulieres circumſtrepunt*, exputare non poſſum. Suſpicabar olim συνάγχεται vel ἀπάγχεται melius convenire ſaevienti in uxorem tyranni feminarum turbae, quomodo *Lambinus* in *Polybio* I. p. 119. pro ὑπὸ τῦ λιμοῦ συναγομένους legebat συναγχομένους, *fame ſuffocatos* ad *Corn. Nepot.* Ham. n. 35. Nunc ſatis contentus ſum ſcriptura vulgari, ſignificat enim *comprehenſam conſtrictamque teneri*: *Porphyr.* in *Euſeb.* Chron. p. 60. καὶ αὐτὸς ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν ἐν τῷ γυμνασίῳ διὰ τὴν μιαιφονίαν συνεχόμενος ἀπώλετο. Quod autem de uxore Lampichi liberiſque narrat *Lucianus*, eundem exitum a Locrenſibus Dionyſii junioris habuerunt. *Strabo* VI. p. 398. *AElian.* H. V. IX, 8. T.H.

86. Βάλλεται ἀφθόνοις] Sic paſſim. *J.B.*

87. Διόφαντον] *Cicer.* in Bruto p. m. 215. C. Diophanis meminit Mitylenæi, Græciæ illis temporibus diſertiſſimi. Lacedæmonius antiquus ſcriptor. LLoyd. *M.du S.*

90. Ἐξάρχει] Narrat eadem *de Luctu.* *J.B.*

Ἐξάρχει τῦ θρήνου] Protulit *Deſ. Herald.* ad *Martial.* II. Ep. 11. Mox θάπτωσί με unde *Cuperus* expiſcatus fuerit de ſepultura per ignem eſſe capiendum, ignorare me fateor: eum vide Obſ. lib. I. p. 48. T.H.

94. Ὀλίγον] Sic lego, ut Dial. XXIII. pro ὀλίγων, quod in plerisque eſt. Recte tamen *P.* & *S.* *M.du S.*

3. Πέν-

ριον, εὐθεῖαν ἐκείνην προϊόντες· ἐγὼ δὲ καὶ ὁ πορθμεὺς ἄλλους μετελευσόμεθα. MEN. εὐπλοεῖτε, ὦ Ἑρμῆ, προΐωμεν δὲ καὶ ἡμεῖς. τί οὖν ἔτι καὶ μέλλετε; [a] πάντως δικασθῆναι δεήσει· καὶ τὰς καταδίκας φασὶν εἶναι βαρείας, τροχοὺς, καὶ γῦπας, καὶ λίθους. δειχθήσεται δὲ ὁ ἑκάστου βίος.

vos abite ad tribunal, recta illac progreſſi: ego vero & portitor alios arceſſemus. MEN. Proſpera ſit vobis navigatio, Mercuri. Nos autem pedem promoveamus: quid ergo vos amplius cunctamini? omnino judicium ſubire oportebit: & poenas aiunt eſſe graves, rotas, vultures, ſaxa. Exponetur autem palam uniuscujusque vita.

XI.

ΚΡΑΤΗΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ.

Κ Ρ Α Τ.

ΜΟΙΡΙΧΟΝ τὸν πλούσιον ἐγίνωσκες, ὦ Διόγενες, τὸν πάνυ πλούσιον, τὸν ἐκ Κορίνθου, τὸν τὰς πολλὰς ὁλκάδας ἔχοντα; οὗ ἀνεψιὸς Ἀριστέας, πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο εἰώθει ἐπιλέγειν, Ἤ μ'

CRATETIS ET DIOGENIS.

C R A T.

1. MOerichum opulentum illum noras, Diogenes, illum divitiis adfluentem, domo Corinthium, cui multæ erant onerariæ naves, cujus conſobrinus Ariſteas, & ipſe dives, Homericum illud ſolebat dictitare, Aut tu tol-

a Πάντως] Defuit in Edd. Addidimus ex G. C. P. ſententiae plenius inſtruendae cauſa.

11. Τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο] Ὅμηρος εἰσάγει παλαίοντας Ὀδυσσέα καὶ Αἴαντα· φησὶν οὖν Αἴας πρὸς Ὀδυσσέα, ἤ κούφισόν με, * ἢ κουφίζω σε. Αἴαντι] οὖν ὁ Λουκιανὸς διὰ τοῦ στίχου, ὡς τὰ † Ἀριστείου λέγοντος, ἢ κούφισόν με, ἢ κουφίζω σε· τουτέστιν, ἢ προκόμισόν με, ἢ προκομίζω σε. V.

* Ἢ κουφίζω] Sic E. A. Κουφίσω utrobique & προκομίσω ſcripſerat *M. du Soul.* Eo uſu poſita ſunt haec verba, quem in recentiore Graecorum habent lingua. *T. H.*

† Ἀριστείου] L. Ἀριστέου. Sed tamen Ἀριστείου eſt etiam in C. *M. du S.*

11. Πάντως] G. Coll. & P. ut Dial. XV. In reliquis deeſt. *M. du S.*

Ibid. Δικασθῆναι δεήσει] Vocem unam addit Mſ. πάντως δικασθῆναι δεήσει. πάντως vulgo deeſt. *J. G. G.*

7. Μοίριχον] Ficta credo hæc nomina. *M. du S.*

10. Πλούσιος καὶ αὐτὸς ὤν] Perperam in Aldina, Salmurienſi & aliis editionibus, præterquam in Florentina, poſt voculam ὤν poſitum ſignum interrogationis Græcum; eoque deceptus fuit Interpres. At non interrogat Crates, ut & nihil reſpondet Diogenes. Quin ſi hæc per interrogationem dicta eſſent, ſignum illud in fine orationis foret collocandum. *J. J.*

11. Τὸ Ὁμηρικὸν] Legendum & ante τό. Certe medica manu eget locus hic depravatiſſimus. *M. du S.*

11. Ἤ μ' ἀνάειρ' ἢ ἐγὼ σέ] Sunt Ajacis verba ad Ulyſſem colluctantem Il. Ψ. v. 724. *J. G. G.*

20. Οἱ μάντεις εἴτε ἀπὸ τῶν ἀστέρων &c.] Si commodum videatur illud εἴτε, cur non tertio quoque loco εἴτε Χαλδαίων παῖδες· nam ὅσγε neſcio an alios, me quidem non mediocriter offendit; quorſum enim ſpectat, aut quem ſenſum reddit, impedita ſtructura, quodammodo tolerabilem? Priore loco εἴτε Juntina praefert: hoc ipſum in ſequentibus etiam adſcitum curſum orationis interruptum expediet, καὶ οἱ μάντεις εἴτε ἀπὸ τῶν ἀ. τ. τὸ μ. εἴτε ἀ. τ. ὀ. εἴτε Χ. π. ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς παρεῖχε &c. Mecum facit *H. Valeſius* ad iſta *Marcellini* XXVIII. p. 581. *Iisdemque ſubſeruntur genitalium extorum interpretes contraverſi, hinc praefecturas profuſius largientes & ſepulturas divitum matronarum*, hunc in modum ſcribens: *Simile eſt, quod narrat Lucian. in Dial. Mort. cum Moerichus & Ariſteas viri ditiſſimi ſe mutuo captarent, ac ſe viciſſim heredes inſtituiſſent palam ſcriptis teſtamentis, vates & Aſtrologos & ſomniorum interpretes & Chaldaeos, Apollinem quoque Pythium ab utroque conſultum modo huic, modo illi obventuram hereditatem praedixiſſe*: quae ita ſunt comparata, ut facile, qualem animo lectionem fuerit ſecutus, oſtendant. Saepe autem fraudulenti vates, quibus ex ſpe lucri futurorum praedictio pendebat, inſidiis teſtamentariis interveniebant: egregius eſt *Plinii* locus I. Ep. 20. *T. H.*

22. Χαλδαίων παῖδες]. Sic Necyom. c. 6. *Eunap.* Æd.

tolle me, aut ego te. DIOG. Quid ita, Crates? CRAT. Mutuis obſequiis captabant alter alterius hæreditatem ætate æquales: & teſtamenti quidem tabulas in propatulo proponebant, Ariſtea Mœrichus, ſi prius decederet, domino relicto ſuorum omnium; Mœricho viciſſim Ariſteas, ſi ante eum abiret: hæc quidem in teſtamento erant ſcripta: illi vero obſervabant ſeſe invicem antecedere alter alterum adulatione conantes. Vates etiam, ſive ab aſtris conjectarent futura, ſive ex ſomniis, ſive Chaldæorum imbuti diſciplina, quin & ipſe Pythius modo Ariſteæ tribuebat victoriam, modo Mœricho; lanceſque nunc ad iſtum, mox ad illum vergebant.

ἀνάειϛ᾽, ἢ ἐγώ σε. ΔΙΟ. τίνος ἕνεκα, ὦ Κράτης, ἐθεράπευον ἀλλήλους; ΚΡΑ. τοῦ κλήρου ἕνεκα ἑκάτερος, ἡλικιῶται ὄντες· καὶ τὰς διαθήκας ἐς τὸ φανερὸν ἐτίθεντο, Ἀριστέαν μὲν ὁ Μοίριχος, εἰ προαποθάνοι, δεσπότην ἀφιεὶς τῶν ἑαυτοῦ πάντων, Μοίριχον δὲ ὁ Ἀριστέας, εἰ προαπέλθοι αὐτοῦ. ταῦτα μὲν ἐγέγραπτο. οἱ δὲ ἐθεράπευον ἀλλήλους ὑπερβαλλόμενοι τῇ κολακείᾳ. καὶ οἱ μάντεις, [b] εἴτε ἀπὸ τῶν ἄστρων τεκμαιρόμενοι τὸ μέλλον, εἴτε ἀπὸ τῶν ὀνειράτων, ὥσγε Χαλδαίων παῖδες, ἀλλὰ καὶ ὁ Πύθιος αὐτὸς, ἄρτι μὲν [c] Ἀριστεῖ παρεῖχε τὸ κράτος, ἄρτι δὲ Μοιρίχῳ. καὶ τὰ τάλαντα ποτὲ μὲν ἐπὶ τοῦτον, νῦν δ᾽ ἐπ᾽ ἐκεῖνον ἔρρεπε.

2. DIOG. Quem ergo exitum res habuit, Crates? eſt enim audire operæ pretium. CRAT. Ambo mortem obierunt eodem die; hæreditates autem ad Eunomium & Thraſyclem inopinato pervene-

ΔΙΟ. Τί οὖν πέρας ἐγένετο, ὦ Κράτης; ἀκοῦσαι γὰρ ἄξιον. ΚΡΑ. ἄμφω τεθνᾶσιν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας· οἱ δὲ κλῆροι ἐς Εὐνόμιον καὶ Θρασυκλέα περιῆλθον, ἄμφω συγγε-

b Εἴτε] Οὔτε J. εἴτε Margo AtW. c Ἀριστεῖ] Ἀριστέᾳ G. L. Ed. Steph.

Æd. *J. B.*

24. Ἀριστεῖ] Mirum cur Ἀριστεῖ, cum dixerit Ἀριστέαν. *J. B.*

Ἄρτι δὲ Ἀριστεῖ] Miratur *Bourdelotius* cur Ἀριστεῖ dicat, cum Ἀριστέαν appellarit; & merito miratur. Mſ. oſtendit hoc vocabulum eſſe mendoſe in editis exaratum, cum pro Ἀριστεῖ ſcribit Ἀριστέᾳ, ut ſcribendum eſt. *J. G. G.*

Ἀριστέᾳ] Ex MS. Gr. & L. editionum mendum ſuſtulimus, quæ omnes præter *Stephan.* legunt Ἀριστεῖ. Vide tamen, an non *Lucianus* de *Ariſteo* aliquo Corinthio loquatur: plures enim *Ariſtei* Corinthii apud *Thucydidem* occurrunt, Ariſteas nullus. *M. du S.*

Ἀριστεῖ] Ut Ἀριστέᾳ reponatur, quia Ἀριστέας ante dictus fuerit, magno opere contendunt noſtri Commentatores, a quorum ſententia valde diſſidet *Steph. Berglerus*, dignus propter peritiam Graecarum literarum non vulgarem, cujus in hac cauſa ratio habeatur. Ad *Alciphr.* I. Ep. 1. ubi leguntur οἱ Βορεῖς haec notat: *Pro οἱ Βορέαι, quaſi a Βορεὺς per metaplasmum; ut & Aratus ἀκρήμοιο Βορῆος Diosem. v. 351. Sic Lucianus in Dial. Crat. & Diog. Ἀριστεῖ formavit, eum nominans, qui non Ἀριστεὺς, verum Ἀριστέας vocabatur, ſed hoc non ſine alluſione ad ἀριστεύς.* Illam alluſionem, haud quidem alienam, etſi non praeſtem, ceteris tamen non invitus accedo: eſt enim talis nominum, praeſertim propriorum, formae mutatio neutiquam inſolens, & aliquando temere ab eruditis viris tentata. Quem Μελάνθιον *Homerus* plerumque appellat, idem Μελανθεὺς Od. Υ, 255. Φ, 176. Ἀμφινόεὺς & Ἀμφινόμας non differunt, quod poſterius in *Æliani* V. H. III, 30. contra *Schefferum* recte defendunt *Kuhnius* ac *Perizonius*, & dudum ante utrumque *J. Fr. Gronovius* Obſ. IV. p. 240. Proconneſius Ariſteas, peregrinantis, quum vellet, animae miraculo nobilis, Ἀρισταῖος dicitur a *Strab.* XIII. p. 881. A. *Pauſan.* V. p. 392. *Jamblich.* V. Pyth. §. 138. *Tatiano* p. 136. *Clem. Alex.* Str. I. p. 333. D. refingi volunt *H. Stephan.* ad Maxim. Tyr. Diſſ. XXVIII. p. 282. *Caſaubon.* & *Scherpezeel.* ad *Strab. Hoeſchel.* ad *Origen.* contra Celſ. p. 113. *Rutgerſ.* V. L. VI, 14. *Potter.* ad *Clem.* quibus cunctis ſupervacuae curae gratiam facimus. Quem *Herodotus* nominat Ἀριστέην τὸν Ἀδειμάντου Κορίνθιον, illum ſemper Ἀριστέα *Thucydides* & *Plutarch.* T. II. p. 871. A. Non ergo licuerit *Luciano*, ſi liberet, formam ejus nominis variare? Verum ne quis cauſetur, quod a diverſis ſcriptoribus factum fuit, uni, idque intra paucos verſus, non eſſe obtrudendum, *Apollodorum* adducam, qui II. p. 97. minore intervallo, quum poſuiſſet Ἀλκαῖος, mox ſubdit πάλιν ἐξ Ἀλκαίου ab Ἀλκεύς. Ceterum hae lances dubiae, & quorſum vergant incertae, ſecus atque illae Jovis Homericae, unde has adumbravit *Noſter*, quae Achillis Hectorisque fata exigebant Il. X, 209. *Theogn.* v. 157. Ζεὺς γάρ τοι τὸ τάλαντον ἐπιρρέπει ἄλλοτε ἄλλως. *T. H.*

25. Καὶ τὰ τάλαντα] *Et hereditas modo ad illum, modo ad hunc vergebat.* *J. B.*

γενεῖς ὄντας, οὐδὲ πώποτε προμαντευομένους οὕτω γενέσθαι ταῦτα. διαπλέοντες γὰρ ἀπὸ Σικυῶνος ἐς Κίρραν, κατὰ μέσον τὸν πόρον πλαγίῳ περιπεσόντες τῷ Ἰάπυγι, ἀνετράπησαν. ΔΙΟ. εὖ ἐποίησαν.

Ἡμεῖς δὲ, ὁπότε ἐν τῷ βίῳ ἦμεν, οὐδὲν τοιοῦτον ἐνενοοῦμεν περὶ ἀλλήλων· οὔτε πώποτε ηὐξάμην Ἀντισθένην ἀποθανεῖν, ὡς κληρονομήσαιμι τῆς βακτηρίας αὐτοῦ (εἶχεν δὲ πάνυ καρτερὰν ἐκ κοτίνου ποιησάμενος) οὔτε, οἶμαι, σὺ, ὦ Κράτης, ἐπεθύμεις κληρονομεῖν ἀποθανόντος ἐμοῦ τὰ κτήματα, καὶ τὸν πίθον, καὶ τὴν πήραν χοίνικας δύο θέρμων ἔχουσαν. ΚΡΑ. οὐδὲν γάρ μοι τούτων ἔδει· ἀλλ' οὐδὲ σοὶ, ὦ Διόγενες. ἃ γὰρ ἐχρῆν, σύ τε Ἀντισθένους ἐκληρονόμησας, καὶ ἐγὼ σοῦ, πολλῷ μείζω καὶ σεμνότερα τῆς Περσῶν ἀρχῆς. ΔΙΟ. τίνα ταῦτα φῄς; ΚΡΑ. σοφίαν, αὐτάρκειαν, ἀλήθειαν, παῤῥησίαν, ἐλευθερίαν. ΔΙΟ. νὴ Δία, μέμνημαι τοῦτον δια-

runt, utroſque cognatos, nullo unquam mentis præſagio divinantes hæc ita fore: Mœrichus enim & Ariſteas quum Sicyone trajicerent Cirrham, medioque curſu in obliquum Japygem incidiſſent, everſa navi perierunt. DIOG. Bonum factum.

3. Verum nos, quando in vita eramus, nihil tale cogitabamus de nobis invicem: neque unquam optavi Antiſthenem emori, ut hæreditatem nanciſcerer ejus baculi: habebat autem admodum robuſtum, quem ex oleaſtro ipſe confecerat. Neque tu, puto, Crates, cupiebas hæres eſſe, mortuo me, bonorum, dolii, peræque chœnices lupinorum duos habentis. CRAT. Quippe nihil mihi iſtis erat opus: at nec tibi, Diogenes: quam enim decebat tu ab Antiſthene adeptus es hæreditatem, ego a te, multo majorem graviorisque momenti quam Perſarum imperium. DIOG. Quæ tu bona dicis? CRAT. Sapientiam, frugalitatem parvo contentam, veritatem, loquendi fiduciam, animi libertatem. DIOG. Memi-

33. Ἐς Κίρραν] Κατ' ἀντικρὺ Κίρρας ἐν τῷ Κορινθιακῷ κόλπῳ ἡ Σικυών. Ἡ δὲ Κίρρα ὄρος ὀξὺ κατὰ τὴν Φωκίδα. V. ὅπου νῦν τὸ χρυσοῦν φυτ.. C. addunt.

34. Τῷ Ἰάπυγι] Ἀνέμῳ. G.

35. Εὖ ἐποίησαν] Ἀντὶ τοῦ ἔπαθον, Ἀπώλοντο. G.

40. Ἐκ κοτίνου] Ἐξ ἀγριελαίου. V.

31. Προμαντευομένους] *Thom. Mag.* in Βούλομαι vitioſe προμαντευόμενος & ἔτος. *T. H.*

32. Διαπλέοντες] Subint. Ἀριστέας & Μοίριχος. *F. G.*

33. Ἐς Κίρραν] Dico alibi. Hanc Phocidis urbem *Pauſanias* ab *Homero* ſcribit vocari Criſſam. *Strabo* & *Ptolem.* diverſas faciunt. *J. B.*

Κίρραν] Prope Delphos. *M. du S.*

38. Ηὐξάμην] Sic malo, quam ut vulgo εὐξάμην quanquam ſæpiſſime ſic reperiri non ignorem. De baculo Antiſthenis *Diogen. Laert.* p. 141. A. B. Baculum geſtare invidioſum fuit Athenis: vide *Caſaubon.* ad *Theophr.* Char. c. V. *M. du S.*

40. Κοτίνου] Ex cujus fronde στέφανος Ὀλυμπιακός. *Heſych. Suid.* Interpres *Pindari*, *Pollux*, alii. *J. B.*

55. Ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον] *Alii vero nihil curabant ejuſmodi poſſeſſiones, nullusque coluit nos, hereditatem noſtri ſibi ſpondens: verum omnes argenti ſtudio capiebantur.* Quod hic Græce, ἐς τὸ χρυσίον βλέπειν, id Belgice dicimus op het geld ſien. Non hic tantum, verum & alibi βλέπειν vel ὁρᾷν eſt *affectare*, *petere*, *cupere*, adjuncta præpoſitione ἐς vel πρὸς, ſed & aliquando omiſſa. In De Gymnaſiis c. 10. Ἀλλ' ὦ ἄριστε, οὐκ ἐς ψιλὰ τὰ διδόμενα ἡμεῖς ἀποβλέπομεν. *Non nuda nos expetimus dona.* In Charidemo c. 2[illegible]. Καὶ σχεδὸν εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλοιτο τῶν τεχνῶν, εὑρήσει πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας, καὶ τούτου τυγχάνειν τοῦ παντὸς τιθεμένας. *Et propemodum, ſi quis unamquamque artium expendere vult, omnes comperiet ad pulchritudinem ſpectantes, eamque conſequi ante omnia ducentes.* In de Mercede Cond. c. 24. Καιρὸς ἦν πρὸς ἐλευθερίαν ἤδη ὁρᾷν. In Hermotimo c. 4. Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν. *Sed fidenti & bono oportet eum eſſe animo, qui ad viæ metam pervenire ſtudeat, & ad illam, quæ ſupra eſt, beatitatem.* In Demonacte c. 2. οἱ πρὸς φιλοσοφίαν ὁρῶντες. *Philoſophiæ ſtudioſi.* Sed hoc in loco pro ὁρῶντες V. Cl. *Graevius* ὁρμῶντες legi vult; ſequi etiam paullo poſt, πρὸς φιλοσοφίαν ὁρμήσας. *Ælian.* H. V. I, 28. ἐν Ῥόδῳ φασὶ τὸν μὲν εἰς τοὺς ἰχθῦς ὁρῶντα [illegible] θαυμάζεσθαι αὐτούς.

Sed & ſine præpoſitione βλέπειν & ὁρᾷν ſimpliciter eo ſenſu ſumptum reperitur. *Noſter* in Amoribus c. 24. Τίς ἔφηβος ἐρωμένος γενέσθαι, προδιδοὺς Ἀθήνας, καὶ Δεκέλειαν ἐπιτειχίζων, καὶ βίου τυραννίδα βλέποντος; Hic quidem βλέπειν non eſt omnino *affectare*, *cupere*, ſed tamen *ſpectare*, ut illud verbum ſæpe apud Latinos: vertendum autem, *cum vita ad tyrannidem ſpectaret.* Non intellexit id Interpres, jure propterea caſtigatus jam ab *Jac. Gronovio*, Græcæ phraſeos callentiſſimo. Sed plane pro *affectare*, *petere*, *ſtudere*, ſu-

mini profecto eas me opes accepiſſe ab Antiſthene, tibique etiam ampliores reliquiſſe.

4. CRAT. At ceteri non curabant ejuſmodi poſſeſſiones, nemoque nos adſectabatur talis hæreditatis ſpe; ſiquidem auro omnes inhiarent. DIOG. Quippe; neque enim habebant, ubi reconderent accepta a nobis talia bona, diffluentes præ luxu, veluti rupta vetuſtate marſupia. Proinde ſi quis vel immitteret in eos ſive ſapientiam, ſive libertatem loquendi, ſive veritatem, excidebat protenus & diffluebat, quum fundus ingeſta continere nequiret; quale quiddam accidit Danai filiabus iſtis, quæ in perforatum dolium hauſtam aquam infundunt: aurum vero dentibus unguibusque & omni machina cuſtodiebant. CRAT. Propterea nos quidem habebimus hic quoque noſtras divitias: hi autem obolum ſcilicet apportabunt, eumque ad portitorem usque tantum.

δεξάμενος τὸν πλοῦτον παρ' Ἀντισθένους, καὶ σοὶ ἔτι πλείω καταλιπών.

ΚΡΑ. Ἀλλ' οἱ ἄλλοι ἠμέλουν τῶν τοιούτων κτημάτων, καὶ οὐδεὶς ἐθεράπευεν ἡμᾶς, κληρονομήσειν προσδοκῶν. ἐς δὲ τὸ χρυσίον πάντες ἔβλεπον. ΔΙΟ. εἰκότως· οὐ γὰρ εἶχον, ἔνθα δέξαιντο τὰ τοιαῦτα παρ' ἡμῶν, διερρυηκότες ὑπὸ τρυφῆς, καθάπερ τὰ σαθρὰ τῶν βαλαντίων. ὥστε εἴ ποτε καὶ ἐμβάλλοι τις ἐς αὐτοὺς ἢ σοφίαν, ἢ παρρησίαν, ἢ ἀλήθειαν, ἐξέπιπτεν εὐθὺς, καὶ διέῤῥει, τοῦ πυθμένος στέγειν οὐ δυναμένου· οἷόν τι πάσχουσιν αἱ τοῦ Δαναοῦ αὗται παρθένοι, ἐς τὸν τετρυπημένον πίθον ἐπαντλοῦσαι. τὸ δὲ χρυσίον ὀδοῦσι, καὶ ὄνυξι, καὶ πάσῃ μηχανῇ ἐφύλαττον. ΚΡΑ. οὐκοῦν ἡμεῖς μὲν ἕξομεν κἀνταῦθα τὸν πλοῦτον· οἱ δὲ ὀβολὸν ἥξουσι κομίζοντες· καὶ τοῦτον ἄχρι τοῦ πορθμέως.

ΑΛΕ-

62. Στέγειν οὐ δυναμένου] Δέχεσθαι, βαστάζειν. V.

ſumitur ὁρᾷν in Hermotimo c. 22. Οὐ γὰρ οὔτε χρυσίου ἔτι, οὔτε δόξης ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν, &c. *Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque gloriam ſectantur, ut de iis inter ſe contendant.* Poteſt & recte eo ſenſu per *videre* verti, quum etiam *videre* ita ſumatur apud Latinos; ut jam ad *Livii* II. c. 22. docuit optime omnium de illo ſcriptore meritus, *J. Fr. Gronovius*; qui & eumdem hunc ex Luciani Hermotimo locum ſibi adfert; ut & per *intueri*, uti hoc verbo utitur Nepos in Themiſt. c. 7.

Hunc in modum eleganter poteſt explicari locus quidam in De Mercede Cond. c. 29. ubi Auctor ait, in Regum Perſarum conviviis adeſſe Eunuchum, qui attendat, num quis in pellicum aliquam oculos conjiciat, dum alius Eunuchus jam dudum tenſum arcum tenens, τὸν οὐ μὴ θέμις ὁρῶντα, inter bibendum ſpiculo petat, eique malam perrumpat. Ὁ ὁρῶν οὐ μὴ θέμις, vix poteſt hic eſſe, qui ſimpliciter adſpiciat (nam cujus, eisdem accumbentis epulis, oculi ita coërceri queant, ut plane non conjiciantur ſubinde in eos, qui adſunt?) at qui ita oculos in aliquam ex pellicibus defigat, ut facile ex vultu appareat, eum libidinis ſtimulis agitatum id facere. Forſan ita hunc locum cepit quoque *Brodaeus* IX. Miſcell. cap. 13. quia legi vult, εἰς ἃ μὴ θέμις ὁρῶντα. At illud εἰς commodiſſime ſubaudiri, patet ex iis, quæ attulimus. Quin iterum ὁρᾷν pro *petere, incumbere in aliquid*, reperio poſitum ab Luciano pro Imaginibus c. 18. Ἀλλὰ τοῦτο μᾶλλον ἕκαστος ὁρᾷ (ὁ Ἐπαινῶν) ὅπως ὑπερθαυμάσῃ, καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. Dixerat, laudationem rem eſſe liberam, & arbitrio laudantis permiſſam, neque terminis circumſcriptam. *Sed in id in primis*, inquit, *ea incumbit, quomodo nimirum admirationem ſuam ſit maxime extenſura, eumque, qui laudatur, admirabilem reddituraa.* J. J.

62. Τοῦ πυθμένος στέγειν οὐ δυναμένου] Non dubites fere, quin hanc *Luciani* cogitationem pepererint *Euripidae* verſus apud *Plutarch.* περὶ Ἀδολεσχ. p. 502. C. Οὐκ ἂν δυναίμην μὴ στέγοντα περικλάειν Σοφοὺς ἐπαντλῶν ἀνδρὶ μὴ σοφῷ λόγους. *T. H.*

65. Ὀδοῦσι καὶ ὄνυξι] Ut ſolent utentes armis a natura datis feræ beſtiæ, a quibus origo proverbii manavit. Eo minus in *Tullio*, *Toto corpore atque omnibus ungulis, ut dicitur, contentioni vocis adſerviunt* Tuſc. Diſp. II. 23. mutaverim in *ungiculis*. Uterque locus *Ciceronis* & *Luciani* non fugit *Eraſmum* in Chil. *T. H.*

68. Ἥξουσι] De ἕξουσι cogitabam, cum animadverti ſtare ſic poſſe, ut & Dial. XXVI. *M. du S.*

70. Ἐμὰ

XII.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ, ΑΝΝΙΒΟΥ, ΜΙΝΩΟΣ, ΚΑΙ [a] ΣΚΗΠΙΩΝΟΣ.

LUCIANI SCIPIO.

Alexander, Hannibal, Minos, Scipio.

ΑΛΕΞ.

Ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαί σου, ὦ Λίβυ· ἀμείνων γάρ εἰμι. ΑΝ. οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἐμέ. ΑΛ. οὐκοῦν ὁ Μίνως δικασάτω. ΜΙΝ. τίνες δ' ἐστέ; ΑΛ. οὗτος μὲν Ἀννίβας ὁ Καρχηδόνιος· ἐγὼ δὲ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου. ΜΙΝ. νὴ Δία ἔνδοξοί γε ἀμφότεροι· ἀλλὰ περὶ τίνος ὑμῖν ἡ ἔρις; ΑΛ. περὶ προεδρίας· φησὶ γὰρ οὗτος ἀμείνων γε-

ALEX.

Me par eſt præponi tibi, Afer; melior enim ſum. AN. Neutiquam; verum me. ALEX. Ergo Minos cauſam diſceptet. MIN. Quinam eſtis? ALEX. Hic Annibal Carthaginienſis: ego Alexander Philippi filius. MIN. Profecto clari utrique: ſed qua de re orta vobis lis eſt? ALEX. De primæ ſedis jure: fert enim hicce ſe præſtantiorem exti-

a ΣΚΗΠΙΩΝΟΣ] Sola P. Σκιπ. Pro *Μίνωος* F. *Μίνωνος*, ut ſupra *ἐμβαίνης* pro *ἐμβαίης*.

70. *Ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαι*] De ſumma Imperatoris laude *Lucianus* hic Hannibalem cum Alexandro contendentem inducit; qui apud *Livium Appianumque* a Scipione rogatus, quem maximum omnium Imperatorum, qui unquam fuiſſent, crederet, Alexandrum Magnum nominaſſe traditur; huic proximum Pyrrhum; ſe tertium, & ſi Scipionem viciſſet, primum ſe exiſtimaturum fuiſſe. Vide *Livium* XXXV. c. 14. & *Appian* in Syr. *M. du S.*

Ἐμὲ δεῖ προκεκρίσθαί σου] Ex hiſtoria colloquii, quod Epheſi habitum a Scipione Africano & Annibale *Livius* atque *Appianus* & *Plutarch.* T. I. p. 381. referunt, *Lucianum* hujus dialogi ſumſiſſe argumentum obſervarunt *Fr. Fabric.* ad *Oroſii* IV. c. 20. & *A. Schottus* ad *Corn. Nepot.* Vit. Annib. n. 1. Ejus ſermonis fidem non parum imminuit, quod rei tam memorabilis mentionem feciſſe nullam videatur *Polybius*. *Livio* ſane quin ſuſpecta fuerit haec narratio, nemo, qui morem ejus cognoverit, facile dubitabit: nam poſtquam de Villio tanquam rem exploratam ſcripſiſſet XXXV, 14. *eum Epheſum profectum dediſſe operam, ut cum Annibale, qui tum ibi forte erat, ſaepe congrederetur*, *Claudius*, inquit, *ſecutus Graecos Acilianos libros, P. Africanum in ea fuiſſe legatione tradit, eumque Epheſi collocutum cum Annibale*. Hoc ille, ſi *Polybium* haberet auctorem, nunquam interpoſuiſſet, neque alium ſibi in hiſtoria pervulgata fidejuſſorem paraſſet, tam ſollicite demonſtratis fontibus, unde fabula manarat: noluit tamen operam ſuam in ea re literis mandanda deſiderari, quae & Romani nominis Imperatori ſummo ſingulare virtutis bellicae teſtimonium, & tantam legentibus adfert voluptatem, ut, ſi veram eſſe ſibi non perſuadeant, libenter ſaltem optent. In *Juliani* Caeſar. p. 320. & ſequ. ubi Julium Caeſarem & Alexandrum inter ſe componit, multa reperies ab his non valde diſſidentia: *Luciani* in notis ad illud ſcriptum Gallicis ſaepe meminit illuſtris *Spanhemius*, ejusque ſententias cum *Juliano* comparavit. Ceterum haec Alexandri lis atque Annibalis diſceptata fuit in Beatorum inſula, jus dicente Rhadamantho, ut *Noſter*, qui ipſe judicio teſtis oculatus interfuit, narrat Ἀλ. Ἱσ. II. §. 8. ibi de Scipione nihil; quippe Romanorum nullos, quum eo delatus fuit *Lucianus*, inſula Beatorum habuit. De *προεδρίᾳ* vero, apud inferos etiam valde honorifica, & variis umbrarum, quae pie ſancteque vitam in ſuperis coluerant, privilegiis opportunior erit alias dicendi locus. *T. H.*

80. *Διηγεῖσθαι τὰ πολέμια*] Aptius crediderit aliquis *τὰ πολεμικὰ* eam ob rem, quod frequenter occurrat, & intervallo non mediocri disjungi videantur *πολέμιος* & *πολεμικός*. Verum ſervanda eſt loquendi formula, cujus veteres ſecutus eſt *Lucianus* auctores: *Thucydid.* I. c. 18. *εὖ παρεσκευάσαντο τὰ πολέμια*: ad quem locum, nequis praecipiti judicio fallatur, operoſe cavet *H. Stephanus*; cujus adnotatio ſi fuiſſet in promtu *Jac. Gronovio*, minus, ut puto, confiſus Mediceis membranis non dediſſet in *Herodoto* III. c. 4. *τὰ πολεμικὰ ἄλκιμος* pro *τὰ πολέμια*: iſtius codicis auctoritatem facile praegravat, atque imitando lectionem antiquam tuetur *Dionyſ. Halic.* A. R. II. p. 96. v. 16. *ἰδεῖν μεγάλοι τε καὶ τὰ πολέμια ἀλκίμοι*. p. 101. v. 13. *ἄνδρας τὰ πολέμια ἀλκίμους*. v. 23. *ὅσῳ δραστήριος καὶ τὰ πολέμια ἔργα διαφανής* p. 544. v. 7. *τὰ πολέμια ἄλκιμος*. *Thucydid.* IV. c. 126. *ἀγαθοῖς γὰρ εἶναι ὑμῖν προσήκει τὰ πολέμια*. Utitur autem his *Lucian.*

titiſſe Imperatorem me. Ego vero, quemadmodum omnes norunt, non illi ſolum, ſed cunctis fere, qui ante me fuerunt, ajo me præſtitiſſe belli peritia. MIN. Ergo per vices uterque dicat: tu prior, Afer, cauſam tuam age.

2. ANN. Id quidem unum, Minos, me juvat, quod hic loci Græcum etiam ſermonem edidicerim, ut ne hac quidem parte præ me quicquam habeat præcipui. Eos autem pono maxime laude dignos eſſe, quotcumque quum initio nihil eſſent, tamen ad magnum potentiæ faſtigium proceſſerunt, per ſe opibus comparatis, aptique imperio habiti. Ego itaque cum paucis transgreſſus in Hiſpaniam, quum primum ſub fratris auſpiciis militaſſem, ſummæ rerum præfui, belli peritiſſimus judicatus. Exinde Celtiberos in poteſtatem redegi, Gallos occidentales devici, ſupe-

γενῆσθαι στρατηγὸς ἐμοῦ. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἅπαντες ἴσασιν, οὐχὶ τούτου μόνον, ἀλλὰ πάντων σχεδὸν τῶν πρὸ ἐμοῦ φημὶ διενεγκεῖν τὰ πολέμια. MIN. οὐκοῦν ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω. σὺ δὲ πρῶτος [b] ὁ Λίβυς λέγε.

AN. Ἓν μὲν τοῦτο, ὦ Μίνως, ὠνάμην, ὅτι ἐνταῦθα καὶ τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον· ὥστε οὐδὲ ταύτῃ πλέον οὗτος [c] ἐνέγκαιτό μου. φημὶ δὲ τούτους μάλιστα ἐπαίνου ἀξίους εἶναι, ὅσοι τὸ μηδὲν ἐξ ἀρχῆς ὄντες ὅμως ἐπὶ μέγα προεχώρησαν, δι᾽ αὑτῶν δύναμίν τε περιβαλλόμενοι, καὶ ἄξιοι δόξαντες ἀρχῆς· ἐγὼ γοῦν μετ᾽ [d] ὀλίγων ἐξορμήσας ἐς τὴν Ἰβηρίαν, τὸ πρῶτον ὕπαρχος ὢν τῷ ἀδελφῷ, μεγίστων ἠξιώθην, ἄριστος κριθείς· καὶ τούς γε Κελτίβηρας εἷλον, καὶ Γαλατῶν ἐκράτησα τῶν Ἑσπερίων, καὶ τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς, τὰ περὶ

b Ὁ Λίβυς] Sic omnes Edd. excepta *P.* quae ὦ Λίβυ praefert. *c* Ἐνέγκαιτο] *J.* typorum vitio ἐνέγκατο. *d* Ὀλίγων] Depravate *H.* & *P.* ὀλίγοι.

ciani verbis Praeſtantiſſ. *Dukerus*, exiſtimans ſimiliter accipiendam eſſe *Thucydidis* phraſin τοὺς πολέμους διάφορον VI. p. 412. n. 14. Non moleſte feret Vir humaniſſimus, ſi diſſentire me profitear, & *Scholiaſtae Caſſ.* omniumque Interpretum partibus potius accedam; quas ſane, ſimul atque locus boni ſcriptoris incontroverſus fuerit prolatus, ubi τοῖς πολέμοις διαφέρειν idem valere conſtet, quod *bello ſtrenuum atque egregium eſſe*, lubens deſeram. *T. H.*

81. Ἐν μέρει ἑκάτερος εἰπάτω] *Julian.* Caeſar. p. 318. A. καὶ ὁ μὲν Ἑρμῆς ἠξίου λέγειν ἕκαστον ἐν μέρει περὶ τῶν ἑαυτοῦ. Illud ἐν μέρει vel ἐν τῷ μέρει apud *Noſtrum* frequens, ad quod, etſi bene monuerat *G. Budaeus* C. L. G. p. 772. ſaepe nihilominus Interpretes offenderunt, eleganter illuſtravit *Jac. Gronov.* ad *Arrian.* A. A. III. c. 26. p. 142. *T. H.*

84. Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν ἐξ.] Non neceſſe erat hoc a *Luciano* fingi: nam Annibal, cum in ſuperis eſſet, Graece ſciebat, cum opuſcula Graece ſcripſiſſet. *Corn. Nepos* c. XIII. ejus vitae: *Hic tantus vir, tantisque bellis diſtrictus nonnihil temporis tribuit literis: namque aliquot ejus libri ſunt Graeco ſermone confecti. In his ad Rhodios, de Cn. Manlii Vulſonis in Aſia rebus geſtis.* *J. C.*

Ἐνταῦθα καὶ τὴν Ἑλ. φ. ἐξέμαθον] Credemusne *Luciano* innuenti hic Hannibalem tam diu extra patriam bellis geſtis, & in exilio Graece neſcivisse? Haud ſane mihi fit vero ſimile: *Corn. Nepos* ait, eum *Soſilo literarum Graecarum uſum eſſe doctore.* *M. du S.*

Τὴν Ἑλλάδα φωνὴν] Annibalem *Graece etiam locutum lepide ait* Lucianus τῶν Νεκρικῶν *Dial.* XII. ut notat *A. Schott.* ad *Corn. Nepot.* Annib. n. 38. loco, quem adferebat, parum attente conſiderato. Lucianus autem vix eſt, ut notam non mereatur, qui Annibalem ad inferos penetrare juſſit, ut ibi demum Graecae linguae notitiam hauriret: quid enim eſt minus credibile, quam virum ſuae civitatis principem, tot annos exercitus ex diverſiſſimis gentibus conflati ducem verſutiſſimum Graeco ſermone caruiſſe, aut omnino carere potuiſſe, idque eo tempore, quum uſus ejus Carthagine propter commercia Graecorum & bella Sicula eſſet familiariſſimus? Quid porro? quando patria extorris ad Antiochum ſe contulit, ab eoque maximarum rerum conſiliis adhibebatur? is Graece non calluerit, qui Graeculorum aliquando ſcholis intereſſe non fuerit dedignatus, eosque ſe praeſente de virtutibus imperatoriis diſputantes riſerit? Sed clara ſunt veterum teſtimonia: *Dion. Caſſ.* in Exc. *Valeſ.* p. 593. καὶ παιδείᾳ πολλῇ μὲν Φοινικῇ κατὰ τὸ πάτριον, πολλῇ δὲ καὶ Ἑλληνικῇ ἤσκητο. *Zonar.* T. II. p. 74. Annibal τήν τε διάλεκτον ἄλλοτε ἄλλην πεπαιδευμένος, ᾔδει γὰρ πλείους, καὶ τὴν τῶν Λατίνων. Habet ergo, quod de *Luciano* conqueratur, Annibal, qui ſibi veris adverſus Alexandrum argumentis abundanti in ipſo dicendi initio falſum orationis colorem attribuerit. *T. H.*

91. Τῷ ἀδελφῷ] Sororis ſuae viro, qui ſucceſſerat ſocero Hamilcari; ei Asdrubali nomen fuit. Vid. *Polyb.* initio lib. II. *J. C.*

Τῷ ἀδελφῷ] Non *fratri*, ſed *ſororis viro*. Vide *Liv.* XXI. *M. du S.*

94. Τὰ μεγάλα ὄρη &c.] Deceperat Interpretes vitioſa diſtinctio, & una litera redundans: neminem

περὶ τὸν Ἠριδανὸν [a] ἅπαντα κατέδραμον, καὶ ἀναστάτους ἐποίησα τοσαύτας πόλεις, καὶ τὴν πεδινὴν Ἰταλίαν ἐχειρωσάμην, καὶ μέχρι τῶν προαστείων τῆς προὐχούσης πόλεως ἦλθον· καὶ τοσούτους ἀπέκτεινα μιᾶς ἡμέρας, ὥστε τοὺς δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις ἀπομετρῆσαι, καὶ τοὺς ποταμοὺς γεφυρῶσαι νεκροῖς. καὶ ταῦτα πάντα ἔπραξα, οὔτε Ἄμμωνος υἱὸς ὀνομαζόμενος, οὔτε θεὸς εἶναι προσποιούμενος, ἢ ἐνύπνια τῆς μητρὸς διεξιὼν, ἀλλ' ἄνθρωπος εἶναι ὁμολογῶν, στρατηγοῖς τε τοῖς συνετωτάτοις ἀντεξεταζόμενος, καὶ στρατιώταις τοῖς

ratisque magnis montibus, quæ circa Padum ſunt, omnia ſum depopulatus, & ſedibus emovi tot urbes; campeſtrem Italiam ſubjeci; ad ſuburbia usque primariæ urbis perveni; tot interfeci uno die, ut annulos eorum modiis ſim menſus, inque fluviis cadaverum pontes ſtruxerim. Hæc omnia geſſi, qui neque Ammonis filius dicebar, neque Deus eſſe videri volebam, nec ſomnia matris fabulabar; ſed me hominem eſſe faſſus, cumque ducibus prudentiſſimis comparatus, & cum militibus pu-

[a] Ἄπαντα] Priores Edd. ἀπάντας excepta *W.* In margine *A1W.* τοὺς π. τὸν Ἠ. ἀπάντας notatum reperi.

fore arbitror, qui lectionem jam olim a me repoſitam improbet. Uſitatum eſt καταστρέχειν ἅπαντα, χώρας πολλὰς, τὴν Ἀσίαν ἅπασαν: contra ab indole linguae Graecae abhorret καταστρέχειν τοὺς τὴν χώραν οἰκοῦντας: longe aliud eſt καταστρέχειν, καταδρομὴν ποιεῖσθαι τινος. Ad *Lucianum* quadrant, quae coram Scipione de ſe gloriatur Annibal apud *Appian.* Syr. p. 91. D. νέος γὰρ ὢν ἔτι Ἰβηρίας τε ἐκράτησα, καὶ στρατῷ τὰ Ἄλπεια ὄρη μεθ' Ἡρακλέα πρῶτος ὑπερῆλθον, ἔς τε τὴν Ἰταλίαν, ὑμῶν οὐδενός πω θαρροῦντος, ἐμβαλὼν τετρακόσια ἀνέστησα ἄστη &c. Si pro τοσαύτας in *Luciano* numerus everſarum urbium, haud pœnitendus utique, legeretur τριακοσίας vel τετρακοσίας, neutiquam adſpernarer: πεντακοσίας πόλεις Ῥωμαίων πορθῆσαι Annibalem adfirmat *Dion Chryſ.* Or. LXIV. p. 599. *T.H.*

95. Ἅπαντα] Omnes libri habent, excepto *Wecheliano* & *Hemſterh.* ἀπάντας: horum uterque ἅπαντα repoſuit, uti & ego conjeceram: quam emendationem etiam *Vorſtio* placuiſſe video. Poteſt tamen aliquo modo ſtare vulgata, ſi uno halitu legis, τὰ μεγάλα ὄρη ὑπερβὰς τὰ περὶ τὸν Ἠριδανόν. Sed indigna haec ſunt *Luciano.* *M. du S.*

1. Δακτυλίους αὐτῶν μεδίμνοις] Variæ de horum annulorum menſura ſententiæ, quorundam ſententias profert *Liv.* lib. 23. *expleſſe tres modios ſuper dimidium.* Sed famam veriorem putat, quæ tradit non fuiſſe plus modio. Aliter *Flor.* aliter *Plin.* pro quo ſtant *Valer. Eutrop. Oroſ.* Multi ne litem hanc ſuam facerent, modum indefinitum poſuerunt: ut *Dio Pruſ. Tertull. Apol.* & hic *Lucian.* Omnium ratio Livii optima, qui modium putat. Ferrei iſti fuere, non aurei, ut voluit *Valer.* quique eum ſecuti. *J.B.*

Δακτυλίους αὐτῶν &c.] Accommodatius hic, quam ſuperiore loco urbium, numerus medimnorum definitus omittitur. Verae menſurae detraxit aliquantulum *Florus* II. c. 6. referens *modios duos annulorum Carthaginem eſſe miſſos*; additque, ne *Florum* non agnoſcas, *dignitatem equeſtrem taxatam menſura.* Cum *Plinio* plerique *annulorum trimodia* memorant: Parum a *Noſtro* diſtat *Tertulliani* dictum Apol. c. XL. *Annibal apud Cannas Romanos annulos caedes ſuas modio metiebatur*: dura quidem, ſed in Afro ſcriptore forte tolerabilis adpoſitio; niſi potius inſerto *ac caedes ſuas* mollienda videatur. *Zonaras*, ut ſatis conſtat, ex *Dione Cocceiano* refert, numerum inire vulgaris turbae, quae Cannenſi praelio abſumta fuerit, Annibalem inſuper habuiſſe, περὶ δὲ τῶν ἱππέων ἐκ τῶν ἐκ τῆς βουλῆς ἀριθμὸν μὲν μὴ γράψαι τοῖς οἴκοι Καρχηδονίοις, δεῖξαι δὲ τῶν δακτυλίων ἔνδηλον ἔσεσθαι τοῦτον. Χοίνικας γὰρ σφᾶς ἀπομετρήσας ἀπέστειλε. *Dion* autem *Chryſoſt.* Or. LXIV. p. 599. A. quid quemve fuerit ſecutus, vix intelligo: Ἐπάρας δὲ (Annibal) τὸν χιτῶνα αὐτοῦ τοῖς πολίταις ἔδειξε Ῥωμαϊκῶν σφραγίδων ἀνάπλεων, ἃς ἐκπέσειν εἶχεν ἀπὸ πολεμίων σκύλων ὑπ' αὐτοῦ πεφονευμένων. Commiſſi erroris ſi quis *Dionem* inſimulet, haud equidem intercedam; quippe non ignarus ſaepe tales naevos viri doctiſſimi, dum rebus intentus memoriae nimium fidit, ſcriptis adhaerere: videtur ſane in Annibalem contuliſſe factum Magonis, qui nuncius victoriae Cannenſis Carthaginem a fratre miſſus, ad fidem tantae cladis annulos effundi in veſtibulo curiae juſſerat, teſte *Livio* XXIII, 12. &, qui hunc ſequi ſolet, *Sil. Ital.* XI, 536. De tunica ſublata, annuliſque oſtenſis (nam non vereor, ne quis ſigna veſtis hic, purpureasve notas interpretari velit) nemo alius, ſi recte memini, quicquam tradidit: praeterea verbis integritatem conſtare vix ac ne vix quidem perſuaderi poſſum: ne dicam, quod levioris eſt momenti, σκῦλα eſſe pro σκύλων ſcribendum, ſuſpicatus aliquando fui poſt πολίταις excidiſſe κόλπον, cui commode jungatur ἀνάπλεων verum aliunde forſitan huic loco felicior ſalutis adflabit aura. Porro qui hac de re notarunt plures *Luciani* verbis ſunt uſi, *Fr. Fabric.* ad *Oroſ.* IV. c. 16. *Freinshem* ad *Flor. M. Hoſt.* de Menſ. Rom. & Gr. p. 52, 78. De *modio* & μεδίμνῳ vide ad Tim. p. 175. *Eutropii modios* in hac eadem hiſtoria Graece dedit μεδίμνους *Paeanius*: & ſcriptor aliquis apud *Suidam*, ut orationem cultius expoliret, τρεῖς με-

pugnaciſſimis congreſſus: non Medos Armeniosque debellans prius aufugientes, quam aliquis inſequatur, & audenti ſtatim cedentes victoriam.

3. Alexander autem, quum paternum imperium ſuſcepiſſet, id auxit & multis partibus ampliavit uſus ſecundo fortunæ impetu: at poſtquam vicit illum nullius pretii Darium, atque ad Iſſum & Arbelis ſuperior fuit, pertæſus patrii moris adorari volebat, atque in Medicam illam & effeminatam vivendi rationem degeneravit:

μαχιμωτάτοις συμπλεκόμενος· ὀ Μήδους καὶ Ἀρμενίους καταγωνιζόμενος ὑποφεύγοντας πρὶν διώκειν τινὰ, καὶ τῷ τολμήσαντι παραδιδόντας εὐθὺ τὴν νίκην.

Ἀλέξανδρος δὲ πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν ηὔξησε, καὶ παραπολὺ ἐξέτεινε, χρησάμενος τῇ τῆς τύχης ὁρμῇ. ἐπειδὴ οὖν ἐνίκησέ τε, [b] καὶ τὸν ὄλεθρον ἐκεῖνον Δαρεῖον ἐν Ἰσσῷ τε καὶ Ἀρβήλοις ἐκράτησεν, ἀποστὰς τῶν πατρῴων προσκυνεῖσθαι ἠξίου, καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν, καὶ ἐμιαιφόνει ἐν

b Καὶ] Per errorem in *J.* & *Fl.* expreſſerunt eam figuram, quae *b* deſignat.

12. Πατρῴαν ἀρχὴν παραλαβὼν] Ἀλλὰ καὶ σὺ, Ἀλέξ, * Ἀμίλκα τοῦ ἐ Βάρκα πατρὸς τὴν παράσκευην τοῦ πολέμου λαβὼν, ἢ καὶ ἐπιεργάσω, εἰργάσω. *V.*

* * Ἀμίλκαρος καὶ κάρα πρὸς καί] Videtur Graeculus hic pro Alexandro reſpondens nomina Africanarum aliquot gentium adjeciſſe: ſed ex portentoſis ab imperito librario adjectis vocibus, quaenam eae fuerint, divinatoris ſagaciores. *J. C.*

In *V.* erat ἀμίλκα καὶ καρία πρ. Leg. Ἀμίλκα τοῦ καὶ Βάρκα πατρὸς. *J. G.*

Ἀλμικαρ του καὶ Καρκα πρ. C. *M. du S.*

Ego in *V.* niſi me fefellerunt oculi, quum illam partem inſpicerem, reperi tantum ἀμίλκαρος καὶ κάρα πρ. Veram lectionem, quae fugere non poterat eum, qui in πρ deprehendiſſet πατρὸς, dudum ante conjectura fueram aſſecutus: *Corn. Nepos: Hamilcar, Hannibalis filius cognomine Barcas. Polybius:* Ἀμίλκαν τὸν Βάρκαν ἐπικαλούμενον. *Zonar.* T. II. p. 70. Ἀννίβας παῖς τοῦ Ἀμίλκα τοῦ Βαρχίδου. Vide egregie doctum virum *Fr. Oudendorp.* ad *Frontin.* III. c. 10. §. 9. *T. H.*

μεθιέμενος Ἀτλαντικῆς τολμῆς χρυσῶν ἀνδρείαν. *T. H.*

7. Ἀνταξιοπαλαιόμενος] Nolui hic ſine Mſſ. aut Impr. Codicum auctoritate mutare: ſed non dubito, quin ſcriptum fuerit ἀντιπαλαιόμενος. Probabunt, credo, viri elegantes & critici, quibus harum vocum differentia nota eſt: duces enim cum ducibus bella gerentes, milites cum militibus confert; quod haud paulo vehementius eſt, quam ſi Ducum merita aut artes examini ſubjicias judicia rationes penſitantis: ſic enim res ipſa & eventus, qualis Dux fuerit, docent. Hinc in proxime ſequentibus verbis non ſolum συμπλεκόμενος, quod per ſe ſatis ſuperque emendationem confirmarit, ſed Medorum mentio luxu perditorum, Dariique Imperatoris ignaviae inſimulatio. Videndus denique *Plutarchi* locus in Alex. p. 488. A. *M. du S.*

Ἀνταξιοπαλαιόμενος] Mutari vetat *Lucianus* verbi hujus uſu gaudens Δ. N. XXIX. §. 1. περὶ τῆς ἐπὶ Μ. Σ. c. 24. majorem exemplorum copiam praebebit Index. Poterat ſane, ſi libuiſſet, adhibere ἀντιπαλαιόμενος, ut περὶ τῆς πρωτείων ὑμῖν ἀντιτάξασθαι apud *Demoſth.* p. 38. E. ſed alterum non minus accommodatum eſt, dignumque ab elegantibus viris probari: valet enim, *tanquam parem componi, & cum alio congredi*; quare de judiciis etiam uſurpatur. *Alciphr.* III. Ep. 54. μονομαχεῖν ἀντεξεταζόμενος νεανίαις, *cum robuſtis juvenibus contendere & manum conferere.* Similis poteſtas, quamvis ab Atticis faſtidiatur, in συγκρῖναι συγκριθῶμεν ἑαυτοῖς, *armis inter nos experiamur*; I Maccab. X, 71. *T. H.*

8. Μήδους καὶ Ἀρμενίους] Quamvis Armenii eſſent in exercitu Darii, attamen hic non illibenter legerim Ἀσσυρίους, qui a temporibus Sardanapali luxu & ignavia infames erant; non Armenii; qui tam beatam regionem non incolebant, adeoque erant duriores & fortiores. *J. C.*

15. Τὸν ὄλεθρον] Cave vertas *miſerum Darium*: ὄλεθρος eſt *exitio dignus.* Hoc autem convicio proſcindit Annibal Darium, quod nulla fortitudine, nullis imperatoriis artibus eſſet ornatus. *J. C.*

16. Ἀποστὰς τῶν πατρῴων] Subaudi ἐθισμῶν, *a patriis inſtitutis deſciſcens*, non, *a paterna virtute*, ut habet Interpres. Objectum eſt potiſſimum Alexandro, quod relictis moribus Macedonicis Perſicos induceret. Vid. Dial. Philippi & Alexandri. *J. C.*

17. Καὶ δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν] Locum integrum quoties ego intueor & contemplor, non video, quin exciderit ἐς vel εἰς, legendumque ſit, καὶ ἐς δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτόν. *Alexander vero acceptum a patre imperium auxit, & fortuna quodam impetu ejus multum amplia vit. Qui poſtquam perditum illum Darium ad Iſſum & Arbela devicit, a paterna virtute degenerans, adorari voluit, ſeſeque aſſuefecit mori vivendi apud Medos recepto*, adſumſit Medorum mores; tranſiit in Medorum mores. Scio inferri poſſe, accuſativos illos δίαιταν τὴν Μηδικὴν poſitos eſſe per ellipſin τοῦ κατά. At vereor ne hoc plus æquo hic ſit durum, & ab molliſſima, quam Lucianus tenet, dicendi ratione paullo alienius. *J. J.*

ἐν τοῖς συμποσίοις τοὺς φίλους, καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ. ἐγὼ δὲ ἦρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος, καὶ ἐπειδὴ μετεπέμπετο, τῶν πολεμίων μεγάλῳ στόλῳ ἐπιπλευσάντων τῆς Λιβύης, ταχέως ὑπήκουσα, καὶ ἰδιώτην ἐμαυτὸν παρέχων, καὶ καταδικασθεὶς ἤνεγκα εὐγνωμόνως τὸ πρᾶγμα. καὶ ταῦτ' ἔπραξα βάρβαρος ὤν, καὶ ἀπαίδευτος παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς· καὶ οὔτε Ὅμηρον, ὥσπερ οὗτος, ῥαψῳδῶν, οὔτε ὑπ' Ἀριστοτέλει τῷ σοφιστῇ παιδευθεὶς, μόνῃ δὲ τῇ φύσει ἀγαθῇ χρησά-

tum impie trucidabat inter convivia amicos, comprehendebatque ad mortem ducendos. Ego contra præfui æquo jure patriæ, atque ubi me domum arceſſebat, hoſtibus magna claſſe adortis Africam, e veſtigio parui, meque privatum præbui: condemnatus tuli animo moderato caſum. Hæc feci barbarus & expers diſciplinæ Græcæ, neque Homeri, prout hicce, carmina recitando decantans, nec ſub Ariſtotele Sophiſta doctrinis imbutus, at ſola uſus natura

26. Βάρβαρος ὢν . . . καὶ οὔτε Ὅμηρον. . .] Ἐφρόνει γὰρ Ἀλέξανδρος μέγα ἐπὶ τῷ * ἀπὸ στόματος ἀεὶ προφέρειν τὴν Ἰλιάδα Ὁμήρου. *V.*

* Ἀπὸ στόμ. προφ.] Ἀεὶ & Ὁμήρου adjecta ſunt a *M. du Soul.* Ego ἐπὶ τῷ ſcripſi pro eo quod erat in A. E. ἐπὶ τό. *T. H.*

Ἐς δίαιταν] In omnibus libris deeſt illud ἐς, quod ſententia tamen, ut recte vidit Clariſſ. *Jenſius*, requirit. In Ed. *J.* loco ſuo motum reperitur; quod haud dubie operarum incuriae imputandum eſt. Bonis itaque avibus in priſtinas redeat ſedes; quod jam a Clariſſ. *Hemſterhuſio* factum in ſua Dialogorum editione video. *M. du S.*

Ἐς δίαιταν τὴν Μηδ.] Non poenitet interjunctae jam olim particulae: certam linguae rationem, & conſenſum eruditorum hominum contra MSS. Codices aeſtimo, praeſertim in hac cauſa *Stephano* praeëunte Theſ. T. I. p. 985. Μεταδιαιτῶ, inquit, *quoque voce activa apud* Lucian. *de Alexandro*, δίαιταν τὴν Μηδικὴν μετεδιῄτησεν ἑαυτὸν, *id eſt, ſuum vitae genus Medico commutavit. Sed non dubito quin mendoſe omiſſa ſit praepoſitio* εἰς *ante* δίαιταν. Ejusmodi mutatam vivendi rationem, & in deterius a patriis inſtitutis degenerantem vocat *Plutarch.* τῶν πατρίων ἐκδιαίτησιν ἐθῶν, rectius ex Grammaticorum praeceptis, quam *Lucianus* ἀποστὰς τῶν πατρῴων· utriusque vocabuli diſcrimen, in eoque cautionem Atticiſtarum expoſuit *Graevius* ad Solœc. §. 5. ſubdubitans, an recte legatur πατρῴων, quum potius exiſtimandum ſit probatae ſibi normae voluiſſe *Lucianum* obtemperare: verum, quoniam ſaepe, quos in Soloeciſta ridendi cauſa poſuerat, ipſe fines refixit, & caſtigatiſſimi veterum ſcriptores aliquando πάτρια & πατρῷα promiſcue deprehenduntur uſurpaſſe, nihil eſt cauſae, cur lectioni vulgatae controverſia moveatur. *T. H.*

19. Καὶ συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ] In duabus præcedentibus editionibus vertunt, *interficientibusque auxilium tulit*, pro quo *Benedictus*, *& interficientibus opem tulit.* Mira & ridicula. Recte adſcripſit pater, *inſtar lictoris.* Id enim vult, *& ipſe corripuit* duxitque *ad mortem.* *J. G.*

Συνελάμβανεν ἐπὶ θανάτῳ] Haec ſic vertuntur vulgo: *& amicorum caede convivia contaminavit, & interficientibus opem tulit.* Equidem non poſſum non mirari, quomodo phraſin συλλαμβάνειν τινὰς ἐπὶ θανάτῳ reddere potuerint, *interficientibus opem ferre.* Συλλαμβάνειν quidem cum dativo ſignificat *opem ferre*, ſed non cum accuſativo, ut hic: nam τοὺς φίλους non tantum ad ἐμιαιφόνει pertinet, ſed etiam ad συνελάμβανεν. Eſt autem συλλαμβάνειν τινα, *aliquem capere, comprehendere.* Sed quî illud ἐπὶ θανάτῳ denotare poterit *interficientibus?* hoc inauditum eſt. Mihi nihil aliud eſt quam *ad mortem.* Ergo συλλαμβάνειν τινα ἐπὶ θανάτῳ eſt ad verbum, *aliquem comprehendere ad mortem*, h. e. ut ad mortem ducatur, vel, mortis ſupplicio afficiatur. Eandem phraſin habet *Diodorus Sic.* lib. XVI. p. 513. φοβούμενος δὲ αὐτὸν ὁ Διονύσιος ἔκρινεν ἐκ ποδῶν ποιήσασθαι τὸν ἄνδρα, συλλαβὼν ἐπὶ θανάτῳ. Ceterum τὸ συνελάμβανεν hic eſt συλλαμβάνειν ἐκέλευε, *comprehendi jubebat*, vel, *comprehendebat per alios:* ut apud *AElian.* V. H. XIV, 49. de Philippo, Ἀφθόνητον ἐμαστίγωσεν, *Aphthonetum flagris cecidit*, nimirum per alium ſuo juſſu. Vid. ibi Cl. *Perizonium.* *L. BOS* Animadv. c. XII. p. 57.

22. Ἐπιπλευσάντων τῆς Λιβύης] Diſcedit haec ſtructura a certa ſcribendi conſuetudine: ferri poterat πλευσάντων ἐπὶ τῆς Λιβύης· ſi teneas ἐπιπλευσάντων, ut ſane retinendum eſt, omnino refingi decet, τῇ Λιβύῃ· *Longus* II. p. 48. ἐπέπλει τοῖς παραθαλαττίοις τῶν Μιτυληναίων ἀγροῖς· mox iterum: ἐπέπλευσε τοῖς τῆς Χλόης ἀγροῖς· ſic & ἐπιπλεῖν τοῖς πολεμίοις apud *Diodorum*, *Arrianum*, *AElian.* V. H. XII, 61. aliosque frequens; ex *Thucydide* locutionem eandem adnotavit *H. Stephanus.* In *Appiano* de Bell. Mithr. p. 213. C. quamvis haud plane repudiandum ſit, ἐπέπλει δ' αὐτὴν (Ἀσίαν) καὶ λῃστήρια πολύανδρα φανερῶς, malim, αὐτῇ. Diverſum eſt *Xenophontis* Ἑλλ. II. p. 267. v. 18. καὶ τὴν ἐπὶ Χίον καὶ τὴν Ἔφεσον ἐπέπλεον, neque mutari convenit. Modo ἦρξα ἐπίσης τῆς πατρίδος mirifice verterant Interpretes, *pariter patriae dominatus ſum*; quod & obſcurum eſt, & longe a *Luciani* mente diſcedit, qui ſignificare ſcilicet volebat Annibalem, multo ſecus

at-

ra bona. Hæc ſunt, quibus ego Alexandro præſtare me fero: ille autem ſi pulcrior eſt, quia diademate caput habet revinctum, apud Macedonas iſta forte majeſtatem habent; attamen idcirco præferendus non exiſtimetur viro ſtrenuo, atque artibus imperatoriis inſtructo, qui ſolerti prudentia plus, quam fortuna fuerit uſus. MIN. Hic certe dixit maſculam orationem, nec qualem ab Afro expectaſſes, pro ſe: tu, Alexander, quid ad illa reſpondes?

4. Nihil oportebat, Minos, homini tam

μενος. ταῦτά ἐστιν, ἃ ἐγὼ Ἀλεξάνδρου ἀμείνων φημὶ εἶναι. εἰ δ' ἐστὶ καλλίων οὑτοσὶ, διότι διαδήματι τὴν κεφαλὴν διεδέδετο, Μακεδόσι μὲν ἴσως καὶ ταῦτα σεμνά· οὐ μὴν διὰ τοῦτ' ἀμείνων δόξειεν ἂν γενναίου καὶ στρατηγικοῦ ἀνδρὸς, τῇ γνώμῃ πλέον ἤπερ τῇ τύχῃ κεχρημένου. ΜΙΝ. ὁ μὲν εἴρηκεν οὐκ ἀγεννῆ τὸν λόγον, οὐδ' ὡς Λίβυν εἰκὸς ἦν, ὑπὲρ αὑτοῦ. σὺ δὲ, ὦ Ἀλέξανδρε, τί πρὸς ταῦτα φής;

ΑΛ. Ἐχρῆν μὲν, ὦ Μίνως, μηδὲν πρὸς ἀν-

atque Alexandrum, in adminiſtrandis rebus publicis aequo jure fuiſſe contentum, patriaeque legibus ac juſſis libentem paruiſſe: *Socrat.* Ep. I. p. 2. τὰς διατριβὰς ἐν κοινῷ ποιοῦμαι ἐπίσης ὁμοίας (ita lego pro ὁμοίως) ἀκούειν τῷ ἀεὶ ὄντι τε καὶ μή quae *Leo Allatius* & male tentat, & non melius interpretatur. *T.H.*

26. Βάρβαρος ὤν] *Valer. Max.* V, 1. Ext. §. 6. poſtquam Annibalis aliquot exempla humanitatis retulerat, addere non dubitavit: *Ergo humanitatis dulcedo etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat.* Idem Carthaginienſibus in Atilio Regulo crudeliſſime necando *barbaram feritatem* exprobrat IX, 2. Ext. §. 1. nam Graecis quidem quicquid eruditum erat, atque humanitatis & officii plenum, Ἑλληνικὸν dicebatur; qua de re ſatis arroganter, neque tamen falſo, *Iſocrat.* Panath. p. 51. A. Quod autem, verba *Luciano* miniſtrante, barbarus audire non refugiat Annibal, ejus appellationis convicio Philippum Alexandri patrem proſecutus eſt *Demoſthenes*, idque tam impotenter, ut ne hoc quidem ipſi vix integrum relinquat: οὐ μόνον, inquit p. 90. B. οὐχ Ἕλληνος ὄντος οὐδὲ προσήκοντος οὐδὲν τοῖς Ἕλλησιν· ἀλλ' οὐδὲ βαρβάρου ἐντεῦθεν, ὅθεν καλὸν εἰπεῖν. Longe mutata fuit rerum facies, quando Romanis objiciebant Macedones apud *Liv.* XXXI, 29. eos *alienigenas* eſſe & *barbaros*, *cum quibus aeternum omnibus Graecis bellum eſt eritque.* Alexander vero quam ad unguem calluerit *Homeri* carmina, perquam accurate docet *Dion Chryſ.* Or. IV. p. 65. C. ὁ δὲ Ἀλέξανδρος μέγιστον ἐφρόνει, ὅτι ἠπίστατο μὲν τὸ ἕτερον ποίημα ὅλον τὴν Ἰλιάδα, πολλὰ δὲ καὶ τῆς Ὀδυσσείας. Haud mirum Odyſſeam inferiore fuiſſe loco apud regem, qui Martem ac bella ſpirabat: quapropter Iliadem τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς ἐφόδιον καὶ νομίζων καὶ ὀνομάζων ἔλαβεν μὲν Ἀριστοτέλους διορθώσαντος, ἣν ἐκ τοῦ νάρθηκος καλοῦσιν· εἶχεν δὲ ἀεὶ μετὰ τοῦ ἐγχειριδίου κειμένην ὑπὸ τὸ προσκεφάλαιον, ὡς Ὀνησικράτης ἱστόρηκεν. Haec *Plutarch.* in Alex. p. 668. D. & *Euſtath* in Procem. p. 1. *T.H.*

28. Ῥαψῳδῶν] Hanc lectionem in ſola Salm. *Benedictus* expreſſit, quam, licet auctoritate membranarum deſtituatur, decora conſtruendae orationis lex commendat: quapropter eam adoptare non ſum veritus. F. & *J.* habent ἐραψῳδοῦν A1. H1. V2. ἐραψῳδοῦν. B2. P. melius ἐρραψῳδοῦν portentum dedit. *A.* ἐρραψῳδῶν. *T.H.*

29. Μόνῃ τῇ φ. ἀγαθῇ] Verum hoc non eſt: nam, ut vidimus ex *Nepote*, literas Graecas didicerat. *Hujus bella multi memoriae prodiderunt*, ait in ſequentibus idem ſcriptor; *ſed ex his duo, qui cum eo in caſtris fuerunt, ſimulque vixerunt, quamdiu fortuna paſſa eſt, Philaenius & Soſilus Lacedaemonius. Atque hoc Soſilo Annibal Graecarum litterarum uſus eſt doctore.* *J.C.*

32. Μακεδόσι] *Diadema* itaque non Perſicum ornamentum, ſed regium apud Graecos inſigne, ut in numiſmatis videre eſt. Cave itaque cum *tiara* confundas, quae Perſarum eſt propria. *M. duS.*

35. Τῇ γνώμῃ] *Ingenio & prudentia.* Frigide Interpres, *qui mentis ſententia magis, quam fortuna eſt uſus:* quamvis enim γνώμη hoc ſaepe ſignificet, id tamen non ſonat, cum opponitur fortunae. Subjiciam locum inſignem *Polybii* e lib. I. p. 50. ubi γνώμη, ut hic, pro ſapiente conſilio in re militari ſumitur: Τὸ παρ' Εὐριπίδῃ πάλαι καλῶς εἰρῆσθαι δοκοῦν, ὡς ἓν σοφὸν βούλευμα τὰς πολλὰς χεῖρας νικᾷ, τότε δι' αὐτῶν τῶν ἔργων ἔλαβε τὴν πίστιν. εἷς γὰρ ἄνθρωπος καὶ μία γνώμη τὰ μὲν ἀήττητα πλήθη καὶ πραγματικὰ καθεῖλε. *J.C.*

Τῇ γνώμῃ πλέον &c.] De Eumenis Pergameni ingenio prorſus ſimile judicium *Polybii* in Exc. *Valeſ.* p. 166. quod quia cum his egregie conſentit, adſcribendum videbatur: Ταῖς μεγίσταις τῶν καθ' αὐτὸν δυναστειῶν ἐφάμιλλον ἐποίησε τὴν ἰδίαν ἀρχὴν, οὐ τύχῃ τὸ πλεῖον συνεργῷ χρώμενος, οὐδ' ἐκ περιπετείας, ἀλλὰ διὰ τῆς ἀγχινοίας καὶ φιλοπονίας, ἔτι δὲ πράξεως τῆς αὐτοῦ. Annibalis indolem, & admirabilem ejus ἀγχίνοιαν, multisque experimentis exercitam bellandi peritiam deſcribit *Diodor.* in Exc. *Valeſ.* p. 278. illumque talem Imperatorem exiſtimat *Polybius*, in quem propter ſummam prudentiam ac virtutem fortunae minimum licuerit: vide praeterea *Dion. Caſſ.* in iisdem Exc. p. 593. *T.H.*

38. Αὑτοῦ] Ita pro αὐτοῦ, quod in omnibus Impr. erat, legendum eſt. *M. duS.*

40. Ἐχρῆν μὲν] *Nihil erat reſpondendum.* *J.B.*

ἄνδρα οὕτω θρασύν· ἱκανὴ γὰρ ἡ φήμη διδάξαι σε, οἷος μὲν ἐγὼ βασιλεύς, οἷος δὲ οὗτος ληστὴς ἐγένετο· ὅμως δὲ ὅρα, εἰ κατ' ὀλίγον αὐτοῦ διήνεγκα· ὃς νέος ὢν ἔτι παρελθὼν ἐπὶ τὰ πράγματα, καὶ τὴν ἀρχὴν τεταραγμένην κατέσχον, καὶ τοὺς φονέας τοῦ πατρὸς μετῆλθον, καταφοβήσας τὴν Ἑλλάδα τῇ Θηβαίων ἀπωλείᾳ, στρατηγὸς ὑπ' αὐτῶν χειροτονηθείς, [a] οὐκ ἠξίωσα τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν περιέπων ἀγαπᾷν ἄρχειν ὁπόσων ὁ πατὴρ κατέλιπεν, ἀλλὰ πᾶσαν ἐπινοήσας τὴν γῆν, καὶ δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ μὴ ἁπάντων κρατήσαιμι, ὀλίγους ἄγων ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀσίαν· καὶ ἐπί τε Γρανικῷ ἐκράτησα μεγάλῃ μάχῃ· καὶ τὴν Λυδίαν λαβὼν, καὶ Ἰωνίαν καὶ Φρυγίαν, καὶ ὅλως τὰ ἐν ποσὶν ἀεὶ χειρούμενος ἦλθον ἐπὶ Ἰσσόν, ἔνθα Δαρεῖος ὑπέμεινε μυριάδας πολλὰς στρατοῦ ἄγων.

Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου, ὦ Μίνως, ὑμεῖς ἴστε ὅσους ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. Φησὶ γοῦν ὁ πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι αὐτοῖς τότε τὸ σκάφος, ἀλλὰ σχεδίας δια-

audaci : ſatis enim te fama docuerit, qualis ego rex, hic contra qualis fuerit latro; vide tamen, an parvo intervallo illum ſuperarim, qui juvenis adhuc ad rerum adminiſtrationem adgreſſus imperium turbatum continui, & percuſſores parentis ſupplicio ſum ultus: tum perculſis Thebanorum excidio Græcis, dux eorum ſuffragiis lectus indignum exiſtimavi, ſi ſoli Macedonum regno incubans contentus eſſem imperio a patre mihi relicto: ſed univerſa mente terrarum orbem complexus, intolerandumque putans, niſi omnium forem dominus, paucis mecum ductis militibus invaſi Aſiam; ad Granicum magno prælio fui ſuperior; Lydiaque capta, Ionia & Phrygia, in ſumma proxima quæque ſubjiciens perveni ad Iſſum, ubi Darius expectabat cum immenſa copiarum multitudine.

5. Exinde, Minos, vos non præterit, quot vobis mortuos uno die huc demiſerim: portitor quidem adfirmat, non ſuffeciſſe ipſis tunc cymbam, ſed ratibus junctis

a Οὐκ ἠξίωσα] Καὶ οὐκ ἠξ. *J.*

50. Ἀγαπᾷν ἄρχειν] * Κατέχειν ἀρκεῖσθαι. *V.*

* Κατίσχειν ἀρχεῖσθαι] F. κατέχειν ἀρκεῖσθαι. In Exc. G. ſic legitur, κατέχων ἀρχεῖσθαι· ita & C. niſi quod ἀρκεῖσθαι. *M. du S.*

Ex *V.* refecerat *M. du Soul* κατέχων ἀρκεῖσθαι. Ego certiſſimam ejus conjecturam praetuli: ἀγαπᾷν expoſuit per ἀρκεῖσθαι, ἄρχειν per κατέχειν. *T. H.*

43. Ληστής] Non defuere, qui Alexandrum eodem ignominioſo titulo perſtrinxerint; qui Romanos *latrones, communisque omnium libertatis raptores* appellarint. Quam Annibali dicit contumeliam, didiciſſe potuit a *Demoſthene*, qui parentem ejus Philippum dignum judicabat, quem pro concione praedonem Graeciae nuncuparet *Philipp.* IV. p. 100. C. ὑπὲρ δὲ τοῦ ἐπὶ ταῖς θύραις ἐγγὺς οὑτωσὶ ἐν μέσῃ τῇ Ἑλλάδι αὐξανομένου λῃστοῦ τῶν Ἑλλήνων. Quod autem eximie ſe βασιλέα ferat, eoque inſigni ab Annibale diſcerni poſtulet Alexander, parum ipſius cauſae prodeſt; nam & Annibalem βασιλέα Graeci Scriptores agnoſcunt: *Dion Chryſ.* Or. LXIV. p. 599. A. τί δαὶ ὁ Λιβύων βασιλεύς; eoque nomine Suffetes, quo magiſtratu fuerat functus, honorari ſolent, ut *J. Andr. Boſius* oſtendit ad *Corn. Nepot.* Annib. c. VII. §. 4. *T. H.*

44. Νέος ὤν] Vigeſimum agens annum. *Plutarch.* p. 487. F *M. du S.*

47. Καταφοβήσας] Legendum eſt aut καὶ καταφ. aut κἆτα φοβήσας· id enim ſequentia neceſſario poſtulant. Prius autem magis placet, quia mox in Ed. *J.* loco alieno inſertum eſt καὶ poſt χειροτονηθείς. *M. du S.*

Καταφοβήσας] Debilitanda non eſt hujus verbi poteſtas detracta praepoſitione · malim καταφοβήσας τε, quod ante τὴν facile perierit. Eandem Thebarum funditus everſarum rationem reddunt *Diodor. Sic.* XVII. p. 569. D. τὴν πόλιν κατασκάψας πολὺν ἐπέστησε φόβον τοῖς ἀφισταμένοις τῶν Ἑλλήνων & mox, populus Athenienſis διὰ τὴν Θηβαίων ἀπώλειαν ἐκπεπληγμένος τὸ δεινὸν περίφοβος καθειστήκει· *Plutarch.* Alex. p. 670. E. τὸ μὲν ὅλον προσδοκήσαντος αὐτοῦ τοὺς Ἕλληνας ἐκπλαγέντας πάθει τηλικούτῳ καὶ πτήξαντας ἀτρεμήσειν· atque alii. Pronunciare tamen non veretur *Liban.* Or. XII. ad Theodoſ. p. 391. D. Ἦν δ' ἂν καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Μακεδὼν βελτίων οὐ κατασκάψας Θήβας. Mox pro ἐπινοήσας praetulerim equidem περινοήσας, quod accommodatius

ctis multos eorum trajeciſſe. Equidem iſta agebam ipſe me ante alios periculis offerens, vulnerarique pulcrum ducens. Et ne tibi quæ Tyri ſunt geſta, quæque Arbelis enarrem, ad Indos usque penetravi, Oceanumque limitem feci imperii, elephantos eorum cepi, Porum ſubegi: Scythas etiam, minime contemnendos viros, transgreſſus Tanaïm magna devici equeſtri pugna: amicis benefeci, inimicos ultus ſum. Quod ſi Deus etiam videbar hominibus, veniam illi merentur ob magnitudinem rerum geſtarum tale quiddam de me ſibi perſuadentes.

6. Denique ego regnans diem obii: hicce patria extorris apud Pruſiam Bithynum, ut dignum erat, fraudulentiſſimum crudeliſſimumque hominem. Nam quomodo ſuperarit Italos, mitto dicere; non fortitudine ſane, ſed malitia, perfidia & dolis; nihil autem in prœliis juſtum atque apertum. Quandoquidem vero mihi exprobravit luxuriam, oblitus mihi videtur,

πηξαμένους τοὺς πολλοὺς αὐτῶν διαπλεῦσαι. καὶ ταῦτα δὲ ἔπραττον αὐτὸς προκινδυνεύων, καὶ τιτρώσκεσθαι ἀξιῶν. καὶ ἵνα σοι μὴ τὰ ἐν Τύρῳ, μηδὲ τὰ ἐν Ἀρβήλοις διηγήσωμαι, ἀλλὰ καὶ μέχρις Ἰνδῶν ἦλθον, καὶ τὸν Ὠκεανὸν ὅρον ἐποιησάμην τῆς ἀρχῆς, καὶ τοὺς ἐλέφαντας αὐτῶν [b] εἶλον, καὶ Πῶρον ἐχειρωσάμην· καὶ Σκύθας δὲ, οὐκ εὐκαταφρονήτους ἄνδρας, ὑπερβὰς τὸν Τάναϊν, ἐνίκησα μεγάλῃ ἱππομαχίᾳ· καὶ τοὺς φίλους εὖ ἐποίησα, καὶ τοὺς ἐχθροὺς ἠμυνάμην. εἰ δὲ καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις, συγγνωστοὶ ἐκεῖνοι, [c] παρὰ τὸ μέγεθος τῶν πραγμάτων καὶ τοιοῦτόν τι πιστεύσαντες περὶ ἐμοῦ.

Τὸ δ' οὖν τελευταῖον, ἐγὼ μὲν βασιλεύων ἀπέθανον, οὗτος δὲ ἐν φυγῇ [d] ὢν παρὰ Προυσίᾳ τῷ Βιθυνῷ, καθάπερ ἄξιον ἦν πανουργότατον, καὶ ὠμότατον ὄντα· ὡς γὰρ δὴ ἐκράτησε τῶν Ἰταλῶν, ἐῶ λέγειν, ὅτι οὐκ ἰσχύϊ, ἀλλὰ πονηρίᾳ, καὶ ἀπιστίᾳ, καὶ δόλοις· νόμιμον δὲ, ἢ προφανὲς οὐδέν. ἐπεὶ δέ μοι ὠνείδισε τὴν τρυφὴν, ἐκλελῆσθαί μοι δοκεῖ, οἷα ἐποίει

b Εἶλον] Εἶχον Schol. *c* Παρὰ] Πρὸς L. *d* Ὢν] Defuit in *B2. P.*

tius eſt ad πᾶσαν τὴν γῆν. *T.H.*

54. Γρανικῷ] Ad Granicum fluvium. *Arrian. Curt.* *J.B.*

62. Διαπηξαμένους] Commodius utique συμπηξαμένους uſurpaſſet ſatis frequens in hac ipſa re: nam διαπῆξαι compoſitum rarius, ac *Luciani* ſolius, non indicato tamen hoc loco, auctoritate firmatum a *Stephano*, diverſae virtutis eſt, atque ad hunc locum parum appoſitae; vel *pangendo figendoque diſtinguere*, vel *ita defigere, ut ſtabilitum diu perduret. Eunap.* Proœm. p. 5. Τὰ ἐκ τῆς ἀκοῆς ὑπὸ τοῦ χρόνου κατασειόμενα καὶ μεταβάλλοντα διαπῆξαι καὶ στηρίξαι τῇ γραφῇ πρὸς τὸ στάσιμον καὶ μονιμώτερον. Hic itaque legendum potius videtur, ἀλλὰ σχεδίας δὴ πηξαμένους, ut *Herodot.* V, 82. νῆάς τε πηξάμενοι. Similiter in *Philoſtrati* Icon. II. p. 853. v. 19. Penelope ἀναλύει ἃ διύφηνεν, placet ἃ δὴ ὕφηνεν. *T.H.*

74. Τοῖς ἀνθρώποις] Non barbaris ſolum, ſed & ipſis Athenienſibus. Vid. *Plutarch.* 1439, 2. *M. du S.*

78. Ἐν φυγῇ ὢν] *Dion Chryſ.* Or. LXIV. p. 599. B. Ἀτίμως ἀπέθανε μάτην πολλὰ φιλονεικήσας πρὸς τὴν τύχην. Illud ipſum ἀτίμως in fine dialogi adverſus Annibalem a ſe fugatum intorquet Scipio. Duobus vitiis Annibalem in primis inſignem fecerunt Romani Scriptores, avaritia & crudelitate: ut *Valerium Maximum* praeteream, vide *Liv.* XXVI, 38. XXI, 4. prius in dubitationem eo minus venit, quod ipſi Carthaginienſes', quibus popularis ſui mores bene notos fuiſſe credas, huic accuſationi ſubſcribant: alterum ejus ingenio in ſaevitiam per ſe proclivi, an rerum, in quibus varia fortuna fuit verſatus, neceſſitati ſit tribuendum, prudenter diſputat *Polybius* in Exc. *Valeſ.* p. 30. & ſequ. Contra Romanorum Annibalem incuſaſſe crudelitatem *Diodorus* narrat in Exc. Valeſ. p. 281. Τῶν Ῥωμαίων ὁ Ἀννίβας πολλὰ κατηγορήσας εἰς ὠμότητα καὶ πονηρίαν, ἢ μᾶλλον ὑπερηφανείαν &c. mox tamen idem: ἔνθα δὴ δικαίως ἄν τις τοῦ μὲν Φοίνικος ἐμίσησε τὴν ὠμότητα. *T.H.*

82. Νόμιμον δὲ ἢ πρ. οὐδὲν] *Legitima acie & aperto Marte nihil perfecit*, ut proxime antecedentia oſtendunt: non vero, *nunquam juſti aut claritudinis alicujus memor*, ut abſurde habet Interpres. Eſt locutio ducta a certaminibus, in quibus victores debebant viciſſe κατὰ νόμον, *ſervata ludorum lege:* ſin minus, praemium non referebant. *J.C.*

Νόμιμον] Sumſit a *Demoſth.* p. 92. C. *T.H.*

ἐποίει ἐν Καπύῃ, [a] ἑταίραις συνὼν, καὶ τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς ὁ θαυμάσιος καθηδυπαθῶν. ἐγὼ δὲ εἰ μὴ, μικρὰ τὰ Ἑσπέρια δόξας, ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὥρμησα, τί ἂν μέγα ἔπραξα, Ἰταλίαν ἀναιμωτὶ λαβὼν, καὶ Λιβύην, καὶ τὰ μέχρι Γαδείρων ὑπαγόμενος; ἀλλ᾽ οὐκ ἀξιόμαχα ἔδοξέ μοι ἐκεῖνα, ὑποπτήσσοντα ἤδη, καὶ δεσπότην ὁμολογοῦντα. εἴρηκα. σὺ δὲ, ὦ Μίνως, δίκαζε. ἱκανὰ γὰρ ἀπὸ πολλῶν καὶ ταῦτα.

ΣΚΗ. Μὴ πρότερον, ἢν μὴ καὶ ἐμοῦ ἀκούσῃς. ΜΙΝ. τίς γὰρ εἶ, ὦ βέλτιστε; ἢ πόθεν ὢν ἐρεῖς; ΣΚΗ. Ἰταλιώτης Σκηπίων, στρατηγὸς, ὁ καθελὼν Καρχηδόνα, καὶ κρατήσας Λιβύων μεγάλαις μάχαις. ΜΙΝ. τί οὖν καὶ σὺ ἐρεῖς; ΣΚΗ. Ἀλεξάνδρου μὲν ἥττων εἶναι, τοῦ δ᾽ Ἀννίβου ἀμείνων· ὃς ἐδίωξα νική-

qualia fecerit Capuæ, meretriculis adfixus, & belli opportunitates in deliciis diſperdens. Ego autem niſi parvifactis orbis occidui rebus in Orientem irruiſſem, quid grande præſtitiſſem Italia incruente capta, Libyaque, & cunctis ad Gades usque ſubactis? at illæ partes bello mihi dignæ non videbantur, ut quæ ultro jam metu jugum ſubirent, ac dominum faterentur. Dixi: tu, Minos, judica: hæc enim ipſa de multis ſufficiunt.

7. SCIP. Ne prius tamen, niſi de me quoque audiveris. MIN. At quis tu, virorum optime, aut unde domo dicturus eris? SCIP. Italus Scipio, Imperator, qui fregi Carthaginem, Afrosque devici magnis præliis. MIN. Quid igitur porro tu dices? SCIP. Alexandro quidem me concedere, verum Annibalem anteire, ut qui

[a] Ἑταίραις] Ἑτέραις ſolemni labe *J. V2. H. S. Æ.*

86. Καθηδυπαθῶν] Εἰς ἡδονὰς καλινδούμενος. *V.*

85. Ἑτέραις συνὼν] Pro ἑτέραις συνὼν lege, ut legendum vidit Latinus interpres, ἑταίραις συνὼν, *cum amicis conſueſcens*, hoc eſt, *meretricibus*. *J.G.G.*

Ἑταίραις συνὼν] Ita *Flor.* ἑτέραις peccatum eſt poſteriorum Edd. Scribit *Florus* II, 6. §. 21. Annibalem a victoria Cannenſi maluiſſe, *relicta Roma*, *Campaniam Tarentumque peragrare; ubi mox & ipſe, & exercitus ardor elanguit.* Mitto *Tarentum*, quod tamen hactenus fuiſſe nemini ſuſpectum miror: de Annibale Campanae voluptatis lenociniis implicato tacet *Servius* bonum ducem ſecutus ad AEn. VI, 846. quum narrat Fabium Maximum, *qui Annibalis impetum ferre non poſſet, mora eum eluſiſſe, & ad Campaniam traxiſſe, ubi deliciis Carthaginenſium virtus obtorpuit*: tacent plures: nam *ipſum*, ut ad *Annaeum* notat Eruditiſſ. *Dukerus*, *deliciis his emollitum fuiſſe* Polybius, Livius *aliique hiſtorici quidem non produnt: ſed tamen probabile eſt*; eamque in rem *Luciani* noſtri verba profert. Verum ſunt ſane non pauci, qui Annibalem ipſum peſtifera luxuriae Campanae contagione delinitum elanguiſſe ſcripſerunt. Ne *Aurelio Victori* teſtimonium denunciem, qui ſolo Imperatoris nomine exercitum indicaſſe videri poteſt, quid *Valerii Maximi* verbis eſt diſertius IX, 1. Ext. §. 1. *Invictum enim armis Annibalem illecebris ſuis complexa vincendum Romano militi tradidit. Illa vigilantiſſimum ducem, illa exercitum acerrimum dapibus largis, abundanti vino, unguentorum fragrantia, Veneris uſu laſciviore ad ſomnum & delicias evocavit.* Parum utique Venus profeciſſet, niſi, fractis in mollitiem copiis, eadem caput ipſum labe adflaſſet: idcirco Cupidines allocuta, ſic ait apud *Sil. Italic.* XI, 402. *Combibat illapſos ductor per viſcera luxus, Nec pudeat picto fultum jacuiſſe cubili, Nec crinem Aſſyrio perfundere pugnet amomo*: & ne putes intra votum ſpem Veneris improbam ſtetiſſe, cavet *Silius* v. 422. *Ipſe etiam adflatus fallente Cupidine ductor Inſtaurat menſas dapibus, repetitque volentum Hoſpitia, & patrias paulatim decolor artes Exuit, occulta mentem vitiante ſagitta.* At ſi horum fides ſit fortaſſe levior, hiſtoricum dabo, qui amicam ad Annibalem deducet, eumque nobis monſtrabit ἑταίραις συνόντα. *Appian.* de Bell. Ann. p. 338. C. Ὁ δ᾽ Ἀννίβας, ἐπεὶ τῆς πείρας (obſidione liberandae Capuae) ἀπέτυχεν, ἐς Λευκανοὺς διελθὼν ἐχείμαζε, καὶ ἐπὶ τρυφῆς ἦν οὐ συνήθους, ἐρωμένην τε εἶχεν ἄγριος ἀνήρ. Hoc paulo quidem ſerius, modo ne *Appiani*, qui de Campanis illecebris, ſi recte memini, mentionem nullam fecit, ſcriptoris in ordine rerum geſtarum digerendo non nimis accurati, induſtria parumper hic vacillet, accidiſſe non diffiteor: neque tamen eo minus objectum ab Alexandro flagitium confirmat. Eſt autem elegans loquendi formula τοὺς τοῦ πολέμου καιροὺς καθηδυπαθεῖν, cujus genuinam vim haud equidem ſcio, an *Budaeus* C. L. G. p. 1079. penitus non fuerit adſecutus, *per luxum & voluptatem conterere*: debuerat potius, *luxu & voluptatibus avocatum belli opportunitates perdere atque e manibus amittere*; *Plutarch.* in Anton. p. 928. A. Ἐκεῖ δὲ μειρα-

qui victum illum pepuli, fugamque turpem capeſſere coëgi: quomodo non impudens igitur hicce, qui cum Alexandro contendat, cui ne ego quidem Scipio, qui eum ſuperavi, comparari ſuſtineo. MIN. Ita me Jupiter amet, æquum loquere, Scipio: quare primo quidem loco ponatur Alexander; tu illi ſecundus eſto: poſtea, ſi videtur, Annibal, ne ipſe quidem facile contemnendus.

σας αὐτὸν, καὶ φυγεῖν καταναγκάσας ἀτίμως. πῶς οὖν οὐκ ἀναίσχυντος οὗτος, ὃς πρὸς Ἀλέξανδρον ἁμιλλᾶται, ᾧ οὐδὲ [b] Σκηπίων ἐγὼ, ὁ νενικηκὼς [c] αὐτὸν, παραβάλλεσθαι ἀξιῶ; MIN. νὴ Δί' εὐγνώμονα φὴς, ὦ Σκηπίων· ὥστε πρῶτος μὲν κεκρίσθω Ἀλέξανδρος, μετ' αὐτὸν δὲ, σύ· εἶτα, εἰ δοκεῖ, τρίτος Ἀννίβας, οὐδὲ οὗτος εὐκαταφρόνητος ὤν.

XIII.

DIOGENIS ET ALEXANDRI.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ.

DIOG.

1\. QUid hoc, Alexander? & tu mortuus es perinde atque nos omnes?

ΔΙΟΓ.

ΤΙ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε; καὶ σὺ τέθνηκας, ὥσπερ [d] καὶ ἡμεῖς ἅπαντες;

Α Λ.

b Σκηπίων] Hoc ſolo loco Σκιπίων *J. V2.* *c* Αὐτὸν] Ἐμαυτὸν P. vitioſe. *d* Καὶ] Ex O. In ceteris Codd. atque Edd. deeſt.

ρακίου σχολὴν ἄγοντος διατριβαῖς καὶ παιδιαῖς χρώμενον ἀναλίσκειν καὶ καθηδυπαθεῖν τὸ πολυτελέστατον, ὡς Ἀντιφῶν εἶπεν, ἀνάλωμα τὸν χρόνον· eamque poteſtatem pluribus verbis confert adfixa praepoſitio κατά. Καταπορνεύειν, κατακυβεύειν τοῦ πατρὸς τὴν οὐσίαν, καταπεπαιδεραστηκέναι τὸν οἶκον, καθιπποτροφεῖν, καταδωροδοκεῖν, καταριστᾶν, καταγυμνάσασθαι, vide *Heſych.* in Κατεγυμνάσατο, καταπωλεῖν, καταφροντίζειν *Ariſtophani* Nub. v. 855. ad quem legendus eſt *Schol.* Nonnihil hinc diſſidet *Syneſii* ratio de Prov. I. p. 105. B. μείζω συμφορὰν ἐπεπόνθει τὸ τῆς βασιλείας ἐκπεπτωκέναι τὸν ἄνδρα, ἐκείνως ἂν οἰομένη δημοσιεύσειν τὴν πολιτείαν ἐπὶ μείζονος ὑποθέσεως, καὶ καθηδυπαθήσειν τὴν ἐξουσίαν· quoniam ſcriptoris ſui mentem omnino perperam accepit *Petavius*, ne alios in errorem trahat, explanare lubet: *eo indignius ferebat Typhonis uxor regno maritum excidiſſe, quod ſi potiretur, in majore rerum argumento ſe liberius exiſtimaret ac palam poſſe flagitioſam vivendi conſuetudinem exulare, & potentiam luxui impendere ac deliciis:* quanquam nervos orationis Graecae multum interpretatione Latina debilitari facile concedam. *Suidas* ex ſcriptore neſcio quo profert: τὸν τῆς ἐξουσίας καιρὸν καθηδυπαθοῦντα ἱκανῶς· notatque genitivum etiam adnecti; cujus ſtructurae quod ponit exemplum, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου; extat ſane in *Baſilii* Hom. ad Div. p. 60. C. ἀλλ' ὃν μὲν ἑξῆς χρόνον, καθηδυπαθῶν τοῦ βίου καὶ τῇ τρυφῇ διαρρέων· ubi miror equidem ex tot Codicibus, ad quos *Baſilium* exegerunt Benedictini, nullam enotari variationem; quum tamen vel invitis membranis ac *Suida* non dubitandum videatur, quin refingi praeſtet τὸν βίον nam alteram illam lectionem ſi loco cedere prohibeas, utique foret interpretanda, *per luxum ac voluptates immoderatas inſultare vitae:* quod ab eloquentiſſimi patris mente non parum diſcrepat. Vereor autem, quod Alexander gloriatur, ſe μικρὰ τὰ ἑσπέρια δόξαντα ἐπὶ τὴν ἕω μᾶλλον ὁρμῆσαι, ut Romanos, illos rerum dominos, ſuffragatores habeat: multa diſputat in contrariam partem *Livius* IX, 17. in iſto nobili diverticulo, quo quaeſivit, *quinam eventus Romanis rebus, ſi cum Alexandro foret bellatum, futurus fuerit:* ibi non pauca reperies, quae ad hunc Luciani dialogum collata voluptati erunt. Omnino confer *Arrian.* initio lib. VII. *T. H.*

95\. Ἦν μὴ] Sic omnes libri noſtri pro ἤν. *M. du S.*

97\. Ἰταλιώτης] Incurriſſe videri poteſt Lucianus in regulam a Grammaticis praeſcriptam, quae ut Σικελοὺς & Σικελιώτας, ſic etiam Ἰταλοὺς atque Ἰταλιώτας diſcernit: hanc enim normam ſi ſequi voluiſſet, Scipio non Ἰταλιώτης, ſed Ἰταλὸς dicendus erat. Vid. *Menag.* ad *Diogen. L.* II, 5. Verum eam legem optimi ſcriptores migrare ſaepe ſolent; proque Siculis Σικελιώτας poſuit *Diodor. Sic.* tum XI. p. 279. D. tum alibi non raro; de quo more copioſius alio loco dicemus. *T. H.*

10\. Οὗτος] Commodius, mea quidem ſententia, legeretur οὕτως. ſed libri omnes aliter. *M. du S.*

12\. Καὶ ἡμεῖς] Καὶ ex MS. Ox. *M. du S.*

ΑΛ. ὁρᾷς, ὦ Διόγενες· οὐ παράδοξον δὲ, εἰ ἄνθρωπος ὢν ἀπέθανον. ΔΙΟ. οὐκοῦν ὁ Ἄμμων ἐψεύδετο, λέγων ἑαυτοῦ σε εἶναι υἱόν· σὺ δὲ Φιλίππου ἄρα ἦσθα; ΑΛ. Φιλίππου δηλαδή· οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκειν Ἄμμωνος ὤν. ΔΙΟ. καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὅμοια ἐλέγοντο, δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ, καὶ [a] βλέπεσθαι ἐν τῇ εὐνῇ· εἶτα οὕτω σε τεχθῆναι· τὸν δὲ Φίλιππον [b] ἐξηπατῆσθαι, οἰόμενον [c] πατέρα σου εἶναι. ΑΛ. κἀγὼ ταῦτα ἤκουον, ὥσπερ σύ· νῦν δὲ ὁρῶ, ὅτι οὐδὲν ὑγιὲς οὔτε ἡ μήτηρ, οὔτε οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται ἔλεγον. ΔΙΟ. ἀλλὰ τὸ ψεῦδος αὐτῶν οὐκ ἄχρηστόν σοι, ὦ Ἀλέξανδρε, πρὸς τὰ

ALEX. Res apparet, Diogenes: nec valde mirandum, ſi homo natus mortem obii. DIOG. Igitur Ammon mentiebatur te prædicans ſuum eſſe filium, quum tu interea Philippi fores. ALEX. Quippe Philippi: neque enim Ammone genitus deceſſiſſem. DIOG. Atqui etiam de Olympiade ſimilia quædam ferebantur, draconem cum ea rem habere & conſpici in lecto; tum ita te fuiſſe prognatum, Philippum vero deceptum, qui opinaretur te tibi patrem eſſe. ALEX. Et ego non ſecus iſta, quam tu, audiebam: nunc video nihil veri nec matrem, neque Ammoniorum vates dixiſſe. DIOG. Verum mendacium eorum non inutile tibi, Alexander,

a Βλέπεσθαι] Κλέπτεσθαι O. b Ἐξηπατῆσθαι] Ita recte O. Emendandum erat cunctarum Edd. vitium, ut Grammaticae legibus ſatisfieret. c Πατέρα σου] Παρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι O.

18. Ὅμοια] Quorſum pertineat; quove referendum ſit, exputare nequeo: nam quae ſimilia, aut quibus ante narratis, de Olympiade ferebantur? experiamur an minimae mutationis beneficio ſenſus verborum eniteſcere queat: καὶ μὴν καὶ περὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ὁποῖα ἐλέγοντο; δράκοντα ὁμιλεῖν αὐτῇ· &c. *at vero de Olympiade qualia ferebantur? draconem cum ea conſueſcere:* haec, puto, conveniunt Diogenis admirationem irriſoriam fingentis perſonae. Ὁποῖος, autem, ποῖος & οἷος frequenter ſimilem uſum habere notum eſt: Dial. Mort. XXII. ἀγνοεῖς, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας. Magnis viris apud antiquos & fortitudinis admirandae laude praeſtantiſſimis illa ſingularis honoris praerogativa fuit attributa, ut draconum, atque adeo Deorum (hi enim nullius aeque animalis ſpecie celari gaudebant) filii perhiberentur: ex tali concubitu gens orta Ὀφιογενεῖς, teſte *AEliano* de Anim. XII, 39. De Auguſto quid mandare memoriae ſuſtinuerit Aſclepiades Mendeſius, vel inter AEgyptios homo nugaciſſimus, traditum a *Sueton.* c. 94. Sed exempla, quae magno ſunt numero, congerere nihil attinet. Alexandri ortus quam varie fuerit a ſcriptoribus expoſitus, enarrat *Plutarchus* in initio vitae ejus: quosdam ſane non puduit Philippum infandi concubitus ſpectatorem agenti rimas januae admovere, ideoque poſt orbatum oculo male curioſo, qui volutantem cum uxore draconem fuerat conſpicatus. Olympias vero rumorem pudicitiae ſuae noxium aversata dicere ſolebat argute: Οὐ παύσεταί με διαβάλλων Ἀλέξανδρος πρὸς τὴν Ἥραν quod dictum ut ipſi ſit honorificum, Alexandri certe ſtultitiam parentem draconem non adſpernantis perſtringit: inde *Draconigenam* appellat *Apollin. Sidon.* Paneg. Anthem. v. 80. 121. ubi vide *Savar. Livius* quidem non continuit ſe, quin ſcriberet XXVI, 19. *retulitque famam* (Scipio Africanus) *in Alexandro Magno prius vulgatam, & vanitate & fabula parem, anguis inmanis concubitu conceptum, & in cubiculo matris ejus perſaepe viſam prodigii ejus ſpeciem, interventuque hominum evolutam repente, atque ex oculis elapſam.* Equidem, ſi quis me roget, quid ſentiam, nullus intercedo, quo minus anguinae ſtirpis fulgore nobiliſſimi viri ſuperbiant: neque tamen conjectorem acutiſſimum perhibebo, qui divinarit, quodnam genus ad eorum matres draconis pelle tectum in cubicula lectosque ventitarit: haud difficilius dracones, quam alias Deorum formas ſubeundo ſimulabant. Sequuntur binae lectiones Cod. Ox. quarum prior κλέπτεσθαι pro βλέπεσθαι, ut forte probatorem inveniat, haud magni momenti videtur: quamvis enim interpreteris, *occulte verſari in lecto conſpectum aliorum ſubterfugientem*, eratque ſane draconum ejusmodi furtivus acceſſus, & emiſſitiis teſtium oculis minime fidens, quippe qui repente, ut *Livius* ait, hominum interventu evolverentur, ne ſic quidem ſatis erit expeditum: aliud exiſtimarem, ſi praeberet κυλίεσθαι, verbum opportuniſſimum, ex cujus corruptela neſcio profecto, an nata fuerint, ſupponentibus quod quisque menti Scriptoris optime congruere putabat correctoribus, iſta duo minoris pretii βλέπεσθαι & κλέπτεσθαι· altera quidem egregie placet παρ' ἑαυτοῦ σε εἶναι. Dial. XVI. δύο ἔτεκεν ἡ Ἀλκμήνη κατὰ τὸ αὐτὸ Ἡρακλέας, τὸν μὲν ὑπ' Ἀμφιτρύωνι, τὸν δὲ παρὰ τοῦ Διός· ſic paulo aliter apud *Cornut.* de Nat. Deor. c. II. Jupiter peperit τὸν Διόνυσον ἐκ τοῦ ἰδίου μηροῦ ἐπλαμμηναῖον παρὰ τῆς Σεμέλης. *T. H.*

19. Ἐξαπατῆσθαι] Mireris profecto editorum diligentiam. Sed ἐξαπατᾶσθαι, vel ἐξηπατῆσθαι ſcribendum, dicerent γραμματικῶν παῖδες. At hoc in loco ἐξηπατῆσθαι ſuadent praecedentia; veluti & hoc maluit Interpres, reddens, *Atqui de Olympiade ſimilia ferebantur,*

der, ad res gerendas fuit: multi enim metu ſuccumbebant, Deum eſſe te rati.

2. At cedo mihi, cui illud tantum imperium reliquiſti? ALEX. Neſcio ſane, Diogenes: nam nihil antequam morerer mandavi quicquam de eo, niſi hoc ſolum, quod animam agens Perdiccæ annulum tradidi. Interea tu quid rides, Diogenes? DIOG. Quid ſcilicet aliud, quam in memoriam revocavi, qualia faceret Græcia, te ſuſcepto jam modo imperio adulati, præfectumque capientes & imperatorem adverſum barbaros: nonnulli etiam duodecim Diis adjungebant, templaque & ſacra faciebant tanquam ſerpentis filio.

πράγματα ἐγένετο· πολλοὶ [d] γὰρ ὑπέπτησσον θεὸν εἶναί σε νομίζοντες.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, τίνι τὴν τοσαύτην ἀρχὴν καταλέλοιπας; ΑΛ. οὐκ οἶδα, ὦ Διόγενες· οὐ γὰρ ἔφθασα ἐπισκῆψαί [e] τι περὶ αὐτῆς ἢ τοῦτο μόνον, ὅτι ἀποθνήσκων Περδίκκᾳ τὸν δακτύλιον ἐπέδωκα. πλὴν ἀλλὰ τί γελᾷς, ὦ Διόγενες; ΔΙΟ. τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην, οἷα ἐποίει ἡ Ἑλλὰς, ἄρτι σε παρειληφότα τὴν ἀρχὴν κολακεύοντες, καὶ προστάτην αἱρούμενοι, καὶ στρατηγὸν ἐπὶ τοὺς βαρβάρους· ἔνιοι δὲ καὶ τοῖς δώδεκα θεοῖς προστιθέντες, [f] καὶ νεὼς οἰκοδομούμενοι, καὶ θύοντες ὡς δράκοντος υἱῷ.

Ἀλλ'

d Γὰρ] Δ' ὑπεπτ. O. e Τί] Τινι O. quod placet. f Καὶ νεὼς οἰκοδομούμενοι] Οἰκοδομοῦντές σοι νεώς. O.

tur, draconem cum ea conſuetudinem habuiſſe, & in lecto viſum fuiſſe. deinde te ex hoc concubitu editum in lucem veniſſe: porro deceptum Philippum, qui ſe tuum patrem exiſtimaret. *J. J.*

Ἐξηπατῆσθαι] Sic Mſ. Ox. recte. Omnes impreſſi ἐξαπατῆσθαι, quod merito Clariſſ. *Jenſio* diſplicuit. *M. du S.*

24. Οἱ τῶν Ἀμμωνίων προφῆται] *Incolae nemoris*, ut *Curt.* ait IV. c. 7. §. 20. *quos Hammonios vocant, diſperſis tuguriis habitant: medium nemus pro arce habent triplici muro circumdatum.* *Diodorum* paene de verbo ad verbum vertit XVII. p. 589. A. Sic & *Herodoto* III. c, 26. οἱ ἐπ' Ἀμμωνίους ἀποσταλέντες στρατιῶται, quos Cambyſes cum ipſo oraculo funditus deleri juſſerat: Excerpt. *Diodor.* p. 249. *Ephorus* apud *Plutarch.* T. I. p. 447. F. refert Lyſandrum, quum fruſtra Pythiam ac Dodonidas auro tentaſſet, εἰς Ἄμμωνα ἀναβῆναι, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς πολίταις πολὺ χρυσίον διδόντα. Hi cives Ammonii ſunt in arce vel circa vicatim degentes: quamvis enim commemoret *Diodorus* τὰς ἐπικαλουμένας Ἄμμωνος πόλεις p. 588. D. illae tamen ab ipſo templo diei admodum itinere aberant. Tota fere gens ſacra, &, non ſecus ac Delphi, cerimoniis fanique religioni vacans: unus tamen prae reliquis aetate atque honore inſignis, qui perſonam Jovis Ammonis gerens oracula reddebat: eum egregie προφήτην vocabant; *Plutarch.* Alex. p. 680. D. *Diodoro* ὁ προφητεύων ἀνὴρ πρεσβύτερος τὴν ἡλικίαν. Formula, quam reſponſa daturus adhibebat, a *Platone* traditur Alcib. II. p. 458. E. ἄνευ μὲν οὐδὲν ἀποκριθῆναι τὸν προφήτην, τὸν γὰρ θεὸν οὐκ ἐᾶν δῆλον ὅτι, καλέσαντα δὲ αὐτὸν Ἀθηναίους (ſic malo quam ut vulgatur) φάναι, τάδε λέγει Ἄμμων· atque ita *Arrian.* A. A. VII. p. 305. aliique plures. Poterat ergo *Noſter* forte non deterius ſcripſiſſe, ὁ τῶν Ἀμμωνίων προφήτης. Ceterum Etearchi regis Ammoniorum mentio eſt apud *Herodot.* II, 32. δυνάστας & τυράννους appellat *Diodorus.* *T. H.*

Ibid. Προφῆται] Narrat *M. Fœlix* Oct. *J. B.*

26. Οὐκ ἄχρηστόν σοι] Alexander apud *Curt.* VIII, 8, 15. *Obtulit nomen filii mihi* (Ammon) *recipere ipſis rebus, quas agimus, haud alienum fuit.* Ibi *Freinshemius* ad hunc ſenſum vergentia *Luciani* loca collegit. Paulo poſt ἔφθασα ἐπισκῆψαι legas, an ἐπισκήψας, τὶ an τινὶ parum refert: hoc tamen in uſu frequenti: *Apollodor.* II. p. 105. Clymenus ἐπισκήπτει τελευτῶν Ἐργίνῳ τῷ παιδὶ ἐκδικῆσαι τὸν θάνατον αὐτοῦ. *Chryſipp.* apud *Athen.* IV. p. 159. B. ἐπισκῆψαι τοῖς οἰκείοις θάψαι οὕτως· utrobique de moribundis poſitum. Inter teſtes autem annuli Perdiccae traditi *Lucianus* ab Eruditiſſ. *Freinshemio* non eſt omiſſus ad *Curt.* X, 5, 4. *T. H.*

34. Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ἀνεμνήσθην] Non concinnus eſt in reſponſione Diogenis ſenſus, niſi legas, Τί γὰρ ἄλλο, ἢ ὅτι ἀνεμνήσθην, &c. Ὅτι videtur excidiſſe; idque conſideravit Interpres: *At quid rides, Diogenes? Diog. Quid autem aliud rideam, quam quia in mentem venit eorum, quæ Græci fecerunt*, &c. *J. J.*

Ibid. Ἢ ἀνεμνήσθην] Vid. *Jenſium.* *M. du S.*

38. Τοῖς δώδεκα θεοῖς] Sic ipſe Alexander Dial. praeced. dixerat, εἰ δὲ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἀνθρώποις. *M. du S.*

Τοῖς δώδεκα θεοῖς προστιθέντες] Vide *Kuhnium* ad *Aelian.* V. H. II, 19. V, 12. Elegans dictum Pytheae, quum de Alexandro duodecim Diis adjungendo pſephiſma Demadis turpiſſimum in ſuffragia mitteretur, refert *Plutarch.* Apophth. p. 187. E. Orta ab Athenienſibus, in quamcumque partem incubuiſſent, nimium vehementibus adulatio ceteros etiam cito contigit: quare Babylone Graecorum οἱ πρέσβεις αὐτοί τε ἐστεφανωμένοι Ἀλεξάνδρῳ προσῆλθον, καὶ ἐστεφάνουν αὐτὸν στεφάνοις χρυσοῖς, ὡς θεωροὶ δῆθεν εἰς τιμὴν θεοῦ ἀφιγμένοι, teſte *Arriano* A. A. VII. p. 305. V. *Diogen. L.* VI, 63. *T. H.*

42. Τρί-

Ἀλλ' εἰπέ μοι, ποῦ σε οἱ Μακεδόνες ἔθαψαν; ΑΛ. ἔτι ἐν Βαβυλῶνι κεῖμαι τρίτην ταύτην ἡμέραν· ὑπισχνεῖται δὲ Πτολεμαῖος ὁ ὑπασπιστὴς, ἤν ποτε ἀγάγῃ σχολὴν ἀπὸ τῶν θορύβων τῶν ἐν ποσὶν, ἐς Αἴγυπτον ἀπαγαγών με θάψειν ἐκεῖ, ὡς γενοίμην εἷς τῶν Αἰγυπτίων θεῶν. ΔΙΟ. μὴ γελάσω, ὦ Ἀλέξανδρε, ὁρῶν [a] καὶ ἐν ᾅδου ἔτι σε μωραίνοντα, καὶ ἐλπίζοντα [b] Ἄνουβιν, ἢ Ὄσιριν [c] γενέσθαι; πλὴν ἀλλὰ ταῦτα μὲν, ὦ θειότατε, μὴ ἐλπίσῃς· οὐ γὰρ θέμις ἀνελθεῖν τινα τῶν ἅπαξ διαπλευσάντων τὴν λίμνην, καὶ [d] ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου παρελθόντων· οὐ γὰρ ἀμελὴς ὁ Αἰακὸς, οὐδ' ὁ Κέρβερος εὐκαταφρόνητος.

Ἐκεῖνα δὲ ἡδέως ἂν μάθοιμι παρὰ σοῦ, πῶς φέρεις, ὁπότ' ἂν ἐννοήσῃς ὅσην εὐδαιμονίαν ὑπὲρ γῆς ἀπολιπὼν ἀφῖξαι, σωματοφύλακας, καὶ ὑπασπιστὰς, καὶ σατράπας, καὶ χρυσὸν τοσοῦτον, καὶ ἔθνη προσκυνοῦντα· καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Βάκτρα, καὶ τὰ μεγάλα θη-

3. At quæſo, ubi te Macedones ſepeliverunt? ALEX. Etiamnum Babylone jaceo tertium iſtum diem: promittit autem Ptolemæus ſatelles, ſi quando otium agat a turbis, quæ nunc urguent, ſe in Ægyptum me delatum humaturum ibi, ut unus fiam Ægyptiorum Deorum. DIOG. Non ego rideam, Alexander, quum te video in Orco quoque deſipientem, ſperantemque fore, ut Anubis aut Oſiris evadas: at tu tamen iſta, diviniſſime, ne ſperes: fas enim non eſt, ſurſum redire quemquam eorum, qui ſemel trajecerunt hanc paludem, & citra oſtium illud ſeſe penetrarunt; neque enim Æacus eſt negligens, nec talis Cerberus, quem facile contemnas.

4. Iſtud autem perlibenter didicerim a te, quo animo feras, quum cogitando percenſes, quanta felicitate in terra relicta huc adveneris; corporis cuſtodes inquam, ſatellites, ſatrapas, auri tantum numerum, populos adorantes, Babylonem, Bactra, im-

a Καὶ] Adjungendum videbatur ex O. *b* Ἄνουβιν] Hunc in modum O. Edd. omnes Ἄννουβιν. *c* Γενέσθαι] Γενήσεσθαι O. Utrumque probum. Dial. XI. οὐδὲ πώποτε προμαντευομένους οὕτω γενέσθαι ταῦτα. *d* Ἐς τὸ εἴσω] Ita recte O. P. *J. Vz.* Margo *AtW.* Reliquae Edd. εἰς τὸ εἴσω.

60. Καὶ τὰ μεγάλα θηρία] Τοὺς ἐλέφαντας λέγει. *V.*

42. Τρίτην] Suſpecta mihi haec vox: certe ad trigeſimum usque diem inſepultum jacuiſſe Alexandrum legimus apud *AElian.* V. H. XII, 64. *M. du S.*

43. Πτολεμαῖος] Vide *Freinshem.* ad *Curt.* X, 10, 20. & doctos Commentat. ad *AElian.* V. H. XII, 64. *T. H.*

45. Ἐς Αἴγυπτον] Quod & factum eſt: vide *Lucan.* IX, 154. X, 20. In vitrea theca aſſervatum cadaver Auguſtus conſpexit. *Sueton.* Octav. c. 18. & *Dion Caſſ.* LI. p. 454. citante *H. Prideaux* Part. II. p. 588. cum olim in aurea conditum fuiſſet: P. I. p. 451. *M. du S.*

49. Ἄννουβιν] Scribendum Ἄνουβιν, ut recte B. Πρ. c. 16. Correpta eſt prima; *Latrator Anubis.* *J. J.*

Ἄνουβιν] Ita recte Ox. in reliquis Ἄννουβιν. Vid. B. Πρ. c. 16. *M. du S.*

Ἄνουβιν] Junguntur Ἴσιδι, Ὀσίριδι, Ἀνούβιδι in App. Marm. Oxon. n. 2. Σαράπιδι, Ἴσιδι, Ἀνούβιδι in Op. *Gruteri* p. 84, 3. & apud *Sponium.* Alexander autem in Ægypto, Memphi certe & Alexandriae, pro Deo cultus: *Lucan.* X, 272. *Summus Alexander regum, quos Memphis adorat.* Longe diſcrepabat a noſtri Diogenis ſententia *Theocritus*, quippe poeta coelique regionum peritus, qui Eid. XVII, 18. aedem auream Ptolemaeo Philadelpho in Jovis aula conſtruxit — παρὰ δ' αὐτὸν Ἀλέξανδρος φίλα εἰδὼς Ἑδριάει Περσαισι βαρὺς θεὸς αἰολομίτρας· pro quo poſteriore vocabulo αἰολομίτρης poſuit *H. Stephan.* Th. T. II. p. 259. G. Eundem honorem, quem numeroſiſſimo beſtiarum gregi tribuerant Ægyptii, deinceps regibus ſuis Alexandri ſucceſſoribus jure quidem denegare non potuerunt: infiniam eorum ſuperſtites nummi teſtantur. *T. H.*

52. Ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου] *Neque enim fas eſt quemquam reverti, qui ſemel paludem transmiſerit, atque intra ſpecus hiatum deſcenderit.* In verbis ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου poſſet quidem intelligi τόπον at non dubito, quin Lucianus ſcripſerit ἐς τὸ εἴσω τοῦ στομίου, ut Dial. ſequ. καθάλλεσθαι εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους. In editionis quoque Florentinæ exemplari, in pergamenum impreſſo, video doctam manum in vocula τὸ extriviſſe literam ν. *J. J.*

Τὸ εἴσω] Ita optime Ed. *J.* & St. Mſ. Ox. & P. non, ut in reliquis eſt, τόν. Vid. περὶ Πενθ. c. 5. *M. du S.*

53. Ἀμελὴς] Quia janitor erat Orci. Vid. Dial. XX. initio & fine. *M. du S.*

55. Ἐκεῖ-

immanes belluas, honorem, & gloriam; idque præterea, inſignem eſſe curru vectum, religatum tænia candida caput, purpuream veſtem fibula ſubſtrictam gerentem: non illa te pungunt mentem ſubeuntia? Quid lacrimaris, inepte? nonne iſta te docuit ſapiens Ariſtoteles non putare certa, quippe fortunæ dona?

5. ALEX. Sapiens omnium iſte adulatorum perditiſſimus? me ſolum ſine ad Ariſtotelem quæ ſpectant ſcire, quam multa petierit a me, quales literas miſerit, quam fuerit abuſus meo doctrinarum ambitioſo ſtudio, dum blande aſſentatur, laudatque nunc ob pulcritudinem, quaſi & illa pars ſit boni; nunc ob res geſtas & divitias: etenim illud etiam eſſe bonum ducebat, ut nullo pudore deterritus oblatas a me opes acciperet: præſtigiator, Diogenes, plane, & mirus artifex. Illum adeo percepi fructum ex ejus ſapientia, ut doleam

γία, καὶ τιμὴν, καὶ δόξαν· καὶ τὸ [c] ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα, διαδεδεμένον ταινίᾳ λευκῇ τὴν κεφαλὴν, πορφυρίδα ἐμπεπορπημένον· οὐ λυπεῖ ταῦτά σε ὑπὸ τὴν μνήμην ἰόντα; τί δακρύεις, ὦ μάταιε; οὐδὲ ταῦτά σε ὁ σοφὸς Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσε μὴ οἴεσθαι [f] βέβαια εἶναι τὰ παρὰ τῆς τύχης.

ΑΛ. Σοφὸς ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος ὤν; ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀριστοτέλους εἰδέναι, ὅσα μὲν ᾔτησε παρ' ἐμοῦ, οἷα δὲ ἐπέστελλεν, ὡς δὲ κατεχρῆτό μου τῇ περὶ παιδείαν φιλοτιμίᾳ θωπεύων, καὶ ἐπαινῶν ἄρτι μὲν [g] ἐς τὸ κάλλος, ὡς καὶ τοῦτο μέρος ὂν τἀγαθοῦ, ἄρτι δ' ἐς τὰς πράξεις, καὶ τὸν πλοῦτον. καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτ' ἀγαθὸν ἡγεῖτ' εἶναι, ὡς μὴ αἰσχύνοιτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων. γόης, ὦ Διόγενες, ἄνθρωπος, καὶ τεχνίτης. [h] πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε ἀπολέλαυκα αὐτοῦ τῆς σοφίας, τὸ λυπεῖσθαι ὡς ἐπὶ με-

c Ἐπίσημον εἶναι ἐλαύνοντα] Bene F. & V2. ſine diſtinctionis nota, quam ceterae Edd. adſumſerunt. f Βέβαια] F. ſolemni errore βαίβαια. g Ἐς] O. πρὸς. & mox ἐπὶ τὰς πράξεις utrumque male, & contra Greci ſermonis ſcriptoriſque noſtri uſum. h Πλὴν ἀλλὰ τοῦτό γε] O. ἀλλὰ καὶ τοῦτό γε quod probo.

55. Ἐκεῖνα] Melius *Luciani* conſuetudini quadrat ἐκεῖνο. *T.H.*

62. Ταινίᾳ λευκῇ] Sic Dial. ſequ. *J.B.*

65. Οὐδὲ ταῦτα &c.] Interpretes ita ceperunt, quaſi hac orationis ſtructura fuiſſet ſcriptum: οὐδὲ Ἀριστοτέλης ἐπαίδευσέ σε ταῦτα, τὸ μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι τὰ παρὰ τῆς τύχης: aptius ad hunc ſenſum τοῦτο conveniſſet, quam ταῦτα· ut mox, τοῦτό γε τὸ λυπεῖσθαι· nunc ταῦτα fieri non poteſt, quin idem ſit, quod modo, οὐ λυπεῖ ταῦτά σε, illa nimirum, quae recenſui, luxuriae & ſuperbiae inſtrumenta; atque adeo copulari deceat, ταῦτα μὴ οἴεσθαι βέβαια εἶναι. Eam ob rem orta mihi fuit ſuſpicio, num forte τὰ παρὰ τῆς τύχης lectoris ingenio debeantur, ut clarius explicaret ταῦτα, margini adfixa: ceteroquin cur ordinem orationis expeditum multoque apertiorem inſuper habuiſſet *Lucianus*? οὐδὲ, vel ἔχει ταῦτά σε τὰ παρὰ τῆς τύχης ὁ σ. Ἀρ. &c. *T.H.*

68. Κολάκων ἐπιτριπτότατος] Sic in Tim. Ariſtotelis φιλοχρηματίαν, θωπείαν, κολακείαν ubique perſtringit. *J.B.*

69. Ἐμὲ μόνον ἔασον τὰ Ἀρ. εἰδέναι] Quanquam ſtructurae norma conſtet, ut p. 344. v. 86. ἐκεῖνον ζῆν ἔασον· p. 366. v. 70. ἔασόν με ἔχειν, ſententia tamen tam languida videtur atque inepta, ut a *Luciano* profectam eſſe difficulter perſuaderi mihi patiar: quid enim eſt poſt intortum illud acerbius convicium ἁπάντων ἐκεῖνος κολάκων ἐπιτριπτότατος, aut quomodo tantae vehementiae reſpondet, *me ſolum ſine quae ad Ariſtotelem ſpectant ſcire*? Quum vitium ſentiret *Kuhnius*, ſuccurrere conatus eſt laboranti loco pro εἰδέναι reponendo διιέναι ad *Diogen. L.* VIII, 30. *ſine modo, ut recenſeam aliquid de Ariſtotele.* Solerter excogitatum; neque tamen ejuſmodi, ut repertae veritatis perſuaſione mentem feriat: aliud latere quiddam crediderim, quod olim forte fidelior membrana deteget. Mirum autem non eſt, Alexandrum hic aſperius invehi in Ariſtotelem, cujus magiſtri ſui jam dudum, antequam ad plures abiret, reverentiam omnem depoſuiſſet: literas ad Antipatrum profert *Plutarch.* p. 696. D. ubi ſcripſerit: τὸν δὲ σοφιστὴν (Calliſthenem ab Ariſtotele commendatum: vid. *Diogen. L.* V, 10.) ἐγὼ κολάσω, καὶ τοὺς ἐκπέμψαντας αὐτὸν &c. ἀντικρὺς ἐν γε τούτοις ἀποκαλυπτόμενος πρὸς Ἀριστοτέλην. & p. 705. A. ad Caſſandrum, ταῦτα ἐκεῖνα, inquit Alexander, σοφίσματα τοῦ Ἀριστοτέλους εἰς ἑκάτερον λόγον. Invidioſe vero *Athen.* XII. p. 537. F. non eſt quod miremur, ait, aetate noſtra Herculem haberi voluiſſe Commodum, ejuſque Dei inſignibus ornari, Ἀλεξάνδρου τοῦ Ἀριστοτελικοῦ τοσούτοις αὑτὸν ἀφομοιοῦντος θεοῖς. *T.H.*

73. Ἄρτι μὲν ἐς τὸ κάλλος &c.] Adduxit *Thom. Magiſt.* in Ἄρτι, & quod ſtatum ſequitur, ὡς μὴ αἰσχύνοιτο καὶ αὐτὸς λαμβάνων in Ὡς, perverſe tamen praemiſſo titulo dialogi Diogenis & Herculis. *T.H.*

μεγίστοις ἀγαθοῖς [a] ἐκείνοις, ἃ καὶ ἠριθμήσω μικρῷ γε ἔμπροσθεν.

ΔΙΟ. Ἀλλ' οἶσθα ὃ δράσεις; ἄκος γάρ σοι τῆς λύπης ὑποθήσομαι· ἐπεὶ ἐνταῦθά γε ἐλλέβορος οὐ φύεται, σὺ δὲ κἂν τὸ Λήθης ὕδωρ χανδὸν ἐπισπασάμενος πίε, καὶ αὖθις πίε, καὶ πολλάκις. οὕτω γὰρ ἂν παύσῃ ἐπὶ τοῖς Ἀριστοτέλους ἀγαθοῖς ἀνιώμενος. καὶ γὰρ καὶ Κλεῖτον ἐκεῖνον ὁρῶ, καὶ Καλλισθένη, καὶ ἄλλους πολλοὺς ἐπὶ σὲ [b] ὁρμῶντας, ὡς διασπάσαιντο, καὶ ἀμύναιντό σε, ὧν ἔδρασας αὐτούς. ὥστε τὴν ἑτέραν σὺ ταύτην βάδιζε, καὶ πῖνε πολλάκις, ὡς ἔφην.

amiſſis, quaſi maximis bonis, rebus illis, quas denumeraſti paulo ante.

6. DIOG. At ſcin' tu, quid facias: remedium enim tibi doloris ſuggeram, quandoquidem hicce loci helleborus non naſcitur. Tu ergo Lethes aquam ore patulo ductam bibe, iterumque bibe & ſæpius; ſic enim desines propter Ariſtotelis bonorum amiſſionem dolore cruciari. Verum & Clitum illum video, & Calliſthenem aliosque multos in te irruentes, ut diſcerpant, atque ulciſcantur injurias a te illatas. Quare tu alteram illam viam ingredere, & bibe ſæpius, ut dixi.

XIV.

[c] ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΚΑΙ ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

ALEXANDRI ET PHILIPPI.

ΦΙΛ.

Νῦν μὲν, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ ἐμὸς υἱὸς εἶ-

PHIL.

1. Nunc ſane, Alexander, inficias haud iveris te filium eſſe meum; ne-

a Ἐκείνοις] Ea voce, quam O. praebuit, *Lucianum* auxi. b Ὁρμῶντας] *J.* ὁρῶντας quod, niſi typothetarum errori ſit adſcribendum, *Francini* παραδιόρθωσις eſt. c Α. Κ. Φ.] Verſo ordine O. Φ. & A.

87. Καὶ γὰρ Κλεῖτον] Τὸν σωματοφύλακα, ὃν μεταξὺ εὐωχούμενον τῷ δοράτι διέπειρε. * Καλλισθένην δὲ τὸν φιλόσοφον, ὃς λέοντι συγκαθειρχθεὶς ὑπ' Ἀλεξάνδρου διεφθάρη. *V.*

* Καλλισθένην] C. interponunt hic Κλειτοσθένην, mendoſe; nam ibidem & Καλλισθένην comparet. *M. du S.*

82. Οἶσθα ὃ δράσεις] Ἀττικώτερον eſt dicere, οἶσθ' ὃ δρᾶσον, ut apud *Ariſtoph.* Equ. v. 1155. ubi vide *Schol.* *L.K.*

89. Ὁρμῶντας] Ed. *J.* ὁρῶντας. Sed praeſtat vulgata, quam firmat etiam Ox. *M. du S.*

93. Οὐκ ἔξαρνος γένοιο, μὴ οὐκ &c.] Hoc exemplum poſuit *Henr. Stephan.* Anim. in Libr. de D. A. p. 32. ut morem Atticorum probaret ad negationem fortius intendendam duas tresve particulas negantes cumulantium: plura dabit *Steph. Bergler.* ad *Alciphr.* p. 215. *Olearius* ob ignoratum vulgatiſſimae ſtructurae modum merito caſtigatus a *L. Bos* in Ep. ad Hebr. XII, 19. *T H.*

98. Ὡς χρήσιμον] Exiſtimet aliquis vel ὡς ſupervacuum eſſe, vel οἰόμενος εἶναι, vel denique ſcribi non abſurde poſſe ὡς χρησιμώτατον. Verum ſciendum eſt eum ſaepe locum tenere particulam ὡς, quem ſine orationis detrimento facile relinquere queat: de Luct. §. 24. τοὺς γονέας τοῦ τετελευτηκότος πείθουσι γεύσασθαι ὡς οὐκ ἀηδῶς μὰ Δί' οὐδ' αὐτοὺς ἀναγκαζομένους· alibi plura dicentur. In opinione divinae ſtirpis excitanda & fovenda plures aſtum Alexandri agnoſcunt. *Arrian.* A. A. VII. p. 311. Ὅτι δὲ εἰς θεὸν τὴν γένεσιν τὴν αὑτοῦ ἀνέφερεν, οὐδὲ τοῦτο ἐμοὶ δοκεῖ μέγα αὐτῷ τὸ πλημμέλημα, εἰ μὴ καὶ σόφισμα ἦν τυχὸν εἰς τοὺς ὑπηκόους τοῦ σεμνοῦ ἕνεκα. *T. H.*

8. Γέρρα οἰσυΐνα] *Crates vimineæ:* quid gerræ, docet *Joſeph.* 3. Excid. erant veluti ſcuta quadrangula, ἰτέα, de quib. alibi: ἰτέας vocat *Heſych.* quem vide: lege *Lucian.* de Hiſt. Conſcr. c. XXIII. *J. B.*

Γέρρα οἰσυΐνα] Has ipſas voces ponit *Etymol.* atque explicat p. 619. v. 18. Si *Luciani* verba putes, quod veriſimile videtur, ſolum eo referendum eſt illud interpretamentum, σκεπαστήρια ταῦτα πολεμικὰ, οὐ κυκλοτερῆ δὲ, ὡς αἱ ἀσπίδες, ἀλλὰ τετράγωνα· cetera minus quadrant. Οἰσυΐνας ἀσπίδας ex *Thucydid.* IV, 9. ad-

nequaquam enim mortuus fores, ſiquidem Ammonis eſſes. ALEX. Nec ipſe ignorabam, pater, me Philippi Amyntæ nati filium eſſe: ſed interpretabar in meam partem oraculum, conducibile ratus ad res gerendas. PHIL. Quid ita? conducibile tibi videbatur præbere temet decipiendum a prophetis? ALEX. Non illud dico: ſed barbari ſtupore perculſi me formidabant, nullusque amplius reſiſtebat, arbitrati cum Deo ſe pugnare.

2. PHIL. At quos tu deviciſti bello vinci dignos viros, qui cum ignavis ſemper manum conſeruiſti, qui arcus, peltas minutas, ſcuta denique viminea præ ſe projiciunt? Græcos ſuperare labor erat, Bœotos, Phocenſes, & Athenienſes: tum Arcades gravis armaturæ, Theſſalum equitatum, Eleorum jaculatores, Mantinenſium cetratos milites, aut Thracas, Illyrios, quin etiam Pæonas ſubjicere, hoc præclarum: Medos autem, Perſas & Chaldæos

ναι· οὐ γὰρ ἂν ἐτεθνήκεις, Ἄμμωνός γε ὤν. ΑΛ. οὐδ' αὐτὸς ἠγνόουν, ὦ πάτερ, ὡς Φιλίππου τοῦ Ἀμύντου υἱός εἰμι· ἀλλ' ἐδεξάμην τὸ μάντευμα, ὡς χρήσιμον ἐς τὰ πράγματα οἰόμενος εἶναι. ΦΙΛ. πῶς λέγεις; χρήσιμον ἐδόκει σοι τὸ παρέχειν σεαυτὸν ἐξαπατηθησόμενον ὑπὸ τῶν προφητῶν; ΑΛ. οὐ τοῦτο· ἀλλ' οἱ βάρβαροι κατεπλάγησάν με, καὶ οὐδεὶς ἔτι ἀνθίστατο, οἰόμενοι θεῷ μάχεσθαι· ὥστε ῥᾷον ἐκράτουν αὐτῶν.

ΦΙΛ. Τίνων ἐκράτησας σύ γε ἀξιομάχων ἀνδρῶν, ὃς δειλοῖς ἀεὶ συνηνέχθης, τοξάρια, καὶ [d] πελτάρια, καὶ γέρρα οἰσύϊνα προβεβλημένοις; Ἑλλήνων κρατεῖν ἔργον ἦν, Βοιωτῶν καὶ Φωκέων καὶ Ἀθηναίων· καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτικὸν, καὶ τὴν [e] Θετταλὴν ἵππον, καὶ τοὺς Ἠλείων ἀκοντιστὰς, καὶ τὸ Μαντινέων πελταστικὸν, ἢ Θρᾷκας, ἢ Ἰλλυριοὺς, ἢ καὶ [f] Παίονας χειρώσασθαι, ταῦτα μεγάλα. Μήδων δὲ, καὶ Περσῶν, καὶ Χαλδαίων, καὶ χρυ-

d Πελτάρια] *Scholiaſt.* πελτίδια. *Etymol* p. 712. v. 18. ἀσπίδια μικρὰ πελτάρια λεγόμενα. e Θετταλὴν] G. P. L. Θετταλικήν. Alterum amat *Noſter*: Θεσσαλάς τινας ᾠδάς· Δ. Ε. 1. f Παίονας] Sic pleraeque vetuſtae: perperam *H. P.* Παίωνας.

7. Συνηνέχθης] Συναναστραφῇς. *V.*
Τοξάρια] Ἀκόντια. *V.*
8. Καὶ πελτίδια] Μικρὰ ἀσπίδια. *V.* τετράγωνα. *G.*
Καὶ γέρρα] † Περσικὰ μέν ἐστιν ὅπλα κυρίως τὰ γέρρα· καταχρηστικῶς δὲ καὶ ἅπαν τὸ σκέπασμα, εἴτε δερμάτινον, εἴτε καὶ ἄλλης τινὸς ὕλης γέρρον ἐλέγετο. *V.* μικρὰ ἀκόντια. *C.*
Οἰσύϊνα] Εἶδος ἰτέας. *G.*

† Περσικὰ] Haec eadem in Etymologo leguntur. Doctior extat Scholiaſtae noſtri de γέρροις adnotatio ad Toxar. ubi plura nobis dicenda erunt. *T.H.*

adnotavit *Poll.* VII, 176. X, 176. *Luciani* locus utriusque ſcriptoris Commentatores eruditos non fefellit, uti nec *H. Stephan.* ad *Xenoph.* K. II, p. 24. v. 13. De gerris autem ſcuto Perſico luculenter agit *Barn. Briſſon.* de Regn. Perſ. III. p. 290. 291. *T.H.*

Ibid. Οἰσύϊνα] Vid. Not. ad Ἀλεκτρ. c. 21. *M. du S.*

10. Καὶ τὸ Ἀρκάδων ὁπλιτ.] Haec ita diſtinxerant in prioribus Edd. quaſi praecedentibus adhaererent: ſeparavi, ut ad verbum χειρώσασθαι eſſe referenda liquidius conſtaret. In his vertendis mirum eſt aberrare potuiſſe Interpretes: ſuas res adverſus fortes viros ac bellicoſos geſtas commemorat Philippus, ut inſtituta comparatione Alexandri victorias ab imbelli hoſte reportatas deprimat. Viciſſim Alexander paulo poſt patrem perſtringit, ſe procul abfuiſſe teſtatus a pravis artibus, quibus ille potius quam vera virtute bellica Graecos ſuperarit: eo ſpectant iſta amarulenta: ὅμως οὐ διαφεύγεις αὐτοὺς; , οὐδὲ προδόταις ἀποδεχόμενος τὰς νίκας &c. nam Philippus revera inter Graecos ob haec facinora male audiebat, nihilque eorum eſt, quod inprimis a *Demoſthene* ipſi non fuerit objectum. *T.H.*

11. Τὴν Θετταλὴν ἵππον] Mſ. Θετταλικὴν ἵππον. Scio [illegible] & ſimilia: ſed *Lucianum* haec obſoleta non amare id quoque ſcio. *J.G.G.*

Θετταλικὴν] Praeter G. etiam P. & L. Alibi tamen Noſter Θετταλὴν de equa, Ζεῦξ. c. 6. τὴν θήλειαν δὲ, ἵππου γε τῆς καλλίστης, οἷαι μάλιστα αἱ Θετταλαί εἰσιν ἀδμῆτις ἔτι [illegible]. In Amor. c. 45. Θετταλοὶ γὰρ ἵπποι μέλουσιν αὐτῷ. Forſan, cum de equitatu ſermo eſt, aliter ſolebant efferre: certe Ζ. τρ. c. 21. ἵππων Θρακικῶν. *M. du S.*

χρυσοφόρων ἀνθρώπων καὶ ἁβρῶν, οὐκ οἶσθα, ὡς πρὸ σοῦ μύριοι μετὰ Κλεάρχου ἀνελθόντες ἐκράτησαν, οὐδ᾽ εἰς χεῖρας ὑπομεινάντων ἐλθεῖν ἐκείνων, ἀλλὰ πρὶν ἢ τόξευμα ἐξικνεῖσθαι φυγόντων.

auro nitentes homines ac molles non meminiſti ante te a decem illis millibus, qui cum Clearcho in Perſidem ſunt profecti, eſſe ſuperatos, quum ne manus quidem gradumque conferre ſuſtinerent, ſed antequam telum ad eos perveniret, in fugam ſe darent.

ΑΛ. Ἀλλ᾽ οἱ Σκύθαι γε, ὦ πάτερ, καὶ οἱ Ἰνδῶν ἐλέφαντες οὐκ εὐκαταφρόνητόν τι ἔργον. καὶ ὅμως οὐ [a] διαστήσας αὐτοὺς, οὐδὲ προδοσίαις ὠνούμενος τὰς νίκας, ἐκράτουν αὐτῶν· οὐδ᾽ ἐπιώρκησα πώποτε, ἢ ὑποσχόμενος ἐψευσάμην, ἢ ἄπιστον ἔπραξά τι τοῦ νικᾷν ἕνεκα. καὶ τοὺς Ἕλληνας δὲ, τοὺς μὲν ἀναιμωτὶ παρέλαβον· Θηβαίους δὲ ἴσως ἀκούεις ὅπως μετῆλθον. ΦΙΛ. οἶδα ταῦτα πάντα. Κλεῖτος γὰρ ἀπήγγειλέ μοι, ὃν σὺ τῷ δορατίῳ διελάσας μεταξὺ δειπνοῦντα ἐφόνευσας, ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε.

3. ALEX. Attamen Scythæ, pater, & Indorum elephanti haud ſane contemnendi; quos equidem, non factione mota diviſos, nec emta proditione victoria, ſuperavi tamen: neque pejeravi umquam, promiſſamve fidem fefelli, aut perfidum aliquid deſignavi vincendi cauſa. Græcos porro, hos ſine ſanguine mihi adjunxi; Thebanos autem forte inaudiviſti quibus ſuppliciis ſim perſecutus. PHIL. Novi iſthæc omnia: Clitus enim renunciavit mihi, quem tu ſpiculo trajectum inter cœnam trucidaſti, quia me ad tuas res geſtas comparatum laudare inſtituerit.

Σὺ δὲ καὶ τὴν Μακεδονικὴν χλαμύδα καταβαλὼν, κάνδυν, ὥς φασι, μετενέδυς, καὶ τιάραν ὀρθὴν ἐπέθου, καὶ προσκυνεῖσθαι ὑπὸ

4. Tu præterea Macedonica chlamyde projecta, mutato, ut aiunt, in candyn Perſicam habitu, & tiaram rectam capiti impoſuiſti, & adorari a Ma-

[a] Διαστήσας] G. P. & *Scholiaſt.* διασπάσας· utrumque aeque commodum, ut quid *Lucianum* auctorem habeat dijudicare ſit difficile.

23. Οὐ διασπάσας] Οὐ * διασχίσας· ὁ Φίλιππος χρήματα παρέχων στάσεις ἐνέβαλεν ἐν ταῖς πόλεσιν. *V.*

* Διασχίσας] C. διαστχίσας· λέγεται γὰρ ὅτι Φ. Lege διαστήσας, quod & in textum multarum Editionum irrepſit. *M. du S.*

35. Κάνδυν] Ἱμάτιον. *V.*

Videtur in hoc corrupto vocabulo duplex lectio confuſa διαστήσας & διασχίσας. *T. H.*

16. Χρυσοφόρων] Dico alibi. *J. B.*

Χρυσοφόρων] Commode: hac enim per contumeliam velut inuſta mollitiei nota Perſas Medosque victores Graeci ſignificabant: Epigr. apud *Lycurg.* in Leocr. p. 163. Ἑλλήνων προμαχοῦντες Ἀθηναῖοι Μαραθῶνι Χρυσοφόρων Μήδων ἐστόρεσαν δύναμιν. Simul hinc patet delendum eſſe καὶ, quod praecedit χρυσοφόρων *T. H.*

17. Μύριοι] Vide *Xenophontis* ea de re libros ab omnibus legi dignos. *M. du S.*

23. Οὐ διαστήσας] Idem codex pro οὐ διαστήσας, αὐτοὺς, ſcribit, οὐ διασπάσας αὐτοὺς, *eos non divellens*, ſive *diducens*: ſed in vulgata ſententia eadem eſt. *J. G. G.*

Οὐ διαστήσας] In MS. ſuo invenit Cl. *Graevius* διασπάσας pro διαστήσας, & ita legit quoque in ſuo codice *Scholiaſtes.* Sed recte judicat Vir Cl. in vulgata eamdem eſſe ſententiam. Quin & in hoc uſu διϊστάναι eſt frequentiſſimum pro διασπᾶν, χωρίζειν, διαχωρίζειν· quemadmodum paſſim hoc verbum interpretatur *Heſychius.* *J. J.*

24. Προδοσίαις] Tangit patris cauponium, de quo *Demoſth.* alii. *J. B.*

31. Δορατίῳ] Venabulum, haſtam, ſariſſam, lanceam, αἰχμὴν vocant; quibus *Luciani* δοράτιον addidit *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 1, 52. *T. H.*

32. Ὅτι με πρὸς τὰς σὰς πράξεις ἐπαινέσαι ἐτόλμησε] *Luſcinius: eo quod nomen meum celebraret & meas res geſtas cum tuis conferre auderet.* Admodum lenta. *Benedictus* accuratior: *eo quod me collatis utriusque rebus geſtis, laudare auſus fuiſſet.* Sed cur elegantiam Græcam obſcurant & malunt circumire, quam mera & nuda verba auctoris ſequi? Quod non aliunde profectum, quam quod auctores earum non cogitarent *Ciceronem* dixiſſe, *Iſocrates majore mihi ingenio videtur, quam ut cum orationibus Lyſiæ comparetur*; *Juſtinum*, *Lydorum reges fuere variis caſibus memorabiles*;

Macedonibus, ab hominibus liberis volebas, quodque omnium erat maxime ridiculum, æmulabare mores devictorum: nam omitto dicere, quæ alia perpetraris, dum in eandem caveam cum leonibus includis eruditos viros, nuptiasque tales celebras, & Hephæſtionem ultra modum diligis: id unicum laudavi tantummodo relatum, abſtinuiſſe te a Darii uxore formoſa, ejusque matre, & natarum curam habuiſſe: hæc enim regia ſunt.

Μακεδόνων, ὑπ' ἐλευθέρων ἀνδρῶν ἠξίους· καὶ, τὸ πάντων γελοιότατον, ἐμιμοῦ τὰ τῶν νενικημένων. ἐῶ γὰρ λέγειν ὅσα ἄλλα ἔπραξας, λέουσι συγκατακλείων πεπαιδευμένους ἄνδρας, καὶ γάμους [b] τοιούτους γαμῶν, καὶ Ἡφαιστίωνα ὑπεραγαπῶν. ἓν ἐπῄνεσα μόνον ἀκούσας, ὅτι ἀπέσχου τῆς τοῦ Δαρείου γυναικὸς καλῆς οὔσης, καὶ τῆς μητρὸς αὐτοῦ, καὶ τῶν θυγατέρων ἐπεμελήθης· βασιλικὰ γὰρ ταῦτα.

5. ALEX. Ad pericula vero ſubeunda promtum animum, pater, non laudas, nec quod in Oxydracis primus deſiluerim intra murum, totque acceperim vulnera? PHIL. Non laudo, Alexander; non quod pulcrum eſſe non putem etiam vulnerari aliquando regem, & pro exercitu pericula ſuſcipere; ſed quod tibi tale inceptum minime conducebat: deus enim quum videbare, ſi quando vulnerareris, viderentque te portatum prælio efferri, cruore manantem, ingemiſcentem vulnere, hæc uti-

ΑΛ. Τὸ φιλοκίνδυνον δὲ, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπαινεῖς, καὶ τὸ ἐν Ὀξυδράκαις πρῶτον καθάλασθαι εἰς τὸ ἐντὸς τοῦ τείχους, καὶ τοσαῦτα λαβεῖν τραύματα; ΦΙΛ. οὐκ ἐπαινῶ τοῦτο, ὦ Ἀλέξανδρε· οὐχ ὅτι μὴ καλὸν [c] εἶναι οἶμαι καὶ τιτρώσκεσθαι ποτὲ τὸν βασιλέα, καὶ προκινδυνεύειν τοῦ στρατοῦ· ἀλλ' ὅτι σοι [d] τοιοῦτο ἥκιστα συνέφερε· θεὸς γὰρ εἶναι δοκῶν, εἴ ποτε τρωθείης, καὶ [e] βλέποιέν σε φοράδην τοῦ πολέμου ἐκκομιζόμενον, αἵματι ῥεόμενον, οἰμώζοντα ἐπὶ τῷ τραύματι, ταῦ-

τα

b Ταιούτους] P. τοσούτους. *c* Εἶναι οἶμαι] O. οἴομαι εἶναι. *d* Τοιοῦτο] O. τὸ τοιοῦτο· recte. *e* Βλέποιεν] Sic O. *V2. S. A.* vitioſe in ceteris βλέπειεν.

40. Ἄνδρας] Καλλισθένην καὶ † Λύσανδρον. *V.*

47. ‡ Ὀξυδράκαις] Ἔθνος. *V.*

† Λύσανδρον] Nota Calliſthenis hiſtoria: quanquam de ejus poena & morte valde diſſentiant: vid. *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 8. n. 21. ſed quem Lyſandrum, caveae leonum itidem incluſum, indicet, non reperio. *Suidas* in Καλλισθένης Nearchum Tragicum illi adſociavit: an pro eo memoriola vacillans *Scholiaſtae* nobis Lyſandrum ſuggeſſit? *T.H.*

‡ Ὀξυθράκαις] Hoc Ed. A. vitium correxit *M. du Soul. T.H.*

les; nullus tamen fortunæ Candauli comparandus. Et ſic alii. *J.G.*

34. Μακεδονικὴν χλαμύδα] Conſule *Spanhem.* de Pr. & U. N. A. p. 457. Mollior enim erat & habebatur Perſarum veſtis, ut ſupra in hoc dialogo dixit; & iterum, quamvis de Parthis jam, ex eodem conſtat; Ἀλεξ. c. 27. θηλυχίτων ἀνὴρ pro Partho. *M. du S.*

35. Κάρδυν] Χιτῶνα Περσικὸν στρατιωτικόν· lege *Suid. Heſych.* dico ad *Heliod.* lib. 7. de tænia dictum antea. *J.B.*

36. Τιάραν ὀρθήν] Vid. eundem *Spanhem.* p. 466. *M. du S.*

37. Ὑπ' ἐλευθέρων] Admodum diſplicet illud ὑπ'. Ego delendum cenſeo. *M. du S.*

40. Λέουσι] Temere vulgari fabulam, qua Lyſimachum leoni objectum ab eo ſcribunt, ait *Curt.* VIII, 1. *Juſtinus* tamen ei fidem facit XV, 3. *M. du S.*

41. Γάμους τοιούτους] Seponere non poſſum levem vitii ſuſpicionem in vocabulo ſecundo: debuiſſe videtur *Lucianus* deſignare conditionem nuptiarum, quas improbabat: nemini obtrudo, quod in mentem venit, γάμους ἀθύτους. Quae hic Alexandro nuptiae vitio vertuntur, eas ipſe verbis plane ſimilibus laudi ſibi ducit in illa elaboratiſſima oratione apud *Arrian.* VII. c. 10. γάμους δὲ ὑμῖν τοὺς αὐτοὺς γεγάμηκα, καὶ πολλῶν ὑμῶν οἱ παῖδες συγγενεῖς ἔσονται τοῖς παισὶ τοῖς ἐμοῖς. Hac etiam in parte, ut in plerisque aliis, a *Luciano* diſſentit *Plutarchus* Alexandri vel in primis admirator περὶ τῆς Ἀλ. Τ. ἢ Ἀ. Or. I. p. 329. E. 330. A. *T.H.*

47. Ἐν Ὀξυδράκαις] Communem hiſtoricorum opinionem ſecutus eſt Noſter, quam refutavit *Arrian.* VI. c. 11. Alexandrum in Mallis audaciſſimum facinus ediiſſe docens. Utrosque Mallos & Oxydracas in hac hiſtoria conjunxit *Diodor. Sic.* XVII. p. 613. D. & 614. C. καθήλατο μετὰ τῶν ὅπλων μόνος εἰς τὴν πόλιν. Vide *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* IX, 4, 26. *T.H.*

-τα γέλως ἦν τοῖς ὁρῶσι· καὶ ὁ Ἄμμων γόης καὶ ψευδόμαντις ἠλέγχετο, καὶ οἱ προφῆται κόλακες. ἢ τίς οὐκ ἂν ἐγέλασεν ὁρῶν τὸν τοῦ Διὸς υἱὸν λειποψυχοῦντα, δεόμενον τῶν ἰατρῶν βοηθεῖν; νῦν μὲν γὰρ, ὁπότε ἤδη τέθνηκας, οὐκ οἴει πολλοὺς εἶναι τοὺς τὴν προσποίησιν ἐκείνην ἐπικερτομοῦντας, ὁρῶντας τὸν νεκρὸν τοῦ θεοῦ ἐκτάδην κείμενον, μυδῶντα ἤδη καὶ ἐξῳδηκότα κατὰ νόμον σωμάτων ἁπάντων; ἄλλως τε καὶ [a] τὸ χρήσιμον, ὃ ἔφης, Ἀλέξανδρε, τὸ διὰ τοῦτο κρατεῖν ῥᾳδίως, πολύ σε τῆς δόξης ἀφηρεῖτο τῶν κατορθουμένων· πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν.

ΑΛ. Οὐ ταῦτα φρονοῦσιν οἱ ἄνθρωποι περὶ ἐμοῦ, ἀλλ' Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ ἐνάμιλλον τιθέασί με. καίτοι τὴν [b] Ἄορνον ἐκείνην, οὐδ' ἑτέρου ἐκείνων λαβόντος, ἐγὼ μόνος ἐχειρωσάμην. ΦΙΛ. ὁρᾷς ὅτι ταῦτα ὡς υἱὸς Ἄμμωνος λέγεις, ὃς Ἡρακλεῖ καὶ Διονύσῳ παραβάλλεις σεαυτόν; καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, ὦ Ἀλέξανδρε, οὐδὲ τὸν τῦφον ἀπομαθήσῃ, καὶ γνώσῃ σεαυτὸν, καὶ συνῆς ἤδη νεκρὸς ὤν.

que ridendi materies erat futura ſpectantibus, & Ammon impoſtor, falſusque vates arguebatur; prophetæ vero adulatores. Et quis non riſiſſet, ſi videret Jovis filium animo deficientem, implorantem medicorum operam? Nunc vero, quum jam mortuus es, non tu cenſes multos eſſe, qui ſimulationem divinitatis iſtam acerbioribus jocis proſcindant, quum vident cadaver Dei porrectum, putreſcens jam ac tumidum ex lege corporum omnium. Præterquam quod illa, quam dicebas, Alexander, utilitas, quaſi eam ob cauſam facili victoria potireris, multum tibi detraxit gloriæ rerum egregie geſtarum: nihil enim non videbatur minus & infra dignitatem, quod a Deo fieri videretur.

6. ALEX. Non iſta de me ſentiunt homines, ſed cum Hercule & Baccho comparant: quin imo Aornum, illam inacceſſam avibus rupem, quum neuter illorum ceperit, ego ſolus ſubegi. PHIL. Viden' iſta te tanquam Ammonis filium dicere, qui Herculi & Baccho æquiparas te ipſum: nonne te pudet, Alexander, nec faſtum dediſces, teque ipſe cognoſces, & jam intelliges te mortuum eſſe?

ACHIL-

a Τὸ χρήσιμον ὃ] O. τοῦτο ὦ χρήσιμον ἔφης· unde *M. du Soul* fingebat, τοῦτο ὃ χρ. ἔφης. b Ἄορνον] G. P. L. Ἄορνιν.

57. Ἄμμων] Οὕτω Ζεὺς παρὰ * Λίψιν πρὸς τοῦτον Ἀλέξανδρος χρησμὸν δεησόμενος ἦλθε, καὶ ἤκουσε, Υἱὸς μοῦ εἶ. G.

64. Μυδῶντα] Ἐκρέοντα, σεσημμένον. V.

* Λίψιν] Debuerat Λιβύην ſed quae ex G. Exc. promuntur, plerumque notae ſunt non optimae, & nonnunquam vix bene Graeca; quale quod mox ſequitur χρησμὸν δεησόμενος ἦλθε. *T. H.*

63. Ἐπικερτομοῦντες] Jam irriſa fuerat, atque objecta Alexandro vivo praeſentique ſtirpis ementiendae ſuperbia: *Arrianus* eodem hoc uſus verbo VII. c. 8. Macedones οὔκουν σιγῇ ἔχοντες ἐκαρτέρησαν, ἀλλὰ πάντας γὰρ ἀπαλλάττειν τῆς στρατιᾶς (στρατείας) ἐκέλευον, αὐτὸν δὲ μετὰ τοῦ πατρὸς στρατεύεσθαι· τὸν Ἄμμωνα δὴ τῷ λόγῳ ἐπικερτομοῦντες. *T. H.*

69. Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεές] Mentem *Luciani* non ceperunt interpretes, in his verbis, πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεὲς ὑπὸ Θεοῦ γίνεσθαι δοκοῦν, quae ſic ſunt interpretanda: *Omne enim id videtur minus, quod a Deo creditur geri.* Dixit id multum imminuit gloriam tuam & res geſtas, quia venditabas te Deum eſſe, ſeu Dei filium. Id enim quod a Deo geri creditur contra homines, quia Deus omnia poteſt, & longe viribus omnium hominum eſt potentior, non tanti faciunt homines, nec putant virtuti adſcribendum, ſed potentiæ divinæ omnibus humanis opibus majore. Vertunt: *Nam etſi hæc a Deo geri viderentur, Diis tamen longe inferiora agere viſus es.* Vides quam male. *J. G. G.*

Πᾶν γὰρ ἐδόκει ἐνδεές &c.] Interpretes merito caſtigavit *Jo. Freinshem.* ad *Curt.* IV, 7, 30. ubi, politis *Luciani* verbis monet: *Senſum non ceperunt interpretes; eſt autem hic:* quicquid enim egiſti, id omne, ſiquidem ut a Deo geſtum aeſtimari debebat, imperfectum longeque infra dignitatem poſitum cenſebatur. *Et patet ratio: nam ab homine victas eſſe nationes, expugnatas urbes, everſa imperia ſi narres, quilibet profecto cenſebit, eum hominem inter ceteros excelluiſſe: at ſi Deo, vel etiam angelo tribuas, nemo certe magnopere*

XV.

ACHILLIS ET ANTILOCHI. ΑΧΙΛΛΕΩΣ ΚΑΙ ΑΝΤΙΛΟΧΟΥ.

ANT.

1. QUalia pridie, Achilles, ad Ulyſſem a te ſunt dicta de morte, quam humilis animi minimeque digna utrisque præceptoribus Chirone & Phœnice! auſcultabam enim, quando dictitabas malle te in terra vitam degentem mercenariam operam præſtare cuipiam inopum, cui victus copia non abundet, quam omnibus imperare mortuis: iſta abjectum aliquem ignavumque Phrygem, ultra quam decorum ſit, vitæ cupidum forte fas erat proloqui; at Pelei filium, heroum omnium promtiſſime ſe periculis offerentem tam demiſſa de ſe cogitare pudendum plane, & multimodis diſcrepans a rebus in vita geſtis; ut qui, quum liceret inglorium in Pthiotide diuturnumque regnum poſſide-

ANT.

ΟΙα πρώην, Ἀχιλλεῦ, πρὸς τὸν Ὀδυσσέα σοι εἴρηται περὶ τοῦ θανάτου· ὡς ἀγεννῆ καὶ ἀνάξια τοῖν διδασκάλοιν ἀμφοῖν, Χείρωνός τε καὶ Φοίνικος; ἠκροώμην γὰρ, ὁπότε ἔφης βούλεσθαι ἐπάρουρος ὢν θητεύειν παρά τινι τῶν ἀκλήρων, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη, μᾶλλον ἢ πάντων ἀνάσσειν τῶν νεκρῶν. ταῦτα μὲν οὖν ἀγεννῆ τινα Φρύγα δειλὸν, καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος φιλόζωον ἴσως ἐχρῆν λέγειν· τὸν Πηλέως δὲ υἱὸν, τὸν φιλοκινδυνότατον ἡρώων ἁπάντων, ταπεινὰ οὕτω περὶ αὑτοῦ διανοεῖσθαι πολλὴ αἰσχύνη, καὶ ἐναντιότης πρὸς τὰ πεπραγμένα σοι ἐν τῷ βίῳ· ὃς, ἐξὸν ἀκλεῶς ἐν τῇ Φθιώτιδι πολυχρόνιον βασιλεύειν,

pere id mirabitur, cum omnes ſciant, nullas eſſe hominum adverſus Deos vires, *ut loquitur Juſtin.* II, 12, 10. *T.H.*

73. Ἄορνον] Ἄορνιν Mſ. non ἄορνον, ſed utroque modo ſcriptum hoc vocabulum inveniri, & in uſu eſſe docuit *Euſtathius* ad *Dionyſium Periegeten.* *J.G.G.*

Ἄορνον] Ἄορνιν etiam P. & L. habent; ſed aliter caeteri tum hic, tum Ἑρμ. c. 4. & Ῥητ. c. 7. *M. du S.*

Τὴν Ἄορνον] *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 704. Vid. ad Ῥητ. Διδ. §. 7. Multa de hac celeberrima petra contulerunt *Raderus* & *Freinshem.* ad *Curt.* VIII, 11, 2. ubi inter *Aornon* & *Aornin* Codices non minus, quam editi libri fluctuant. Herculi autem Liberoque ſaepe conferri Alexandrum docebit idem *Freinshem.* ad *Curt.* IX, 2, 29. *T.H.*

79. Συνῇς] Fl. nullum ſubſcripſit jota, quod omnes reliquae citius, quam oportebat, arripuerunt: verum addenda fuerat litera per injuriam vicinae ſimilis extrita συνήσῃ, ut γνώσῃ, ἀπομαθήσῃ. *T.H.*

80. Οἵα πρώην] Dialog. ex his verſib. Odyſſ.

Μὴ δή μοι θάνατόν γε παραύδα φαίδιμ' Ὀδυσσεῦ,
Βουλοίμην κ' ἐπάρουρος ἐὼν θητευέμεν ἄλλῳ
Ἀνδρὶ παρ' ἀκλήρῳ, ᾧ μὴ βίοτος πολὺς εἴη,
Ἢ πᾶσιν νεκύεσσι καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν.

Cætera item ex variis locis *Homeri*. *J.B.*

84. Ἐπάρουρος ὢν] Argumentum hujus dialogi ex *Homero Lucianus* derivavit Od. Λ, 488. utque erat in principem poëtarum paulo iniquior, abſtinere non potuit, quin animadverſionis, tectae quidem atque ingenioſae, maculam ipſi adſpergeret; ſecutus hac in parte *Platonis*, quem tamen ipſum alibi non mollius tractat, judicium: is enim initio lib. III. de Rep. hos verſus in primis alioſque ſimiles, tanquam ad frangendum animi robur idoneos, expungendos eſſe cenſuit. Quod de Pelidae magiſtris modo Noſter, a *Platone* quoque ſumtum p. 612. C. Ἀχιλλεὺς θεᾶς ὢν παῖς, καὶ Πηλέως σωφρονεστάτου τε καὶ τρίτου ἀπὸ Διὸς, καὶ ὑπὸ τῷ σοφωτάτῳ Χείρωνι τεθραμμένος &c. Firmat autem vulgatam *Homeri* lectionem ἐπάρουρος, cujus duplicem ſignificatum, ut ex *Euſtathio* & *Heſychio* patet, veteres expoſuerunt, ἐπίγειον ſcilicet, vel κηπουρὸν ἐπιμίσθιον ſive τὸν γῆν ἐργαζόμενον· quum aliis ſcribendum videretur, Βουλοίμην κε παρουρὸς ἐὼν, id eſt, φύλαξ, εἰς φυλακήν τινα τεταγμένος μισθωτικῶς, teſtibus *Etymol.* p. 353. & *Euſtath.* p. 1695. Eundem *Homeri* locum, ſed alia ratione, *Dion Chryſ.* adhibuit Or. IV. p. 67. B. Facete *Lucilius* apud *Non.* p. 519. *Nunc paucis malim ac ſapientibus eſſe probatum*, Ἢ πᾶσιν νεκύεσσιν καταφθιμένοισιν ἀνάσσειν. Mox δειλὸν non equidem improbo; quia hac tamen acceſſione indigere non videtur ἀγεννῆ τινα Φρύγα, conſiderandum eſt, an praeſtet δοῦλον. *T.H.*

1. Ἐκεί-

λεύειν, ἑκὼν προείλου τὸν μετὰ τῆς ἀγαθῆς δόξης θάνατον.

ΑΧ. Ὦ παῖ Νέστορος, ἀλλὰ τότε μὲν ἄπειρος ἔτι τῶν ἐνταῦθα ὢν, καὶ τὸ βέλτιον ἐκείνων ὁπότερον ἦν ἀγνοῶν, τὸ δύστηνον ἐκεῖνο δοξάριον προετίμων τοῦ βίου· νῦν δὲ συνίημι ἤδη, ὡς ἐκείνη μὲν ἀνωφελής, εἰ καὶ [a] ὅτι μάλιστα οἱ ἄνω ῥαψῳδήσουσι. μετὰ νεκρῶν δὲ ὁμοτιμία· καὶ οὔτε τὸ κάλλος ἐκεῖνο, ὦ Ἀντίλοχε, οὔτε ἡ ἰσχὺς πάρεστιν, ἀλλὰ κείμεθα ἅπαντες ὑπὸ τῷ αὐτῷ ζόφῳ ὅμοιοι, καὶ κατ' οὐδὲν ἀλλήλων διαφέροντες· καὶ οὔτε οἱ τῶν Τρώων νεκροὶ δεδίασί με, οὔτε οἱ τῶν Ἀχαιῶν θεραπεύουσιν· ἰσηγορία δὲ ἀκριβής, καὶ νεκρὸς ὅμοιος, ἠμὲν κακός, ἠδὲ καὶ ἐσθλός. ταῦτά με ἀνιᾷ, καὶ ἄχθομαι, ὅτι μὴ θητεύω ζῶν.

ΑΝΤ. Ὅμως τί οὖν ἄν τις πάθοι, ὦ Ἀχιλλεῦ; ταῦτα γὰρ ἔδοξε τῇ φύσει, πάντως ἀποθνήσκειν ἅπαντας. ὥστε χρὴ ἐμμένειν τῷ νόμῳ, καὶ μὴ ἀνιᾶσθαι τοῖς διατεταγμέ-

re, ultro prætuliſti conjunctam cum pulcra laude mortem.

2. MEN. Papæ, Homere ; qualia tibi eximia carminum tuorum decora humi jacent abjecta, ignota, informia, pulvis cuncta, nugæque magnæ, imbecilla vere capita. Hicce autem, Æace, quis eſt? ÆAC. Cyrus eſt : hic autem Crœſus ; atque apud eum Sardanapalus ; qui ſuper iſtos, Midas : ille vero Xerxes. MEN. Et te, purgamentum hominis, horreſcebat

MEN. Βαβαὶ, Ὅμηρε, οἷά σοι τῶν ῥαψῳδιῶν τὰ κεφάλαια χαμαὶ ἔρριπται ἄγνωστα, καὶ ἄμορφα, κόνις πάντα, καὶ λῆρος πολὺς, ἀμενηνὰ ὡς ἀληθῶς κάρηνα. οὗτος δὲ, ὦ Αἰακὲ, τίς ἐστι; ΑΙΑΚ. Κῦρός ἐστιν. οὗτος δὲ Κροῖσος, [e] καὶ παρ' αὐτῷ Σαρδανάπαλος· ὁ δ' ὑπὲρ τούτους, Μίδας· ἐκεῖνος δὲ Ξέρξης. MEN. εἶτα σὲ, ὦ κάθαρμα, ἡ Ἑλ-

d Ἐπισήμους] Ἐνδόξους O. C. P. Prioris interpretatio. e Καὶ παρ' αὐτῷ] Ὁ δ' ὑπὲρ αὐτὸν *J.* O. (αὐτῶν) Ita notavit *M. du Soul*, & mox pro τούτους ex P. αὐτὸν. Apparet in his aliquid eſſe turbatum.

21. Καὶ τὸν βασιλέα εἶδον] Τὸν Πλούτωνα. *V.*
23. Ἐνδόξους] Ἐπισήμους. *G.*

33. Σαρδανάπαλος] Λέγεται Σαρδανάπαλος κατά τινας μὲν Ἑρμαφρόδιτος, κατά τινας δὲ * τρυφερώτατος. *V.*

* Τρυφερός] Τρυφερ.. . *V.* *M. du S.*
Τρυφερώτατος igitur, quod repoſui, ſupplendum fuit. De Sardanapalo hermaphrodito res eſt non protrita : eodem ſpectat, quod ab *Hellanico* vel *Calliſthene* ſine dubio ſumtum tradit *Schol. Ariſtoph.* ad Av. v. 1022. Ἦν δὲ τῷ βίῳ τρυφηλὸς, καὶ τῷ εἴδει ἐκτράπελος, καὶ τῷ σχήματι ἀλλόκοτος. *T. H.*

quidem eſſe Cerberum, noviſti. Et portitorem hunc, qui te transvexit, & paludem, & Pyriphlegethontem jam tum, ubi ingrediebaris, vidiſti. Diſtinctione hac noſtra nihil planius, &, ut puto, verius: immo, ut nunc demum video, ſic omnino, & recte, habet Florentina editio. *J. J.*

Οὑτοσὶ μὲν ὅτι Κέρβερος &c.] De diſtinctione mutanda recte monuit Doctiſſ. *Jenſius*: dubites tamen, an copulari conveniat, οὑτοσὶ μὲν ὅτι Κέρβερός ἐστιν, οἶσθα, καὶ τὸν πορθμέα τοῦτον, ὅς σε διεπόρθμευσε· ut ad ἑώρακας ſola pertineant τὴν λίμνην καὶ τὸν Πυριφλεγέθοντα· nam Charontem ſane non vidiſſe tantum, ſed propius etiam noviſſe debebat Menippus, cum quo familiariſſime fuerat confabulatus, in ejusque, Mercurio commendante, gratia poſitus. *T. H.*

21. Πυλωρεῖς] Paſſim hoc muneris AEaco aſſignat *Noſter* : ſupra Dial. XIII. & fine hujus. *Philoſtratus* etiam p. 311. *Apollodorus* claves inferorum ei tradit III. p. 94. C. *M. du S.*

Πυλωρεῖς] Attigit hunc locum *P. Weſſeling*. Obſ. I. c. 3. p. 10. & AEacum ex *Apollodoro* III. p. 229. τὰς κλεῖς τοῦ ᾅδου φυλάττοντα produxit : ideo ſolicitus eſt in fine dial. μὴ καί τις ἡμᾶς νεκρῶν λάθῃ διαφυγών· & plagas ab eo metuit Charon, ſi quem redire ſiverit in vitam D. XXII. §. 3. περὶ Πένθ. §. 4. Αἰακός ἐστι τὴν φρουρὰν ἐπιτετραμμένος. Alioqui Cerberus Ἅιδου πυλωρὸς *Euripidi* in Herc. Fur. v. 1277. & *inmanis janitor aulae Horatio*. Primae dignitatis eſt Minos: proximum gradum tenent AEacus & Rhadamanthus apud *Plat.* in Gorg. p. 397. A. AEacus autem λέγεται παρὰ Πλούτωνι καὶ Κόρῃ τιμὰς μεγίστας ἔχων παρεδρεύειν ἐκείνοις, teſte *Iſocrate* in Euag. p. 192. A. — *immenſis urnam quatit Æacus umbris : Stat.* II, 1. v. 219. Plurimum hi tres junguntur, etiam in illa proverbiali *Demoſthenis* ſententia pro Cor. p. 494. B. εἰ γὰρ Αἰακὸς ἢ Ῥαδάμανθυς ἢ Μίνως ἦν ὁ κατηγορῶν, ἀλλὰ μὴ σπερμολόγος &c. Sed judicum infernorum numerum auxit, adjecto nominatim Triptolemo, *Plato* Apol. p. 31. A. ne ſcilicet vetuſtiſſimus Athenienſium legiſlator, haud minus atque illi apud Orci incolas juri dicundo non praeeſſet. *T. H.*

31. Ἀμενηνὰ ὡς ἀληθῶς κάρηνα] *Vere imbecilla capita*, non *caduca*, ut interpretes. Ad *Homeri* locum reſpexit in Odyſſ. K. v. 251.

Πολλὰ δὲ γουνοῦσθαι νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα.
Multum vero precare mortuorum imbecillia capita. *J. G. G.*

Ἀμενηνὰ] Illud *Homeri* ſolemne perſtringit — νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα Od. K. & Λ. De ipſa voce, cujus poteſtatem ambiguam fecit Grammaticorum diſſenſus, alibi dicam. *T. H.*

 42. Προσ-

Ἑλλὰς ἔφριττε ζευγνύντα μὲν τὸν Ἑλλήσποντον, διὰ δὲ τῶν ὀρῶν πλεῖν ἐπιθυμοῦντα; οἷος δὲ καὶ ὁ Κροῖσός ἐστι! τὸν Σαρδανάπαλον δὲ, ὦ Αἰακὲ, πατάξαι μοι κατὰ κόρρης ἐπίτρεψον. ΑΙΑΚ. μηδαμῶς· διαθρύψεις γὰρ αὐτοῦ τὸ κρανίον γυναικεῖον ὄν. ΜΕΝ. οὐκοῦν ἀλλὰ προσπτύξομαί γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι.

ΑΙΑΚ. Βούλει σοὶ ἐπιδείξω καὶ τοὺς σοφούς; ΜΕΝ. νὴ Δία γε. ΑΙΑΚ. πρῶτος οὗτός σοι ὁ Πυθαγόρας ἐςί; ΜΕΝ. χαῖρε, ὦ

Græcia jungentem Helleſpontum ; perque montes navigare deſiderantem ? Qualis autem & Crœſus eſt ! at Sardanapalo, Æace, ut alapam in caput impingam, permitte mihi. ÆAC. Neutiquam : diffringes enim cranium ipſius molle ac muliebre. MEN. Enimvero conſpuam omnino effeminatum iſtum.

3. ÆAC. Vin tibi demonſtrem etiam ſapientes ? MEN. Ita per Jovem. ÆAC. Primus hicce tibi Pythagoras eſt. MEN. Sal-

42. Προσπτύξομαι] Vid. Καταπλ. c. 12. Ὀν. c. 56. & Συμπ. c. 33. & Not. Cl. *Hemſterh.* *M. du S.*

Προσπτύξομαί γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι] Cunctarum membranarum atque Edd. lectio nulli eruditorum ſuſpicionem vitii praebuit. Oſtendam primum maculam in eo verbo manifeſtam : tum unius literae mutatione ſinceram veteremque ſcripturam revocare conabor: hactenus enim nihil fuit oblatum, quod a priſtina conjectura diſſidere me cogat. Nego verbum illud Medium προσπτύσσεσθαι vel προσπτύξασθαι ex ingenio linguae Graecae recte Dativo conjungi : id *Budaeo* quidem & *Stephano* fuit perſuaſum, ſed hoc ſolo *Luciani* loco deceptis : genuinam ſtructurae rationem dabit *Noſter* p. 221. v. 72. τῆς Ἀφροδίτης μὲν τὸν κεςὸν ἔκλεψε προσπτυξαμένης αὐτὸν ἐπὶ τῇ νίκῃ· nunquam aliter *Homerus*, *Euripides* ceterique ſcriptores. *Achill. Tat.* V. p. 295. προσπτυξαμένη μέ με πολλὰ ἐφίλει. Non diſſimilis eſt cauſa verbi περιπτύξασθαι. Idem p. 303. καὶ τόν τε Κλεινίαν περιπτύσσεσθαι· nam quod lib. IV. p. 241. legitur, ἐγὼ περιπτυξάμενος αὐτῇ δεσμὸς ἔσομαι, ita capiendum eſt: *amplexus vinculi modo ipſi adhaerebo:* attendenti copia exemplorum, quibus hoc confirmetur, ubique occurret: ne quis tamen in fraudem incidat, ſi forte repererit περιπτυσσόμενον τῷ πεπονθότι, τῷ πεπληγότι τόπῳ apud *Dioſcoridem* ; δεῖ μὲν γὰρ ὡς ἐνὶ μάλιςα περιπτύσσεσθαι τῷ λαμβανομένῳ τὸ λαμβάνον, *Galen.* de Uſ. Part. Corp. Hum. lib. I. σῦκον ταῖς τῶν βρωμάτων ἀδικίαις περιπτυσσόμενον *Julian.* Ep. XXIV. p. 391. C. ſimilisque modi plura, recordetur haec forma paſſiva proferri, multumque adeo diſtare ab uſu verbi Medii. Ergo *Lucianum* ut liberemus indecenti orationis ſtructura, reficiendum eſt emendatione proclivi προσπτύσομαι, vel, ſi quis faſtidioſior offendatur hoc futuro medio, quamvis eam difficultatem non magni faciam, προσπτύσω μέν γε πάντως ἀνδρογύνῳ ὄντι. Gravem habet contumeliam, acerbiſſimique notam contemtus plerorumque populorum moribus προσπτύειν τινι, *os alicui conſpuere*, qua de re copioſe *Barth.* ad *Claudian.* Paneg. in IV. Conſ. Honor. v. 404. & Commentatores ad illa *Petronii* c. 75. p. 373. *Si quid perperam feci, in faciem meam inſpue. Sophocl.* Antig. v. 1246. Πτύσας προσώπῳ ubi vide *Schol.* Ex *Hyperide* ponit *Poll.* VIII, 76. inter injuriae per ignominiam illatae vocabula, praeter τὸ κονδυλίζειν, cui finitimum eſt πατάξαι κατὰ κόρρης, πρὸς τὸ πρόσωπον προσπτύειν. Junxit *Muſonius* apud *Stob.* p. 169. λοιδορηθῆναι, ἢ πληγῆναι, ἐμπτυσθῆναι· ὧν τὸ χαλεπώτατον, inquit, & jure quidem, ut nobis videtur, optimo, πληγή· quorum ὕβρεως γραφὴν γράψασθαι ſapientem ſuum, plagarum etiam, ſi ita res tulerit, tolerantiſſimum vetat. *Galenus* in Protr. Diogenis Cynici, quem magiſtrum ut Menippus imitetur, nihil abhorret, hiſtoriam referens, qui ad cœnam vocatus hoſpiti, quod turpiorem alium ſordidioremve locum non inveniret, in faciem inſpuebat, ſic ſcribit: Ἑςιώμενος παρά τινι τῶν μὲν ἑαυτοῦ πάντων ἀκριβῶς προνενοημένῳ, μόνου δ' ἑαυτοῦ παντάπασιν ἠμεληκότι, χρεμψάμενος ὡς πτύσων, εἶτ' ἐν κύκλῳ περισκοπήσας, εἰς οὐδὲν μὲν τῶν πέριξ ἔπτυσε, αὐτῷ δὲ μόνῳ προσέπτυσε τῷ δεσπότῃ τῆς οἰκίας· hoc *Diogeni Laert.* dicitur εἰς τὴν ὄψιν πτύειν VI, 32. & προσπτύειν τῇ ὄψει II, 75. Aſini Scriptor ſub *Luciani* nomine latens c. 56. mulier iſta figura membrorum multo contractiore, quam fueram dudum, me conſpicata, προσπτύσασά μοι, *non tu*, inquit, *in malam rem hinc a me faceſſes* &c. rariore ſtructura *Noſter* uſurpavit in Sympoſ. c. 33. προσέπτυσέ τε τὸν Ζηνόθεμιν. Hinc προσπτύειν τινὶ πράγματι, *quamcumque rem abominari*, *deſpectam longe a ſe adſpernari*, &, quod Latini dicunt, *conſputare*. *Ariſtaenetus*, ſive quicumque Epiſtolarum illarum ſunt auctores ; non enim omnium unum eſſe cenſeo, II. Ep. 20. καὶ βδελύττεσθε ταῖς ἀρτίως περιποθήτοις προσπτύοντες ἡδοναῖς· *& faſtidioſe averſamini ſummo nuper ſtudio deſideratas conſputantes voluptates:* quod tractum ab *Epicuro* : ejus enim eſt apud *Stob.* p. 159. Βρυάζω τῷ κατὰ τὸ σωμάτιον ἡδεῖ ὕδατι καὶ ἄρτῳ χρώμενος, καὶ προσπτύω ταῖς ἐκ πολυτελείας ἡδοναῖς quae, ſi vel nomen abfuiſſet, non ſententia ſolum, verum ipſis etiam vocabulis philoſophum eum deſignant: nam praeter alias voces inſolentius formatas hujus ſcholae ſunt βρυάζειν & βρυασμοὶ, a doctis interpretibus parum intellectae, ut ex *Plutarcho* liquet T. II. p. 1098. B. 1107. A. & προσπτύειν τῷ καλῷ καὶ τοῖς κενῶς αὐτὸ θαυμάζουσι, quod *Epicuri* dictum profert *Athen.* XII. p. 547. A. illudque *Metrodori*, πολλάκις προσεπτύσαμεν ταῖς τοῦ σώματος ἡδοναῖς, *Plutarch.* T. II. p. 1088. B. Similis uſus in περιπτύειν τι, quo *Stephani* poteſt in poſterum locupletari Theſaurus, apud *Ariſtaen.* I, 21.

&c.

Salve; Euphorbe, aut Apollo, aut quocumque nomine velis appellari. PYTH. Sane tu quoque Menippe. MEN. Non tibi aureum femur amplius eſt? PYTH. Non quidem: verum age videam, ſi quid tibi ad edendum paratum pera habet. MEN. Fabas, optime, quæ quidem edules tibi non ſunt. PYTH. Præbe tantum: alia ſunt apud mortuos decreta; etenim didici nihil hic eſſe ſimile fabis & capitibus parentum.

Εὔφορβε, ἢ Ἄπολλον, ἢ ὅ, τι ἂν [a] ἐθέλης. ΠΥΘ. νὴ καὶ σύ γε, ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. οὐκ ἔτι χρυσοῦς ὁ μηρός ἐστί σοι; ΠΥΘ. οὐ γάρ. ἀλλὰ φέρε ἴδω εἴ τι σοι ἐδώδιμον ἡ πήρα ἔχει. ΜΕΝ. κυάμους, ὦ 'γαθέ· ὥστε οὐ τοῦτό σοι ἐδώδιμον. ΠΥΘ. δὸς μόνον· ἄλλα παρὰ νεκροῖς δόγματα. ἔμαθον γὰρ, ὡς οὐδὲν [b] ἴσον κύαμοι, καὶ κεφαλαὶ τοκήων ἐνθάδε.

ΑΙΑΚ.

a Ἐθέλῃς] Ἐθέλεις O. b Ἴσον] Εἰσι O. vitioſe.

52. Ὡς οὐδὲν ἴσον κύαμοι] Κυάμους, ψήφους, * αἷς χρώμενοι οἱ παλαιοὶ βουλευταὶ βουλὰς κατεσκεύαζον. V.

* Οἷς] E. A. quod mutandum erat. Tum ſatis inconcinne dixit βουλὰς κατεσκεύαζον, *fabarum ſortitione ſenatores creabant.* De κυάμοις lege quae olim cum Praeſtantiſſ. *Kuſtero* communicavimus ad *Jamblich.* de V. P. §. 160. *T. H.*

&, qui hoc verbo delectatur in primis, *Simplic.* ad *Epict.* p. 52. 66. 103. 135. 144. 229. 278. Jam ſi animum attendas ad *Luciani* ſales, locique rationem, optime lectionem hanc congruere patebit. Molliſſimo mortalium Sardanapalo alapam incutere Menippus parabat: dum capitis ejus fragilitati metuit AEacus, periculoſiſſimum inceptum inhibuit. Menippus autem, ne hominem inviſum nullo afficeret dedecore, ut effeminatum illum ſaltem conſpuere liceat, petit: in hac enim contumelioſae deſpectionis nota nullum erat frangendae calvariae periculum; ubi, ſi Sardanapalum imprudentius & κινικώτερον fuiſſet amplexatus, omnem illam forte oſſeam larvam longo luxu permollitam contrivisſet. In Catapl. c. 12. de ſervulo nequam conqueritur Megapenthes, qui ſe in funebri lectulo cubantem κατὰ κόῤῥης ἔπαιε· τέλος δὲ πλατὺ χρεμψάμενος, καὶ καταπτύσας μου .... ᾤχετο. Si quis autem ita lectioni vulgatae patrocinari aggrediatur, quaſi Menippus in amplexum ire Sardanapali tanquam mollis & cinaedi cupiat, is multum vereor, ne ab inſtituto *Luciani* longe aberret: ne nunc dicam, verbi ſtructuram, quam repudiavimus, prius eſſe veterum exemplis adfirmandam. *T. H.*

45. Ὦ Εὔφορβε] Lege *Menag.* ad *Diogen. L.* VIII, §. 11. *Kuhn.* ad *AElian.* V. H. II, 26. uterque Lucianei loci meminit. *T. H.*

46. Ἢ Ἄπολλον] Quia Apollinem eum eſſe crediderant diſcipuli. *Diogen. L.* p. 216. D. E. *Porphyrius* & *Jamblichus.* Sed *Noſter* ipſe adeundus Ἀλ. c. 16. *M. du S.*

48. Χρυσοῦς ὁ μηρὸς] Paſſim hoc. *J. B.*

53. Οὐδὲν ἴσον κύαμοι] Diligentiam effugit hic locus eruditiſſimi *Rittershuſii* ad *Porphyr.* Vit. Pythag. p. 66. 67. ubi multa de hoc Pythagoreo praecepto ſtudioſe collegit: inde diſces in animo fuiſſe *Noſtro*, ut *Clemens* ait, τὸ ἐπόλλιον ἐκεῖνο, in quo τρώγειν & ἔσθειν pro τε φάγειν, vel φαγεῖν alii praeferunt. *Euſtathii* locus a *Caſaubono* ad iſta *Luciani* declaranda productus extat p. 948. v. 23. Eundem vide ad Il. I. p. 757. v. 42. ubi quae ſcribit ſumta ſunt ab *Athen.* II. p. 65. E. *Sext. Empir.* Π. Υ. III. p. 184. ἔνιοι δὲ θᾶττον ἂν τὰς κεφαλὰς φαγεῖν (AEgyptios ſacerdotes; eo enim haec pertinere puto) φασὶ τῶν πατέρων ἢ κυάμους· obſervat *Fabricius*, qui a pleriſque *Empedocli* tribuantur, *Orpheo* verſus adſcribi a *Didymo* Geopon. II, 35. quod in pluribus eſſe factum alias oſtendam. Zaratae Chaldaeo grande hoc arcanum Pythagoram debuiſſe refert *Origenes*, quem vocant, Φιλοσ. c. II. p. 42. portentoſum opinionis mirificae documentum prodit: ſi quis fabam ejusque florem ollae inditum oblitumque in terram defoderit, poſtque dies paucos retexerit, ἴδοι αὐτὸ εἶδος ἔχον τὸ μὲν πρῶτον ὡς αἰσχύνην γυναικὸς, μετὰ δὲ ταῦτα κατανοούμενον παιδίου κεφαλὴν συμπεφυκυῖαν· quae vel auditu ſunt tremenda. Dicetur amplius ad B. Πρ. c. VI. interea lege *Ja. Windet.* de Vita Funct. Statu Sect. V. *T. H.*

Ibid. Κύαμοι] *Euſtathius*: Τοῖς παλαιοῖς λόγον φασὶν εἶναι ἱερὸν τοιοῦτον,

Ἶσόν τοι κυάμους τε φάγειν κεφαλάς τε τοκήων,
Διὰ τὸ ψυχῆς αἰζηῶν βάσιν ἔμμεναι, ἠδ' ἀναβαθμὸν
Ἐξ αἴδεω ὅταν αὐγὰς εἰσανίωσιν.

Empedoclis verſus eſſe ait *Rittershuſ.* p. 30. ad *Porphyr.* ubi aliter ſcribuntur. Pythagoricae ſcholae hoc ſcitum fuit. *Caſaubon.* ad *Athen.* 136, 25. Vide Noſtrum B. πρ. c. 6. Laudat etiam *Clem. Alex.* Στρ. III. p. 187. Vide & *Plutarch.* 1129, 1. & *Porphyr.* n. 43. cum Not. *A. Gell.* IV, 11. *M. du S.*

55. Σὺ-

ΑΙΑΚ. Οὗτος δὲ Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου, καὶ Θαλῆς ἐκεῖνος· καὶ παρ᾽ αὐτοὺς, Πιττακὸς καὶ οἱ ἄλλοι· ἑπτὰ δὲ πάντες εἰσὶν ὡς ὁρᾷς. ΜΕΝ. ἄλυποι οὗτοι, ὦ Αἰακὲ, μόνοι καὶ φαιδροὶ τῶν ἄλλων. ὁ δὲ σποδοῦ πλέως, ὥσπερ ἐγκρυφίας ἄρτος, ὁ [a] ταῖς φλυκταίναις ὅλος ἐξηνθηκὼς, τίς ἐστιν; ΑΙΑΚ. Ἐμπεδοκλῆς, ὦ Μένιππε, ἡμίεφθος ἀπὸ τῆς Αἴτνης παρών. ΜΕΝ. ὦ χαλκόπου βέλτιστε, τί παθὼν σαυτὸν ἐς τοὺς κρατῆρας ἐνέβαλες; ΕΜΠ. μελαγχολία τις, ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. οὐ μὰ Δία, ἀλλὰ κενοδοξία, καὶ τῦφος, καὶ πολλὴ κόρυζα· ταῦτά σε ἀπηνθράκωσεν αὐταῖς κρηπί-

4. ÆAC. Hicce autem Solon Execeſtidæ filius, & Thales ille, juxtaque eos Pittacus ceterique: ſeptem vero ſunt cuncti, uti vides. MEN. Hi triſtitiæ immunes, Æace, ſoli ceterorum, atque hilares. Iſte vero cinere plenus velut ſubcinericius panis, qui puſtulis totus effloruit, quis eſt? ÆAC. Empedocles, Menippe, qui ſemicoctus huc advenit. MEN. O optime tu, æreis indute calceis, quid cauſæ fuit, cur ipſe te in Ætnæ crateras immitteres? EMP. Atra quædam bilis, Menippe. MEN. Nullo pacto; ſed vana gloria, & ſuperbiæ tumor, & multa ſtultitia: hæc te ſcilicet exuſtularunt cum ipſis

a Ταῖς φλ.] Τὰς φλυκταίνας O. P. Margo *AIW*. quod ferri poſſet a Codd. probatum: malo tamen vulgatum propter ὅλος.

61. Ἐξηνθηκὼς] Ἐκβράσας. *G.*

67. Κόρυζα] Μωρία· τῶν γὰρ ἀνοήτων ἐκ τῶν ῥινῶν μύξαι τρέχουσι. *G.*

55. Σόλων ὁ Ἐξηκεστίδου] Ceteris de Solonis patre teſtem addunt *Lucianum* *J. Meurſ.* in Sol. c. 2. *Æg. Menag.* ad *Diogen. L.* I, 45. Κορρίδης, inquit *Suidas*, ὁ Σόλων ἐκέκλητο πατρωνυμικῶς· *altum hac de re apud reliquos ſcriptores ſilentium* eſſe queritur *Kuſterus*. Litera mutata difficultatem omnem expediet Κοδρίδης· hoc enim ſanguine nobiliſſimo Solon erat creatus. *Plutarch.* de patre Execeſtide: ἦν γὰρ Κοδρίδης ἀνέκαθεν· Vide *Suid.* in Πλάτων. *T. H.*

60. Ἐγκρυφίας ἄρτος] Ὁ ἐν σποδῷ γενόμενος διὰ τὸ μὴ εἶναι κλίβανον. *Heſych.* de pane ῥυπαρῷ alii dixerunt. *Lucian.* Lexiph. ſic poſt αὐτοπυρίτην. *J. B.*

Ibid. Ὁ ταῖς φλυκταίναις &c.] Φλυκταῖναι puſtulae ſunt & corporis & panis ſub cineribus cocti ardore ignis excitatae: in panibus etiam ἀττάραγοι, quam vocem ingenioſiſſime reſtituit *Callimacho* Ep. XLIX. magnus *Bentleius*: plura diximus olim ad *Poll.* VII, 23. Venuſte *Noſter* tale verbum poſuit, quod Empedocli non minus, quam ſubcineritio pani conveniret, de quo *Gataker.* in Poſth. c. XXII. p. 675. Saltus Empedoclis AEtnaeus a *Luciano* ſaepe priſciſque Eccleſiae patribus irriſus quam fidem apud ſe mereatur, *Strabo*, vir emunctae naris, oſtendit VI. p. 423. B. Εἰ δὲ ταῦτ᾽ ἐστὶ πιστὰ, οὐκ ἀπιστητέον ἴσως τοῖς περὶ Ἐμπεδοκλέους μυθολογηθεῖσιν· cujus ego ſententiae libenter ſubſcribo. Vide *Salvagn.* ad Ovid. Ib. v. 599. *Menag.* ad *Diogen. L.* VIII, 69. Iis, qui *Ulpianum* L. 6. §. 7. D. *de inj. rupt. & irr. teſt.* ad Empedoclem potiſſimum reſpexiſſe cenſuerunt, calculum adjecit *P. Faber* Sem. I. c. 10. p. 50. quorum tamen opinionem minime probandam exiſtimo: hos eruditos homines *Luciani* loca non fugerunt. Ut autem Empedoclis κενοδοξίαν Noſter exagitat, ſic non minus acriter, hac quidem in cauſa nihil diſſentiens, *Gregor. Nazianz.* in Anecd. *Muratorii* Epigr. 84. 85. & Stelit. I. p. 31. Longum foret ceteros ejuſdem gregis recenſere, quibus hunc in campum exſpatiari voluptati fuit. *T. H.*

63. Χαλκόπου] Διὰ τὴν κρηπίδα χαλκῆν. inferius. *F. G.*

69. Ἀνάξιον] Miror inter tot viros doctos neminem repertum, cui mendum vulgatarum Edd. quae hic ἄξιον legunt, ſuboluerit. Ed. *J.* ἀνάξιον, ut edi curavimus. P. etiam & L. & *Jenſius* ipſe genuinam eſſe lectionem demonſtrat. Sic *Lucianus* loqui amat: vid. Συγγρ. c. 26. & Ἑτ. Δ. XIV. De Empedoclis interitu variae ſunt ſententiae: vide *Strab.* VI. p. 274. *Diog. Laert.* p. 230. *Kennet.* & *Cler.* Ar. Crit. p. 221. *Suid.* v. Ἀμύκλαι. Vide Περ. c. 1. ubi magis graviter iſta tractantur: Empedoclem enim illic videbis latere voluiſſe ſuam mortem; verum, quod ex aliis diſcimus, ſive vis ignis, ſeu alius aliquis caſus crepidam ejus aeream prodidit, quæ rem totam aperuit. Fabulam eſſe cenſet *Dacerius* ad *Horat.* Art. Poët. 461. quae etiam *T. Fabri* ſententia eſt, quam in nota ad illum *de Peregrini morte* locum vide, &, ſi ita videtur, ad examen revoca. *M. du S.*

Οὐκ ἀνάξιον ὄντα] Utrumvis erat, flagitante ſententia, recipiendum, vel ἄξιον, vel οὐκ ἀνάξιον ὄντα. *Nonn.* Συναγ. Ἱστ. p. 127. κατεκάη δὲ εἰς τέλος (Empedocles) ἀξίως τῆς οἰκείας κενοδοξίας. *T. H.*

77. Τὸν σιμὸν λέγω] Sane ludit pervenuſte Menippus, easque formae notas, quibus, uti vivum veteres ſolebant, Socratem AEacus deſcribit, nihil ad eum diſcernendum valere, ſed omnibus aeque mortuis eſſe communes jocatur. Simus erat Socrates inter ſuperos & calvus, eamque ob cauſam Sileno comparatur: *Schol. Ariſtoph.* ad Nub. v. 223. ἐλέγετο δὲ ὁ Σω-

ipſis crepidis haud indignum : attamen nihil te callidum commentum juvit ; patuit enim eſſe te mortuum ? Socrates vero, Æace, ubi tandem eſt ? ÆAC. Cum Neſtore & Palamede ille nugatur plerumque. MEN. Vellem tamen eum videre, ſicubi hic eſſet. ÆAC. Viden iſtum calvum ? MEN. Omnes utique ſunt calvi : idque adeo omnium fuerit indicium. ÆAC. At ſimum iſtum dico. MEN. Hoc etiam perinde ſimile : cuncti enim ſimi.

5. SOCR. Mene quæris, Menippe? MEN. Maxime, Socrates. SOCR. Quid agitur Athenis ? MEN. Multi ju-

σιν οὐκ [b] ἀνάξιον ὄντα. πλὴν ἀλλ' οὐδέν σε τὸ σόφισμα ὤνησεν· ἐφωράθης γὰρ τεθνεώς. ὁ Σωκράτης δὲ, ὦ Αἰακὲ, ποῦ ποτε ἄρα ἐστίν ; ΑΙΑΚ. μετὰ Νέστορος καὶ Παλαμήδους ἐκεῖνος ληρεῖ τὰ πολλά. ΜΕΝ. ὅμως ἐβουλόμην ἰδεῖν αὐτὸν, εἴ που ἐνθάδε ἐστίν. ΑΙΑΚ. ὁρᾷς τὸν φαλακρόν; ΜΕΝ. ἅπαντες φαλακροί εἰσιν· ὥστε πάντων ἂν εἴη τοῦτο τὸ γνώρισμα. ΑΙΑΚ. τὸν σιμὸν λέγω. ΜΕΝ. καὶ τοῦθ' ὅμοιον· σιμοὶ γὰρ ἅπαντες.

ΣΩΚ. Ἐμὲ ζητεῖς, ὦ Μένιππε; ΜΕΝ. καὶ μάλα, ὦ Σώκρατες. ΣΩΚ. τί τὰ ἐν Ἀθήναις; ΜΕΝ. πολλοὶ τῶν νέων φιλο-

b Ἀνάξιον] P. L. *J.* Margo *AIW.* In *F.* ceteriſque Edd. ἄξιον reclamante ſenſu.

Σωκράτης τὴν ὄψιν Σειληνῷ παρεμφαίνειν· σιμός τε γὰρ καὶ φαλακρὸς ἦν nam ibi facetiſſime Comicus illis uti verbis Socratem facit, quae Sileno tribuerat *Pindarus* cum Olympo colloquenti. Talem depingit illa mirabilis Alcibiadis laudatio in *Plat.* Symp. p. 1202. & p. 1203. A. τὸ σχῆμα αὐτοῦ τοῦτο οὐ σειληνῶδες σφόδρα γε· ibidemque Σάτυρος & Μάρσυας audit. Hoc autem praecipuum ſuae formae decus, ut erat εἴρων ad unguem factus, defendit ipſe Socrates in *Xenoph.* Symp. p. 519. 520. nam tali eum dicto tetigerat Critobulus p. 515. v. 28. νὴ Δία, ἦ πάντων Σειληνῶν τῶν ἐν τοῖς Σατυρικοῖς (δράμασιν intelligo ; longe aliter atque *Interpretes*) αἴσχιστος ἂν εἴης· additque *Xenophon*, ὁ δὲ Σωκράτης καὶ ἐτύγχανε προσεμφερὴς τούτοις ὤν. Re tamen vera ſingulari vultus pulcritudine Socrates nec gloriari poterat, nec profecto cupiebat, qui externam ſpeciem deſpiceret, internam ſolam admiraretur : quare Theodorus de Theaeteto adoleſcente in cognomine *Platonis* dialogo p. 107. C. νῦν δὲ, καὶ μή μοι ἄχθου, οὐκ ἔστι καλὸς· προσέοικε δὲ σοὶ τήν τε σιμότητα, καὶ τὸ ἔξω τῶν ὀμμάτων. Eo ſaepiſſime ſcriptores antiqui reſpectant : vide *Athen.* V. p. 219. A. *Max. Tyrium* Διαλ. XXXVI. p. 375. οἱ σιμοὶ καὶ οἱ προγάστορες. *Julian.* Caeſ. p. 314. D. *Syneſ.* Calv. Enc. p. 69. B. Atque adeo non jam ſuſpicor verba *Varronis* apud *Nonium* p. 25. ut olim ad *Poll.* IX, 148. de Sileno, ſed paene mihi perſuadeo de Socrate eſſe intelligenda, modo parumper emendata huic homini accommodentur: *Nonne enim unum* (quod etſi retineri poſſit, malo tamen, *Nonne enim* vel *eum ſenem*) *ſcribunt eſſe grandibus ſuperciliis, ſilonem, quadratum?* fieri certe non poteſt, quin in Satyra Menippea Γνῶθι σεαυτὸν, unde haec ſunt depromta, Socratis *Varro* meminerit. Ex Latinis ſimiles formae philoſophorum parentis imagines protulit *Savaro* ad *Apollin. Sidon.* IX. Ep. 9. p. 586. *T.H.*

78. Καὶ τοῦθ' ὅμοιον] *Viden' calvum illum ? Men. Omnes calvi ſunt ; quare & omnium hoc inſigne ſit. Æac. Simum illum dico.* Men. *Et illud ſimile : ſimi enim omnes.* Lucianum ſcripſiſſe exiſtimo ὅμοιοι, non ut vulgo, ὅμοιον. Si Lucianus voluiſſet hunc in modum, uti vulgo legitur, ſcribere, meo judicio ſcripſiſſet ἴσον. At maluit vulgatiſſimum illum Helleniſmum, quo & infra utitur in Reviviſcentib. c. 13. Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν. *Multas ſimiles inter ſe eſſe video, quantum & ad habitum, & ad inceſſum, nec non veſtitum:* & ſic paſſim. *J.J.*

c 81. Πολλοὶ τῶν νέων &c.] Legitur in editionibus: πολλοὶ τῶν νεῶν φιλοσοφεῖν λέγουσι, καὶ τάγε σχήματα αὐτὰ καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι. μάλα πολλοί· τὰ δ' ἄλλα ἑώρακας οἶμαι. Hunc locum fœdatum eſſe dudum vidi ; ſed quomodo purgari poſſet, non videbam. Exciderunt enim voces, quas ubi ex Mſ. repoſueris, cognoſces emaculatum. Sic autem in illo ſcribitur : πολλοὶ τῶν νεῶν φιλοσοφεῖν λέγουσι, καὶ τάγε σχήματα αὐτὰ, καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. Σω. μάλα πολλοὺς ἑώρακα. Με. ἀλλ' ἑώρακας, οἶμαι, οἷος ἧκε παρά σοι Ἀρίστιππος καὶ Πλάτων. *Multi juniorum ſe philoſophari profitentur. Ac habitum quidem ipſum & inceſſum ſi quis adſpiciat, ſummi philoſophi videntur, ſane quam multi.* Soc. *Valde multos vidi.* Men. *Sed vide qualis ad te venerit Ariſtippus, & ipſe Plato.* De Platonis & Ariſtippi luxuria vide *Theodoret.* θεραπευτ. β. ex ipſo *Xenophonte* ; vide & *Athen.* XIII. Dipnoſoph. de amore Platonis in Archeanaſſam Colophonienſem. Inde & ab Antiſthene Σάθων dicitur, quaſi diceres Priapum. *Athen.* lib. XI. Sequitur, paucis verbis interjectis, qui prava laborat interpunctione locus, quem ſic reſtitues: Εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ. τάγε τοιαῦτα πάντες ὄν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι,

φιλοσοφεῖν λέγουσι. καὶ [a] τάγε σχήματα αὐτὰ, καὶ τὰ βαδίσματα εἰ θεάσαιτό τις, ἄκροι φιλόσοφοι. [b] ΣΩΚ. μάλα πολλοὺς ἑώρακα. ΜΕΝ. ἀλλὰ ἑώρακας, οἶμαι, οἷος ἧκε παρὰ σοὶ Ἀρίστιππος, καὶ Πλάτων αὐτός. ὁ μὲν ἀποπνέων μύρου· ὁ δὲ τοὺς ἐν Σικελίᾳ τυράννους θεραπεύειν ἐκμαθών. ΣΩΚ. περὶ ἐμοῦ δὲ τί φρονοῦσιν; ΜΕΝ. εὐδαίμων, ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα· πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, καὶ πάντα ἐγνωκέναι, [c] καὶ ταῦτα

venum philoſophari ſe prædicant : & habitus quidem atque inceſſus ſi ſpectaverit aliquis, ſummi philoſophi. SOCR. Valde multos vidi. MEN. At vidiſti, opinor, qualis venerit ad te Ariſtippus, atque ipſe Plato: ille unguentum ſpirans*; hic colere Siculos tyrannos edoctus. SOCR. De me vero quid ſentiunt ? MEN. Felix, Socrates, es homo iſta quidem parte : omnes adeo te admirabilem exiſtimant virum fuiſſe, & cuncta ſciviſſe, idque (eſt enim, ut

a Τάγε] Τά τε *J.* *b* ΣΩΚ. μάλα πολλοὺς ἑώρακα. ΜΕΝ. ἀλλὰ ἑώρακας &c.] In prioribus Edd. excepta *J.* ordine continuo: ἄκροι φιλόσοφοι. μάλα πολλοί. τὰ δ' ἄλλα ἑώρακας οἶμαι. Reſtitutam lectionem plane praeferunt O. *J.* & P. niſi quod ἑώρας in eo ſit pro ἑώρακας. Plenius etiam G. ἄκροι φιλόσοφοι μάλα πολλοί. Σω. μ. π. ἑώρακα. Με. ἀλλὰ ἑώρακας. *c* Καὶ ταῦτα] Priores Edd. πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα.

87. Τοὺς ἐν Σικελίᾳ τυράννους] Διονυσίους λέγει, πρὸς οὓς Πλάτων ἐπορεύετο. *G.*

καὶ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα, δεῖ γὰρ οἴομαι τἀληθὲς λέγειν, οὐδὲν εἰδότα. *Felix homo es, Socrates. In his omnes te virum admirandum fuiſſe exiſtimant, & omnia iſta noviſſe, cum nihil, verum enim dicendum eſt, ſcias.* Hinc Socratem alii fuiſſe idiotam dicunt, & vere dicunt. *J.G.G.*

84. Ἄκροι φιλόσοφοι. μάλα πολλοί.] Supplet hic quaedam MS. Graevii. Poſſit tamen ſine iſto ſupplemento locus hic conſtare, modo tollatur importunum punctum poſt φιλόσοφοι. *Quomodo ſe res Athenis habent ?* Men. *Multi novitiorum ſe philoſophari praedicant; & quantum ad ipſum habitum, & inceſſum, ſi quis eos conſpiciat, ſummi Philoſophi ſunt quamplurimi: caeterum vidiſti, opinor, qualis venerit ad te Ariſtippus*, &c. Liber vero MS. quo uſus eſt Vir Cl. ita ſupplet, ἄκροι φιλόσοφοι, μάλα πολλοί. Σω. μάλα πολλοὺς ἑώρακα. Με. ἀλλ' ἑώρακας οἶμαι, &c. Num quidem credibile eſt, fingi hic Socratem, qui jam dudum eſſet mortuus, vidiſſe νέους illos, jactantes ſe eſſe philoſophos? *J.J.*

Ibid. Σω. Μάλα πολλοὺς ἑώρακα. Με. Ἀλλὰ] Ita hunc locum reſtituimus ex Ed. *J.* confirmaturque ea lectio auctoritate Mſ. Gr. P. & Ox. in quibus eadem leguntur, niſi quod in Ox. pro μάλα vitioſe legitur πάλα· in P. vero ἑώρας. At quod Gr. codex ante haec Socratis verba habet μάλα πολλοὶ, non probo: eſt enim ex corruptis exemplaribus, in quibus ſine Socratis nomine pro his, quae adſcripſi, legitur tantum μάλα πολλοὶ. Τὰ δ' ἄλλα in omnibus reliquis Edd. Vide tamen Γυμν. c. 34. *M. du S.*

Σωκ. Μάλα π. ἑώρακα] Quandoquidem membranarum quarumdam auctoritatem ſuffragio ſuo viri eruditi firmare non refugiunt, eorum conſenſum quia liquidis rationibus refutare non poteram, parvi pendere religioni duxi. Neque tamen diffiteor, ſubodorari me in hiſce reſtitutis neſcio quid improbi & notae minus ſincerae: non enim videtur Socratis perſonae convenire reſponſum, μάλα πολλοὺς ἑώρακα· tum colorem Lucianeum habent, *ſi habitum quis & inceſſum ſpectet, ſummi philoſophi valde frequentes :* porro τάγε σχήματα αὐτὰ (vel αὐτῶν) καὶ τὰ βαδίσματα ſententiam quandam, niſi fallor, oppoſitam flagitant, quae nihil eos eſſe minus, quam veros philoſophos, indicet. Ideo mihi probabile fit, poſt τὰ δ' ἄλλα praetermiſſum eſſe jampridem ſegni librariorum negligentia unum atque alterum verſum, in quo ejusmodi fere fuerit, qualem dixi, ſenſus, cui commode jungantur illa ſequentia : ἑώρακας οἶμαι, οἷος ἧκε παρὰ σοὶ (niſi, quod puto, praeſtiterit παρὰ σὲ) Ἀρίστιππος &c. Poſtmodum quam reperiebant lacunam, quisque pro ingenii ſui modulo fuit conatus explere : inde orta, quam hic videmus, lectionum illa varietas: alii contra conglutinatis, quae ſpatio interjecto longius dijungebantur, vocibus omne deficientis orationis veſtigium deleverunt. *T.H.*

87. Μύρου] *Diogen. L.* p. 51. F. τίς ὁ μεμυρισμένος; de eodem Ariſtippo. *M. du S.*

Ibid. Τοὺς ἐν Σικελίᾳ τ.] Vid. *Corn. Nepos* in Dione. *M. du S.*

89. Εὐδαίμων, ὦ Σ. ἄνθ. εἶ τάγε τοιαῦτα· πάντες οὖν] Εὐδαίμων ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα. πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, καὶ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα, δεῖ γὰρ οἶμαι τἀληθὲς λέγειν, οὐδὲν εἰδότα. Sic locum hunc interpungendum puto, inque eo jam præiviſſe videtur Interpres. Vulgo priora ita diſponuntur, Εὐδαίμων ὦ Σώκρατες, ἄνθρωπος εἶ. τάγε τοιαῦτα πάντες οὖν, &c. Sed εὐδαίμων, inquit, ἄνθρωπος εἶ τάγε τοιαῦτα· ſcilicet quantum ad illa vitia attinet, (qui-

ut puto ; veritas dicenda) nihil ſcientem. SOCR. Equidem adfirmabam hoc ipſum apud eos : illi meram ironiam interpretabantur factum meum.

(δεῖ γὰρ, οἶμαι, τἀληθὲς λέγειν) οὐδὲν εἰδότα. ΣΩΚ. ϗ αὐτὸς ἔφασκον ταῦτα πρὸς αὐτούς· οἱ δὲ εἰρωνείαν ᾤοντο τὸ πρᾶγμα εἶναι.

6. MEN. Quinam hi circa te ſunt? SOCR. Charmides, Menippe, & Phædrus, Cliniæque filius. MEN. Bene factum, Socrates, ut qui & hicce colas artem tuam, neque deſpicis pulcros. SOCR. Nam quid aliud jucundius agam? Verum prope nos recumbe, ſi videtur. MEN. Nequaquam : ad Crœſum enim & Sarda-

MEN. Τίνες δὲ οὗτοί εἰσιν οἱ περί σέ; ΣΩΚ. Χαρμίδης, ὦ Μένιππε, ϗ Φαῖδρος, ϗ ὁ τοῦ Κλεινίου. MEN. εὖγε, ὦ Σώκρατες, ὅτι κἀνταῦθα [d] μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην, ϗ οὐκ ὀλιγωρεῖς τῶν καλῶν. ΣΩΚ. τί γὰρ ἂν ἄλλο ἥδιον πράττοιμι; ἀλλὰ πλησίον ἡμῶν κατάκεισο, εἰ δοκεῖ. MEN. μὰ Δί', ἐπὶ τὸν Κροῖσον γὰρ, ϗ Σαρδανάπαλον ἄπειμι, πλη-

d Μέτει] Μεγίστην ἀσκεῖς O. Margo *AiW.*

98. Ὁ τοῦ Κλεινίου] Ἀλκιβιάδης. *V.*

(quibus, ut praeceſſit, laborabant Ariſtippus, Plato, alii;) tu, Socrates, homo beatus es: propterea omnes admirabilem te fuiſſe exiſtimant virum, &c. In prioribus tamen his Cl. *Graevius* vulgatam ſervat diſtinctionem, ponens recte deinceps comma poſt ταῦτα, ubi vulgo habebatur punctum. *J. J.*

90. Τά γε τοιαῦτα] *Graevium* aberraſſe miror: eam adhibuit commode diſtinguendo medicinam *Jenſius*, quae cum uſu particulae οὖν ordine ſuo collocandae perpetuo congruit: nam quis ferat Graece ſciens ejus ſtructurae ſcabritiem? τά γε τοιαῦτα πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται. Poſtea ϗ ταῦτα extra dubitationem mihi poſitum videtur: in corrigendo *Luciano Lucianum* ſequi malui, quam ſcriptis editisque libris, in quibus, cur particula ϗ fuerit eliſa, facile poteſt animadverti, obtemperare: Dial. XIX. §. 1. & XXIX. ἐπεὶ ἐκράτησέ σου, ϗ ταῦτα παρὰ Τρωσὶ δικασταῖς. Necyom. §. 4. ϗ ταῦτα εἰδότα σαφῶς. §. 14 alibique saepe. *Alcidam.* p. 185. v. 3. ἄνδρα σύμμαχον. . . . . ϗ ταῦτα πρότερον ἐν ὑμῖν εὐδοκιμηκότα. *T.H.*

92. Καὶ ταῦτα] Miſere antea ſine ϗ oratio claudicabat, & in ſenſum abſurdum volentes nolentes rapiebat, in hunc modum: πάντες οὖν σε θαυμάσιον οἴονται ἄνδρα γεγενῆσθαι, ϗ πάντα ἐγνωκέναι ταῦτα· δεῖ γὰρ οἶμαι τἀληθὲς λέγειν οὐδὲν εἰδότα· quae vides nunc hac levi mutatione quam elegans & limpida evadat. Omnino legendum ϗ ταῦτα· quod adeo liquere perlecta ſententia exiſtimo, ut plura dicere pigeat. *M. du S.*

93. Οὐδὲν εἰδότα] Unum ſcio, quod nihil ſcio. *F.G.*

97. Χαρμίδης] Glauconis filius dicitur a *Xenoph.* Ἀπομν. III. 429. & 434. V. *Plat.* in Theag. & Apol. & *Ælian.* V. H. VIII, 1. Critonis filius dicitur *Diog. Laërt.* p. 40. D. *Dion. Halic.* *M. du S.*

99. Μέτει τὴν σαυτοῦ τέχνην] Notabile vitium Cod. O. μεγίστην ἀσκεῖς σαυτοῦ τέχνην, dignumque quod obſervetur ad ſimile mendarum genus minore negotio detegendum. Primum T transeunte in Γ, quomodo creberrime peccatur, natum eſt ex ΜΕΤΕΙ ΤΗΝ ΜΕΓΙΣΤΗΝ. Deinde, quum facile deprehendi poſſet orationem labare, niſi addito verbo fulciretur, adoptare conſultum duxerunt quam interpretationem τοῦ μέτει in margine poſitam inveniebant ἀσκεῖς. Τέχνην autem Socratis intelligit παιδεραστίαν ſive puerorum formoſorum amorem; quod crimen admirabili viro ſaepe quidem, ſed falſiſſime fuit objectum : de Platone res iſta majorem habet controverſiam : vide *Daviſ.* ad *Cicer.* T. D. IV, 34. Quod modo Socrates ajebat, ϗ αὐτὸς ἔφασκον &c. ejus ſpecimen illuſtre reperire licet in *Æſchin.* D. III. c. 6. ſed cum ſolita tamen εἰρωνείᾳ conjunctum : vide *Cicer.* Acad. I. c. 5. p. 18. quaeque ibi notat *Daviſius.* *T.H.*

1. Οὐκ ὀλιγωρεῖς τῶν καλῶν] Nondum Socratem auſus inceſti arguere, modum in jocis aliquem ſervat. Ars autem, quam hic nominat, ea eſt, qua Socrates animorum ſe obſtetricem & dici & haberi cupiebat. De Alcibiade Socratisque in eum amore *Diog. Laert.* p. 38. F. & 40. F. apud *Athenaeum* Aſpaſia ipſeque *Athenaeus* : quin & ipſe Alcibiades apud *Plat.* Συμπ. Alibi *Noſter* non tam caute de amoribus iſtis loquitur; ut & Περ. c. 43. Sed vide illic Notas noſtras, ad Περ. autem *T. Fabri.* *M. du S.*

3. Μὰ Δί', ἐπὶ τὸν Κροῖσον γὰρ ϗ Σαρδανάπαλον ἄπειμι] *Benedictus: non per Jovem: Crœſum enim & Sardanapalum adeo.* Non ſecus ac, ſi voluiſſet negationem *Lucianus*, non potuerit nunc quoque dicere, ut mox ante οὐ μὰ Δία, ἀλλὰ κενοδοξία, ϗ τῦφος &c. & in Vitarum auctione, οὐ μὰ τὸν μέγιστον ὅρκον τὰ τέτταρα. In Mercede cond. οὐ μὰ Δία τῆς Ἑλένης ἕνεκα, οὐδὲ τῶν Πριάμου περγάμων. Sed vides, auctorem nunc loqui, ut fecit in dialogo Noti & Zephyri, θεραπευτέα τοιγαροῦν ἤδη δέσποινά γε οὖσα. νὴ Δία εὐνουστέρα γὰρ οὕτω γέ-

πλησίον οἰκήσων αὐτῶν. ἔοικα γοῦν οὐκ ὀλίγα γελάσεσθαι, οἰμωζόντων ἀκούων. ΑΙΑΚ. κἀγὼ ἤδη ἄπειμι, μὴ καί τις ἡμᾶς νεκρῶν λάθῃ διαφυγών. τὰ πολλὰ δ' ἐσαῦθις ὄψει, ὦ Μένιππε. ΜΕΝ. ἄπιθι· καὶ ταυτὶ γὰρ ἱκανὰ, ὦ Αἰακέ.

napalum abeo proxime illos habitaturus: videor equidem non parum riſurus plorantes eos audiens. ÆAC. Jamque ego abeo, ne quis mortuorum clam nobis effugiat: plura in poſterum viſes, Menippe. MEN. Abi modo: hæc enim ipſa ſunt ſatis, Æace.

XXI.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΚΕΡΒΕΡΟΥ.

ΜΕΝ.

Ω Κέρβερε, συγγενὴς γάρ εἰμί σοι, κύων καὶ αὐτὸς ὢν, εἰπέ μοι πρὸς τῆς Στυγὸς, οἷος ἦν ὁ Σωκράτης, ὁπότε κατῄει πρὸς ὑμᾶς· εἰκὸς δέ σε Θεὸν ὄντα μὴ ὑλακτεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἀνθρωπικῶς φθέγγεσθαι, ὁπότ' ἐθέλοις. ΚΕΡ. πόῤῥωθεν μὲν, ὦ Μένιππε,

MENIPPI ET CERBERI.

MEN.

1. CErbere, nam cognatus ſum tibi, quippe canis & ipſe, dic mihi per Stygem, qualis eſſet Socrates, quando deſcendebat ad vos: par eſt te Deum ſcilicet non latrare ſolum, ſed & humano more loqui, quum velis. CER. E longinquo, Menippe, omnimodis videbatur con-

16. Ὦ Μένιππε . . . .] Γρ. ὦ Μένιππε, ἐδόκει ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ προσιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον.

* Ὄντως τὸ κείμενον. G.

* Ὄντως] Credo legendum οὕτως· *ſic ipſe contextus habet.* *T. H.*

γένοιτο. Senſus eſt, *Itane? immo ad Crœſum*, &c. *J. G.*

Μὰ Δί] Nihil mutandum; paſſim ita adhibent optimi quique Scriptores Græci. Vide initium lib. VI. Cyrop. *Xenophontis*, quod hiſce ſcatet: neque unquam aliter *Xenophon*, niſi vitiatis forte codicibus. *M. du S.*

14. Θεὸν ὄντα] Cerberus *Luciano* multum debet, a quo titulo tam honorifico, quem vix quisquam alius impertiverit, cohoneſtetur: neque tamen ſecus in B. Πρ. c. XVI. Vid. *Barth.* ad *Stat.* Th. II, 26. IV, 486. Canem hunc dirum intellexit *Callimachus* in Fragm. Bentl. n. CLXI. Ξεῖνος Ἐχιδναῖον νέρθεν ἄγων δάκετον. Hercules eſt ille ξεῖνος nec dubito, quin ex Αἰτίοις Cyrenaei vatis depromtus ſit verſus: vide *Quint. Calabr.* VI, 260. *T. H.*

17. Τῷ προσώπῳ] Τῷ in plerisque deerat: reperitur in MS. Ox. Coll. Edd. Fl. & P. Sic *Polyan.* Strat. VIII. p. 556. *M. du S.*

Ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ] Vultus Socratis ſemper idem admirationi fuit veteribus, etiam Xanthippe luculenta teſte; quam fuiſſe talem praedicant, quae cujuscumque mariti alterius vultum facile movere potuiſſet: vide *Cicer.* T. D. III. §. 31. quaeque notant *Ga-taker.* ad *Antonin.* I. §. 8. *Kuhn.* ad *Ælian.* V. H. IX, 7. Ἀτρέστῳ ſuppeditatum a P. ſi exigas ad ἀτρέπτῳ, ejusmodi eſt, ut difficulter, utrum a *Luciano* fuerit profectum, ſtatuere liceat: illud οὐ πάνυ δεδιέναι ſi ſpectes, palmam forte dederis huic lectioni; praeſertim accedente *Platone*, qui Socratis habitum fatale poculum hauſturi graphice depingit in Phaed. p. 86. E. καὶ ὃς λαβὼν καὶ μάλα ἵλεως, οὐδὲν ΤΡΕΣΑΣ, οὐδὲ διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος οὔτε τοῦ προσώπου, ἀλλ', ὥσπερ εἰώθει, ταυρηδὸν ὑποβλέψας. Solent autem illa vocabula vulgo a librariis permutari: velut in *Joſepho* de B. J. VII, 8. p. 430. pro φρόνημα πρὸς τοὺς ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας κινδύνους ἄτρεστον duo non ſpernendi Codd. praeferunt ἄτρεπτον ſimilis variatio notatur ab eruditis viris apud *Ælian.* V. H. V, 6. XIV, 31. In *Noſtro* tamen nihil eſſe novandum credo, quia ſententiae non minus, quam illud alterum, ſervit ἄτρεπτον πρόσωπον optime reſpondens verbis *Platonis* οὐδὲν διαφθείρας οὔτε τοῦ χρώματος, οὔτε τοῦ προσώπου· iterum in A. I. II. c. 23. Socrates τὸ πρόσωπον ἄτρεπτος· vide Λαχ. c. 16. Verum paucos fore arbitror, ſiquidem attenderint, qui non offendantur inconcinna ſtructura ἐδόκει . . . δοκῶν exterminata voce poſtrema expoliri poterit hic locus tali pacto: παντάπασιν ἐδόκει ἀτρέπτῳ τῷ προσώπῳ

conſtanti & imperterrito vultu accedere, neque valde reformidare mortem, idque ipſum ſignificare iis, qui extra oſtium ſtabant, velle. Verum poſtquam ſe demiſit intra hiatum infernæ domus, & vidit caliginem, atque ego cunctantem adhuc cicutæ morſu correptum detraxi pede, ſicut infantes ejulabat, ſuos liberos deflebat, in omneſque formas mutabatur.

2. MEN. Ergo ſubdolus erat hic homo ſophiſta, nec revera contemnebat mortem? CER. Minime: ſed ubi neceſſariam animadvertit, audacter ſeſe offerebat; quaſi ſcilicet non invitus ſubiturus, quod omnino oportebat pati, ut eum admirarentur ſpectatores. In ſumma de omnibus quidem ejuſmodi dicere poſſim, Uſque ad oſtium audaces ac fortes: ubi intus penetratum eſt, documentum timoris manifeſtum. MEN. Ego vero quomodo tibi deſcendiſſe viſus ſum? CER. Solus, Me-

[a] παντάπασιν ἐδόκει [b] ἀτρέπτῳ [c] τῷ προσώπῳ [d] προσιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον δοκῶν· καὶ τοῦτ' ἐμφῆναι τοῖς ἔξω τοῦ στομίου ἑστῶσιν ἐθέλων. ἐπεὶ δὲ κατέκυψεν εἴσω τοῦ χάσματος, καὶ εἶδε τὸν ζόφον, κἀγὼ ἔτι διαμέλλοντα αὐτὸν δακὼν τῷ κωνείῳ κατέσπασα τοῦ ποδὸς, ὥσπερ τὰ βρέφη ἐκώκυε, καὶ τὰ ἑαυτοῦ παιδία ὠδύρετο, καὶ παντοῖος ἐγένετο.

MEN. Οὐκοῦν σοφιστὴς ὁ ἄνθρωπος ἦν, καὶ οὐκ ἀληθῶς κατεφρόνει τοῦ πράγματος; KEP. οὐκ· ἀλλ' ἐπείπερ ἀναγκαῖον αὐτὸ ἑώρα, κατεθρασύνετο, ὡς δῆθεν οὐκ ἄκων πεισόμενος, ὃ πάντως ἔδει παθεῖν, ὡς θαυμάσωνται οἱ θεαταί. καὶ ὅλως, περὶ πάντων γε τῶν τοιούτων εἰπεῖν ἂν ἔχοιμι, ἕως τοῦ στομίου τολμηροὶ, καὶ ἀνδρεῖοι· τὰ δ' ἔνδοθεν, ἔλεγχος ἀκριβής. MEN. ἐγὼ δὲ πῶς σοι κατεληλυθέναι ἔδοξα; KEP. μόνος, ὦ Μένιπ-

a Παντάπασιν] Deeſt in O. C. *b* Ἀτρέπτῳ] Ἀτρέστῳ P. *c* Τῷ πρ.] Voculam τῷ habent O. C. & F. P. in ceteris Edd. deficit. *d* Προσιέναι] Προσιέσθαι O. L. omiſſis, ſi recte capio Clariſſ. *M. du Soul* adnotationem, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι quod uti ſpernendum non eſt, modo noſtram emendationem ſequaris, ſic jamdudum nonnihil a librariis hoc in loco fuiſſe turbatum non obſcure demonſtrat.

πῳ προσιέναι, καὶ οὐ πάνυ δεδιέναι τὸν θάνατον, καὶ τοῦτ' ἐμφῆναι τοῖς ἔξω τοῦ στομίου ἑστῶσιν ἐθέλειν. De priore video mecum ſentire magnum *J. Fr. Gronovium* in Corrig. & Inſer. ad Obſerv. p. 683. pro ἐθέλων vero ſubſtituit ἤθελεν· ad meam partem acceſſuros ſpero literarum Graecarum peritos. *T.H.*

22. Διαμέλλοντα] Trajectio vituperanda: quid enim *Luciano* cauſæ fuit, cur ita diſcerpta orationis membra temere diſſeminaret? Cave tamen absque Mſſ. ope mutaſſis: mox idem in ſeq. Dial. iterum, κἀγὼ τῷ ξύλῳ σου κατάξας διαλύσω τὸ κρανίον· & alibi paſſim. *M. du S.*

Ibid. Δακὼν] Δοκῶν forte. *F G.*

Δακὼν τῷ κωνείῳ] De Cerbero decenter, quippe cane, dicitur, qui non latratu ſolum umbras territat, ſed & morſu petit: majore audacia, ſed quae facetiſſima joci venuſtate redimitur, de fato tanquam Cerbero locutus eſt in Hermot. c. VI. Οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον τὸ χρεὼν ἐπιστὰν κατασπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος· quamvis alioqui τὸ χρεὼν καταλαμβάνειν & ἐπιλαμβάνειν τινὰ frequens ſit apud *Pauſaniam* atque alios, & *rapaces fati manus* memoret *Seneca* Hippol. v. 567. Illud autem κατασπᾶν τοῦ σκέλους vel τοῦ ποδὸς neſcio an ab *Antiphane* Comico ſit ſumtum; quod is tamen Charonti tribuit: locus ejus ſimillimus extat apud *Stobaeum* p. 608. Τοὺς γλιχομένους δὲ ζῆν κατασπᾷ τοῦ σκέλους Ἀκοντὶας ὁ Χάρων, ἐπὶ τόπον θεῖον τ' ἄγει &c. Eadem fere, ſi *Luciano* credimus, Socratis fuit cauſa: verum indignor, viri ſapientiſſimi ſinceraeque virtutis, quantam aetas illa capiebat, ſtrenui cultoris memoriam ignominia tali adſpergi: pluris eſt apud me, quam *Luciani* aliorumque, qui ceteroquin ab eo longe diverſi huic injuriae ſubſcribunt, inanes argutiae, *Xenophontis* fides ita ſcribentis in ultima Socratis Apologia: Ἐπεδείξατο δὲ τῆς ψυχῆς τὴν ῥώμην· ἐπεὶ γὰρ ἔγνω τοῦ ἔτι ζῆν τὸ τεθνάναι αὐτῷ κρεῖσσον εἶναι, ὥσπερ οὐδὲ πρὸς τἄλλα τἀγαθὰ προσάντης ἦν, οὐδὲ πρὸς τὸν θάνατον ἐμαλακίσατο, ἀλλ' ἱλαρῶς καὶ προσεδέχετο αὐτὸν καὶ ἐπετελέσατο· commemorataque Socratis σοφία & γενναιότητι, quae auditorum ex animis effluere nunquam poſſint, finem elegantiſſimae defenſioni ſimul, & cumulum meritis ejus laudibus imponit: εἰ δέ τις τῶν ἀρετῶν ἐφιεμένων ὠφελιμωτέρῳ τινὶ Σωκράτους συνεγένετο, ἐκεῖνον ἐγὼ τὸν ἄνδρα ἀξιομακαριστότατον νομίζω. *Menander* in Ὀργ. apud Athen. XII. p. 552. Ὁ λιμὸς ὑμῖν τὸν καλὸν τοῦτον δακών. *T.H.*

νιππε, ἀξίως τ̃ γένους, ϰ̀ Διογένης πρὸ σοῦ· ὅτι μὴ ἀναγκαζόμενοι ἐσῄειτε, μηδ' ὠθούμενοι, ἀλλ' ἐθελούσιοι, γελῶντες, οἰμώζειν παραγγείλαντες ἅπασιν.

nippe; ut dignum erat genere; ac Diogenes ante te; quia non coacti intrabatis, neque impulſi, ſed voluntarii, ridentes, plorare jubentes cunctos.

CHA-

36. Ἀξίως τοῦ γένους, ϰ̀ Διογένης] *Ut dignum erat genere canino*: ad Cerberum ſupra dixerat Menippus, συγγενὴς γὰρ εἰμί σοι. Diogeni tamen Cerberus apud *Auſon.* Epitaph. XXXI. non perinde benignus eſt; nam ad manes abire vetuit, canemque ſuperum iis in ſedibus morari noluit canis infernus: *Quonam igitur? clari flagrat qua ſtella Leonis Additus eſt juſtae nunc canis Erigonae.* Quod imitatus eſt *Auſonius*, Graecum epigramma cultu ſimplici multo mihi nitidius videtur. In alio Epigr. 14. Anth. III. c. 33. Cerbero blanditur Diogenes, eumque adfinitatis proximae commonefacit: Ἀλλὰ κύον σαίνοις Κέρβερε τ̀ με κύνα. *T.H.*

Ibid. Διογένης] Quomodo ſibi mortem conſciverit Diogenes, alibi dicendi locus eſt ad B. πρ. c. 10. Vid. Sotadis fragm. apud *Grot.* Flor. p. 397. & 399. *Diog. Laert.* 162. B. ὑπ' ἀθυμίας βρόχῳ τ̀ βίον μεταλλάξαι Menippum dicit: idem tamen in epigrammate, parum ſibi conſtans, negare videtur factum, cum ait, εἰ δ' ἐνόει φύσιν κυνὸς, αὐτὸν ἂν ἐκρέμασεν. *M. du S.*

44. Ὀβολὸν μὴ ἔχων] Unum obolum ori mortuorum immittit *Lucianus*, cujus ab Indice petenda ſunt loca. Ceteri fere conſentiunt: *Lucill.* Anth. II. c. 50. Ep. 7. Κεῖτο δὲ γ' οὐδὲν ἔχων ὀβολοῦ πλέον — *Antiphan.* apud *Stob.* p. 128. & Anth. II. c. 50. Ep. 3. Τέθνηξη, πλουτοῦσαν ἀφεὶς μεγάλην διαθήκην Ἐκ πολλῶν ὀβολῶν μοῦνον ἐνεγκάμενος· ubi vide *Brodaeum.* Diogenes etiam, ut erat amantiſſimus juſtitiae, debita Charontem ſtipe fraudare noluit, porrexitque ipſi ναυτιλίης ὀβολὸν, ſive τ̀ φθιμένους ναυστολέοντα ὀβολὸν, teſte *Antipatro*, vel alio forte quodam poëta Anth. III. c. 33. Ep. 15. 16. doctoris exemplum quo minus apud Menippum valuerit, quamvis cetera Cynicae frugalitatis inſtrumenta ſecum portet, egeſtatem a contemtu divitiarum ortam obſtitiſſe credendum eſt. Porro τ̀ ὀβολὸν τ̀ συγκηδευόμενον τοῖς τελευτῶσιν *Suidas* habet in Καρκάδοντα, vel quod, monente *Kuſtero*, *Photius* ſcriptique Codices praebent, Καρκαδόνα· quam vocem etſi juxta cum aliis ignorem, ſuſpicor tamen ex *Pherecratis* Comici Crapatal is deſumtam: *Cuperus* certe in Num. Ant. Expl. p. 235. labitur, quando minus diligenter inſpectis Grammatici verbis illud ipſius oboli funebris eſſe nomen opinabatur: ὀβολὸν μισθὸν τῷ πορθμεῖ idem *Suidas* in Μελιττοῦττα, quae derivata ſunt ex *Ariſtoph. Schol.* ad Lyſiſtr. v. 601. 603. neque aliter *Diodor. Sic.* I. p. 61. C. ubi quicquid eſt de Orci ſtatu & Charonte Graecarum fabularum ab AEgyptiis Orpheum transtuliſſe contendit: τὸ μὲν γὰρ διακομίζειν τὰ σώματα πλοῖον βᾶριν καλεῖσθαι, τὸ δ' ἐπίβαθρον νόμισμα τ̀ ὀβολὸν τῷ πορθμεῖ δίδοσθαι καλουμένῳ κατὰ τὴν ἐγχώριον διάλεκτον Χάρωνι· ubi refingendum puto, τὸ δ' ἐπιβάθρου νόμισμα τ̀ ὀβ. Ναῦλον proprie ſic dictum *Heſych.* & *Etymol.* interpretantur, τὸ εἰς τὸ στόμα τ̃ νεκρῶν ἐμβαλλόμενον νομισμάτιον atque ita *Schol. Juven.* ad Sat. III, 267. qui *inopem Virgilii turbam* AEn. VI, 325. longe ſecus ac *Servius*, exponit eam, cui, quod portitori ſolvat, nummus vel naulum deeſt. *Strab.* VIII. p. 573. A. διόπερ οὐκ ἐντιθέασιν ἐνταῦθα (apud Hermionenſes) τοῖς νεκροῖς ναῦλον· & Charon apud *Ariſtophan.* v. 372. Ἔχοιεν', ἀπόδος τ̀ ναῦλον. Rarius eſt, quod *Moeris* Atticiſta protulit; Καττιτέριον τ̀ τοῦ νεκροῦ ὀβολόν. Praeterea δανάκη, vel potius ὁ δανάκης a veteribus vulgo nummus hicce mortualis fuerit appellatus, ſi verum eſt, quod viris eruditis Grammatici perſuaſerunt; id enim ex *Heſychio*, *Etymologo* & *Suida* in Δανάκης, Ἀχερούσια jure ſibi colligere videbantur. Sed minime dubito, quin a *Callimacho* fluxerit iſta gloſſa, qui auctor novandi vocabulorum uſus haud infrequens forte ſolus antiquorum viaticum illud infernum δανάκην dixit, oboli vice eo nummi Perſici genere poſito, quod Graecis non ignotum pretio proxime reſpondebat: quod autem undecumque inveſtigatum *Natalis Comes* ſcripſit, verſus eſſe ex Hecale depromtos certiſſimum arbitror; in quibus poſt limatiſſimam *Caſauboni* curam ad *Strabonem* & Theocr. Lect. c. IV. nihil ultra tentare debuerat *Salmaſ.* de Uſur. p. 427. In eo ſolum a *Caſaubono* diſſentio, quod proferri hos verſus, *non quia in illis voce δανάκης uſus ſit poëta*, *ſed ad confirmationem moris* exiſtimarit, quum mihi ſatis apertum videatur tribus, quos egregie refinxit, adjungi debere initium quarti verſus Δανάκην — Dixerat *Juvenalis* — *nec habet, quem porrigat ore trientem*; nummulo deſignato: *Propertius* paulo laxius IV. El. 11, 7. *Vota movent ſuperos: ubi portitor aera recepit Obſerat herboſos lurida porta rogos*: quae poſteriora vereor, ut a quoquam commode poſſint explicari. *Paſſeratius umbroſos rogos* unde eruerit, non reperio; certe mirabiliter interpretatur, *unde multae umbrae evolant iis extinctis*; quam vocis inauditam poteſtatem ſermo Latinus, credo, faſtidiet. Ego minuendae difficultatis in emendatione ſola ſpem pono: *Obſerat umbroſas lurida porta domos*: quemadmodum alibi, *Nigrantesque domos animarum intraſſe ſilentum*: ſenſum nemo melius explanaverit, quam *Theognis*: Κυανέας τε πύλας παραμείψεται, αἵτε θανόντων ψυχὰς εἴργουσιν, καίπερ ἀναινομένας· nec facile quicquam, quod prioribus aptius adjungatur, invenies. Hunc vero mortuis imponendae ſtipis morem, quem inter alios jam obſoletum apud Athenienſes ſua etiam aetate permanſiſſe notat *Scholiaſtes Juvenalis*, hodie retinent Tatari Wogulskii, pluresque barbarae gentes, ut perhibent ſcriptores Itinerariorum. Jam quod duûm obolorum, qui Charonti ſint tradendi, mentio fiat in *Ariſtoph.* Ran. v. 140. 272. joci gratia numerum duplicari, ut τ̀ δικαστικὸν μισθὸν traducat, manifeſto liquet ex v. 141. idque bene Scholiaſtae perſpexerunt; quamvis eorum unus, ἅμα διὰ τὸ λεγόμενον, ὅτι τοῖς νεκροῖς ἐπὶ

τοῦ

XXII.

CHARONTIS, MENIPPI, ET MERCURII.

CHAR.

1. REdde, ſcelerate, portorium. MEN. Vociferare, ſi id tibi adlubeſcit, Charon. CHAR. Redde, inquam, pro eo quod te transvexi. MEN. Haud acceperis ab eo, qui non habet. CHAR. Eſtne aliquis, qui obolum non habeat? MEN. An alius aliquis, haud ſcio: de me vero, non habeo. CHAR. Enimvero fauces tibi præcludam, deteſtande, niſi dederis. MEN. Ego contra baculo tibi percuſſum' diſſolvam

ΧΑΡΩΝΟΣ [a] ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

ΧΑΡ.

ΑΠόδος, ὦ κατάρατε, τὰ [b] πορθμία. ΜΕΝ. βόα, εἰ τοῦτό σοι ἥδιον, ὦ Χάρων. ΧΑΡ. ἀπόδος φημὶ, ἀνθ' ὧν σε διεπορθμευσάμην. ΜΕΝ. οὐκ ἂν λάβοις παρὰ τοῦ μὴ ἔχοντος. ΧΑΡ. ἔστι δέ τις ὀβολὸν μὴ ἔχων; ΜΕΝ. εἰ μὲν καὶ ἄλλός τις, οὐκ οἶδα· ἐγὼ δὲ οὐκ ἔχω. ΧΑΡ. καὶ μὴν ἄγξω σε νὴ τὸν Πλούτωνα, ὦ μιαρὲ, ἢν μὴ ἀποδῷς. ΜΕΝ. κἀγὼ τῷ ξύλῳ [c] σου πατάξας δια-

a ΚΑΙ Μ.] Χ. Μ. καὶ Ἑρμοῦ P. b Πορθμία] Πορθμεῖα O3. F. c Σου] Σε G. L.

40. Ἀπόδος] Ἀπόλυε, *ſolve*. G.

τοῦ ςόματος βάλλουσι δύο ὀβόλους &c. ſcribat, antiquae conſuetudinis ignoratione nimis erga portitorem avarum liberalis. Aliud erat, ſi ad lucem ab inferis remeandum foret; iterumque trajiciendus Acheron: quemadmodum in *Apul.* Metam. VI. p. 180. turris illa loquax & conſiliaria Pſychae juſſu Veneris ad *Orci ferales penates* deſcenſurae praecipit *offas polentae mulſo concretas ambabus geſtare manibus, ac in ipſo ore duas ferre ſtipes*, quarum altera primam transvectionem, reditum altera mercetur. Sed ita ſunt quaedam *Apuleii* verba ad *Lucianum* accommodata, ut comparationis inſtituendae cauſa proponi mereantur: *Nec mora, cum ad flumen mortuum venies, cui praefectus Charon protinus expetens portorium, ſic ad ripam ulteriorem ſutili cymba deducit commeantes. Ergo & inter mortuos avaritia vivit? nec Charon ille, Ditis pater* (ſuſpicabar olim, *Ditis portitor*, quod necdum plane diſplicet; quamvis vulgatam lectionem tueantur, quae notat *Th. Munckerus* ad Hygin. p. 91.) *tantus Deus quicquam gratuito facit: & pauper moriens viaticum debet quaerere, & aes ſi forte prae manu non fuerit, nemo eum expirare patietur? Huic ſqualido ſeni dabis nauli nomine de ſtipibus, quas feres, alteram, ſic tamen ut ipſe ſua manu de tuo ſumat ore.* Pauloque poſt: *ac deinde avaro navitae data, quam reſervaveras, ſtipe, tranſitoque ejus fluvio recalcans priora veſtigia, ad iſtum coeleſtium ſiderum redibis chorum.* Nonnulla notavit *Pricaeus*, adhibito *Luciano*; cujus aliquot loca neque *Meurſii* diligentiam fugerunt de Fun. c. V. *T.H.*

46. Ἄγξω σε] Concinnius ἄγχειν dici, quam πνίγειν monet *Thom. Mag.* ubi *L. Bos*, hoc etiam loco prolato, propriam eſſe verbi rationem in creditoribus oſtendit, qui debitores ſegnes obtorto collo corripiunt, adque ſolvendum aes alienum acerbe cogunt. Sic & *Baſil.* Hom. in Pſ. XIV. p. 109. D. ὁ δανειςὴς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἄγχει πνίγειν tamen eadem poteſtate a probatiſſimis ſcriptoribus uſurpatur. *T.H.*

48. Σου πατάξας δ. τὸ κρανίον] Suavius eſt, & venuſtiorem Atticae ſtructurae formam praefert, quod vulgatur, quam *Graevio* probata ſcripti codicis lectio: ſolent ſaepe genitivum ab eo nomine, unde pendet, nonnihil removere: ut *Noſter* in Necyom. μου πρὸς τὸ πρόσωπον ἀποπτύσας. Δ. Θ. p. 220. v. 52. τουτου γὰρ ἐξείλκυσε λαβὼν τοῦ κουλεοῦ τὸ ξίφος· *Lyſ.* p. 93. v. 17. 20. πάντα μου εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει· & ταῦτα μου πάντα εἰς τὴν γνώμην εἰσῄει. *Long.* p. 71. τούτων ὀρνίθων ἐπὶ προφάσει θήρας· *Ariſtaen.* I. Ep. 9. διανίσησι πεπτωκυίας λαβόμενος τῆς δεξιᾶς· ubi multum fallatur, ſi quis πεπτωκυίαν reponat: *Plato* initio Parmen. μου λαβόμενος τῆς χειρὸς· quo in genere, quod innumerum eſt, tum ornatus orationis ſpectatur, tum vehementia non niſi a perito judice ſentienda; velut in illo Socratis ad Antiſthenem, Ὁρῶ σου διὰ τοῦ τρίβωνος τὴν φιλοδοξίαν. Diogeni Cynico minitatur aliquis ſuperſtitioſus apud *Diogen. L.* VI, 48. μιᾷ πληγῇ τὴν κεφαλήν σου διαρρήξω.

διαλύσω τὸ κρανίον. ΧΑΡ. μάτην οὖν ἔσῃ πεπλευκὼς τοσοῦτον πλοῦν. ΜΕΝ. ὁ Ἑρμῆς ὑπὲρ ἐμοῦ σοι ἀποδότω, ὅς με παραδέδωκέ σοι.

ΕΡ. Νὴ Δία [a] ὀναίμην, εἰ μέλλω γε καὶ ὑπερεκτίνειν τῶν νεκρῶν. ΧΑΡ. οὐκ ἀποστήσομαί σου. ΜΕΝ. τούτου γε ἕνεκα νεωλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμενε· πλὴν ἀλλ' ὅ, γε μὴ ἔχω, πῶς ἂν λάβοις; ΧΑΡ. σὺ δ' οὐκ ᾔδεις ὡς κομίζειν δέον; ΜΕΝ. ᾔδειν μὲν, οὐκ εἶχον δέ. τί οὖν; ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν; ΧΑΡ. μόνος οὖν αὐχήσεις προῖκα πεπλευκέναι; ΜΕΝ. οὐ προῖκα, ὦ βέλτιστε· καὶ γὰρ ἤντλησα, καὶ τῆς κώπης [b] ἐπελαβόμην, καὶ οὐκ ἔκλαιον μόνος τῶν ἄλλων [c] ἐπιβατῶν. ΧΑΡ. οὐδὲν ταῦτα

cranium. CHAR. Fruſtra igitur navigaveris tam longam navigationem. MEN. Mercurius pro me tibi ſolvat, qui me tradidit tibi.

2. MERC. Per Jovem, belle mecum agatur, ſi mortuorum etiam vice ſolvendum mihi ſit. CHAR. Miſſum te non faciam. MEN. Quod ad iſtam quidem rem adtinet, vel ſubducto navigio adſiduus eſto flagitator: attamen quod non habeo, qui tandem accipias? CHAR. Tu neſciebas obolum eſſe tibi apportandum? MEN. Sciebam equidem, nec tamen habebam: quid ergo? propetereane oportebat non mori? CHAR. Solus igitur gloriabere gratis te navigaſſe? MEN. Non gratis, vir optime: etenim antliam duxi, & remum, & unus omnium vectorum non plorabam. CHAR. Nihil iſta faciunt ad por-

a Ὀναίμην] Ὠναίμην O3. ἐονάιμην P. L. ὠνάμην Margo *A1W.* *b* Ἐπελαβόμην] Συνεπελ. O2. non male. *c* Ἐπιβατῶν] Ὀδυρομένων addit O2. Non probo onus orationis inutile.

54. Ὑπερεκτίνειν τῶν ν.] Ὑπὲρ τῶν νεκρῶν διδόναι *G.*

ξω. Quod ſequitur μάτην ita ceperunt Interpretes, quaſi nihil differret a προῖκα· neque diffiteor, ſi ſententiam adſpicias, optime convenire; ſed quoniam renititur uſus vocabuli certiſſimus, a *Graevio* jure caſtigatos exiſtimo, eamque *Luciano* fuiſſe mentem: *ergo tu fruſtra ſuſceperis tam longae navigationis inanem moleſtiam, ſiquidem, niſi ratam oboli mercedem exprompſeris, in vitam tibi erit redeundum*: confer D. XXIII. §. 3. ideo mox Menippus, ἐχρῆν διὰ τοῦτο μὴ ἀποθανεῖν· nec multum abit *Apuleii* jocus: *aes ſi forte prae manu non fuerit, nemo eum expirare patietur?* Ceterum illud μάτην in Epiſcoporum contra Paulum Samoſatenſem epiſtola apud *Euſeb.* H. E. VII. c. 30. p. 361. uſu rariore ponitur: μάτην καρπούμενος τὴν τῶν ἐν πράγμασιν ὄντων ἑτοιμότητα πρὸς τὸ διδόναι &c. id eſt, *nulla pro pecuniis acceptis opera reddita: fruſtratus eorum ſpem, qui auxilium ejus ad pericula depellenda pretio emerant.* *T. H.*

49. Μάτην οὖν &c.] Male vertunt haec verba. μάτην οὖν ἔσῃ πεπλευκὼς τοσοῦτον πλοῦν, *num ergo tam longo trajectu te gratis transvexero*, cum illorum hæc ſit ſententia: *nihil igitur tibi proderit tam longa navigatio confecta*, cum obolum naulon non tecum attuleris. Sed paullo ante melius Mſ. κἀγὼ τῷ ξύλῳ σε πατάξας διαλύσω τὸ κρανίον· male in editis σου πατάξας. *J. G. G.*

Ibid. Ἔσῃ] Ἔσομαι forte. *F. G.*

55. Τούτου γε ἕνεκα νεαλκήσας τὸ πορθμεῖον παράμενε] Interpretantur omnes auctore *Eraſmo*; *quin igitur vel hujus gratia, perge, ut facis, navim trahere*, quo nihil aliud, quam oſtendunt ſe nihil percepiſſe. Quid enim id notat? Merito adnotavit pater, *nave ſubducta naulum* vel *portorium exſpecta.* *J. G.*

60. Μόνος . . . προῖκα] *Etymol. Magn.* V. Δανάκη docet immunes fuiſſe omnes Averni vicinos, *Strabo* autem Hermionaeos lib. VIII. *M. du S.*

71. Θέρμους] Profert *Thom. Mag.* in Θέρμος. Quod *Barthius* ad *Calpurn.* Ecl. III, 82. ſubdubitanter & velut auctoris oblitus ſcribit, *lupinos in mortuariis veterum coenis exhibitos manibus*, id jam confidentius ac temere pro vero venditat *Keuchen.* ad *Seren. Samon.* v. 736. nequicquam in hac cauſa *Luciano* teſtimonium denunciatur: longe rectius ex iisdem locis *Gonſal. de Salas* obſervavit ad *Petron.* c. 14. p. 76. *lupinos olim viliſſimum fuiſſe pauperum cibarium; Cynicorum vero adeo creberrimum, ut vix unquam a Cynici pera abeſſe lupinos contingeret.* Quum autem addit; *Inde Crates apud Ariſtotelem*, vel errore vel memoria labitur: extat enim ille locus in excerptis *Teletis* apud *Stob.* p. 524. Οὐκ ἀηδῶς γὰρ Κράτης, Οὐκ οἶδα, φησὶ, πῶς δύναμιν ἡλίκην ἔχει, Θέρμων τε χοῖνιξ, καὶ τὸ μηδενὸς μέλειν· τῷ ὄντι γὰρ μέγα καὶ ἀξιόλογον μετὰ πήρας καὶ θέρμων, καὶ λαχάνων, καὶ ὕδατος μηδενὸς φροντίζειν, ἀλλ' εἶναι ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον. Duo jambi rotundiſſimi, quorum alterum habet etiam *Diogen. L.* VI, 86. quin ex ephemeride Cratetis ſint decerpti, minime dubito. De δείπνῳ Ἑκάτης dictum eſt p. 330. *T. H.*

78. Κε-

portorium: obolum perſolvere te decet: neque enim fas eſt aliter fieri.

3. MEN. Quin ergo me rurſus abduc in vitam. CHAR. Pulcre ſane; ut plagas inſuper eapropter ab Æaco accipiam. MEN. Ergo deſiſte negotium faceſſere. CHAR. Oſtende, quid in pera geras. MEN. Lupinos, ſi lubet, & Hecatæ cœnam. CHAR. Unde iſtum nobis, Mercuri, canem adduxiſti? & qualia fabulabatur inter navigandum, vectores omnes deridens, & jocis inceſſens, ſolus cantans iis gementibus. MERC. Neſcis, Charon, qualem virum transvexeris? liberum exacte, quique neminem curet. Hicce eſt Menippus. CHAR. At ſi te unquam prehendero. MEN. Si prehenderis, vir optime: bis quidem me non capias.

πρὸς τὰ [d] πορθμεῖα· τὸν ὀβολὸν ἀποδοῦναί σε δεῖ· οὐ γὰρ θέμις ἄλλως γενέσθαι.

MEN. Οὐκοῦν ἀπάγαγέ με αὖθις ἐς τὸν βίον. ΧΑΡ. χαρίεν λέγεις, ἵνα καὶ πληγὰς ἐπὶ τούτῳ παρὰ τοῦ Αἰακοῦ [e] προσλάβω. MEN. [f] μὴ ἐνόχλει οὖν. ΧΑΡ. δεῖξον τί ἐν τῇ πήρᾳ ἔχεις. MEN. θέρμους, εἰ θέλεις, καὶ τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον. ΧΑΡ. πόθεν τοῦτον ἡμῖν, ὦ Ἑρμῆ, τὸν κύνα ἤγαγες; οἷα δὲ καὶ ἐλάλει παρὰ τὸν πλοῦν, τῶν ἐπιβατῶν ἁπάντων καταγελῶν, καὶ ἐπισκώπτων, καὶ μόνος ᾄδων, οἰμωζόντων ἐκείνων. ΕΡ. ἀγνοεῖς, ὦ Χάρων, ὁποῖον ἄνδρα διεπόρθμευσας; ἐλεύθερον ἀκριβῶς, κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει. οὗτός ἐστιν ὁ Μένιππος. ΧΑΡ. καὶ μὴν ἄν σε λάβω ποτέ. MEN. ἂν λάβῃς, ὦ βέλτιστε· δὶς δὲ οὐκ ἂν λάβοις.

ΠΛΟΥ-

d Πορθμία] Πορθμεῖα O3. P. Oſtendunt vel πορθμεῖα, vel πρὸς τὸ πορθμεῖον. e Προσλάβω] Παραλάβω O2. prave. f Μὴ ἐνόχλει οὖν] τὸν μηδ' ὁτιοῦν κεκτημένον μάτην O2. Non abſurde videatur accedere, praeſertim ob ea, quae Charon ſubjicit.

78. Κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει] Verba illa vertunt, *nec quicquam ipſi curae eſt.* Mavelim ego, *neminem curat.* Illud οὐδενὸς non ad πρᾶγμα, ſed ad perſonam referri debere videtur. Sic in Euang. *Marci* XII, 14. Phariſaei & Herodiani dicunt Jeſu: Διδάσκαλε, οἴδαμεν ὅτι ἀληθὴς εἶ, καὶ οὐ μέλει σοι περὶ οὐδενός· Magiſter, novimus te veracem eſſe, & non curare quemquam. *L. BOS* Animadv. c. XII. p. 55.

Κοὐδενὸς αὐτῷ μέλει] *Οὐδενὸς* pro mutato genere vel rem vel perſonam indicat: poſterius mihi non ſecus atque Clariſſ. *L. Bos* placuit: eum explicandi modum poſtulat ſolius veritatis memor Cynici perſona, cujus dicendi libertatem nulla hominum conditio, nulli dignitatum gradus refraenabant. Cratetem ſine dubio ſic intellexit *Teles*, quem ſuperiore nota teſtem citavimus, quando poſt μηδενὸς φροντίζειν ſubjicit ἀλλ' εἶναι ἀθώπευτον καὶ ἀκολάκευτον, nullius hominis reſpectum habere, ſed talem ſe gerere, qui nemini nec verborum lenociniis obrepat, nec adſentetur: longe ab iſta mente aberravit *Interpres Stobaei.* Hoc ſane multo magis in Chriſto verum *Matth.* XXII, 16. *Marc.* XII, 14. ſed a callidis veteratoribus laquei vice cumulatae laudis ſimulatio adhibebatur, quia quaeſtionem erant inſidioſam propoſituri de cenſu Caeſari ſolvendo: quaſi dicerent, ubi veritas agitur, ſcire ſe, adeo nullam perſonarum dignitatis rationem habere Chriſtum, ut ne Caeſaris quidem majeſtate retineri poſſit, quin animi cogitata libere planiſſimeque explicet. Neutrum genus utrobique non tantum vim orationis corrumpet, ſed ſententiam inſuper alienam reddet. *Diogen. L.* II, 34. εἰ δὲ φαῦλοι, ἡμῖν αὐτῶν οὐδὲν μελήσει. Saepius autem accidit, ut commode ponatur: ut apud *Dion Chryſ.* Or. XXXII. p. 370. D. ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδενὸς αὐτοῖς μέλει. Eſt alioqui frequens loquendi formula, οὐδὲν αὐτῷ μέλει· *Alexis* apud *Athen.* X. p. 421. D. — τῷ δ' οὐδὲν μέλει. *Plato* p. 19. D. ὅτι σοι οὐδὲν μεμέληκεν. *Euthyd.* p. 211. A. τῶν πολλῶν ἀνθρώπων καὶ τῶν σεμνῶν δὴ καὶ δοκούντων τι εἶναι οὐδὲν ὑμῖν μέλει· atque adeo *Xenophontem* in Symp. p. 516. v. 31. una litera locupletare mihi liceat, οὐκέτι οὐδὲν μέλει οὐδενί, pro οὐδέν. *T.H.*

XXIII.

ΠΛΟΥΤΩΝΟΣ ΚΑΙ ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΥ.

ΠΡΩΤ.

Ὦ Δέσποτα, καὶ βασιλεῦ, καὶ ἡμέτερε Ζεῦ, καὶ σὺ, Δήμητρος θύγατερ, μὴ ὑπερίδητε δέησιν ἐρωτικήν. ΠΛΟΥ. σὺ δὲ τίνος δέῃ παρ' ἡμῶν; ἢ τίς ὢν τυγχάνεις; ΠΡ. εἰμὶ μὲν Πρωτεσίλαος ὁ Ἰφίκλου, [a] Φυλάκιος, συστρατιώτης τῶν Ἀχαιῶν, καὶ πρῶτος ἀποθανὼν τῶν ἐπ' Ἰλίῳ. δέομαι δὲ ἀφεθεὶς πρὸς ὀλίγον ἀναβιῶναι πάλιν. ΠΛ. τοῦτον μὲν τὸν ἔρωτα, ὦ Πρωτεσίλαε, πάντες νεκροὶ ἐρῶσι· πλὴν οὐδεὶς ἂν αὐτῶν [b] τύχῃ. ΠΡ. ἀλλ' οὐ τοῦ ζῆν, Ἀϊδωνεῦ, ἐρῶ ἔγωγε,

PLUTONIS ET PROTESILAI.

PROT.

1. O Domine, & rex, noſterque Jupiter, & tu Cereris nata, ne ſpreveritis petitionem amatoriam. PLUT. Quid tibi vis a nobis fieri? aut quis tandem homo es? PROT. Sum Proteſilaus Iphicli filius, Phylacius, commilito Achivorum, quique primus eorum, qui ad Ilium venerunt, interii: oro autem ut accepto in breve tempus commeatu, in vitam redire mihi liceat. PLUT. Iſtum amorem, Proteſilae, omnes mortui amant: quo tamen eorum nemo potiatur. PROT. Equidem non vivendi, Pluto, amore teneor,

a Φυλάκιος] Φινάκιος O. Φυλακήσιος Margo *AIW.*

b Τύχῃ] Τύχοι O. Hoc genus ſæpiſſime variant librarii.

ΠΛΟΥΤΩΝ] Dolendum eſt adeo cæca ratione procurari editiones, cujus hoc ſanequam perſpicuum documentum eſt, non niſi ex editione *Benedicti*, in multis nugatoria, adoptatum, quum recte Baſileenſis non hanc appellationem præmiſerit, ſed alteram ΠΡΩΤΕΣΙΛΑΟΣ, quod neceſſario fieri debere quivis videt; nunc tamen admoneri debuit vel in futurum bonum. *J.G.*

82. Ἡμέτερε Ζεῦ] Sic *Homero* Il. I. Ζεὺς καταχθόνιος. Eodem nomine appellat *Virgil.* IV, 638. *Jupiter Stygius.* *M. du S.*

Ἡμέτερε Ζεῦ] Poëtarum uſu Ζεὺς commune quaſi trium fratrum nomen Neptuno etiam Plutonique tribuitur, ac velut imperii ac majeſtatis habet ſignificationem: *Pauſan.* II. p. 166. de Neptuno, quod inſolentius eſt, teſtem laudat *AEſchylum*: atque ita Doris *Simmiae* Rhodio κυμοκτυπων Ἥρα ἁλίων μυχῶν, *praeſes & domina*, apud *Hephaeſt.* p. 43. Eidem eleganter in Suppl. v. 239. Ζευς ἄλλος Pluto dicitur, qui de manibus decretoriam pronunciat ſententiam: Tragici mentem improba *Stanleii* verſio obfuſcavit. *Barthius* autem ad *Stat.* Th. II, 49. ubi *nigrum*, *Stygium*, *Tartareum Jovem* illuſtrat, iſtorum *Luciani* verborum non fuit oblitus. Egregia vero ex Pythagorae diſciplina de duobus hemiſphaeriis, quorum ſuperioris imperium ſit penes regem Jovem, & reginam Junonem, inferioris penes Ditem Jovem infernum, & Proſerpinam Junonem infernam, adnotavit *Lutat.* ad *Stat.* IV, 527. quae de plenis *Servii* commentariis ad *Æn.* VI, 138. eſſe promta ſuſpicor: ſi contuleris, quae obſervavimus ad p. 282. facile conſtet, unde Socrates hauſerit πόλον σφαιροειδῆ, οὗ τὸ μὲν ἕτερον ἡμισφαίριον θεοὶ ἔλαχον οἱ οὐράνιοι, τὸ δὲ ἕτερον οἱ ὑπένερθεν apud *Æſchin.* Dial. III. p. 162. Verum *Lucianus*, quum Proteſilaum hic dicentem facit ἡμέτερε Ζεῦ, principem poëtarum tetigit, cujus eſt Il. I, 457. Ζεύς τε καταχθόνιος καὶ ἐπαινὴ Περσεφόνεια. *T.H.*

86. Φυλάκιος] A Φυλάκη, Φυλάκιος· unde & Φυλακίδης. Vid. *Stephan.* *F.G.*

Φυλάκιος] A Phylace urbe Phthiotidis non procul a Thebis, quae tamen inter fines Theſſaliae; unde nonnunquam apud hunc auctorem *Theſſalus* vocatur Proteſilaus. *E.L.*

Φυλάκιος] Mſ. Ox. Φινάκιος. Sed proba vulgata. V. Il. B, 695. 698. Theſſaliae urbs Phylace: hinc inter Theſſalica etiam, certe appendicis loco, in Ὀρχ. Proteſilaum recenſet *Noſter* c. 52. & 53. *M. du S.*

Φυλάκιος] Gentile Φυλακήσιος, quemadmodum Ἰθακήσιος, fingit *Stephanus*: vide *Burmanni* Catal. Argon. in *Iphiclus alter*. A Φυλάκιος, vel potius Φυλακεῖος, aut Φυλακεύς naſcitur *Apollonii* Φυλακηΐς Argon. I, 47. Antiquum Phylaces nomen abiiſſe in Θήβας τὰς Ἀχαιΐδας ſcribit *Dicaearchus*: καὶ Θήβας τὰς Ἀχαιΐδας πρότερον Φυλάκην καλουμένην, ὅθεν ἦν ὁ Πρωτεσίλαος verum utraſque ſitu tamen propinquas diſtinguit *Strabo* IX. p. 661. C. 664. C. Haec eſt, cujus *Stephanus* meminit, Θήβη τρίτη Θεσσαλίας τῆς Φθιώτιδος. Proteſilaum autem quum poëtae vocant Phylaciden,

non

neor , ſed uxoris , quam novam nuptam adhuc in thalamo dereliqui , conſcenſaque navi me proripui : deinde miſer, dum in littus exponimur , Hectoris manu cecidi. Exinde amor uxoris non mediocriter me contabefacit , domine : velimque vel paululo tempore conſpectus ab ea deſcendere denuo.

2. PLUT. Non tu bibiſti , Proteſilae, Lethes aquam ? PROT. Maxime, domine : ſed amor meus vim Lethæi liquoris vehementiæ magnitudine vincebat. PLUT. Quin ergo mane atque expecta: aderit illa aliquando ; neque tu , ut ad ſuperos evadas, neceſſe habebis. PROT. At non fero moram , Pluto : amore nimirum & tu ipſe jam captus fuiſti , & noviſti, quale ſit amare. PLUT. Et quid te juvabit unum diem reviviſcere , quum poſt paulo ſis eadem lamentaturus. PROT. Puto me perſuaſurum ipſi , ut comes me

τ̃ γυναικὸς δὲ, ἣν νεόγαμον ἔτι ἐν τῷ θαλάμῳ καταλιπὼν, ᾠχόμην ἀποπλέων· εἶτα ὁ κακοδαίμων ἐν τῇ ἀποβάσει ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος. ὁ οὖν ἔρως τ̃ γυναικὸς οὐ μετρίως ἀποκναίει με, ὦ δέσποτα, καὶ βούλομαι κἂν πρὸς ὀλίγον ὀφθεὶς αὐτῇ καταβῆναι πάλιν.

ΠΛ. Οὐκ ἔπιες, ὦ Πρωτεσίλαε, τὸ Λήθης ὕδωρ; ΠΡ. καὶ μάλα, ὦ δέσποτα· τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἦν. ΠΛ. οὐκοῦν περίμεινον· ἀφίξεται γὰρ ἐκείνη ποτὲ, καὶ οὐδέν σε ἀνελθεῖν δεήσει. ΠΡ. ἀλλ' οὐ φέρω τὴν διατριβὴν, ὦ Πλούτων· ἠράσθης δὲ καὶ αὐτὸς ἤδη, καὶ οἶσθα οἷον τὸ ἐρᾶν ἐστιν. ΠΛ. εἶτα τί σε ὀνήσει μίαν ἡμέραν ἀναβιῶναι, μετ' ὀλίγον τὰ αὐτὰ ὀδυρόμενον; ΠΡΩΤ. οἶμαι πείσειν κἀκείνην ἀκολουθεῖν

Περίμεινον] Παράμεινον O. & mox κἀκείνη.

non ab oppido ductam eſſe hanc appellationem , ſed ab avo , praeter formam patronymicam ſyllabae primae quantitas ab *Homero* ſignata Il. B, 700. & 705. manifeſto demonſtrat. Quae huc ſpectant , multa dabit *N. Heinſius* ad *Ovid.* Ep. Her. XIII, 35. ubi *Phylleïdes* cupidius admiratione vocabuli rarioris intruſum puto , quam verius ; nam nihil aeque opportunum, quam *Conveniunt matres Phylaceïdes* , ab illa urbe, quam utique Laodamia incolebat *Homero* notam , apud quem nulla usquam Phyllus comparet, tum forte nondum condita: idcirco tutius eam lectionem teneri arbitror , quae a communi vatum fonte fuerit derivata. *Tzetz.* Chil. II. c. 52. poſtquam Proteſilai hiſtoriam explicuit, Λουκιανὸς , ait, Φιλόστρατος γράφει τὴν ἱστορίαν , Καὶ τινες ἄλλοι μέμνηνται ποιηταὶ καὶ νέοι, ſine dubio dialogum iſtum indicans : *Philoſtratum* vide p. 662. cum *Oleario*, & ſaepius in Heroïc. *Ariſtid.* T. III. p. 374. C. καθάπερ τὸν Πρωτεσίλαον φασὶ παραιτησάμενον τοὺς κάτω γενέσθαι μετὰ τῶν ζώντων· *Propert.* I. El. XIX, 7. & *Broukhuſ.* *Minuc. Fel.* c. 11. *Quis unus ab inferis vel Proteſilai ſorte remeavit, horarum (trium) ſaltem permiſſo commeatu , vel ut exemplo crederemus.* Plane verum eſt , quod monet *Tzetzes* , multos decantatiſſimi caſus feciſſe mentionem ; neque lubet ab aliis prolatos veterum locos acceſſione nova cumulare. *T.H.*

91. Αὐτᾶν] Mallem , ſi codex aliquis addiceret, αὐτοῦ, ſcilicet ἔρωτος. *T.H.*

96. Ἕκτορος] *Homerus* Hectorem non nominat, ſed Dardanum tantum. *Hyginus* tamen CIII. & *Ovid.* Metam. XII, 67. cum *Luciano* ſentiunt. *M. du S.*

3. Τὸ δὲ πρᾶγμα] Id eſt , amor, deſiderium uxoris. *F.G.*

Τὸ δὲ πρᾶγμα ὑπέρογκον ἦν] Reddiderunt *Micyllus* & *Benedictus: ſed haec res praevaluit pondere:* quanquam obſcurius, voluiſſe tamen eos puto; *Sed is in uxorem amor meus omni pondere* , quomodo loquitur Cicero de Off. III. §. 35. *gravior erat , quam ut hauſta Lethes aqua potuerit extingui.* Ejusmodi certe ſententiam nexus orationis inſtitutae requirit: ſed valde vereor, ut Graecae linguae conſuetudo poteſtatem illam in ὑπέρογκος ferat. Quare, niſi quid vitii majoris occultetur , potius flexu ſignificationis levi dedero; *meus amor omnem modum excedebat , molisque grandioris erat, quam ut Lethaeo liquore obrui poſſet.* Ὑπέρογκα ſane dicuntur a Graecis proprie , quae molem magnitudinis enormem habent , atque immoderata ſunt : ideo Ὑπέρογκον *Heſychius* exponit non tantum μέγα, ὑψηλὸν, ſed & ὑπέρμετρον· inde manat, pro tumide magnificis, extraordinariis rebus , quaeque hominum oculos ad ſe convertunt , eamdem vocem poni , ſic tamen , ut in illa poteſtate ſemper aliquid vitioſi atque indecori haereat admixtum. Mox pro οὐκοῦν forte non deterius legeretur, σὺ γοῦν. *T.H.*

10. Κἀκείνην] Uxori ejus nomen erat Laodamia, quam ferunt deſiderium mariti non ferentem ſibi necem conſciviſſe. Vid. *Hygin.* CCXLIII. & CIII. & CIV. Eo itaque hic reſpicit *Lucianus*. Nomen habet Ὀρχ. c. 53. *M. du S.*

θεῖν παρ' ὑμᾶς· ὥστε ἀνθ' ἑνὸς δύο νεκροὺς [a] λήψῃ μετ' ὀλίγον. ΠΛΟΥ. οὐ θέμις γενέσθαι ταῦτα, οὐδὲ ἐγένετο πώποτε.

ΠΡ. Ἀναμνήσω σε, ὦ Πλούτων· Ὀρφεῖ γὰρ δι' αὐτὴν ταύτην τὴν αἰτίαν τὴν Εὐρυδίκην παρέδοτε, καὶ τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν παρεπέμψατε Ἡρακλεῖ χαριζόμενοι. ΠΛ. θελήσεις δὲ οὕτω κρανίον γυμνὸν ὢν καὶ ἄμορφον τῇ καλῇ σου ἐκείνῃ νύμφῃ φανῆναι; πῶς δὲ κἀκείνη [b] προσήσεταί σε, οὐδὲ διαγνῶναι δυναμένη; φοβήσεται γάρ, εὖ οἶδα, καὶ φεύξεταί σε· καὶ μάτην ἔσῃ τοσαύτην ὁδὸν ἀνεληλυθώς. ΠΕΡ. οὐκοῦν, ὦ ἄνερ, σὺ καὶ τοῦτ' ἴασαι, καὶ τὸν Ἑρμῆν κέλευσον, ἐπειδὰν ἐν τῷ φωτὶ ἤδη ὁ Πρωτεσίλαος ᾖ, καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, νεανίαν εὐθὺς καλὸν ἀπεργάσασθαι αὐτόν, οἷος ἦν ἐκ

ſequatur ad inferos: atque adeo pro uno duos mortuos recipies brevi. PLUT. Iſta fieri fas non eſt; neque facta fuerunt unquam.

3. PROT. At faciam, ut reminiſcare, Pluto: nam Orpheo eandem iſtam ob cauſam Eurydicen tradidiſtis, & conſanguineæ meæ Alceſti commeatum dediſtis Herculi gratificati. PLUT. Tune voles cranium ita nudum & forma deſtitutum in conſpectum formoſæ tuæ ſponſæ venire? quomodo autem admittet te, quem dignoſcere nequeat? imo perterrefiet, ſat ſcio, teque fugiet; & fruſtra tam longam ad ſuperos viam relegeris. PROS. Quin tu, marite, huic etiam incommodo medere, Mercurioque manda, ut, poſtquam luci redditus erit Proteſilaus, eum potenti virga contactum juvenem ſtatim efficiat pulcrum, qualis erat ex thalamo nuptiali. PLUT.

a Λήψῃ] Λήψει O. quae eſt Attica forma raro ſcriptoribus inferioris aetatis, niſi librariis fidem derogemus, uſitata pro λήψῃ. b Προσήσεται] Ita O. P. L. In Edd. fuit προσόψεται.

24. Οὐκοῦν . . . .] * Τῆς Περσεφόνης ὁ λόγος δεομένης ὑπὲρ Πρωτεσιλάου. *G.*

* Τῆς Περσεφ.] Haec videtur *Schol.* monuiſſe, quia omiſſa fuerat ejus in exemplari Proſerpinae perſona. *T. H.*

17. *Τὴν ὁμογενῆ μου Ἄλκηστιν*] Si velis ſcire, Lector, in quo gradu conſanguinitatis fuerint Proteſilaus & Alceſtis, en tibi ſtemma ex *Apollodoro*, *Didymo*, *Pindari Scholiaſte*, *Plutarcho*, *Pauſania* & aliis.

AEolus
Cretheus — Deioneus
Pelias — Phylacus
Alceſtis — Iphiclus
Proteſilaus. *J. B. a G.*

21. Προσήσεται] MSS. Ox. P. & L. pro vulgato προσόψεται. Vid. *Xenoph.* Cyrop. L. VII. p. 103, 21. *M. du S.*

Προσήσεται] Ferri non poterat admiſſum in Edd. vulgatas προσόψεται, quippe quod nec cum οὐδὲ διαγνῶναι δυναμένη, nec cum φεύξεταί σε ſatis accurate conveniret. *Moſchopul.* Ὀν. Ἀττ. Ἐκλ. Προσίεμαι, τὸ μέλλον προσήσομαι, ὁ ἀόριστος προσηκάμην &c. Ex *Appiano Suidas*: Ταρκύνιον προσήσεσθαι. *Noſt.* Phal. I. §. 14. *T. H.*

27. Καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ] *Mercurium jube, poſtquam ad lucem pervenerit Proteſilaus, contactum virga, mox in adoleſcentem formoſum eum convertere.* Sed quid ſibi velit praepoſitio ἐν, in καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ, non intelligo. Καθικέσθαι τῇ ῥάβδῳ ſatis plene dicitur. *Homerus* Il. Ξ. vſ. 104.

> Ὦ Ὀδυσεῦ, μάλα πώς με καθίκεο θυμὸν ἐνιπῇ
> Ἀργαλέῃ.
>
> *O Ulyſſes, valde meum penetraſti animum increpatione gravi.*

Neque vero ſi in hac locutione intelligatur praepoſitio, videtur ἐν, ſed σὺν ſubaudiendum. An μετὰ pro ἐν legendum? *J. J.*

Ἐν τῇ ῥάβδῳ] Miratur Clar. *Jenſius*, cur ἐν hic præponatur; & merito miratur: ubinam enim his ſimilia reperias? Servandam tamen, quam omnes Codd. tuentur, lectionem duximus: ſic enim iterum *Noſter* alibi Συγγρ. c. 12. ἐν ἀκοντίῳ φονεύοντα (cui ſimilis extat phraſis in Epigrammate, teſte *Conſtant.* Lex. ἐν βέλει πληγείς) quanquam ibi MS. G. & L. ἐπὶ legunt *Euripid.* autem El. v. 321. Καὶ σκῆπτρ' ἐν οἷς Ἕλλησιν ἐστρατηλάτει· & Ἱκετ. v. 593. Has partes virgæ Mercurii datas an etiam Scriptores Graeci ſuperſtites agnoſcant, neſcio: haud temere utique a *Luciano* dictum crediderim. *M. du S.*

K

PLUT. Quoniam hoc Proſerpinæ quoque placet, duc illum ad ſuperos iterum, Mercuri, & redde ſponſum. Tu, Proteſilae, memineris, unius diei accepiſſe te commeatum.

τῦ παςῦ. ΠΛΟΥ. ἐπεὶ Περσεφόνη συνδοκεῖ, ἀναγαγὼν τοῦτον αὖθις ποίησον νυμφίον. σὺ δὲ μέμνησο μίαν λαβὼν ἡμέραν.

XXIV.

DIOGENIS ET MAUSOLI.

DIOG.

1. TU Car, ob quam rem magnum ſpiras, omnibusque nobis præferri poſtulas? MAUS. Primum ob regnum, Sinopenſis, ut qui rex fuerim Cariæ univerſæ, imperaverim etiam Lydorum nonnullis, inſulas quasdam ſubegerim, & Miletum usque progreſſus pleraque Ioniæ debellarim. Deinde quia pulcer eram &

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΜΑΥΣΩΛΟΥ.

ΔΙΟΓ.

Ὦ Κὰρ, ἐπὶ τίνι μέγα φρονεῖς, καὶ πάντων ἡμῶν προτιμᾶσθαι ἀξιοῖς; ΜΑΥ. καὶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ μὲν, ὦ Σινωπεῦ, ὃς ἐβασίλευσα Καρίας μὲν ἁπάσης, ἦρξα δὲ καὶ Λυδῶν ἐνίων, καὶ νήσους δέ τινας ὑπηγαγόμην, καὶ ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην, τὰ πολλὰ τῆς Ἰωνίας καταστρεφόμενος. καὶ καλὸς ἦν καὶ μέ-

29. Παςοῦ] Θαλάμου. G.

Καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ] Quamvis in Symp. §. 16. ſcripſerit *Lucianus*, τάχα δ' ἄν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, nihil tamen ab optimorum ſcriptorum uſu alienum fecit, quum hic interpoſuit ἐν τῇ ῥάβδῳ. Multi haud infimi ordinis ita ſunt locuti non tantum quando ablativus inſtrumenti, ſed & alius quicumque ponendus erat: ideo non raro fit, ut in eodem orationis contextu additum omiſſumque reperiatur. *Ariſtot.* Z. I. IV. p. 111. λαμβάνονται δὲ καὶ λάβρακες. . . . . τριόδοντι . . . εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν δοκεῖ τῶν τοιούτων ληφθῆναι ἐν τῷ τριόδοντι. *Tryphon* I. Anth. c. 37. Ep. 14. Οὐκ ἄορι πληγεὶς, οὐδ' ἐν βέλει, ἀλλ' ἐνὶ σύκῳ Χείλεα — *Arriano* Ἀ. Ἀ. III. c. 30. ἐν κλοιῷ δῆσαι, quod apud *Xenophontem* & *Noſtrum* περὶ τῶν ἐπὶ Μ. Σ. c. 24. ſimpliciter eſt κλοιῷ δεθεὶς. *Ælian.* V. H. XIII, 1. ἐτρέφετο ἐν αὐτοῖς ἐν ὀρείᾳ τῇ τροφῇ· ubi prius ἐν Mſſ. auctoribus eſt delendum. *Philo* Βελοπ. V. ἐν ὑπερῴοις διαλλαλιμμένοις ἐν ἀμόργῃ. *Polemo* Phyſiogn. I. p. 170. πειθόμενος ἐν δώροις ὁ τοιοῦτος ἀνήρ. *Antiphon* de Herod. Caed. p. 136. v. 18. σὺ δέ με ἐν ἀφανεῖ λόγῳ ζητεῖς ἀπολέσαι· qualia notavit ex *Herodoto Raphel.* ad 1. Theſſ. IV, 18. *Manetho* I, 239. — ἐν καλοχαῖσι θεῶν πεπεδημένοι αἰεί. *Quint. Calab.* VIII, 9. — νῆας τ' ἀμαθύνειν Ἐν πυρὶ λευγαλέῳ — Neque erat cauſa, cur *Needhamus Hierocli* demeret ad Aur. Carm. p. 206. τὴν λυγρὰν ἔριν περικόπτων ἐν ἑκουσίῳ φυγῇ· Verum hujus generis exempla numero carent: vide *Th. Muncker.* ad *Hygin.* F. XX. quem *Luciani* locus hicce non effugit. Erat autem virga Mercurii potentiſſimae virtutis, ac paene magicae, qua, ſi vellet, admota formas alias inducebat: ſic *Cadmum ſuo caduceo tactum vertit in ſerpentem,* teſte *Schol. Cruquiano* ad *Horat.* A. P. v. 187. ideo θαυμασίαν τὴν δύναμιν dixit Apollo Δ. Θ. VII. *T. H.*

28. Ἀπεργάσασθαι αὐτὸν] *Thom. Mag.* in Βούλομαι p. 31. *T. H.*

31. Μίαν . . .] Satis erat; nam uxor viſo marito ſtatim præ gaudio in amplexibus ejus moriebatur, ut *Servius* habet ad AEn. VI, 447. *Hyginus* aliter narrat hiſtoriam F. CIII. & CIV. *E. L.*

39. Καὶ καλὸς ἦν] Mox tria Diogenes commemorat, quibus umbra Mauſoli efferebatur, τὴν βασίλειαν, τὸ κάλλος & τὸ βάρος τοῦ τάφου· eadem in his etiam verbis ut commode diſtincta cognoſcas, una vocula faciet apto loco interpoſita, καὶ ὅτι καλὸς ἦν. Nunc omnia ſunt liquida, & ordine juſto decurrunt: μέγα φρονῶ ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ . . . καὶ ὅτι καλὸς ἦν . . . . τὸ δὲ μέγιστον ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ &c. nam ὑπηγαγόμην & ἐπέβην a ſuperioribus pendent, ὃς ἐβασίλευσα, ἦρξα &c. Verum de Mauſoli rebus geſtis & hoc ipſo loco alibi dicemus accuratius: videntur enim mendo laborare ἄχρι Μιλήτου ἐπέβην· quanquam ex *Polyaeno* conſtet VI. c. 8. Miletum Ionicarum urbium florentiſſimam a Mauſolo fuiſſe proditione tentatam. Mauſolei autem ſeptem mirandis terrarum orbis ſpectaculis adſcripti qui mentionem fecerint, oſtendent *Leo Allatius* ad *Philon. Byzant. Giſb. Cuper.* Num. Ant. III. p. 236. qui *Luciani* quoque verba protulit, itidemque *Daviſ.* ad *Cicer.* T. D. III. c. 31. *Euſtath* ad Il. Ψ. p. 1298. v. 52. Καὶ ὁ μὲν τοῦ Μαυσώλου μάλα πολλὸς (πολυτελὴς, πρέποντες vel aliud, quod propius accedat, vocabulum reponi debet) τάφος ἄκρως περιείργασται, καὶ θαῦμα καὶ ἦν καὶ ἐστιν. Mox pro ἀνδρῶν neſcio an melius ſcri-

μέγας, καὶ ἐν πολέμοις καρτερός· τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι ἐν Ἁλικαρνασσῷ μνῆμα παμμέγεθες ἔχω ἐπικείμενον, ἡλίκον οὐκ ἄλλος νεκρὸς, ἀλλ᾽ οὐδὲ οὕτως ἐς κάλλος ἐξησκημένον, ἵππων καὶ ἀνδρῶν ἐς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένων λίθου τοῦ καλλίστου, οἷον οὐδὲ νεὼν εὕρῃ τις ἂν ῥᾳδίως. οὐ δοκῶ σοι δικαίως ἐπὶ τούτοις μέγα φρονεῖν;

ΔΙΟ. Ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ φὴς, καὶ τῷ κάλλει, καὶ τῷ βάρει τοῦ τάφου; ΜΑΥ. νὴ Δί᾽ ἐπὶ τούτοις. ΔΙΟ. ἀλλ᾽, ὦ καλὲ Μαύσωλε, οὔτε ἡ ἰσχὺς ἔτι σοι ἐκείνη, οὔτε ἡ μορφὴ πάρεστιν. εἰ γοῦν τινα ἑλοίμεθα δικαστὴν εὐμορφίας πέρι, οὐκ ἔχω εἰπεῖν, τίνος ἕνεκα τὸ σὸν κρανίον προτιμηθείη ἂν τοῦ ἐμοῦ· φαλακρὰ γὰρ ἄμφω, καὶ γυμνά· καὶ τοὺς ὀδόντας ὁμοίως προφαίνομεν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφῃρήμεθα, καὶ τὰς ῥῖνας ἀποσεσιμώμεθα. ὁ δὲ τάφος, καὶ οἱ πολυτελεῖς ἐκεῖνοι λίθοι, Ἁλικαρνασσεῦσι μὲν ἴσως εἶεν ἐπιδείκνυσθαι, καὶ φιλοτιμεῖσθαι πρὸς τοὺς ξένους, ὡς δή τι μέγα οἰκοδόμημα αὐτοῖς ἐστί· σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ἀπολαύεις αὐτοῦ, πλὴν εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὅτι μᾶλλον ἡμῶν ἀχθοφορεῖς ὑπὸ τηλικούτοις λίθοις πιεζόμενος.

magnus, belloque ſtrenuus. Tum, quod maximum eſt, quia Halicarnaſſi monumentum ingens habeo mihi impoſitum, quantum mortuus alius nemo; ſed neque ita in ſpeciem elegantiſſimam expolitum, equis viriſque exactiſſime adſimilatis ex lapide pulcerrimo, quale ne templum quidem facile quis invenerit. Non tibi videor jure ob iſta ſuperbius efferri?

2. DIOG. Ob regnum, inquis, & formam, & pondus ſepulcri? MAUS. Omnino ob iſta. DIOG. Sed, formoſe Mauſole, neque robur illud amplius, nec forma tibi adeſt. Quare ſi capiamus judicem de pulcritudine, dicere nequeas, cur tuum cranium anteponendum ſit meo: utraque calva & nuda: dentes perinde nobis prominent; oculis ſumus ſpoliati, nareſque ſimas gerimus. De ſepulcro autem, pretioſiſque iſtis lapidibus, Halicarnaſſenſibus forte conducant ad oſtentandum, & ambitioſius ad peregrinos jactandum, ingens aliquod ædificium eſſe ſcilicet penes ſe. Tu autem, vir optime, non video quo tibi monumentum proſit; niſi hoc dixeris, te majus quam nos geſtare pondus tantis lapidibus oppreſſum.

3. MAUS.

ſcribatur ἀνδριάντων· nam cur ἀνδρῶν, ubi ſtatuae plures erant, & Deorum? Equos intelligere puto illius quadrigae marmoreae, quam in ſummo pyramidis cacumine Pythis ſive Pytheus exegerat. Quod autem ad ſui ſepulcri magnificentiam vix templum ullum comparari poſſe Mauſolus jactat, de Rufino dixit *Claudian.* in Rufin. II, 448. *Qui ſibi pyramidas, qui non cedentia templis Ornatura ſuos extruxit culmina manes.* *T. H.*

41. Παμμέγεθες] Patebat, teſte *Plinio*, ab Auſtro & Septentrione ſexagenos ternos pedes. *M. du S.*

53. Οὐκ ἔχω] Mirum in omnibus qua ſcriptis, qua vulgatis libris hoc proſtare, quum tamen nihil expeditius videatur, quam perſona mutata legendum eſſe, οὐκ ἔχοις εἰπεῖν· *quod ſi formae arbitrum deligamus, dicere tu nequens, cur tuum cranium meo ſit praeferendum*: plane ut Dial. XXVIII. οὐκ ἔτ᾽ ἂν εἰπεῖν ἔχοις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν &c. *T. H.*

57. Ἀποσεσιμώμεθα] Hinc *Stephanus* adnotavit in Theſ. ἀποσεσιμώμεθα τὴν ῥῖνα. *Paulus AEgin.* VI. p. 213. Τῆς ῥινὸς τὸ μὲν κάτω μέρος χονδρῶδες ὂν οὐ κατάγνυται οὖν, ἀλλὰ θλάττεται καὶ σιμοῦται καὶ διαστρέφεται. Egregie *Sulpicius Luperc.* in Catal. *Pith.* p. 23. *Simataeque jacent pando ſinuamine nares.* *T. H.*

59. Εἶεν ἐπιδείκνυσθαι] Putaverit aliquis abeſſe εἶεν ἱκανοὶ, vel οἷοι ἐπιδείκνυσθαι. Nihil abeſt: amant eam ſtructuram aliquando in verbo εἰμί· paulo aliter *Lyſias* p. 153. v. 27. ἐκείνῳ μὲν γὰρ ἦν τὰ ἑαυτοῦ πράττειν. De Mauſoleo *Gregor. Nazianz.* in Anecd. *Murator.* Ep. 147. Μαυσώλου τάφος ἐστὶ πελώριος, ἀλλὰ Καρεσσι Τίμιος· οὔτις ἐκεῖ τυμβολέτις παλάμη. *T. H.*

72. Καὶ ἀδελφῆς] Sororem *Gellius* non dicit: ſed apud *Suidam* & *Strab.* XIV. p. m. 452. B. ſoror etiam traditur. *M. du S.*

73. Τοῦ μὲν σώματος] Interpretes quaſi legiſſent, aut legi voluiſſent περὶ τοῦ μὲν σώματος, *contra Diogenes ne id quidem ſuo de corpore novit*: nimirum fraudi fuit optimis viris interpunctio cunctis in Edd. poſt σώματος poſita; qua demta partes orationis ita connectuntur: ὁ Δ. δὲ οὐκ οἶδεν εἰ καὶ ἔχει τινὰ τάφον τοῦ σώματος· Diogenes enim, ut talem philoſophum decebat, exiſtimans mentem eſſe ſolam τὸν ὄντως ἄνθρωπον, huic excolendae tantum incubuerat, corpore ſuo quid fieret poſt mortem, nihil omnino curans: expreſſit hanc ejus ſententiam, qui epiſtolis a ſe confictis Diogenis nomen praeſcripſit Ep. 25. Vid. *Diogen. L.* VI, 77.

3. **MAUS.** Infructuoſa igitur iſta mihi fuerint omnia, & pari honore æquabitur Mauſolus ac Diogenes? **DIOG.** Non pari, vir præſtantiſſime: haudquaquam. Mauſolus etenim lamentabitur, recordatus eorum, quæ in terra præſto fuerunt, in quibus felicitatem eſſe ſitam ducebat: Diogenes contra deridebit ipſum. Et ille monumentum quidem ſuum Halicarnaſſi memorabit ab Artemiſia uxore ſimul & ſorore conſtructum. Diogenes autem corpuſculi ſepulcrum aliquod an habeat, eſt neſcius, ſiquidem nihil eam rem curarit: verum perpetuam ſapientiſſimis viris ſui commemorationem reliquit, quippe qui viri vitam vixerit ſublimiorem tuo, Carum abjectiſſimum mancipium, monumento, inque tutiore loco conditam.

ΜΑΥ. Ἀνόνητα οὖν μοι ἐκεῖνα πάντα, καὶ ἰσότιμος ἔσται Μαύσωλος, καὶ Διογένης; **ΔΙΟ.** οὐκ ἰσότιμος, ὦ γενναιότατε· οὐ γάρ. Μαύσωλος μὲν γὰρ οἰμώξεται, μεμνημένος τῶν ὑπὲρ γῆς, ἐν οἷς εὐδαιμονεῖν ᾤετο· Διογένης δὲ καταγελάσεται αὐτοῦ. καὶ τάφον ὁ μὲν ἐν Ἁλικαρνασσῷ ἐρεῖ ἑαυτοῦ ὑπὸ Ἀρτεμισίας τῆς γυναικὸς καὶ ἀδελφῆς κατεσκευασμένον· ὁ Διογένης δὲ, τοῦ μὲν σώματος εἰ καί τινα τάφον ἔχει, οὐκ οἶδεν· οὐδὲ γὰρ ἔμελεν αὐτῷ τούτου· λόγον δὲ τοῖς ἀρίστοις περὶ αὐτοῦ καταλέλοιπεν, ἀνδρὸς βίον βεβιωκὼς ὑψηλότερον, ὦ Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε, τοῦ σοῦ μνήματος, καὶ ἐν βεβαιοτέρῳ χωρίῳ κατεσκευασμένον.

XXV.

NIREI, THERSITÆ, ET MENIPPI.

ΝΙΡΕΩΣ, ΘΕΡΣΙΤΟΥ ΚΑΙ ΜΕΝΙΠΠΟΥ.

N I R.

1. Ecce enim, Menippus hicce judicabit, uter ſit formoſior. Dic, Me-

Ν Ι Ρ.

Ἰδοὺ δὴ Μένιππος οὑτοσὶ δικάσει, πότερος [a] εὐμορφότερός ἐστιν. εἰπὲ, ὦ Μένιπ-

[a] Εὐμορφότερος] Ita O. Priores Edd. excepta *W.* εὐμορφώτερος. Idem ter in ſequentibus hujus dialogi emendatum eſt vitium.

77. 78. 79. Illud autem aculeatum Καρῶν ἀνδραποδωδέστατε· praeterquam enim quod philoſophi ἀνδράποδα vocent & ἀνδραποδώδεις eos homines, qui corpori corporiſque voluptatibus ſervili nexu ſunt addicti, mancipia corporis, ut ait *Seneca*, voluptatumque, reſpicitur ad Cariae conditionem, ex qua non minus atque ex finitimis regionibus ſervorum greges in Graeciam mittebantur: hinc Καρίων frequens mancipii nomen, etiam apud Noſtrum: ſimilis elegantia notata ad p. 337. v. 94. *T. H.*

74. Τάφον ἔχει] Habuit ſepulchrum prope Corinthum. Vide *Pauſan.* Corinth. p. 45, 37. *M. du S.*

76. Ἀνδρὸς βίον βεβιωκὼς] Adſcripſit pater, forte βεβιωκότος· ſed & prius ferri poteſt. *J. G.*

80. Πότερος εὐμορφώτερός ἐστι] Sic quidem ſcribitur. Sed, ut jam plus ſemel in eodem mendo monuimus ſupra, εὐμορφότερος ſcribendum. In hoc unius paginae dialogo quater, quod mirandum, peccatur in hanc ſcripturam. At recte ea obſervata cum paſſim, tum in Hermot. c. 19. πρὸς τὸ εὐμορφότερον. Adde pro Imaginib. c. 6. & 20. E. Eadem ſcripturae macula infuſcavit Achillem *Tatium* lib. VI. initio, ὡς εὐμορφώτερος, ἔφη, γέγονας πολὺ γέγονας τῇ στολῇ. Similiter male apud eumdem ibidem pag. 379. legas, ἵνα αὐτὸν ἰδοις στεῤῥωτέροις δεσμοῖς δεδεμένον. pro εὐμορφότερος & στεῤῥοτέροις. Apud *Ælianum* quoque IX. Ποικιλ. c. 4. perperam, Ἀνακρέων ἐπήνεσε Σμερδίην θερμώτερον, pro θερμότερον· ut recte apud eumdem Scriptorem II. c. 12. IX. c. 39. X. c. 2. In contrarium peccatum in Iſocratis Panathen. p. 243. B. Καί τοι τίνας ἂν τις κριτὰς ἱκανοτέρους ποιήσαιτο καὶ πιστοτέρους. lege ἱκανωτέρους. ut recte pag. 260. ἐπὶ τὰς ἀρχὰς καθιστάναι τοὺς ἱκανωτάτους τῶν πολιτῶν. Apud eumdem ibid. pag. 289. E pro φιλοσοφοτέρους ſcribendum φιλοσοφωτέρους. *J. J.*

νιππε, οὐ καλλίων σοι δοκῶ; MEN. τίνες δὲ καὶ ἐστὲ; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι. NIP. Νιρεὺς, καὶ Θερσίτης. MEN. [a] πότερος οὖν ὁ Νιρεὺς, καὶ πότερος ὁ Θερσίτης; οὐδέπω γὰρ τοῦτο δῆλον. ΘΕΡ. ἓν μὲν ἤδη τοῦτ' ἔχω, ὅτι ὅμοιός εἰμί σοι, καὶ οὐδὲν τηλικοῦτον διαφέρεις, ἡλίκον σε Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλὸς ἐπῄνεσεν, ἁπάντων εὐμορφότατον προσειπών· ἀλλ' ὁ φοξὸς ἐγὼ, καὶ ψεδνὸς, οὐδὲν χείρων ἐφάνην τῷ δικαστῇ. [b] ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὅν τινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ. NIP. ἐμέ γε τὸν Ἀγλαΐας, καὶ Χάροπος, ὃς κάλλιστος ἀνὴρ ὑπὸ Ἴλιον ἦλθον.

nippe, non pulcrior tibi videor? MEN. Quinam eſtis? nam prius, opinor, illud ſcire commodum eſt. NIR. Nireus & Therſites. MEN. Uter ergo Nireus, uter Therſites: nondum enim hoc manifeſtum. THER. Jam unum hoc in rem meam teneo, quod ſimilis ſim tibi, & nihil tanto opere præcellas, quantum te Homerus iſte cæcus laudavit, omnium formoſiſſimum appellans: ſed ille ego, cui caput in acutum deſinens, & rari crines, nihilo inferior viſus ſum judici. Expende vero, Menippe, quemnam formoſiorem ducas? NIR. Me certe filium Aglaiæ & Charopis, qui pulcerrimus homo ſub Ilium veni.

2. MEN.

a Πότερος οὖν] Secutus ſum O. In omnibus Edd. οὖν ſecundo πότερος erat ſubjectum. *b* Ὅρα σὺ δὲ] Sic G. P. L. Ante in cunctis Edd. fuit, ὥρα δέ σοι.

88. Ὅμηρος ἐκεῖνος ὁ τυφλός] Ὅμηρος γὰρ τὸν ἐκ * Σκύμνης Νιρέα ὕμνησε διαφερόντως εἰς κάλλος μετά γε Ἀχιλλέα. *V.*

91. Ψεδνός] Μαδαρὸς, ἀραιόθριξ. *V.*

* Σκύμνης] Σύμης eſſe reponendum ex *Homero* patet Il. B, 671. accurate de Syme & rege Nireo *Diodor. Sic.* V. p. 225. C. *T. H.*

82. Τίνες δὲ καὶ ἐστὲ;] Vide quam inepte diſtinguatur haec περικοπή· τίνες δὲ καὶ ἐστὲ πρότερον οἶμαι; χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι· hanc ineptam diſtinctionem non poterat non inepta ſequi verſio. Sed ſic interpungendum: τίνες δὲ καὶ ἐστε; πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ τοῦτο εἰδέναι· *Quinam vos eſtis? Prius enim, opinor, decet hoc ſcire.* J. G. G.

83. Πρότερον] Lege omnino, πρότερον γὰρ, οἶμαι, χρὴ, non ut in libris eſt, πρότερον οἶμαι χρὴ γάρ. *M. du S.*

Πρότερον, οἶμαι, χρὴ γὰρ] Priorem illam, quae cunctas Edd. obſederat, diſtinctionem, auctore *Graevio*, jamdudum mutavi. Scriptum fuit in Fl. τίνες δὲ καὶ ἐστὲ πρότερον οἶμαι χρὴ γὰρ .... Ceterae nihil aliud, quam interrogandi notam ſuppoſuerunt: γὰρ nimis, ut videbatur, ab initio remotum hanc interpungendi abſurditatem peperit. Nihil erat, cur iſta particulae ſede offenderentur: ne quis movere velit, pauca de multis exempla facile perficient: *Plato* Charm. p. 464. F. Ἐγὼ οὖν ὀμώμοκα γὰρ αὐτῷ. *Ariſtoph.* Plut. v. 425. Ἀλλ' οὐκ ἔχει γὰρ δᾷδας — v. 1190. Ὁ Ζεὺς ὁ σωτὴρ γὰρ πάρεστιν ἐνθάδε. *Euphron* apud Athen. IX. p. 377. D. — οὐδεὶς εἶχέ σοι Κῷδιος ὅλως γὰρ ἧπαρ — ita recte *Caſaubonus*, qui ſimul adnotat, *conjunctionem* γὰρ *tranſpoſitam eſſe in alienum locum, ut ſaepe. Sophilus* apud eundem XIV. p. 640. D. ... κωμάσαι πρὸς τὴν Ταναγρικὴν δεῖ γάρ .... *Xenoph.* Κ. Π. VII. p. 113. v. 36. Ὡς ἐν κώμῳ δοκεῖ γὰρ ἡ πόλις πᾶσα εἶναι τῇδε τῇ νυκτί· ibi mire *H. Stephanus* aeſtuat: quod autem variatur in membranis, non aliunde ortum putem, quam quod locum particulae γὰρ commodiorem adſignare conarentur. Huc referre nolim *Herodoti* verba I, 24. Καὶ τοῖσι ἐσελθεῖν γὰρ ἡδονὴν, ob ſuſpicionem vitii. Sufficere ferme poterat domeſticum exemplum Δ. N. III. §. 3. εἰ μὴ εἰς Λεβάδειαν γὰρ παρέλθω. Contra in proximis particulam οὖν opportuniore ſede collocari libenter ſum paſſus. *T. H.*

85. Πότερος οὖν ὁ N. καὶ π. ὁ Θ.] Auctore Mſ. Ox. ſic reſtituimus. Οὖν antehac loco ſuo motum ante ὁ Θερσίτης demum legebatur. *M. du S.*

92. Ὥρα δέ σοι] Τὸ λέγειν hic deſiderari videtur: vel poſt τὸ ἡγῇ. *F. G.*

Ὥρα δέ σοι] *Jam vero tempus eſt, ut pronuncies, o Menippe, utro alterum formoſiorem putes:* ſic interpres. Sed in Graecis non eſt, *ut pronuncies:* haec interſerunt, ut ſententiam eliciant, quae nulla eſt; nec enim haec ſolent ſubaudiri, quae facere tempus praecipit. Reſcribendum ex Mſ. ὅρα σὺ δὲ, ὦ Μένιππε, ὅντινα καὶ εὐμορφότερον ἡγῇ· *Vide tu vero, Menippe, quem pulchriorem ducas.* J. G. G.

Ὅρα σὺ δὲ] G. P. & L. pro vulgato ὥρα δέ σοι· & ita Cl. *Hemſterhuſius* edidit. *M. du S.*

Ὅρα σὺ δὲ] Quod praebent ſcripti Codices, jam olim repudiandum non putavi. Ὥρα δέ σοι jure locum tueri poterat, ſi infinitivus aliquis aptus praeſenti ſententiae ſequeretur, ὥρα δέ σοι σκοπεῖν, ut p. 260. v. 49. p. 262. v. 90. quo poſteriore loco male membranae *Graevii*, ὅρα. *AElian.* V. H. I, 21. ὥρα σοὶ τὰ ἐκ τοῦ νόμου δρᾷν· atque ita ſemper Graeci ſolent. Simul atque vetus liber prodierit, qui talem infinitivum ſuppeditet, deſeram ipſe non invitus lectionem reſtitutam. *T. H.*

94. Χάροπος] Non dubitat Clariſſ. *Dukerus* ad *Thucydid.* p. 150. v. 27. *quin perperam edatur* Χάροπος *pro* Χα-

2. MEN. Non quidem ſub terram, ut puto, pulcerrimus veniſti; ſed oſſa ſimilia; cranium autem ea re ſola nimirum diſcernatur a Therſitæ cranio, quod fractu facile ſit tuum: molle enim illud & minime virile geris. NIR. Veruntamen ſciſcitare Homerum, qualis eſſem, quum inter Achivos militabam. MEN. Somnia mihi narras: ego quippe, quæ conſpicor, & nunc habes; iſta, qui tunc vixerunt, noverint. NIR. Non ego hicce ſum formoſior aliis, Menippe? MEN. Nec tu, neque alius eſt formoſus: nam æquo jure in Orco verſantur, & ſimiles omnes. THER. Mihi quidem hoc ſuffecerit.

MEN. Ἀλλ' οὐχὶ καὶ ὑπὸ γῆν, ὡς οἴμαι, κάλλιστος ἦλθες· ἀλλὰ τὰ μὲν ὀστᾶ ὅμοια, τὸ δὲ κρανίον ταύτῃ μόνον ἄρα διακρίνοιτο ἀπὸ τοῦ Θερσίτου κρανίου, ὅτι εὔθρυπτον τὸ σόν· ἀλαπαδνὸν γὰρ αὐτὸ, καὶ οὐκ ἀνδρῶδες ἔχεις. NIP. καὶ μὴν ἔρου Ὅμηρον, ὁποῖος ἦν, ὁπότε συνεστράτευον τοῖς Ἀχαιοῖς. MEN. ὀνείρατά μοι λέγεις· ἐγὼ δὲ ἃ βλέπω, καὶ νῦν ἔχεις· ἐκεῖνα δὲ οἱ τότε ἴσασιν. NIP. οὐκοῦν ἐγὼ ἐνταῦθα εὐμορφότερός εἰμι, ὦ Μένιππε; MEN. οὔτε σὺ, οὔτε ἄλλος εὔμορφος· ἰσοτιμία γὰρ ἐν ᾅδου, καὶ ὅμοιοι ἅπαντες. ΘΕΡ. ἐμοὶ [c] μὲν καὶ τοῦτο ἱκανόν.

ME-

c Μὲν καὶ] O. interponit, ἐμοὶ μὲν οὖν καὶ quod non ſperno.

99. Ἀλαπαδνόν] Ἀσθενής. V.

Χαρόπου nam pater ei erat Χάροπος non Χάροψ· res certa eſt ex Homer. Il. B. 672. Euſtathio *ad illum locum,* & Hygin. F. XCVII. *Hyginus* quidem utramque formam uſurpavit; nam F. CCLXX. *Nireus Charopis filius:* quanquam ibi merito *Schefferum Charopi* praeferre cenſeat *Munckerus*. Ego nihil, utrum praeferas, intereſſe puto: ſolet enim ejusmodi nominum in aliam ex genitivo declinationem migrantium duplex forma frequentari: ſic μάρτυρ, μάρτυρος· φύλαξ, φύλακος· τρίβαξ, τρίβακος· ἱέραξ, ἱέρακος· ἄναξ, ἄνακος, unde Ἄνακες & Ἄνακοι Caſtores; quaeque hujus generis alia notantur a Grammaticis: quamobrem perinde valent Θάρυψ & Θάρυπος, Χάροψ & Χάροπος· in *Heſychio*, quod rarius eſt, πάνδοξ invenitur pro πανδόκος· ſimili modo recentioribus *brax*, *calix*, *delphix* pro *braca*, *caliga*, *delphica*; non aliter atque στέροψ pro στεροπῇ *Sophocli*, notante *Euſtath*. ad Il. K. p. 786. v. 13. Nirei vero Therſitaeque conditionem formae plane diſſimilem eo colore depinxit *Homerus*, ut in utramque partem proverbio locum dederint: vide *N. Heinſ.* ad *Ovid.* A. A. II, 109. ubi hujus quoque dialogi mentionem fecit. Materia rhetoribus digna fuit viſa, in qua ingenium exercerent, ita par diſſimillimum componendo, ut palmam ſibi cedere poſtulet Therſites: iſtiusmodi declamationis meminit *AEneas* Soph. Ep. XV. Si tamen verum eſt, quod Er Pamphylius, fabulator haud abſurdus, retulit apud *Platon.* de Rep. X. p. 765. C. vidiſſe ſe, quum animus ejus relicto corpore peregrinatus miracula vitae alterius inſpectaret, τὴν τοῦ γελωτοποιοῦ Θερσίτου ψυχὴν πίθηκον ἐνδυομένην, cauſa Nirei, vel invito *Luciano*, multum adjuvabitur: ſed nos magnae litis judices non ſedemus. *Platonem* in oculis habuit *AEneas Gaz.* in Theophr. p. 15. cujus loci ſententiam, alioqui ſatis expeditam, prava errantis *Barthii* verſio obſcuravit.

Porro quam mox Menippus ſtatuit ἰσοτιμίαν ἐν Ἅδου, alii quoque Therſitae exemplo, inferorum in civitate principibus viris aequati, confirmarunt. Apud *Suidam* veteris epigrammatis pars in Ἀτιμότερον· —— εἰν ἀίδᾳ γὰρ Μίνων Θερσίτης οὐδὲν ἀτιμότερος. Pro μίνων olim hujus dialogi argumento ductus reſcribendum arbitrabar Νιρέως· in eandem fere conjecturam inciderat *St. Berglerus* Act. Erud. Lipſ. MDCCXXII. p. 162. ſed aliis quibusdam adjectis, quae probari non poterant. Quanquam veroſimillimum videbatur, facile repudiavi ſimul atque apud *Salmaſium* Ep. de Com. p. 703. reperiſſem Μίνω, non dubitans, quin ab eo ex Anthologia necdum edita forent depromta: accedebat Codex *Suidae* Lugduno-Batavus, in quo pro μίνων quod exaratum eſt μὶν ὁ manifeſtum ſervat germanae lectionis veſtigium. Sed nihil amplius ſuſpicione vel conjectura fuit opus, poſtquam beneficio Viri inſignis *J. P. D'Orvillii* nactus ſum ipſum Theaeteti epigramma, quod, quia *Kuſteri* diligentiam effugit, integrum cum lectore communicabo:

Θεαιτήτου εἰς Φιλέαν τὸν αὐτάρεσκον καὶ δοκησίσοφον.

Τὰν γνώμαν ἐδόκει Φιλέας οὐ δεύτερος ἄλλου
  Εἶμεν· ὁ δὲ φθονερὸς κλαιέτω, ἔς κε θάνῃ·
Ἀλλ' ἔμπας δόξας κενεὰ χάρις· ἐν ἀίδᾳ γὰρ
  Μίνω Θερσίτας οὐδὲν ἀτιμότερος.

Vice ἄλλου aliud exemplar ἄλλων. Dorica dialectus epigrammatis poſcit ἄλλω· tum extremo verſu adſcriptum Μίνω, & Θερσίτης. Ceterum quae poëtae ſit mens, & quomodo cum praeſcripto titulo conveniat, explanabit Praeſtantiſſimus *D'Orvillius*, qui ſibi tanto gratiore munere literarum amantes obſtringet, quo citius Anthologiam omnibus numeris perfectam debere deſierit.

T. H.

XXVI.

ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΧΕΙΡΩΝΟΣ. MENIPPI ET CHIRONIS.

MEN. — MEN.

Ἤκουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ἐπιθυμήσειας ἀποθανεῖν. ΧΕΙΡ. ἀληθῆ ταῦτ' ἤκουσας, ὦ Μένιππε· καὶ τέθνηκα, ὡς ὁρᾷς, ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. ΜΕΝ. τίς δέ σε ἔρως τοῦ θανάτου ἔσχεν, ἀνεράστου τοῖς πολλοῖς χρήματος; ΧΕΙΡ. ἐρῶ πρὸς σὲ οὐκ ἀσύνετον ὄντα. οὐκ ἦν ἔτι ἡδὺ

1. Audivi, Chiron, te, quamvis Deus fores, cupiviſſe mori. CHIR. Audiviſti vera, Menippe: & mortem, ut vides, obii, quum immortalis eſſe potuiſſem. MEN. Quid eſt, cur te cupido mortis tenuerit, rei pleriſque non amabilis? CHIR. Dicam ad te hominem haud inſipientem: non erat amplius jucundum frui im-

9. Ἤκουσα, ὦ Χείρων, ὡς θεὸς ὢν ἐπιθυμήσειας ἀποθανεῖν] Chiron eſt Deus mortuus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. 2. *J.G.G.*

Ibid. Θεὸς ὢν] Vid. *Apollod.* II. p. 46. & 53. *C. M. du S.*

Θεὸς ὢν] Poſtquam obierat mortem Chiron veneno ſagittae Herculeae contactus, pietas ejus ac ſtudium virtutis permovit Jovem, ut aſtris haud indignum inſereret. Hoc *Eratoſth.* Cataſt. c. XL. paene verſus ab *Hygino* P. A. II. c. 38. aliique plures tradunt: eo pertinere, ut arbitror, non poteſt *Luciani* θεὸς ὤν. A *Pauſania* tamen memoratur Χείρων ἀπηλλαγμένος ἤδη περὶ ἀνθρώπων καὶ ἠξιωμένος εἶναι σύνοικος θεοῖς lib. V. p. 426. quod ſane, niſi ad Chironem ſideribus additum referri debeat, parum intelligo. Chiron, dum in terris agebat, quippe Saturno patre prognatus, fuit immortalis: dolore vulneris inſanabilis confectus obeundae mortis ſolatium impetrare non potuit, niſi dato, qui ſuam in immortalitatem ſuccederet, vicario: repertus eſt, qui optato beneficio Chironem demereretur, Prometheus. *Apollodor.* II. p. 113. κἀκεῖ τελευτῆσαι βουλόμενος, καὶ μὴ δυνάμενος, ἐπείπερ ἀθάνατος ἦν, ἀντιδοὺς τῷ Διῒ Προμηθέα τὸν ἀντ' αὐτοῦ γενησόμενον ἀθάνατον, οὕτως ἀπέθανε ita legendus eſt hic locus; quanquam propius etiam Pal. Cod. veſtigiis inſiſtere licet, ſi ſtructura non quidem prorſus inuſitata, ſed paulo tamen rariore ponas, ἀντιδόντος Διῒ Προμηθέα. Idem p. 129. Hercules, exſoluto vinculis Prometheo, παρέχει τῷ Διῒ Χείρωνα θνήσκειν ἀθάνατον ἀντ' αὐτοῦ θέλοντα· ubi nihil eſt, cur quicquam mutatum velis, niſi interponendum putes ἀθάνατον ὄντα. Ergo *Lucianus* forte melius ἀθάνατος ὢν ſcripſiſſet, quam θεὸς ὤν, ut mox ἀθάνατος εἶναι δυνάμενος. *T. H.*

13. Τίς δέ σε ἔρως] Hunc locum profert *Thom. Magiſt.* in Ἀνέραστος verſo duarum vocum ordine: τίς δέ σε τοῦ θανάτου ἔρως ἔσχεν &c. Etſi τίς non videatur plane repudiandum, maluero tamen, τί δέ σε τοῦ θανάτου ἔρως ἔσχεν; *T. H.*

17. Ζῶντα ὁρᾶν τὸ φῶς] Familiarem *Euripidi* ſententiam totidem paene verbis expreſſit: Iphig. in Aul. v. 1218. — ἡδὺ γὰρ τὸ φῶς βλέπειν — v. 1250. Τὸ φῶς τόδ' ἀνθρώποισιν ἥδιστον βλέπειν· quod *Stobaeus* etiam deſcripſit c. 118. *Alceſt.* v. 691. Χαίρεις ὁρῶν φῶς; *T. H.*

19. Ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ] Eſt in hac oratione ἀνακόλουθον· dicturus erat, Ἐγὼ δὲ . . . τροφῆς, ἐνεπλήσθην αὐτῶν· hanc ſeriem interrumpunt, quae poſt τροφῆς addita leguntur: quamobrem γοῦν idem, quod ſaepe, munus habet, ut priorem ſtructuram repeti patefaciat. Opportunum ſane *Menandri* locum attulit *Clericus*, deinde repoſitum in ejus Comici Fragm. p. 185. ubi perbene fecit, quod omiſerit σατρώτερα, quippe non digna quibus attendatur. Egregiam ſententiam, ſicut emendandam exiſtimo veſtigia fere Viri ſummi ſecutus, apponam: — τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω, Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων, Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχὺ, Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν, ἄστρ', ὕδωρ, νέφη, Πῦρ· ταῦτ' ἔτη τις κἂν ἑκατὸν βιώσεται, Ὄψει παρόντα, κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους· Σεμνότερα τούτων ἄτερ' οὐκ ὄψει ποτέ. Πανήγυριν νόμισόν τιν' εἶναι τὸν χρόνον, Ὅν φημι, τοῦτον, κἀπιδημίαν ἄνω· Ὄχλος, ἀγορὰ, κλέπται, κυβεῖαι, διατριβαί. quae ſequuntur, curam adhuc, ut puto, diligentiorem poſtulant. Iſta vero ſumſit *Menander* ab *Alexide*, cujus ſimillima quaedam exhibentur ab *Athen.* XI. p. 463. D. Alexis a Pythagora: inſignem philoſophorum principis cum principe Phliaſiorum Leonte ſermonem habitum retulit ex *Heraclide Cicero* T. D. V. c. 3. ubi πανήγυρις illa mercatusque vitae humanae diverſis longe ſtudiis celebratus perquam ſcite depingitur: egregia notat *Daviſius*, niſi quod *Syneſii* παρεγγυᾶσθαι εἰς τὸν κόσμον ſollicitare non debuiſſet. Paulum alia ratione Gnoſtici vitam πανήγυριν ἁγίαν appellavit *Clemens* Str. VII. p. 728. B. Nihil autem publico velut conſenſu frequentius eſt, quam ἐπιδημίας vel παρεπιδημίας imagine vitam humanam adumbrari: quare ſententiam illam, παρεπιδημία τις ἐστὶν ὁ βίος, τὸ κοινὸν τοῦτο καὶ πρὸς ἁπάντων θρυλλούμενον appellat *AEſchin.* Dial. III. c. 3. cum quo contuliſſe non pigebit *Hipparchi* locum in *Stobaeo* p. 573.

immortalitate. MEN. Non jucundum erat vivum videre lucem? CHIR. Non, Menippe: etenim jucundi naturam ego quidem varium eſſe quiddam & non ſimplex duco: quum autem ſemper viverem, fruererque rebus iiſdem, ſole, luce, alimentis; tum & tempeſtates anni eædem, & quæ fierent cuncta per ſeriem ſingula velut alterum alteri adhærens ſequerentur, exſatiatus ſum iis: non enim in eo, quod ſemper idem eſt, ſed in perpetua rerum mutatione poſita eſt voluptas. MEN. Vere, Chiron. At quo animo hunc rerum ſtatum, qui eſt in Orco, fers, ex quo iis prælatis huc adveniſti?

ἀπολαύειν τῆς ἀθανασίας. MEN. οὐχ ἡδὺ ἦν, ζῶντα ὁρᾷν τὸ φῶς; XEIP. οὐκ, ὦ Μένιππε· τὸ γὰρ ἡδὺ ἔγωγε ποικίλόν τι καὶ οὐχ ἁπλοῦν ἡγοῦμαι εἶναι· ἐγὼ δὲ ζῶν ἀεὶ, καὶ ἀπολαύων τῶν ὁμοίων, ἡλίου, φωτὸς, τροφῆς· αἱ ὧραι δὲ αἱ αὐταὶ, καὶ τὰ γιγνόμενα ἅπαντα ἑξῆς ἕκαστον, ὥσπερ ἀκολουθοῦντα θάτερον θατέρῳ· ἐνεπλήσθην γοῦν αὐτῶν. οὐ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ ἀεὶ, ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ μεταχεῖν ὅλως τὸ τερπνὸν ἦν. MEN. εὖ λέγεις, ὦ Χείρων· τὰ ἐν ᾅδου δὲ πῶς φέρεις, [a] ἀφ' οὗ προελόμενος αὐτὰ ἥκεις;

2. CHIR. Non illibenter, Menippe:

XEIP. Οὐκ ἀηδῶς, ὦ Μένιππε· ἡ γὰρ ἰσο-

a Ἀφ' οὗ] In margine *AIW.* notatur: *Legendum forte* ἐφ' οὗ· quod nullius pretii.

573. haec Pythagorae tamen Platoniſque diſciplinae figura maxime convenit, quae ſcilicet revera profitetur animas, relicto aethere patrio, tanquam peregrinabundas in hoc corpus terraeque carcerem immigrare. Ceterum a Chirone nonnihil diſcedit Epictetus *Arriani* lib. II. p. 216. ſtulti hominis intempeſtivum Athenarum arciſque deſiderium perſtringens: οὐκ ἀρκεῖ σοι, ἃ βλέπεις καθ' ἡμέραν; κρεῖττόν τι ἔχεις ἢ μεῖζον ἰδεῖν τοῦ ἡλίου, τῆς σελήνης, τῶν ἄστρων, τῆς γῆς ὅλης, τῆς θαλάσσης; Haec etiam adſpectu videbantur gratiſſima *Praxillae* Adonidi, qui ab inferis rogatus, quid pulcerrimum apud ſuperos reliquiſſet, ingenue reſpondit: Κάλλιστον μὲν ἐγὼ λείπω φάος ἠελίοιο, Δεύτερον ἄστρα φαεινὰ, σεληναίης τε πρόσωπον· nihil hactenus, quod inficete dictum offendat; ſed addito puerilis ſimplicitatis verſu tertio, Ἠδὲ καὶ ὡραίους σικύους καὶ μῆλα καὶ ὄγχνους, non ipſe tantum inſulſi notam commeruit, verum ad homines etiam inſulſos proverbium a ſe natum propagavit, ἠλιθιώτερος τοῦ Πραξίλλης Ἀδώνιδος. Docentur iſta plenius in *Montefalconii* Select. Hiſtor. Bibl. Seguer. p. 609. quum apud *Zenob.* C. IV. n. 21. prorſus enim imperite Praxillae filium Adonidem nobis effinxit *Mich. Apoſtol.* C. IX. n. 81. Simul ex hisce patet, ἄστρα quam vere fuerint in *Menandro* repoſita. Alias tamen & *Epictetus* & *Marcus Antoninus* Chironi libenter concedent, rerum omnium, quae conſpectu quotidiano hauriuntur, ſatietatem oriri atque adeo faſtidium propter τὸ μονογενὲς αὐτῶν καὶ ὁμοειδές· vide Imperatorem lib. II. τῶν εἰς Ἑαυτὸν §. 14. VI. §. 37. 46. τὰ αὐτὰ ὁρώμενα, καὶ τὸ ὁμοειδὲς προσκορῆ τὴν θέαν ποιεῖ & plura paſſim, quae cum Menandri Lucianique ſententia non ſolum, ſed & verbis ſaepe congruunt. Egregie *Lucret.* III. 958. *T. H.*

20. Ἀπολαύων τῶν ὁμοίων &c.] Crediderim *Luciani* animo, cum haec ſcriberet, obverſatum eximium locum *Menandri* ex Hypobolimaeo, quem habet *Stobaeus* Tit. CXXII. — τοῦτον εὐτυχέστατον λέγω, Ὅστις θεωρήσας ἀλύπως, Παρμένων, Τὰ σεμνὰ ταῦτ' ἀπῆλθεν, ὅθεν ἦλθεν, ταχύ. Τὸν ἥλιον τὸν κοινὸν ἀστέρ', ὕδωρ, νέφη, Πῦρ· ταῦτα (lege τ' αὐτὰ) κἂν ἑκατὸν ἔτη βιώσῃ) Ὄψει παρόντα· κἂν ἐνιαυτοὺς σφόδρ' ὀλίγους, Σαπρότερα (ita leg. non σεμνότερα, quod eſt contra rationem oppoſitionis) τούτων οὐκ ὄψει ποτέ. *Hunc beatiſſimum aio, quisquis contemplatus, ſine moerore, Parmeno, egregia haec abiit eo, unde venerat, celeriter. Solem commune aſtrum, aquam, nubes, ignem, eadem, quamvis vixerit centum annos, videbit praeſentia. Quamvis vero vixerit annos valde paucos, deteriora hiſce nunquam videbit.* *J. C.*

21. Αἱ ὧραι] Καὶ ὧραι. mox, poſt αἱ αὐταὶ, τὸ ἦσαν aut quid ſimile deeſſe videtur. *F. G.*

25. Μεταχεῖν] An μεταβάλλειν; *F. G.*

Ἐν τῷ μεταχεῖν] Ad ſenſum, qui ſatis expeditus Interpretes non fugit, minime reſpondebat hoc verbum: nunquam enim μετέχειν pro *vices mutare*, quantum memini, poſitum invenies. Olim timide conſiderandum propoſui ἐν τῷ μεταλλάττειν, ex contracta ejus verbi ſcriptione μεταχεῖν haud difficulter naſci potuiſſe ſuſpicatus. Nunc fere malim μεταστῆναι quae utraque loci vitaeque mutationem una continent: neque me fefellerat *Guyeti* μεταβάλλειν ſed iſta literarum ductibus propiora cenſebam: alioquin accedit *Euripidae* dictum in Oreſt. v. 234. — μεταβολὴ πάντων γλυκύ· quod, quamvis, ut monet *Schol.* a Comicis irriſum, *Ariſtoteles* etiam uſurpat Ἠθ. Εὐδ. VIII. p. 186. Fortaſſe gravius eſt hujus loci vitium, quam quod opera tam levi & ſine librorum veterum adjumento poſſit ſanari. Reticenda non eſt Viri Doctiſſ. *Jo. Ja. Wetſtenii* conjectura, ἐν τῷ μεταχεῖν ἄλλων. *T. H.*

28. Ἥκεις] Confer cum fine Dial. XI. *M. du S.*

30. Καὶ

ἰσοτιμία πάνυ δημοτικὸν, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐδὲν ἔχει τὸ διάφορον, ἐν φωτὶ εἶναι, ἢ ἐν σκότῳ· ἄλλως τε οὐδὲ διψῆν, ὥσπερ ἄνω, οὔτε πεινῆν δεῖ, ἀλλ' ἀνεπιδεεῖς τούτων ἁπάντων ἐσμέν. ΜΕΝ. Ὅρα, ὦ Χείρων, μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ, καὶ ἐς τὸ αὐτό σοι ὁ λόγος [a] περιστῇ. ΧΕΙΡ. Πῶς τοῦτο φής; ΜΕΝ. Ὅτι εἰ τῶν ἐν τῷ βίῳ τὸ ὅμοιον ἀεὶ καὶ ταὐτὸν ἐγένετό σοι προσκορὲς, καὶ ἐνταῦθα ὅμοια ὄντα προσκορῆ ὁμοίως ἂν γένοιτο, καὶ δεήσει μεταβολήν γε ζητεῖν τινα καὶ ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον βίον, ὅπερ οἶμαι ἀδύνατον. ΧΕΙΡ. Τί οὖν ἂν πάθοι τις, ὦ Μένιππε; ΜΕΝ. Ὅπερ οἶμαι καὶ φασὶ, συνετὸν ὄντα ἀρέσκεσθαι καὶ ἀγαπᾶν τοῖς παροῦσι, καὶ μηδὲν αὐτῶν ἀφόρητον οἴεσθαι.

eſt enim æquus & par inter omnes honoris gradus res valde popularis, nihilque tanto opere differt, in luce verſeris, an in tenebris: porro nec ſitire, quemadmodum ſupra, nec eſurire neceſſe eſt; ſed iſtorum omnium haud indigemus. MEN. Vide tamen, Chiron, ne tecummet ipſe pugnes, & in orbem tibi ſermo redeat. CHAR. Quid ita? MEN. Nimirum ſi eorum, quæ in vita ſunt, par ſemper & idem ſtatus ſatietatem tibi pepererit, hic etiam, quum ſit ſimilis rerum conditio, perinde tibi pariat, oportebitque migrationem quærere aliquam etiam hinc in aliam vitam, quod opinor fieri nequit. CHIR. Quid ergo faciat aliquis, Menippe? MEN. Scilicet quod, puto, vulgo dicunt, ut is, qui ſit prudens, acceptis fruatur contentusque ſit præſentibus, nihilque eorum tale exiſtimet, quod tolerari nequeat.

DIO-

a Περιστῇ] Περιπέσῃ P. L. Margo AsW. Multo praeſtat vulgata.

30. Καὶ τὸ πρᾶγμα &c.] An ? ἡ γὰρ ἰσοτιμία, πάνυ δημοτικὸν τὸ πρᾶγμα, καὶ οὐδὲν ἔχει &c. vix enim dubito, quin çorruptela quaedam facilem ſtyli Lucianei curſum impediverit: quam utilitatem habeant in hac diſputatione, οὐδὲν . . . σκότῳ, mihi quidem non ſatis liquet. *T.H.*

33. Ἀνεπιδεεῖς] *Thomas Magiſter* v. Ἀτελέστοι videtur in ſuo Codice legiſſe ἀτελεῖς. Sed praeſtantior eſt noſtrorum librorum lectio. *M. du S.*

Ἀνεπιδεεῖς] Ejus, quam *Thomae Magiſtri* liber praetulit, lectionis ἀτελεῖς nullum extat in noſtris veſtigium: ipſa tamen indicio eſt, quod ante nos ſuſpicari diximus, hunc dialogum male fuiſſe a deſcriptoribus habitum. Quum autem interpretatur ἀτελὲς, ὁ ἀμέτοχος, id quidem ut ſatis eſt ad hujus loci ſententiam conveniens, ſic magno opere vereor, ne a conſuetudine Graeci ſermonis abhorreat: equidem memini non diſſimili ſtructura ſcribi a *Dionyſ. Hal.* A. R. VIII. p. 506. v. 38. *Εἰ δὲ διαμαρτὼν τῆς πείρας ἀτελὴς τοῦ ἔργου ἀποκρίνειν* ſed alia eſt & poteſtas & ſignificandi ratio. Forte quis exiſtimet, ita defendi poſſe ἀτελεῖς, ſi eum in modum intelligatur, ut Latinorum *immunis*: in *Gloſſis* alterum alterius explicationi inſervit vocabulum. Tum ſenſus erit, iſque minime contemnendus: *ſed immunes ſumus rerum iſtarum omnium: ſed oneribus illis ac functionibus ſitiendi eſuriendique ſumus levati.* Qui hanc elegantiam non capiebant, videri poſſunt mutaſſe. Nos interea, dum certius fundamentum detegatur, lectione vulgata erimus contenti. *T.H.*

35. Μὴ περιπίπτῃς σεαυτῷ] Non eſt, *ne ſibi contradicas*, ut *Benedictus*; ſed, cum multum circumiveris, te veluti fugiens, in te ipſe incidas. *J.C.*

Περιπίπτῃς σεαυτῷ] *Budaeus* C. L. G. p. 431. poſitis *Luciani* verbis addit: *revolvatur & circumagatur*: quod proprie pertinet ad explanandum περιστῇ. Modo in *Gregorii Nazianz.* loco, οὕτως εὐάλωτόν ἐστιν ἡ πονηρία, καὶ παλίντροπον ἑαυτῇ περιπίπτουσα, reddiderat: *in ſemet ipſam incurrens, ipſa ſibi contraria.* Eſt autem περιπίπτειν ἑαυτῷ, quando quis iis argumentis & probationibus utitur, quibus in ſe converſis facile refutetur, eoque pacto in ſemet ipſe incurrens abſurdi convincatur: hoc ſane ejus eſt, qui adverſo capite pugnantia locutus ſibi contradicit: qua in cauſa Chironem verſari Menippus demonſtrat. Exempla hujus virtutis plura reperies in *Budaeo* p. 533. *T.H.*

41. Ἐντεῦθεν εἰς ἄλλον β.] Subint. δεήσει μεταβολὴν ζητεῖν. *F.G.*

Ἐντεῦθεν ἐς ἄλλον β.] Non intelligenda cum *Guyeto*, ſed haec ordine continuo praecedentibus abſque diſtinctionis ſigno ſunt adjungenda. Vide Notas ad Dial. XVII. *T.H.*

43. Ὅπερ, οἶμαι, καὶ φασὶ] *Gataker.* ad *M. Antonin.* IX. §. 6. haec Lucianea protulit adjecta *Benedicti* verſione tanquam proba; *Illud nimirum, ut cum ſis ſapiens, quemadmodum opinor, & vulgo praedicant, praeſentibus rebus ſis contentus.* Secutus fuerat priores; quos tamen, quia formam orationis Graecae minus attenderant, a ſcriptoris noſtri mente deerraſſe puto, dum ad Chironem referunt, quae ſententiae

XXVII.

DIOGENIS, ANTISTHENIS, ET CRATETIS.

ΔΙΟΓΕΝΟΥΣ, ΑΝΤΙΣΘΕΝΟΥΣ ΚΑΙ ΚΡΑΤΗΤΟΣ.

DIOG.

1. Antiſthenes & Crates, ocium agimus: quare quid vetat, quominus abeamus recta ad deſcenſum Averni ambulaturi, viſurique eos, qui deorſum veniunt, quales tandem ſint, & quid eorum unusquisque faciat? ANT. Eamus eo, Diogenes: etenim ſpectaculum fuerit jucundum hos eorum lacrimantes videre, illos ſupplicantes, ut dimittantur, quosdam ægre deſcendentes, & quamvis in caput proturbet Mercurius, tamen reſtitantes, & ſupino corpore renitentes ſine ulla proficiendi ſpe. CRAT. Ego enimvero perſequar vobis, quæ vidi, quum deſcenderem, per viam. DIOG. Narra quæſo,

ΔΙΟΓ.

Ἀντίσθενες, καὶ Κράτης, σχολὴν ἄγομεν· ὥστε τί οὐκ ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου περιπατήσοντες, ὀψόμενοι τοὺς κατιόντας, οἷοί τινές εἰσι, καὶ τί ἕκαστος αὐτῶν ποιεῖ; ΑΝΤ. ἀπίωμεν, ὦ Διόγενες. καὶ γὰρ ἂν τὸ θέαμα ἡδὺ γένοιτο, τοὺς μὲν δακρύοντας αὐτῶν ὁρᾶν, τοὺς δὲ ἱκετεύοντας ἀφεθῆναι· ἐνίους δὲ μόλις κατιόντας, καὶ ἐπὶ τράχηλον ὠθοῦντος τοῦ Ἑρμοῦ ὅμως ἀντιβαίνοντας, καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον. ΚΡΑΤ. ἐγὼ γοῦν καὶ διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον, ὁπότε κατῄειν, κατὰ τὴν ὁδόν. ΔΙΟΓ. διήγησαι, ὦ Κρά-

tiae proverbialis more fuerant efferenda. Nihil eſt apud veteres iſto monito ad conci[illegible]dam animi tranquillitatem accommodatiſſimo [illegible]iliarius, ἀγαπᾶν, στέργειν δεῖ τὰ παρόντα· εὖ τίθεσθαι τὰ παρόντα· ἀρίσκεσθαι, ἀρκεῖσθαι τοῖς παροῦσι, τῇ παρούσῃ καταστάσει ſic ut paroemiae communis imaginem ſaepiſſime gerat: vide M. *Antonin.* X, 1. Ad illam normam verſionem exegi. *T.H.*

44. Συνετὸν] Eximiam hanc ſententiam minus apte Menippo ſuo tribuit *Lucianus*, utpote qui ſibi ipſe, ut ſupra viſum eſt Dial. XXI. mortem conſciverit. *M. du S.*

48. Ἄπιμεν εὐθὺ τῆς καθόδου] Haec jungenda, non περιπατήσοντες εὐθὺ τῆς καθόδου. Προϊέναι εὐθὺ τῆς Φρυγίας, πλεῖν εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, τείνειν εὐθὺ Βαβυλῶνος & plura *Noſter* habet. Ita vero ſcribunt Attici, non ἐπ' εὐθείας vel εὐθὺς, quod, monente *Phrynicho* p. 24. ſolius temporis ſignificatione gaudet: quanquam poſterius pro altero nonnunquam vitioſe poſitum reperiatur. Ex membranis emendavimus in *Poll.* IX, 12. εὐθὺ τῶν ἀγρῶν ἀπελθεῖν ſicuti Segm. 47. εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων, *recta in forum aromatarium*: quamob rem merito Codicibus adſentitur Praeſtantiſſ. *Dukerus* ad *Thucydid.* VIII. c. 88. neque aliter eſt ſcribendum in *AElian.* de Anim. I. c. 2. εὐθὺ τοῦ κύρτου ἄγειν. Hoc de genere *Kuhnius* ad *AElian.* V. H. IX, 18. ἣν ἐτύγχανεν ἦλθεν τὴν εὐθὺ τοῦ ᾅδου, & in Ind. notavit accuratius *Perizonio*, qui non ſolum εὐθὺς & εὐθὺ prorſus eidem habuit, ſed & εὐθὺ pro *ex adverſo*, *e regione*, non diſtinxit: vide *H. Valeſ.* ad *Euagr.* H. E. III. c. 28. *Plato* in primo Lyſide: Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου· mox: Ἐξ Ἀκαδημίας πορεύομαι εὐθὺ Λυκείου alibique ſaepe. Haec quum ſint ſatis nota, atque in aperto poſita, jure mireris *Olearium* in *Philoſtr.* V. A. T. VII. p. 280. v. 25. ὁ μὲν (Διογένης) εὐθὺ Χαιρωνείας ἤκων, verti voluiſſe, *ſtatim poſt pugnam Chaeroneam accedens*, quum ſine ulla dubitatione vertendum ſit, *recta Chaeroneam tendens.* Omitto *Chaeroneam* pro *Chaeronenſi* negligentius ſcriptum. *T. H.*

56. Ὅμως ἀντιβαίνοντας καὶ ὑπτίους ἀντερείδοντας, οὐδὲν δέον] *Micyllus: reluctari tamen & reſupinos obniti nulla neceſſitate aut commodo ſuo.* Equidem nihil plane nunc agitur de commodo deſcendentium, & nullus huic voci locus in hac oratione dari poteſt. Itaque Benedictus eo animadverſo poſtremas tres voces abſcidit. Sed nihilo plus huc convenit illa neceſſitas. Non enim modo ipſis neceſſe non eſt obniti, ſed contraria neceſſitas ipſis incumbit quiete & cupide deſcendendi. Sed nec Græca quidquam de neceſſitate. Verte: *reſupinos obnitentes, quum id fieri non oporteret, non ſic faciendum eſſet.* Ut de Saltatione: ἐπαινοῦντας ἐπιβοῶντας ὀλέθρῳ τινὶ ἀνθρώπῳ εἰς οὐδὲν δέον κατακλωμένῳ. Hermotimo: διεξιὼν αὐτὰ καὶ ἀκριβολογούμενος οὐδὲν δέον. Et alibi, ubi recte attenderunt. Sic & alii, ut *Demoſthenes* Olynthiac. 3. πλείω ἢ χίλια καὶ πεντακόσια τάλαντα ἀνηλώκαμεν εἰς οὐδὲν δέον. *J. G.*

63. Ἰσμη-

Κράτης· ἔοικας γάρ τινα παγγέλοια [a] ἐρεῖν.

ΚΡΑΤ. Καὶ ἄλλοι μὲν πολλοὶ συγκατέβαινον ἡμῖν· ἐν αὐτοῖς δ' ἐπίσημοι, Ἰσμηνόδωρός τε ὁ πλούσιος ὁ ἡμέτερος, καὶ Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος, καὶ [b] Ὀροίτης ὁ Ἀρμένιος. ὁ μὲν οὖν [c] Ἰσμηνόδωρος, ἐπεφό[illegible] γὰρ ὑπὸ λῃστῶν παρὰ τὸν Κιθαιρῶνα, ἐς [illegible], οἶμαι, βαδίζων, ἔστενέ τε, καὶ τὸ [illegible] ἐν ταῖν χεροῖν εἶχε· καὶ τὰ παιδία τὰ [illegible] ἃ [illegible]λελοίπει, ἀνεκαλεῖτο, καὶ [illegible] τῆς τόλμης, ὃς Κιθαιρῶνα [illegible], καὶ τὰ [illegible] τὰς Ἐλευθερὰς [illegible] ὑπὸ τῶν πολέμων, διο-

Crates: nam videre quædam perridicula dicturus.

2. CRAT. Et alii quidem multi una nobiſcum deſcendebant, & in iis inſignes Iſmenodorus ille dives noſter, & Arſaces Mediæ præfectus, & Orœtes Armenius. Iſmenodorus ergo (nam trucidatus erat a latronibus juxta Cithæronem, Eleuſinem, ut puto, iter faciens) gemebat, vulnusque in manibus habebat: tum infantes parvulos, quos reliquerat, voce ciebat, ſuamque ipſius incuſabat audaciam, qui, ubi Cithæron erat ſuperandus, Eleutheriſque loca proxima bellis prorſus evaſtata transeun-

a Ἐρεῖν] [illegible] quod receptæ lectione [illegible] commutaverim. Evanuerant in aliquo Codice literae τοῦ ἐρεῖν [illegible] loco putaret. b Ὀροίτης] A. P. L. Margo *AıW.* Ἡρώδης. c Ἰσμην[illegible]] [illegible] hominem Thebanum decet, quippe Bœotorum proprium ab Iſmeno flumine.

70. * Ἀνεκαλεῖτο τῆς τόλμης] [illegible] G.

* Ἀνεκαλεῖτο] Exhibui manum Doctiſſ. [illegible] τῆς τ. T.H.

63. Ἰσμηνόδωρος] Thebanus Crates; ergo & [illegible] Iſmenodorus. *M. du S.*

64. Ἀρσάκης] Ficta an vera hæc ſint neſcio. *M. du S.*

Ἀρσάκης ὁ Μηδίας ὕπαρχος] Nominum hujus dialogi propriorum uſus apud Graecos non infrequens: neque tamen certos homines, verasque res geſtas a *Luciano* denotari cenſeo. Si quid aliunde ductum, id omne ſcenae novae comicis crediderim deberi; cujus documentum aliquod paulo poſt adferetur. De Arſace moveri poterat dubitatio: quamvis enim fortiſſimus Parthici regni conditor a *Juſtino* matura ſenectute, ab *Ammiano* placida morte deceſſiſſe narretur, *Syncellus* tamen, ut ab *H. Valeſio* obſervatum ad *Marcellin.* XXIII. c. 6. diverſos auctores ſecutus occiſum eſſe tradidit: genus autem mortis ita deſcripſit *Suidas*, ut a narratione *Luciani* non multum abire videatur: Ἀρσάκης Πάρθων βασιλεύς, ὃς δόρατι πληγεὶς ἐν τῇ μάχῃ κατὰ τὴν πλευρὰν ἀποθνήσκει· quae quidem undecumque depromta, *Suida* ſaltem judice, ad primum Arſacen ſpectare, ex ſequentibus eſt manifeſtum. Verum ego, qui potuerit appellari Μηδίας ὕπαρχος hic Arſaces, non video: praeterea τῆς ἐπὶ τῶ Ἀράξῃ πρὸς τὴν Καππαδόκην ſυμβολῆς quis alius ullam fecit mentionem? Quare probabilius exiſtimo, dum certiora promantur, haec eſſe a Luciano, fabularum artifice perquam idoneo, vel conficta, vel ex comoedia nova derivata. *T.H.*

71. Κιθαιρῶνα] De Cithaerone pauca tetigi ad Δ. Ἐν. VIII. p. 307. Hic autem Eleutherarum urbis ſitum [illegible] iter facien[illegible] ſuperandus erat Cithaeron, qua [illegible] plani[illegible] vocantur [illegible] Κιθαιρωνίσι [illegible] τρεῖς κεφαλὰς [illegible] c. 27. Apud *Thucyd.* [illegible] qui [illegible] nocte obſeſſa urbe erup[illegible], viam quae Thebas ferebat, ingred[illegible] τοὺς Πελοποννησίους τὴν πρὸς Κιθαιρῶνα [illegible] τὴν ἐπ' Ἀθηνῶν φέρουσαν μετὰ λαμπάδων [illegible] pſum Cithaeronis pedem, ſuperatis anguſt[illegible] rebant Eleutherae, campuſque urbi ſubjectus [illegible] noen Atticae pagum, ut ex *Harpocratione* conſtat [illegible] Οἰνόη, contingens: qua de re diligenter, ut ſolet, *Pauſan.* I. p. 93. Ideo memorat *Arrian.* Ἀ. Ἀ. I. p. 18. Thebarum τὰς πύλας τὰς φερούσας ἐπ' Ἐλευθεράς τε καὶ τὴν Ἀττικήν cum his conſentiunt, quae ſcribit *Strabo* IX. p. 631. B. 582. C. Sed *Ariſtophanis Scholiaſtae* ad Acharn. v. 242. quae ceteris Ἐλευθεραί, dicuntur unius literae diſcrimine Ἐλευθῆραι, πόλις Βοιωτίας haud inepte, ſi quis attendat ad vulgatam nominis originem, quam fluxiſſe docet *Stephanus* ἀπὸ Ἐλευθῆρος τοῦ Ἀπόλλωνος matrem, ſi qui ſcire deſideret, AEthuſam Neptuni filiam indicabunt *Pauſan.* IX. c. 20. & *Schol. Heſiodi* ad Theog. v. 54 Μνημοσύνη γεννῶσιν Ἐλευθῆρος μεδέουσα· digna eſt, quam ex Ed. *Trincavelli* Ven. proferamus integriorem, adnotatio: Ὁ δὲ Ἐλευθερ ὄνομα πόλεώς ἐστι τῆς Βοιωτίας ἀπὸ τινος βασιλέως αὐτῆς τῆς πό-

eunda, binos tantum ſervos ſecum duxerit; idque quum phialas quinque aureas & cymbia quatuor ſecum haberet.

3. Arſaces autem jam ætate provecta, & ſane non illiberali facie, barbaricum in morem indignabatur, ægreque ferebat ſe pedibus ire, ac poſtulabat equum ſibi adduci: ſimul enim cum eo equus obierat, dum uno ictu uterque caderent perfoſſi a Thrace quodam peltaſta in congreſſu cum Cappadoce ad fluvium Araxem. Etenim Arſaces in hoſtem ferebatur, ut narrabat, longe ante alios provectus: Thrax autem impetum excipiens pelta, ſubmiſſo corpore,

δεύων, δύο μόνους οἰκέτας [d] ἐπήγετο· καὶ ταῦτα, φιάλας πέντε χρυσᾶς, καὶ κυμβία τέτταρα μεθ' ἑαυτοῦ ἔχων.

Ὁ δ' Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, καὶ νὴ Δί' οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν, ἐς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, καὶ ἠγανάκτει πεζὸς βαδίζων, καὶ ἠξίου τὸν ἵππον αὐτῷ προσαχθῆναι· καὶ γὰρ ὁ ἵππος αὐτῷ συνετεθνήκει, μιᾷ πληγῇ ἀμφότεροι διαπαρέντες ὑπὸ Θρᾳκός τινος πελταστοῦ, ἐν τῇ ἐπὶ τῷ Ἀράξῃ πρὸς τὸν Καππαδόκην συμπλοκῇ. ὁ μὲν γὰρ Ἀρσάκης ἐπήλαυνεν, ὡς διηγεῖτο, πολὺ τῶν ἄλλων προεξορμήσας· ὑποστὰς δὲ ὁ Θρᾷξ, τῇ πέλτῃ μὲν ὑποδὺς, ἀπο-

d Ἐπήγετο] Ὑπήγετο prave MS. *Bourdel.*

81. Ἀμφότεροι διαπαρέντες] Ἀντὶ τοῦ, ἀμφοτέρων διαπαρέντων. G

πόλεως οὕτως ὀνομαζομένου, υἱοῦ Ἀπόλλωνος καὶ Αἰθούσης τῆς Ποσειδῶνος. Ἔστι δὲ καὶ ὄρος, ὥς φασιν, ἐπ' ὀνόματι τοῦ ἥρωος. Οὕτω δὲ λέγεται, ὅτι ἐκεῖ ὁ Διόνυσος τῆς μανίας ἐπαύσατο καὶ ἠλευθερώθη. Inde Bacchus Ἐλευθερεύς, *Heſychio* teſte, niſi praeferatur Ἐλευθερεὺς, & Eleutheris cultus & Athenis: eo enim ſacra Dei primum magno Athenienſium malo rejecta, deinde oraculi teſtimonio commendata Pegaſus Eleutheris traduxit: quae ab antiquo Comici Enarratore enucleatius expoſita *Pauſaniae* non parum lucis adferunt I. p. 7. 93. Merito autem imprudentiſſimae temeritatis accuſandus Iſmenodorus, qui Thebis Eleuſinem petens periculoſum iter nullo fere comitatu ſuſceperit: erant enim haec loca, quae Cithaeronem adjacebant, idque jam olim ab heroum usque aetate, latronibus infeſta; nunc eo magis, quia ſub hoc ipſum tempus Attici Boeotique fines continuis bellis fuerant devaſtati. In *Dicaearchi* Excerptis praecipuam habet commendationem via, quae Oropo ducit Tanagram παντὸς καθαρεύουσα τοῦ ἀπὸ τῶν κλωπῶν (ita legendum, non κλοπῶν) φόβου quod ſcilicet rarum alias illo in tractu. Paulo poſt, qua Plataeas itur Tanagra, ὁδὸς ἡσυχῇ μὲν ἐρημώδης καὶ λιθώδης, ἀνατείνουσα δὲ πρὸς τὸν Κιθαιρῶνα, οὐ λίαν δὲ ἐπισφαλής: ſi non alio quam ad latrocinia poſſit referri, ut videbatur *H. Stephano*, ſcriberem potius, λίαν δὲ ἐπ. vel οὐ λίαν δὲ ἀσφαλής nunc ſenſu diverſo intelligendum arbitror, quamvis in Cithaeronem erigeretur, praecipitiis tamen non valde fuiſſe periculoſam. Apud *Diogen.* L. II, 136. Menedemus, Alexini uxorem comitatur ἐκ Δελφῶν ἕως Χαλκίδος εὐλαβουμένην κλωπείας τε καὶ τὰς καθ' ὁδὸν λῃστείας: hoc iter praeter adverſum Cithaeronis latus erat faciendum. *T. H.*

72. Ἐλευθερὰς] Athenas Thebis petenti pagus hic, caede Perſarum nobilis, in via erat; qui locus, regnante tum Philippo aut Alexandro, latronibus infeſtior erat. *M. du S.*

74. Ἐπήγετο] MS. ὑπήγετο. *J. B.*

75. Φιάλας . . . καὶ κυμβία] Junxit *Demoſthen.* in Mid. p. 628. E. Διὰ τῆς ἀγορᾶς πομπεῖα κυμβία καὶ ῥυτὰ καὶ φιάλας ὀνομάζων iterumque p. 625. A. Midias ad iter ſecum portat χλανίδας καὶ κυμβία καὶ κάδους. Vid. *Athen.* XI. p. 482. A. & qui vel illum, vel eosdem, quos ille, Grammaticos exſcripſit, Macrob. *Saturn.* V, 21. *T. H.*

Ibid. Κυμβία] Εἶδος ποτηρίου φιαλώδους, πλοίου, καὶ ποτηρίου. duas ultimas ſpecies habet *Heſych.* *J. B.*

77. Ὁ δὲ Ἀρσάκης, γηραιὸς γὰρ ἤδη, καὶ νὴ Δί', οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ἤχθετο] Latinus interpres: *Arſaces autem (ſenior enim jam erat per Jovem pro barbarico illo ritu facie non inhoneſta) graviter ferebat.* Abhorret a Graecae linguae genio haec locutio, οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν εἰς τὸ βαρβαρικὸν, ut & ab indole Latinæ linguæ, *pro barbarico ritu non inhoneſta facie eſt.* Aliter interpungendum eſt, ſi velis *Lucianum* emendate & humane locutum eſſe; ſic autem diſtingue, οὐκ ἄσεμνος τὴν ὄψιν, εἰς τὸ βαρβαρικὸν ἤχθετο, *non illiberali facie, barbaro more ferebat aegre, ut ſolent barbari*: hoc eſt εἰς βαρβαρικὸν, quod non male verterunt, *barbarico ritu*, ſed male conjunxerunt cum facie. Sic εἰς τὸ ξυμμαχικὸν apud *Thucyd.* lib. 6. eſt *pro ſocietate inita.* Paullo ante κύμβια ſunt pocula cymbæ forma. Conjungit ea quoque cum phialis *Demoſth.* Orat. in Mid. *J. G. G.*

De *Thucydidis* illa phraſi ἐς τὸ ξυμμαχικὸν jure merito diſſentit Eruditiſſ. *Dukerus*, quem vide p. 512. n. 9. *T. H.*

79. Ἠγανάκτει πεζὸς βαδίζων] Perſis enim nobilioribus vel tantillum ſine equis in via conſpici infamiae dabatur. V. *Xenoph.* Cyrop. L. IV. & VIII. extremo: quod & apud Medos obtinuiſſe a vero non abhorret: immo ab iis mutuatus erat Cyrus. V. L. I. *M. du S.*

87. Τὸν

ἀποσείεται τὸν Ἀρσάκου κοντόν· ^a αὐτὸς δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν αὐτόν τε διαπείρει, καὶ τὸν ἵππον.

ANT. Πῶς οἷόν τε, ὦ Κράτης, μιᾷ πληγῇ τοῦτο γενέσθαι; ΚΡΑΤ. ῥᾷστα, ὦ Ἀντίσθενες· ὁ μὲν γὰρ ἐπήλαυνεν εἰκοσάπηχύν τινα κοντὸν προβεβλημένος· ὁ Θρᾷξ δὲ, ἐπειδὴ τῇ πέλτῃ ἀπεκρούσατο τὴν προσβολὴν, καὶ παρῆλθεν αὐτὸν ἡ ἀκωκὴ, ἐς γόνυ ὀκλάσας δέχεται τῇ σαρίσσῃ τὴν ἐπέλασιν, καὶ τιτρώσκει τὸν ἵππον ὑπὸ τὸ στέρνον, ὑπὸ θυμοῦ καὶ σφοδρότητος ἑαυτὸν διαπείραντα· διελαύνει δὲ καὶ ὁ Ἀρσάκης ἐκ τοῦ βουβῶνος διαμπὰξ ἄχρις ὑπὸ τὴν πυγήν. ὁρᾷς οἷόν τι ἐγένετο, οὐ τοῦ ἀνδρὸς, ἀλλὰ τοῦ ἵππου μᾶλλον τὸ ἔργον. ἠγανάκτει δὲ ὅμως, ὁμότιμος ὢν τοῖς ἄλλοις, καὶ ἠξίου ἱππεὺς κατιέναι.

Ὁ δέ γε ^b Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἁπαλὸς τὼ πόδε, καὶ οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο. πάσχουσι δ' αὐτὸ

amolitur Arſacæ contum: tum ipſe e veſtigio objecta ſariſſa eum ſimul & equum transfigit.

4. ANT. Quî poteſt, Crates, uno ictu hoc confici? CRAT. Facillime, Antiſthenes; hic enim irruebat, viginti cubitorum conto projecto; Thrax vero, poſtquam pelta demovit ictum, ſic ut cuſpis eum præteriret, tum genu nixus excipit ſariſſa prælata impetum, & vulnerat equum ſub pectus, qui præ ardore, curſusque vehementia ſemet ipſe in telum induebat: eadem Arſaces opera transfoditur per inguen penitus usque ſub ipſas nates. Vides quid, quoque modo acciderit, non viri, ſed equi potius facinus. Attamen moleſte ferebat, pari ſe cum aliis eſſe loco, volebatque eques deſcendere.

5. Orœtes autem privatæ fortunæ homo, pedibusque debilis admodum ne ſtare quidem humi, nedum ingredi poterat: ac-

a Αὐτὸς] Adſcivi, quod *Graevius* ex Mſ. notavit. Priores Edd. αὐτός. b Ὀροίτης] Ἡρώδης A. L.

96. Τῇ σαρίσσῃ] *Λόγχῃ Μακεδονικῇ. G.*

99. Ἐκ τοῦ βουβῶνος] [illegible] τόπος. *V.*

87. Τὸν Ἀρσ. κοντὸν] Eleganter deſcribit congreſſum Parthi equitis & Thracis peltaſtae. Scythae, Parthi, Sarmatae, Alani praelongis ex equo contis pugnabant: ideo κοντοφόροι, pro quo prave ſcribitur ἀκοντοφόροι apud *Dion. Caſſ.* XL. p. 127. C. ut manifeſto liquet ex p. 130. E. eorundem meminerunt in deſcribendo infelici cum Parthis Craſſi praelio *Plutarch.* in Craſſ. p. 558. 559. & *Appian.* de B. Parth. p. 240. 241. ubi reperies iſta Lucianeae phraſi proxima, πόδας διαμπὰξ προσεληλαμένους πρὸς τοὔδαφος quemadmodum in Philopœm. p. 359. B. διελαύνεσθαι διαμπερὲς ὁμοῦ τοὺς μηροὺς ἑκατέρους ἐν μεταγκύλῳ confer *Suidam* in Ἐξέχει. *Pondera conti Sarmatici Silius* habet XV, 687. ubi plura ſuppeditabit Eruditiſſ. *Drakenborch.* Talem equitum ornatum pugnandique morem uſu docti adſciverunt poſtea Romani, ut conſtat ex *Arriani* Tacticis. *T. H.*

Ibid. Οὗτος δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν] Cogitabam olim οὕτως δὲ ὑποθεὶς τὴν σάρισσαν αὐτόν τε διαπείρει καὶ τὸν ἵππον. *ſic vero ſubjecta ſariſſa ipſum & equum perfodit:* ſed nunc conjecturæ præfero lectionem Mſ. αὐτὸς δὲ ὑποθείς. *J. G. G.*

88. Σάρισσαν] *Sariſſam* vocat etiam latine *Livius* XXXVII. 42, 2. & *Sariſſophoros.* *M. du S.*

92. Εἰκοσάπηχυν . . . κοντὸν] Longioribus equites uſos eſſe haſtis non ignoro, quod & nummi Caſtoris & Pollucis oſtendunt, & locus a *Suida* [illegible] allatus. Verum longe [illegible] dit. Apud *Polyænum* Strat. II. p. 146. C. tamen memorantur ſariſſæ XVI. cubitos longæ. [illegible]

5. Ὀροίτης] Angl. Ἡρώδης. [illegible]

Ὀρ. ὁ ἰδιώτης] De Oroete ſatrapa, qui Polycratem cruci affixit, *Noſter* in Ἐπισκ. c. 14. de quo *Herodotum* conſule III. 130. . . Sed quis hic ſit privatus, haud facile expiſcabere. Poſt necem enim Polycratis, cum aliquandiu Oroetes ſatis proſpera uſus eſſet fortuna ſub magis, Dario jam imperante, per proprios ſatellites occiſus eſt. De alio itaque hic *Lucianus.* Sed quo pacto ἰδιώτης, qui ſupra *Armenius* dictus eſt, hoc eſt, Armeniæ rex aut ſatrapa? Corruptum locum cenſeo; niſi forſan privatus aliquis Oroetes extiterit mollitie inſignis, de quo mihi non conſtat. *M. du S.*

Ὁ δέ γε Ὀροίτης ὁ ἰδιώτης] Fateor ſtructuram eſſe verborum talem, quae mendae ſuſpicionem facile commoveat. Parvula mutatione lenius oratio procedet: ὁ δέ γε Ὀροίτης ὢν ἰδιώτης, καὶ πάνυ ἁπαλὸς τὼ πόδε οὐδ' ἑστάναι χαμαὶ, οὐχ ὅπως βαδίζειν ἐδύνατο· quanquam ne ſic quidem illud ἰδιώτης ſatis placet; videtur enim hujusmodi quiddam ſententia poſtulare: ὁ δέ γε Ὀροί-

της

accidit autem hoc ipſum plane Medis omnibus, quum deſcenderint ab equis; ut qui per ſpinas incedunt ſuſpenſis pedibus, vix progrediuntur. Quare quum proſtratus jaceret, nullaque machina ſurgere vellet, optimus Mercurius in humeros ſublatum portavit usque ad Charontis cymbam: ego vero ridebam.

ἀτεχνῶς Μῆδοι πάντες, ἐπὴν ἀποβῶσι τῶν ἵππων, ὥσπερ οἱ ἐπὶ τῶν ἀκανθῶν ἐπιβαίνοντες ἀκροποδητὶ μόλις βαδίζουσιν. ὥστε ἐπεὶ καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο, καὶ οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀνίστασθαι ἤθελεν, ὁ βέλτιστος Ἑρμῆς ἀράμενος αὐτὸν ἐκόμισεν ἄχρι πρὸς τὸ πορθμεῖον· ἐγὼ δὲ ἐγέλων.

6. ANT. At ego, quum deſcenderem, ne immiſcui quidem me ceteris, ſed relictis plorantibus illis, ubi adcucurreram ad cymbam, ante alios occupavi locum, quo commode navigarem: in trajectu vero hi quidem lacrimabantur & nauſeabant, ego contra valde oblectabar iis.

ANT. Κἀγὼ δὲ, ὅτε κατῄειν, οὐδ' ἀνέμιξα ἐμαυτὸν τοῖς ἄλλοις· ἀλλ' ἀφεὶς οἰμώζοντας αὐτοὺς, προσδραμὼν ἐπὶ τὸ πορθμεῖον, προκατέλαβον χώραν, ὡς ἂν ἐπιτηδείως πλεύσαιμι. παρὰ τὸν πλοῦν δὲ, οἱ μὲν ἐδάκρυόν τε καὶ ἐναυτίων· ἐγὼ δὲ μάλα ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς.

7. DIOG. Tu Crates, tuque Antiſthenes iſtiusmodi nacti fuiſtis itineris ſocios: mecum Blepſias daniſta ex Piræëo, Lampis Acarnan mercenarii militis præfectus, & Damis ille dives Corintho una deſcenderunt: Damis ſcilicet per filium vene-

ΔΙΟ. Σὺ μὲν, ὦ Κράτης, καὶ Ἀντίσθενες, τοιούτων ἐτύχετε ξυνοδοιπόρων· ἐμοὶ δὲ Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς, ὁ ἐκ [c] Πειραιῶς, καὶ Λάμπις ὁ Ἀκαρνὰν, ξεναγὸς ὢν, καὶ Δᾶμις ὁ πλούσιος ἐκ Κορίνθου, συγκατῄεσαν· ὁ μὲν Δᾶμις, ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἐκ φαρμάκων ἀποθανών·

c Πειραιῶς] Πίσης A. P. L. Margo *AtW.* abſurde.

24. Βλεψίας τε ὁ δανειστὴς] Γρ. Βλεψίας δὲ ὁ δανειστικός. G.

25. Ξεναγὸς] Ὁ ξένους στρατιώτας ξυνάγων ἐπὶ μισθῷ αὐτοὺς εἰς τὸν πόλεμον. V. Ὃς μισθῷ τοὺς στρατιώτας συνάγει. C.

της ἱππεύειν εἰωθὼς ἐπὶ πάνυ ἁπαλὸς &c. alioquin ἰδιώτης addiderit, ut Oroeten privatae conditionis nota diſtinguat ab Arſace, qui magnae dignitatis ac Mediae praefectus. Quod autem in uno alteroque libro ſcribatur Ἡρώδης, non alia ratione factum eſt, quam qua Parthorum rex Orodes, a quibusdam Ὑρώδης, a *Polyaeno* VII, 41. & *Plutarcho* in Anton. p. 930. F. 932. D. Ἡρώδης appellatur. Ceterum Medorum Perſarumque morem, quibus, praeſertim ſi liberi locique honeſtioris eſſent, in publicum prodire, niſi equo vectis, paene fuit turpe, jam *Briſſonius* adnotavit de R. P. lib. III. ex *Xenophonte:* eo paraſitus *Libanii* ſpectavit Decl. VII. p. 317. C. ὅτε καιρὸς ἐπὶ δεῖπνον ἐκάλει, τρέχειν ἐπενόησα κατὰ τοὺς Μήδων ἀλαζόνας ὁ πάντα περιττὸς, καὶ ἐφ' ἵππου στιλάμβων εὐτρεπῶς οὕτως ἐπεγένου παρὰ τὸν κεκληκότα. De Parthis, qui iſtos vitae cultu imitabantur, *Juſtin.* XLI, 3. *Equis omni tempore vectantur: illis bella, illis convivia, illis publica ac privata officia obeunt: ſuper illos ire, conſiſtere, mercari, colloqui.* Hac tamen conſuetudine labefactati pedes ſic debilitabantur, ut firmo ſtabilique greſſu incedere non poſſent: cujus vitii cauſas in Scythis, illis praecipue, qui ſedibus incertis vagantur, explanavit *Hippocrat.* περὶ Α. Υ. Τ. p. 292, 293. Ὑπὸ τῆς ἱππασίης, inquit, αὐτέους κέδματα λαμβάνει, ἅτε αἰεὶ κρεμαμένων ἀπὸ τῶν ἵππων τοῖς ποσίν· ἔπειτα ἀποχωλοῦνται, καὶ ἕλκονται τὰ ἰσχία. De Hunnis, quos negat *Zoſimus* IV. p. 224. εἰς γῆν πῆξαι τοὺς πόδας οἵους τε εἶναι ἑδραίως, plura docent ad *Amm. Marcellin.* XXXI. c. 2. *H. Valeſius*, & *Sirmond* ad *Apollin. Sidon.* Carm. II. v. 266. Etſi vero Armenium ſupra dixerit Oroetem, Μήδους πάντας tamen hic commemorat ſub eo nomine complexus, quod fieri ſaepe ſolet, Perſas, Parthos & [illegible] moribus vivendique genere non admodum [illegible] les. *T.H.*

20. Ἐτερπόμην ἐν αὐτοῖς] Scribi potuiſſ[illegible] ἐπ' αὐτοῖς, qua de re notavimus ad Nig[illegible] 26. ſed nec minus commode retineas hoc [illegible] αὐτοῖς· illa enim particula nonnunquam eju[illegible] bis adſtruitur. *Lucian.* de Gymn. in fine: [illegible] σκόμβρος ἐν τούτοις. *Julian.* Miſop. p. 338 [illegible] νομίζους ἐν τοῖς μέλεσι. *Micyllus* & *Benedictus* [illegible]runt, *inter illos ſedens*, omnino perperam. *T.H.*

24. Βλεψίας . . Λάμπις . . Δᾶμις] Aut obſcuri aut ficti homines. *M. du S.*

Ibid. Ἐκ Πειραιῶς] Angl. Πίσης. *J.B.*

θανών· ὁ δὲ Λάμπις, δι' ἔρωτα Μυρτίου τῆς ἑταίρας ἀποσφάξας ἑαυτόν· ὁ δὲ Βλεψίας, λιμῷ ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι, καὶ ἐδήλου ὠχρὸς ἐς ὑπερβολὴν, καὶ λεπτὸς ἐς τὸ ἀκριβέστατον φαινόμενος. ἐγὼ δὲ, καίπερ εἰδὼς, ἀνέκρινον ὃν τρόπον [a] ἀποθάνοι· εἶτα τῷ μὲν Δάμιδι αἰτιωμένῳ τὸν υἱὸν, οὐκ ἄδικα μέντοι ἔπαθες, ἔφην, ὑπ' αὐτοῦ, ὃς τάλαντα ἔχων ὁμοῦ χίλια, καὶ τρυφῶν αὐτὸς, ἐνενηκονταέτης ὢν, ὀκτωκαιδεκαέτει νεανίσκῳ τέτταρας ὀβολοὺς παρεῖχες. σὺ δὲ, ὦ Ἀκαρνὰν (ἔστενε γὰρ κἀκεῖνος, καὶ κατηρᾶτο τῇ Μυρτίῳ) τί αἰτιᾷ τὸν ἔρωτα, σαυτὸν δὲ οὔ; ὃς τοὺς μὲν πολεμίους οὐδὲ πώποτε ἔτρεσας, ἀλλὰ φιλοκινδύνως ἠγωνίζου πρὸ τῶν ἄλλων. ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου, καὶ δακρύων ἐπιπλάστων, καὶ στεναγμῶν ἑάλως ὁ γενναῖος. ὁ μὲν γὰρ Βλεψίας αὐτὸς ἑαυτοῦ κατη-

no ſublatus; Lampis ob amorem Myrtii meretricis vi ſibi illata: Blepſias autem fame miſer dicebatur exſtabuiſſe; idque ſatis indicabat, ut qui pallidus mirum in modum, atque attenuatus exactiſſime conſpiceretur: ego vero, quamquam ſcirem, exquirebam, quo pacto obiiſſet. Tum Damidi accuſanti filium, atqui non injuſta paſſus es, inquam, ab eo tu, qui talenta quum poſſideres admodum mille, inque luxu ipſe viveres nonaginta natus annos, octodecim annorum juveni quatuor obolos praebebas. Tu vero, Acarnan (gemebat enim & iſte, diriſque Myrtium proſequebatur) quid inſimulas amorem, non temet ipſum? qui hoſtes nunquam exhorruiſti, ſed periculi ſecurus praelium inibas ante alios, a vulgari meretricula, lacrimiſque fictis & ſuſpiriis captus es vir tam fortis. Nam quod ad Blepſiam adtinet, ſe ipſum accuſabat primus

a Ἀποθάνοι] Ἀποθάνοιεν L.

30. Ἀπεσκληκέναι] * Κατεξηρᾶσθαι. V.

* Κατεξηρᾶσθαι] Vitium Ed. A. κατεξύρασθαι correxerat etiam *Matth. Sladus.* *T. H.*

28. Ὁ δὲ Λάμπις δι' ἔρωτα Μυρτίου &c.] Scortum nobile hujus nominis in deliciis habuit Ptolemaeus Philadelphus, ut narrat *Athen.* lib. XIII. Sed puto non fuiſſe eandem illam meretricem, quae Lampidi cauſa mortis fuit, ſi rationem temporum habuit hoc loco *Lucianus*; vel dicendum foret, Ptolemaeum vetulis fuiſſe delectatum. Nam commorientem Lampidi illi Diogenem facit *Lucianus*, qui ſimul ad inferos deſcendebant: Diogenes autem, ut ait *Laertius* ex *Demetrio* in Homonymis, eodem tempore mortuus eſt, quo Alexander, hoc eſt, Olympiade 114. Philadelphus vero regnare coepit circa Olympiadem 123. Computa & invenies, non potuiſſe Myrtium illam Lampidis minorem fuiſſe annis 50. regnante Philadelpho. *J. P. a G.*

30. Ἄθλιος ἐλέγετο ἀπεσκληκέναι] Ὁ ἄθλιος eſt ſcribendum, ut paulo poſt ὁ μάταιος, vel ἀθλίως alterutrum venuſtas orationis Graecae flagitat. Proprie vero λιμῷ ἀπεσκληκέναι nam fames extenuatum corpus contabefacit; atque adeo *fame miſerum in modum emori.* De formula loquendi, ipſoque hoc loco tractat *H. Stephan.* Th. G. L. T. III. p. 816. *Alciphronis* quae ponit verba ſuppeditaverat *Euſtathius* ad Il. Ψ. p. 1295. v. 39. nunc *Bergleri* curae debemus, ut propius inſpiciendi ſit copia: extant ſcilicet lib. III. Ep. IV. ſed paulum aliter, quam fecerat *Euſtathius*, diſtincta: ἐγὼ δὲ ἀποσκλῆναι κινδυνεύω, τῷ λιμῷ κεντούμενος ſequitur inferius: ὡς νῦν ἐγώ σοι αὖος ὑπὸ λιμοῦ καὶ αὐχμηρός. Verum Epiſtola priore, quod magis ad *Lucianum* accedat, legitur, μὴ δ' ἂν φθάνοιμι λιμῷ κατασκλῆναι ut vir Graece callentiſſimus egregie reſtituit. Grammatici ſimpliciter exponunt ἀποθανεῖν. *Heſych.* Ἀπέσκλη, ἀπέθανεν· Ἀποσκλαίη (leviter vitiatum in *Suida*, Ἀποσκλαίοι) ἀποξηραίνοι, ἀποθάνοι· ubi reponendum ἀποξηραίνοιτο, ne *Stephanum* audiamus, qui tantilla menda deceptus τῷ ἀποσκλῆναι ſignificationem activam tribuere non dubitavit. Ea virtute *Comicus* Veſp. v. 160. mihi Delphis oraculum conſulenti Deus reſpondit, Ὅταν τις ἐκφύγῃ μ' ἀποσκλῆναι τότε. Ratio non diſſimilis eſt in αὐανθῆναι, ἀφαυανθῆναι. *Ariſtoph.* Eccleſiaz. v. 146. Δίψει γὰρ, ὡς ἔοικεν, ἀφαυανθήσομαι· & ἐπαφαυανθῆναι γελῶντα Ran. v. 1121. *Athen.* VII. p. 290. E. τοὺς ἀκροωμένους ἐποίουν ἐπιλανθανομένους τῶν τροφῶν διὰ τὴν ἡδονὴν ἀφαυανθῆναι· lib. IX. p. 401. F. ἵν' οὖν μὴ ἔτι σὺ ζητῶν τὸν σύαγρον ἀφαυανθῇς· poterat ſcripſiſſe, ἀποσκλαίῃς. Taceo conſignatam a *Scholiaſte* variam lectionem in *Sophoclis* Philoct. v. 951. Ἀλλ' αὐανοῦμαι pro, ἀλλ' αὖ θανοῦμαι. *T. H.*

33. Ἀποθάνοιεν] Ita recte L. In reliquis ἀποθάνοι· ſed omnes interrogari ab eo praeſtat. Ne dicam incertum, ad quem referas, ſi unum tantum interrogantem facias. *M. du S.*

36. Ὁμοῦ]

mus multæ dementiæ, quod opes cuſtodiret nulla ſibi neceſſitudine junctis hæredibus, ſempiternum ſe victurum ineptiſſimus ille putans. Mihi enimvero non vulgarem delectationem præbuerunt tunc gementes.

8. Sed jam ad Orci oſtium ſumus: contueri oportet & proſpectare e longinquo venientes. Papæ: multi ſane diverſique, & omnes lacrimarum pleni præter iſtos recens natos & infantes: quin & valde ſenes lamentantur. Quid hoc? num quis incantatis veneficiis inductus eos tenet vitæ amor?

9. Illum equidem ætatis provectiſſimæ hominem interrogare volo. Quid lacrimare id ætatis mortuus? quid indignaris, optime: idque ſenex quum huc adveneris? an forte rex erat? MEND. Haudquaquam. DIOG. At certe ſatrapa. MEND.

γόρει φθάσας πολλὴν τὴν ἄνοιαν, ὅτι χρήματα ἐφύλαττε τοῖς μηδὲν προσήκουσι κληρονόμοις, εἰς ἀεὶ βιώσεσθαι ὁ μάταιος νομίζων. πλὴν ἔμοιγε οὐ τὴν τυχοῦσαν τερπωλὴν [b] παρέχον τότε στένοντες.

Ἀλλ' ἤδη μὲν ἐπὶ τῷ στομίῳ ἐσμέν· ἀποβλέπειν χρὴ καὶ ἀποσκοπεῖν πόῤῥωθεν τοὺς ἀφικνουμένους. βαβαί· πολλοί γε, καὶ ποικίλοι, καὶ πάντες δακρύοντες πλὴν τῶν νεογνῶν τούτων, καὶ νηπίων. ἀλλὰ καὶ οἱ πάνυ γεγηρακότες ὀδύρονται. τί τοῦτο; ἆρα τὸ φίλτρον αὐτοὺς ἔχει τοῦ βίου;

Τοῦτον οὖν τὸν ὑπέργηρων ἐρέσθαι βούλομαι. τί δακρύεις τηλικοῦτος ἀποθανών; τί ἀγανακτεῖς, ὦ βέλτιστε, καὶ ταῦτα γέρων ἀφιγμένος; ἦπου βασιλεὺς ἦσθα; ΠΤΩ. οὐδαμῶς. ΔΙΟ. ἀλλὰ σατράπης; ΠΤΩ. οὐδὲ τοῦ-

b Παρέχον τότε] Ita *F.* & *W.* Reliquae pejus παρέχοντό τε.

36. Ὁμοῦ] Verſionem purgavimus Interpretum errore, quibus ὁμοῦ ἔχειν τάλαντα χίλια fuit, *talenta mille habere coacervata*. Frequens apud Atticos ὁμοῦ numeris adjunctum, & ſignificans *circiter, admodum:* ut in illo *Demoſthenis* loco in Ariſtog. p. 836. B. quem adnotavit *Harpocr.* in Ὁμοῦ· Εἰσὶν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι· ubi *Wolfius* a *Valeſio* reprehenſus, quod *omnino* reddidiſſet. Habet autem ideo poteſtatem eam, quia τοπικὸν eſt Atticis, ſive adverbium locale; neque minus, ut ſolet hoc genus, χρόνου δηλωτικόν. Τὸ ὁμοῦ, inquit *Schol. Ariſtoph.* ad Equit. v. 245. λέγουσιν Ἀττικοὶ ἀντὶ τοῦ ἐγγύς· quod autem addit, ὡς καὶ ἐν Εἰρήνῃ, Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν ἤδη, omnino declarat, nunc una vocula plus, quam oporteat, in ea fabula legi v. 512. Καὶ μὴν ὁμοῦ 'στιν, ἤδη ἐγγύς· ejecto Scholio vel reſcribendum eſt, quod antiquus Enarrator praebet, vel cum Mſ. Vatic. ὁμοῦ 'στιν ἤδη. Vide *L. Bos* Obſ. Crit. c. IV. p. 14. Non aliter uſurpant ὁμοῦ τι, de quo *Iſ. Caſaubon.* ad *Strab.* VI. p. 425. Verum hoc in loco male vulgo verti *Lucianum* jam ante nos obſervavit *L. Bos* Anim. c. VII. p. 34. *T. H.*

37. Ὀκτωκαιδεκαέτει] *Juveni illi octodecim annos nato.* *J. B.*

43. Ὑπὸ δὲ τοῦ τυχόντος παιδισκαρίου] Haec tam prope ſententia verbisque abſunt a Thraſonidae querela in *Menandri* Μισουμένῳ, ut, quin *Lucianus* fuerit imitatus, dubitari ferme non poſſit. Comici locum debemus *Arriano* in Epict. III. p. 351. Παιδισκάριόν με καταδεδούλωκ' εὐτελὲς, Ὃν οὐδεὶς πώποτε τῶν πολεμίων —— Pro ἀτελὲς oportere legi εὐτελὲς, quia continuo ſequitur, παιδισκαρίου δοῦλος εἶ, καὶ παιδισκαρίου εὐτελοῦς, ut recte viderunt *Wolfius* & *Berglerus* ad *Alciphr.* II. p. 271. non conjectura eſt, verum certa fide conſtat ex *Clem. Alex.* Strom. II. p. 463. τὸν γὰρ κωμικὸν ἐκεῖνον Θρασωνίδην ἄλλη σκηνὴ, Παιδισκάριόν με, φησὶν, εὐτελὲς καταδεδούλωκεν. Eſt etiam παιδισκάριον εὐτελὲς in *Alciphr.* III. Ep. 27. pro quo *Noſter* τὸ τυχὸν παιδισκάριον. Ut autem ἐπίπλαστα δάκρυα, ſic in eodem *Menandri* Μισουμένῳ, Ἀπαμφιεῖ γὰρ τὸ κατάπλαστον τοῦτο μοῦ (an σοῦ;) Καὶ λανθάνειν βουλόμενον ἡ μέθη ποτέ· quae a *Suida* conſervata V. Ἀπαμφιέσαντες, in Comici Reliquiis *Clericum* fugerunt. *T. H.*

45. Ὁ μὲν Βλεψίας αὐτὸς, ἑαυτοῦ κατηγόρει φθάσας, πολλὴν τὴν ἄνοιαν] Dele duo commata, ut loquuntur, poſt αὐτὸς & φθάσας, quæ in omnibus editionibus conſpiciuntur, & interpretare: *prior ipſe ſe accuſavit multae dementiae.* *J. G. G.*

49. Παρέχοντό τε στένοντες] Amabo, quid hic loci eſt τῷ τε. Nec id profectum eſt a *Luciano*, qui ſcripſit, τερπωλὴν παρέχον τότε στένοντες, *attulerunt mihi voluptatem tunc gementes.* *J. G. G.*

Παρέχον τότε] Sic *W.* Ed. uti & *Graevius* vidit eſſe legendum, & ſecutus eſt deinceps Cl. *Hemſterhuſius.* *M. du S.*

56. Ἆρα τὸ φίλτρον] Quamvis Edd. conſentiant, non tamen dubito, quin melius ſit ἆρα τι φίλτρον. *T. H.*

58. Ὑπέργηρον] Vid. Dial. VI. §. 2. ubi omnes Edd. recte ὑπέργηρων, cum P. B. & Fr. hic peccent: eademque opera elegantiſſimam decrepiti ſenis deſcriptionem habebis. *M. du S.*

τοῦτο. ΔΙΟ. ἆρα οὖν ἐπλούτεις, εἶτα ἀνιᾷ σε τὸ πολλὴν τρυφὴν ἀπολιπόντα [a] τεθνάναι. ΠΤΩ. οὐδὲν τοιοῦτον· ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐννενήκοντα· βίον δὲ ἄπορον ἀπὸ καλάμου καὶ ὁρμιᾶς εἶχον, ἐς ὑπερβολὴν πτωχὸς ὤν, ἄτεκνός τε, καὶ προσέτι χωλὸς, καὶ ἀμυδρὸν βλέπων. ΔΙΟ. εἶτα τοιοῦτος ὢν ζῆν ἤθελες; ΠΤΩ. ναί· ἡδὺ γὰρ ἦν τὸ φῶς· καὶ τὸ τεθνάναι δεινὸν, καὶ φευκτέον. ΔΙΟ. παραπαίεις, ὦ γέρον, καὶ μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρεών· καὶ ταῦτα ἡλικιώτης ὢν τοῦ πορθμέως. τί οὖν ἄν τις ἔτι [b] λέγοι περὶ τῶν νέων, ὁπότε οἱ τηλικοῦτοι φιλόζωοι εἰσίν; οὓς ἐχρῆν διώκειν τὸν θάνατον, ὡς τῶν ἐν τῷ γήρᾳ κακῶν φάρμακον. ἀλλ' ἀπίωμεν, μή καί τις ἡμᾶς ὑπίδηται ὡς ἀπόδρασιν βουλεύοντας, ὁρῶν περὶ τὸ στόμιον εἱλουμένους.

Neque iſtud. DIOG. Num ergo divitiis adfluebas? idque adeo dolorem tibi creat, quod multo luxu relicto mortem obieris. MEND. Nihil tale: ſed annos quidem attigi propemodum nonaginta: vitam vero inopem calamo piſcatorio ac linea ſuſtentabam inſigniter egenus, prole carens, præterea claudus, hebetique viſu. DIOG. Tum tu talis vivere ſuſtinuiſti? MEND. Sanequam: jucunda quippe erat lux; mori contra grave ac fugiendum. DIOG. Deliras, ſenex, & juveniliter atque inepte fato adverſaris, quum tamen annis ipſum Charontem æques. Quid jam dicat aliquis de juvenibus, ubi id ætatis homines vitam amplexantur, quos oportebat conſectari mortem, tanquam ſenilium malorum remedium? Verum abeamus, ne quis nos ſuſpectos habeat fugæ cogitatæ, dum videt circa hoc oſtium obverſantes.

ME-

a Τεθνάναι] Ἰέναι C. b Λέγοι] Omnes Edd. λέγει excepta *B2*. quam ſecuti ſumus.

64. Ἀπολιπόντα .....] Γρ. * Ἀπολείποντα ἰέναι. οὐδὲν τοιοῦτον. ἀλλ' ἔτη μὲν ἐγεγόνειν ἀμφὶ τὰ ἐνενήκοντα. *G.*

* Ἀπολείποντα ἰέναι] Corrupti Codicis varia lectio. *T. H.*

66. Βίον ἀπ. ἀπὸ κ. καὶ ὁ.] Nota piſcatorum paupertas, & proverbio dictus ἁλιέων βίος ea de re quaedam obſervans *Burmann.* ad *Ovid.* Met. III, 585. hunc etiam *Luciani* locum adtulit. *Dicaearch.* de Anthedoniis: ἁλιεῖς ἀπ' ἀγκίστρων καὶ ἰχθύων, ἔτι δὲ καὶ πορφύρας καὶ σπόγγων τὸν βίον ἔχοντες. *T. H.*

70. Ἡδὺ] *Euripidis* putem. Vide Iphig. Aul. v. 1250. & 1218. & Hp. M. v. 281. & Fragm. *Grot.* p. 47. *M. du S.*

73. Μειρακιεύῃ πρὸς τὸ χρ.] *Budaeus* C. L. G. p. 934. interpretatur, *Ita mortem horres, ut adoleſcens.* Non credo ejusmodi poteſtatis exemplum aliud certum proferri poſſe: longe diverſum eſt apud Graecos μειρακιεύεσθαι πρός τινα, atque ex illo genere, quod facilius intelligatur ab homine perito Graecae proprietatis, quam exacte vertendo explanetur. Ibidem aberravit Vir magnus in iſtis *Plutarchi*, ὥσπερ Ἰσοκράτει καὶ Ἀναξιμένει τοῖς σοφισταῖς διαμειρακιευόμενος· quod non eſt, *quaſi apud Sophiſtas glorians, & ſeſe jactans adoleſcentis licentia*; ſed, *cum Iſocrate atque Anaximene Sophiſtis juveniliter ac jactabunde contendens concertansque.* Illa vis in compoſitis ex διὰ verbis ſaepe viros egregie doctos fefellit. *T. H.*

73. Τὸ χρεών] Εἱμαρμένην. *F.*

74. Τί οὖν ἄν τις λέγει] Una vocula hic auctiores ſunt editiones veteres, legentes, τί οὖν ἄν τις ἔτι λέγει. Caeterum quis aures Græcæ phraſi adſuetas habens, non illico offendatur audiens, Τί οὖν ἄν τις λέγει, nec ſolœcum deprehendat? Non puto ita ſcripſiſſe terſiſſimum ſcriptorem; qui haud dubie dedit λέγοι. Id genius hujus linguæ poſtulat. Senſus autem, *Quid igitur quis amplius de juvenibus dicat, ubi id ætatis homines vitæ amantes ſunt?* Adjecta particula ἂν, præcipue in interrogationibus, ſed & in aliis loquendi formis, vel Præſens Optativi, vel Imperfectum, Aoriſtumve Indicativi, vel etiam Optativi exigit. Quoties τί γὰρ ἂν πάθοιμι in hoc ſcriptore? Sed & ſtatim Dial. ſequentis initio, Τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν εἰπεῖν ἔχοις. *Cæterum non jam amplius dicere poſſis.* & ſub finem Dial. XXX. οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν. & hunc in modum millies alibi. Imperfectum ita habes in Contempl. c. 4. Ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; Aoriſtum in Necyomantia c. 17. εὖ οἶδα, ὅτι οὐκ ἂν ἐπαύσω γελῶν. paullo poſt, πολλῷ δ' ἂν οἶμαι μᾶλλον ἐγέλας. Vide quæ ſupra notavimus. *J. J.*

Λέγοι] Cl. *Jenſius* & *B2*. In reliquis prave λέγει. *M. du S.*

Τί οὖν ἄν τις λέγοι] *Gataker.* ad *Antonin.* IV. §. 50. *Luciani* verba proferens poſuit λέγοι· certe λέγοι vel λέγῃ ſcribendum eſt. *T. H.*

83. Ὅμοια] Melius Mſ. ἅπασι γὰρ ἡμῖν ὁμοίως τὰ ὄμματα

XXVIII.

MENIPPI ET TIRESIÆ. — ΜΕΝΙΠΠΟΥ ΚΑΙ ΤΕΙΡΕΣΙΟΥ.

MEN.

1. TIreſia, cæcusne ſis, non amplius dignoſcere facile: cunctis enim nobis perinde oculi ſunt vacui: ſolum reſtant oculorum cava loca. Ceterum dicere nequeas, uter Phineus ſit, an Lynceus. Jam vatem fuiſſe, & utrumque te ſolum, marem ac feminam, ex poëtis audiviſſe memini. Per Deos itaque te obteſtor, expone mihi, utrum expertus fueris ſuavius vitæ genus, quum mas fores, an femina? TIR. Potior erat magno intervallo, Menippe, vita feminini ſexus, quippe magis negotiorum expers: tum dominantur in viros mulieres, neque eas bello vacare neceſſe eſt, neque ad murorum pinnas ſtantes excubare, neque in concionibus altercari, neque in judiciis verſari.

2. MEN. Non tu audiviſti, Tireſia, Euripidæ Medeam, qualia dixerit deplorans muliebre ſecus tanquam miſeras, atque intolerandum ex puerperiis dolorem ſuſti-

ΜΕΝ.

Ὦ Τειρεσία, εἰ μὲν καὶ τυφλὸς εἶ, οὐκέτι διαγνῶναι ῥᾴδιον· ἅπασι γὰρ ἡμῖν [e] ὁμοίως τὰ ὄμματα κενά· μόνον δὲ αἱ χῶραι αὐτῶν· τὰ δ' ἄλλα, οὐκ ἔτ' ἂν εἴποις, τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς. ὅτι μέντοι μάντις ἦσθα, καὶ ὅτι ἀμφότερα ἐγένου μόνος, ἀνὴρ καὶ γυνή, τῶν ποιητῶν ἀκούσας οἶδα. πρὸς τῶν θεῶν τοιγαροῦν εἰπέ μοι, ὁποτέρου ἐπειράθης ἡδίονος τῶν βίων, ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα, ἢ ὁ γυναικεῖος; [d] ΤΕΙΡ. ἀμείνων ἦν παραπολύ, ὦ Μένιππε, ὁ γυναικεῖος· ἀπραγμονέστερος γάρ. καὶ δεσπόζουσι τῶν ἀνδρῶν αἱ γυναῖκες· καὶ οὔτε πολεμεῖν ἀνάγκη αὐταῖς, οὔτε παρ' ἔπαλξιν ἑστάναι, οὔτ' ἐν ἐκκλησίᾳ διαφέρεσθαι, οὔτ' ἐν δικαστηρίοις ἐξετάζεσθαι.

ΜΕΝ. Οὐ γὰρ ἀκήκοας, ὦ Τειρεσία, τῆς Εὐριπίδου Μηδείας, οἷα εἶπεν οἰκτείρουσα τὸ γυναικεῖον, ὡς ἀθλίας οὔσας, καὶ ἀφόρητόν τινα τὸν ἐκ τῶν ὠδίνων πόνον ὑφισταμένας; ἀτὰρ

εἰπέ

e Ὁμοίως] Ita G. P. L. *J.* & Margo *AiW.* Ceterae Edd. ὅμοια. Porro vereor, ut recte notaverit *Bourdelotius* ſcripti Codicis lectionem: κεναὶ μόναι χῶραι· forte, κενά· μόναι δὲ αἱ χ. d ΤΕΙΡ. ἀμείνων ἦν] O. F. ὁ γυναικεῖος. ἀμείνων ἦν. T. παραπολὺ &c. quam lectionem, demta diſtinctione, non mirabor, ſi quis praeferendam putet.

ματα κενά. Vulgo, ὅμοια τὰ ὄμματα κενά. *J.G.G.*

Ὁμοίως] Sic omnino ſcribendum cum Ed. *J.* & Mſſ. Gr. P. & L. pro vulgato ὅμοια minus concinno; quod & *Vorſtium* acute conjeciſſe video. *M. du S.*

Ὅμοια τὰ ὄμματα κενά] Credi poterat excidiſſe καὶ propter ſimilitudinem pronunciandi, καὶ κενά· ſed praeferri non aegre fero ὁμοίως a Codd. adjutum. *Apollon. Rh.* II, 254. Phinei vocat κενεὰς γλήνας, id eſt interprete *Scholiaſta*, τοὺς κενοὺς καὶ τυφλοὺς ὀφθαλμούς, ut OEdipi *vacuos orbes Stat.* Theb. I, 53. & *vacua ora leonum* VII, 276. *T.H.*

Ibid. Μόνον δὲ αἱ] MS. κεναὶ μόναι χῶραι. *J.B.*

85. Τίς ὁ Φινεὺς ἦν, ἢ τίς ὁ Λυγκεύς;] Phineus fuit vates oculis captus: vid. *Apollod.* Biblioth. lib. 1. Lynceus ὀξυδερκέστατος. *Eurip.* Med. *J.G.G.*

89. Ὁπότε ἀνὴρ.] Uno ductu in Fl. Ed. & Mſ. Ox. ἢ ὁ γυν. ἀμείνων ἦν, quod non probo. Scrupulus tamen reſtat, quod haec duo non eodem modo effert; nam poſt ὁπότε ἀνὴρ ἦσθα quis non putet dicturum ἢ ὅταν γυνή, quo ferme modo Ἀλ. c. 19. Verum Lucianeus ſtylus eſt. Vide Προμ. c. 4. εἰς ἀκρόασιν σοφιστικήν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις· & alia multa, quae taedium afferrent, quaeque Lectorem monitum ſemel non latebunt. *M. du S.*

90. Ἢ ὁ γυναικεῖος;] Malim, ἢ ὁπότε γυνή· τὸ ὁ γυναικεῖος ex ſequentibus iſtic repetitum videtur: ἀμείνων &c. ὁ γυναικεῖος. *F.G.*

92. Καὶ δεσπόζουσι] Dixi alibi. *J.B.*

97. Μηδείας] Legendi omnino verſus, quos tangit, apud *Euripidem* ipſum in Med. a v. 230. ad 251. quorum hic finis:

— ὡς τρὶς ἂν παρ' ἀσπίδα
Στῆναι θέλοιμ' ἂν μᾶλλον, ἢ τεκεῖν ἅπαξ. *M. du S.*

εἰπέ μοι (ὑπέμνησε γάρ με τὰ τῆς Μηδείας ἰαμβεῖα) καὶ ἔτεκες ποτὲ, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, ἢ στεῖρα καὶ ἄγονος διετέλεσας ἐν ἐκείνῳ τῷ βίῳ; ΤΕΙΡ. τί τοῦτο, ὦ Μένιππε, ἐρωτᾷς; ΜΕΝ. οὐδὲν χαλεπὸν, ὦ Τειρεσία. πλὴν ἀπόκριναι, εἴ σοι ῥᾴδιον. ΤΕΙΡ. οὐ στεῖρα μὲν ἤμην, οὐκ ἔτεκον δ' [a] ὅμως. ΜΕΝ. ἱκανὸν τοῦτο· εἰ γὰρ καὶ μήτραν εἶχες, ἐβουλόμην εἰδέναι. ΤΕΙΡ. εἶχον δηλαδή. ΜΕΝ. χρόνῳ δέ σοι ἡ μήτρα ἠφανίσθη, καὶ τὸ μόριον τὸ γυναικεῖον ἀπεφράγη, καὶ οἱ μαζοὶ [b] ἀπετάκησαν, καὶ τὸ ἀνδρεῖον ἀνεφύη, καὶ πώγωνα ἐξήνεγκας; ἢ αὐτίκα ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ ἀνεφάνης; ΤΕΙΡ. οὐχ ὁρῶ, τί σοι βούλεται τὸ ἐρώτημα· δοκεῖς δ' οὖν μοι ἀπιστεῖν, εἰ ταῦθ' οὕτως ἐγένετο. ΜΕΝ. οὐ χρὴ γὰρ ἀπιστεῖν, ὦ Τειρεσία, τοῖς τοιούτοις· ἀλλὰ καθάπερ τι-

nentes. Verum dic mihi (nam admonuerunt me iſti Medeæ jambi) peperiſtine aliquando, quum mulier eras, an ſterilis & partus expers degiſti in illo vitæ ſtatu? TIR. Quid illud, Menippe, rogitas? MEN. Nihil explicatu difficile, Tireſia: quin reſponde, ſi tibi promtum. TIR. Haud ſterilis eram, neque tamen peperi. MEN. Satis eſt: nimirum an matricem habuiſſes, volebam ſcire. TIR. Habebam ſcilicet. MEN. Temporis autem tractu tibi matrix evanuit, pars muliebris obſtructa fuit, mammæ emarcuerunt, & virile membrum ſuccrevit, barbamque protuliſti, an ſtatim ex femina maſculus evaſiſti? TIR. Non video, quid tibi velit quæſitum illud: niſi quod videre mihi non credere hæc ita fuiſſe facta. MEN. Videlicet, Tireſia, non decet diffidere talibus, ſed

a Ὅμως] Ὅλως O. P. L. Cauſa non eſt, cur placeat. *b* Ἀπετάκησαν] Edd. priores ἀπετάθησαν.

6. Ἀπόκριναι] Ἀντὶ τοῦ διαχώριζε. *V.*

5. Οὐδὲν χαλεπὸν ὦ Τιρεσία] Interpres: *nibil acerbi, Tireſia*: imo: *non grave eſt quod quaero*, ſeu, *difficile explicatu.* Sic in Βίων πράσει, χαλεπὸν μὲν οὐδὲν, *nil grave eſt.* *J.G.G.*

11. Καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάθησαν] Poteſt ferri. Cenſeo tamen *Lucianum* ſcripſiſſe, καὶ οἱ μαστοὶ ἀπετάκησαν, *mammae marcuerunt*: *mammae factae ſunt pannoſae*, ut *Martialis* loquitur. *J.G.G.*

Οἱ μαζοὶ ἀπετάθησαν] Pro ἀπετάθησαν cenſet Cl. *Graevius* ſcribendum ἀπετάκησαν, *marcuerunt*, cui ſententiae ſubſcribo. Contrarium enim τῷ, ἀποτείνειν hic innuitur. Nam ſi Tireſias ex femina denuo factus eſt mas, oportuit quoque mammarum tubera fieri contractiora; quum mammæ potius in feminis ſint ἀποταθεῖσαι, *diſtentæ*, *extenſæ*. Statim D. XXX. ἀποταθεὶς dicitur is, qui porrectus jacet. Ὁ δὲ τύραννος παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀποταθεὶς, &c. *J. J.*

Ibid. Ἀπετάκησαν] Ita *Graevio* obſequuti pro ἀπετάθησαν ſcripſimus, quod in omnibus Impr. & Ox. Cod. eſt. *M. du S.*

Ἀπετάκησαν] Quod ante vulgatum fuit, ferri nullo modo poteſt. *Graevius* quin felici conjectura ipſam *Luciani* vocem fuerit adſecutus non dubito: quam ob rem, etſi pro corrupto ſtent libri veteres, congruentis tamen ad ſententiam verbi potiorem eſſe rationem habendam cenſui. *Corn. Celſ.* II. c. 8. *Mulieri gravidae ſi ſubito mammae emarcuerunt.* *T.H.*

21. Ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες;] Perſpicuum eſt, hic intercidiſſe ὡς vel ὅτι. requiritur enim, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὡς (vel ὅτι) ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ἐγένοντό τινες; *Tune igitur nec alia etiam ita facta fuiſſe credis, ubi quasdam ex feminis legis factas fuiſſe aves?* Similiter vocula, vel ὡς, vel ὅτι, excidit, mea quidem ſententia, ex loco Aeliani in elegantiſſimo illo libri XII. capite 1. de Aſpaſia; de qua, invitiſſimo animo adventitium corporis cultum, quo magis placeret, ſumente, ita legitur, Ῥαπισθεῖσα δὲ πρὸς ἀνάγκην ἐνέδυ, καὶ εἶκε τοῖς ἐπιτάγμασιν, ἀλγοῦσα ὅμως, οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Verba haud dubie luxata, quæque vulgatus interpres ad lubitum intorſit. Verum ſenſum Æliani ſcribentis fuiſſe hunc exiſtimo, *Alapis vero percuſſa, coacta induebatur, & cedebat imperatis, dolens tamen, ſe talia cogi, quæ meretricem, non ingenuam virginem decerent.* Legendum ergo, ἀλγοῦσα ὅμως ὡς οὐ παρθενικὰ, ἀλλ' ἑταιρικὰ πράττειν ἐβιάζετο. Videtur autem oſcitabundus deſcriptor, ubi ſcripſiſſet ὅμως, inſuper habuiſſe ultimam hujus vocis ſyllabam denuo ſcribere. Ὡς pro ὅτι paſſim ſcriptores; & *Ælianus* aliquoties; ut lib. VIII. cap. 2. ὡς ἦν φιλοχρήματος ὁ Σιμωνίδης, οὐδεὶς ἀντιφήσει· & alibi. *Lucianus* quoque innumeris locis; ut in Hermotimo c. 24. Ἔλεγε ὡς ξύμπαντες ξένοι εἶεν· adde c. 16. 27. 37. 38. 46. 79. Hunc particulæ ὡς uſum notavit quoque *Thomas Magiſter*, ac poſt eum *H. Stephanus.* *J. J.*

Ibid. Ὄρνεα] Ante ὄρνεα τὸ ὡς forte hic deſideratur. *F.G.*

Ὄρνεα ἐκ γ. ἐγένοντο] Mihi, quod *Guyeto*, placuerat ὡς

ſed velut inſulſum, re non explorata fierine poſſint nec ne, probare.

3. TIR. Tu ergo nec cetera credis ita fuiſſe facta, quando audis aves ex mulieribus extitiſſe, aut arbores aut feras; ſicuti Aëdona, Daphnen, aut Lycaonis filiam. MEN. Illis ſi quando forte obviam venero, cognoſcam quid dicant: tu autem, vir optime, quum mulier eras, tunc etiam vaticinabare, quemadmodum poſtea; an ſimul vir & vates eſſe didiciſti? TIR. Ecce enim ignoras quæ ad me ſpectant omnia; me ſcilicet litem Deorum quandam diremiſſe; tum ut Juno me viſu privaverit, Jupiter autem mitigaverit arte vaticinandi donata calamitatem illam. MEN. Adhuc tu, Tireſia, adfixus hæres mendaciis? Verum hoc quidem ſolemni vatum more facis: ſoletis enim vates nihil ſani & veri proloqui.

να βλάκα μὴ ἐξετάζοντα, εἴτε δυνατά ἐστιν, εἴτε καὶ μὴ, παραδέχεσθαι;

ΤΕΙΡ. Σὺ οὖν οὐδὲ τἄλλα πιστεύεις οὕτω γενέσθαι, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς ὄρνεα ἐκ γυναικῶν [c] ὅτι ἐγένοντό τινες, ἢ δένδρα, ἢ θηρία, τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δάφνην, ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα; ΜΕΝ. ἤν που κἀκείναις ἐντύχω, εἴσομαι ὅ, τι καὶ λέγουσι. σὺ δὲ, ὦ βέλτιστε, ὁπότε γυνὴ ἦσθα, καὶ ἐμαντεύου τότε, ὥσπερ καὶ ὕστερον; ἢ ἅμα ἀνὴρ καὶ μάντις ἔμαθες εἶναι; ΤΕΙΡ. ὁρᾷς; ἀγνοεῖς τὰ περὶ ἐμοῦ ἅπαντα, ὡς καὶ διέλυσά τινα ἔριν τῶν θεῶν, καὶ ἡ μὲν Ἥρα ἐπήρωσέ με· ὁ δὲ Ζεὺς παρεμυθήσατο τῇ μαντικῇ τὴν συμφοράν. ΜΕΝ. ἔτι ἔχῃ, ὦ Τειρεσία, τῶν ψευσμάτων; ἀλλὰ κατὰ τοὺς μάντεις τοῦτο ποιεῖς· ἔθος γὰρ ὑμῖν μηδὲν ὑγιὲς λέγειν.

ΑΙΑΝ-

c Ὅτι] Ex C. P. Defuit in prioribus Edd.

18. * Βλάκα] Εὐήθη, ἀνόητον· εἴρηται ἀπὸ ἰχθύος ὁμοίου σιλούρῳ, ἀχρήστου δὲ οὕτως, ὡς μηδὲ κύνα αὐτῷ χρῆσθαι. *V.*

* Βλάκα] Totidem verbis apud *Etymol.* & *Suidam* extant. *T. H.*

ὡς ſimilitudine forte praecedentium literarum oppreſſum: Halc. p. 179. v. 35. ὡς ἐξ ὀρνίθων γυναῖκές ποτε ἐγένοντο. Ceterum τὴν Ἀηδόνα, ἢ τὴν Δαφνην ἢ τὴν τοῦ Λυκάονος θυγατέρα ſtructurae orationis aliena vix putarem eſſe *Luciani*, niſi ſuccederet Menippi reſponſum, ἤν που κἀκείναις ἐντύχω, quod ipſo nomine fuiſſe deſignatas videtur indicare: nunc σύγχυσις quaedam eſt conſtructionis ſtatuenda, cujus ordo legitimus foret, ὁπότ' ἂν ἀκούσῃς τὴν Α. ἢ τὴν Δ. ἢ τὴν τοῦ Λ. θ. ὄρνεα ἐκ γυναικῶν ὡς ἐγένοντο, ἢ δένδρα, ἢ θηρία. *T.H.*

22. Ὅτι] Coll. & P. In reliquis deeſt. *M. du S.*

23. Τὴν Ἀηδόνα] Ad τὸ πιστεύεις referendum. *F.G.*

30. Ἔριν] Vid. *Ovid.* Met. III, 316. *M. du S.*

33. Τῶν ψευσμάτων] Id eſt, divinandi arti adhaeres; eam amplecteris, probas. *F.G.*

34. Μηδὲν ὑγιὲς λέγειν] Non ita penitus veterum animos obſederat ſuperſtitio, quin vatibus mendacii crimen ſaepe fuerit objectum, praeſertim a poëtis ſcenicis, quibus mira libertate licuit religionem ipſosque Deos vel cothurnatis ſententiis caſtigare, vel comicis ſalibus irridere. Ideo dicti frequenter ἀλαζόνες, qui ſe ſcire, quae prorſus ignorarent, lucri faliendique cauſa profiterentur: quam opprobrii notam plerisque ſaltem convenire non negat *Ariſtot.* Ἠθ. Νικ. IV. c. 7. Ariſtoxeni Selinuntii verſus in *Hephaeſt.* Ench. p. 25. Τίς ἀλαζονείαν πλείσταν παρέχει τῶν ἀνθρώπων; τοὶ μάντεις. Illum imitatus fuit *Epicharmus*; vide Poll. IX, 82. *Epicharmum Ennius* apud *Cicer.* in fine lib. I. de Divin. De *Luciano* non eſt quod miremur, ſi hominum illud genus odio proſequatur. Frequens autem mendaces dici μηδὲν ὑγιὲς λέγειν· *Dinarch.* p. 96. v. 18. Οὕτω Δημοσθένης τῷ ψεύδεσθαι καὶ μηδὲν ὑγιὲς λέγειν ἑτοίμως χρῆται. *T.H.*

XXIX.

ΑΙΑΝΤΟΣ ΚΑΙ ΑΓΑΜΕΜΝΟΝΟΣ.

Α Γ Α Μ.

ΕΙ σὺ μανεὶς, ὦ Αἶαν, σεαυτὸν ἐφόνευσας, [a] ἐμέλλησας δὲ καὶ ἡμᾶς ἅπαντας, τί αἰτιᾷ τὸν Ὀδυσσέα; καὶ πρώην οὔτε προσέβλεψας αὐτὸν, ὁπότε ἧκε μαντευσόμενος, οὔτε προσειπεῖν ἠξίωσας ἄνδρα συστρατιώτην καὶ ἑταῖρον, ἀλλ' ὑπεροπτικῶς μεγάλα βαίνων παρῆλθες. ΑΙΑΣ. εἰκότως ὦ Ἀγάμεμνον. αὐτὸς γάρ μοι τῆς μανίας αἴτιος κατέστη, μόνος ἀντεξετασθεὶς ἐπὶ τοῖς ὅπλοις. ΑΓΑΜ. ἠξίους [b] δὲ ἀνανταγώνιστος εἶναι, καὶ ἀκονιτὶ κρατεῖν ἁπάν-

AJACIS ET AGAMEMNONIS.

A G A M.

1. SI tu furore actus, Ajax, temet ipſe interemiſti, nosque omnes deſtinaras, quid incuſas Ulyxen? & nuper ne adſpexiſti quidem eum, quando Tireſiam interrogatum veniebat, neque adloqui dignum habuiſti commilitonem & ſodalem, ſed ſuperbe grandi paſſu incedens praeteriiſti. AJAX. Et merito, Agamemnon: is enim mihi furoris cauſa fuit ſolus, mecum qui ſe compoſuerit in armorum judicio. AGAM. Volebasne adverſarium habere nullum, & ſine pulvere ac certamine vin-

a Ἐμέλλησας] Ἐμέλησας F. P. S. Vitioſius ἐμέλησας P. A1. V. J. H. Fr. W. Repoſui ex Cod. Gr. ἐμέλλησας· neque aliter Margo A1W. b Δὲ] Δὴ B2.

37. Ἐμέλησας] Ἐμέλισας. *F.G.*

Ἐμέλησας] Pro ἐμέλησας, quod nihili eſt, & omnes tamen obſidet editiones, ſcribe ἐμέλισας. *Si tu, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipſe interfeciſti, nosque omnes concidebas, quid Ulyſſem accuſas?* μελίζειν eſt *membratim concidere.* Ajax furore percitus pecudes jugulabat, & cum in illas graſſaretur, putabat ſe Graecorum obtruncare duces. Res nota. Vide *Sophoclis* Ajacem flagelliferum v. 297. & ſequ. In Mſſ. tamen legitur ἐμέλλησας, quod ſi quis malit, non repugnabo; ſubaudiendum autem φονεύειν, *nos etiam occiſurus eras.* Statim cum Agamemnon dicit Ajacem noluiſſe apud inferos alloqui Ulyſſem, reſpicit ad *Homerum*, quem vide Ulyſſ. Λ. v. 543. & 526. ſicut & quae inferius de Theti arma in medium ponente narrat Agamemnon, ex eodem loco petita ſunt, v. 545. Quod addit poſtea de Trojanis ſententiam ferentibus, & quae reſpondet Ajax, *novi, quae me damnarit*, intelligenda ſunt ex verſu ſequente *Homeri:*

Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη.

De hac conqueritur etiam apud *Sophoclem* in laudata fabula. *J.G G.*

Ἐμέλησας] Pro ἐμέλησας, quod nihil eſt, & tamen omnes occupavit editiones, conjecit ὁ πάνυ *Graevius* ſcribendum ἐμέλισας, hoc ſenſu; *Si tum, cum furore corripiebaris, Ajax, te ipſe interfeciſti, nosque omnes concidebas, quid Ulyſſem accuſas?* Ajax enim furore percitus pecudes jugulabat, &, cum in illas graſſaretur, putabat ſe Graecorum obtruncare duces. Ego tamen praefero lectionem, quam Mſtos habere teſtatur Vir Cl. modo laudatus, ſc. ἐμέλλησας, ut ſubaudiatur φονεύειν ex praecedenti, h. e. *interfecturus eras.* Simili plane modo locuti ſunt alii. *Dio Chryſoſt.* Or. LXIV. de Alexandro: Ἀπέκτεινε δὲ Κλεῖτον τὸν σοφὸν, ... καὶ διδάσκαλον Καλλισθένην, καὶ Ἀριστοτέλην ἐμέλλησε, καὶ Ἀντίπατρον ἐβουλεύσατο. *Julian.* Or. I. p. 33. ὧν τοὺς μὲν ἀνῄρηκε, τοὺς δὲ ἐμέλλησεν· & p. 44. ἧς τιμὰς ἐπ' αὐτοῖς τὰς μὲν ἐχαρίσω, τὰς δὲ ἤδη ἔμελλες. In quibus exemplis ſubintelligendum verbum, quod praeceſſit; ut Ἀριστοτέλην ἐμέλλησε, pro Ἀριστοτέλην ἀποκτεῖναι ἐμέλλησε· & τοὺς δὲ ἐμέλλησεν, pro τοὺς δὲ ἀνελεῖν ἐμέλλησε. *L. BOS* Animadv. c. XII. p. 56.

Ἐμέλισας] Sic P. Ald. *J. H. Fr. W.* St. Edd. optime. Recentiores omnes ἐμέλησας, vitioſe. Ajacis exemplo furens celebris ille Cervantes Quixotus in oves etiam deſaevit. *M. du S.*

Ἐμέλλησας] Aliquantulum olim, utri lectioni primas darem, non ſecus ac *Graevius*, addubitavi: μελίζειν enim quum ſit *membratim diſcerpere* vel *concidere* apud *Dionyſ. Halic.* A. R. VII. p. 461. *Apollodor.* Bibl. I. p. 156. *Schol. Apoll. Rh.* IV, 223. Ajaci non abſurde tribuatur, qui quamvis in gregem conſilio Minervae ſaeviret, principes tamen Achivorum flagris ferroque dilaniare ſe putabat. Nunc ſine controverſia verum arbitror ἐμέλλησας, cui calculum adjecit Eruditiſſ. *Kuhnius* ad *Diogen. L.* I, 98. *elegantem eſſe Graeciſmum* obſervans: nam revera ſaepius ita ponitur μέλλειν, ut praecedentis verbi repetitus infini-

vincere omnes? AJAX. Sane, hac quidem in parte: nam generis jure ad me pertinebat tota hæc armatura, quippe patruelis. Et vos ceteri multo præſtantiores detrectaſtis certamen, & controverſiam mihi præmiorum nullam moviſtis. Verum Laërtæ filius, quem ego ſæpe ſervavi in periculo verſantem, ne concideretur a Phrygibus, meliorem ſe ferebat & magis idoneum, qui poſſideret arma.

των; ΑΙΑΣ. ναὶ, τάγε τοιαῦτα· οἰκεία γάρ μοι ἦν ἡ πανοπλία, ὡς ἀνεψιοῦ γε οὖσα. καὶ ὑμεῖς οἱ ἄλλοι, πολὺ ἀμείνους ὄντες, ἀπείπαδε τὸν ἀγῶνα, καὶ παρεχωρήσατέ μοι τῶν ἄθλων. ὁ δὲ Λαέρτου, ὃν ἐγὼ πολλάκις ἔσωσα κινδυνεύοντα κατακεκόφθαι ὑπὸ τῶν Φρυγῶν, ἀμείνων ἠξίου εἶναι, καὶ ἐπιτηδειότερος ἔχειν τὰ ὅπλα.

2. AGAM. Accuſa itaque, vir fortiſſime, Thetin, quæ, quum oporteret hæreditatem armorum tibi tradere, quippe cognato, in medium adlata propoſuit. AJAX. Minime; ſed Ulyxen, qui contra me ſolus illa ſibi vindicavit. AGAM. Venia dignum, o Ajax, ſi homo cupiditate tactus fuerit gloriæ, gratiſſimæ rei, cujus cauſa quisque noſtrum pericula ſubire non refugit: quin vero ſuperavit te, idque Trojanis

ΑΓΑΜ. Αἰτιῶ τοιγαροῦν, ὦ γενναῖε, τὴν Θέτιν, ἥ, δέον σοι τὴν κληρονομίαν τῶν ὅπλων παραδιδόναι συγγενεῖ γε ὄντι, φέρουσα ἐς τὸ κοινὸν κατέθετο αὐτά. ΑΙΑΣ. οὐκ· ἀλλὰ τὸν Ὀδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος. ΑΓΑΜ. συγγνώμη, ὦ Αἶαν, εἰ ἄνθρωπος ὢν, ὠρέχθη δόξης, ἡδίστου πράγματος, ὑπὲρ οὗ καὶ ἡμῶν ἕκαστος κινδυνεύειν ὑπομένει· ἐπεὶ καὶ ἐκράτησέ σου, καὶ ταῦτα, παρὰ Τρωσὶ δικα-

σ Ἀπείπαδε] O. ἀπείπατε.

nitivus illi adnecti debeat, etiamſi perſona, quæ loquitur, ut in Tragoediis Comoediisque fieri ſolet, fuerit mutata. *Ariſtoph.* Pl. v. 1103: Μα Δί, inquit Mercurius, ἀλλ' ἔμελλον, ſcilicet κοπτειν την θυραν, quod Carion ante dixerat; & in illa frequenti apud *Platonem* formula, τί δ' οὐ μέλλουσι; nimirum μισεῖν τε καὶ φεύγειν, Πολ. VIII. p. 726. B. *Dinarch.* in Demoſth. p. 96. v. 26. οὔτ' ἐμὲ ἀπέφηνεν ἡ Βουλὴ, οὔτ' ἐμέλλησεν. *Liban.* de Vit. ſua p. 41. A. βαρβάρων δὲ τῶν μὲν ἡττημένων, τῶν δὲ μελλόντων. *Iſocr.* Panez. p. 0c. D. τοιγαροῦν τὰ μὲν ἔχει, τὰ δὲ μέλλει, τοῖς δὲ ἐπιβουλεύει. Hel. Enc. p. 213. B. Τὰς μὲν ἐπόρθουν, τὰς δ' ἔμελλον, ταῖς δ' ἠπείλουν τῶν πόλεων. Panath. p. 254. A. Λακεδαιμόνιοι δὲ οὔτε πάσχοντες κακὸν οὐδὲν, οὔτε μέλλοντες, οὔτε δεδιότες. *AEſchyl.* Perſ. v. 816. Τοὶ γὰρ κακῶς δράσαντες οὐκ ἐλάσσονα Πάσχουσι, τὰ δὲ μέλλουσι — *Thucydid.* III, 55. οὐδὲν ἐκπρεπέστερον ὑπὸ ἡμῶν οὔτε ἐπάθετε, οὔτε ἐμελλήσατε. *Demoſth.* Ep. IV. p. 202. D. Diis eſt proprium φλαῦρον μηδὲν μηδέποτε ἐν παντὶ τῷ αἰῶνι μήτε παθεῖν, μήτε μελλῆσαι. Exempla vero plura, ubi πάσχειν praemittatur, ideo potiſſimum adduxi, ut liquido pateret, quam perverſe *Libanium* intellexerit verteritque *Olearius* de Ulc. Jul. Nec. §. 12. Οὐδενὸς τῶν ἐγγυτάτω καὶ ὑφ' ὧν ἐφρουρεῖτο παθόντος οὐδὲν, ἀλλ' οὐδὲ μελλήσαντος· quod pro μελησαντος merito probavit, adlatis etiam *Luciani* noſtri verbis, Doctiſſ. *Steinheilius* errante, dum bonum ducem deſerit, *Waechtlero:* vide Act. Erud. Lipſ. A. 1721. p. 266. Sic *Ariſtoph.* in Pl. v. 551. Ἀλλ' οὐχ ὁ ἐμὸς τοῦτο πέπονθεν βίος· οὐ μὰ Δί, οὐδέ γε μέλλει. Porro quam prona ſit in hunc errorem librariorum manus; docuerit *Thucydidis* locus I. c. 134. Καὶ αὐτὸν ἐμέλλησαν μὲν ἐς τὸν Καιάδαν, οὗπερ τοὺς κακούργους εἰώθασιν ἐμβάλλειν· hanc enim receptae Codicum optimorum lectionem anteponendam cenſeo: ibi non libri tantum quidam inepte ἐμέλισαν, ſed & *Scholiaſtes*, ſive potius lector aliquis imperitus exponit εἰς δύο ἔτεμον. *T. H.*

40. Προσειπεῖν ἠξίωσας] Vide *Homeri* Od. XII. *J.C.*

41 Ἐπὶ τοῖς ὅπλοις] *Benedict. pro armis.* Verte, *propter arma.* *F.G.*

45. Ἀνανταγώνιστοι] In *Thucydide* IV. p. 293. v. 55. pro ἀναγώνιστοι non contemnendae notae libri ἀνανταγώνιστοι legunt: *Waſſio* probatum, & *Dukero* monenti ἀνανταγώνιστος *eſſe etiam apud Lucianum, qui Thucydideis crebro utitur, Dial. Mort. & Hermot. Cyrillo* frequens, cujus unum alterumque locum notavit *Suicerus.* *T.H.*

58. Τὸν Ὀδυσσέα, ὃς ἀντεποιήθη μόνος] *Ut qui ſolus ſeſe mihi oppoſuerit.* Sic omnes interpretes, quos vix dicas, an Græcam vocem nunc recte vel ceperint vel expreſſerint. Sane optime pater notavit ſubintelligi τῶν ὅπλων, & verti debere, *ſolus vindicabat.* Sic in Reviviſcentibus Philoſophia minatur ſe contrituram κακοὺς κακῶς, ὡς μὴ ἀντιποιοῖντο τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀλαζόνες ὄντες. *J.G.*

62. Ὑπομένει, ἐπεὶ] Sic interpungendo meliuſcule ſeſe habebunt haec; ſed nondum ſic etiam ſatis ſana. *M. du S.*

63. Παρὰ Τρωσὶ δ.] *Homer.* Od. Λ, 544. Παῖδες δὲ Τρώων δίκασαν καὶ Παλλὰς Ἀθήνη. Agamemnon enim ju-

καταῖς. ΑΙΑΣ. οἶδα ἐγὼ, ἥτις με κατεδίκασεν· ἀλλ᾽ οὐ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν. τὸν γοῦν Ὀδυσσέα μὴ οὐχὶ μισεῖν οὐκ ἂν δυναίμην, ὦ Ἀγάμεμνον· οὐδ᾽ εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι.

judicibus. AJAX. Equidem ſcio, quænam me condemnaverit: ſed fas non eſt dicere quicquam de Diis. Ulyxen enimvero ut non oderim impetrare a me nequeo, Agamemnon, etſi hoc vel ipſa Minerva præcipiat.

XXX.

ΜΙΝΩΟΣ ΚΑΙ ΣΩΣΤΡΑΤΟΥ.

MINOIS ET SOSTRATI.

MIN.

Ὁ Μὲν λῃστὴς οὗτος Σώστρατος ἐς τὸν Πυριφλεγέθοντα ἐμβεβλήσθω· ὁ δ᾽ ἱερόσυλος ὑπὸ τῆς Χιμαίρας διασπασθήτω· ὁ δὲ τύραννος, ὦ Ἑρμῆ, παρὰ τὸν Τιτυὸν ἀποταθεὶς, ὑπὸ τῶν γυπῶν κειρέσθω καὶ αὐτὸς τὸ ἧπαρ· ὑμεῖς δὲ οἱ ἀγαθοὶ, ἄπιτε κατὰ τάχος ἐς τὸ Ἠλύσιον πεδίον, καὶ τὰς μακάρων νήσους κατοικεῖτε, ἀνθ᾽ ὧν δίκαια ἐποιεῖτε παρὰ τὸν βίον. ΣΩΣ. ἄκουσον, ὦ Μίνως, εἴ σοι δίκαια δόξω λέγειν. MIN. νῦν ἀκούσω αὖθις; οὐ γὰρ ἐξελήλεγξαι, ὦ Σώστρατε, πο-

MIN.

1. HIc quidem latro Soſtratus in Pyriphlegethontem injiciatur: ille ſacrilegus a Chimæra dilaceretur: iſte tyrannus, Mercuri, juxta Tityum porrectus a vulturibus præcordia tondeatur. At vos probi abite quantocius ad Elyſium campum, Beatorumque inſulas incolite pro eo quod juſta feceritis per vitam. SOST. Audi, Minos, ſi tibi juſta videar dicere. MIN. Nunc audiam iterum? nonne enim tu convictus es, Soſtrate, maleficii totque ho-

judicii invidiam ſubire nolens a captivis Trojanis petiit, uter plus eis nocuiſſet Ajax an Ulyſſes: qui cum continuo, Ulyſſes, reſpondiſſent, arma ſtatim ei adjudicata ſunt. V. *Schol. Homer.* l. c. *M. du S.*

64. Οἶδα] Lege verſum, quem ex Homero in nota praecedenti vides. Quo tamen pacto Minerva una judicaverit, non docent aut poëta aut enarrator ille. *M. du S.*

65. Ἀλλ᾽ οὐ θέμις &c.] Ergo jam experimentis ſapere didicerat. Prudens Minervae monitum ad Ulyxen in Aj. Flag. v. 128. — ὑπέρκοπον Μηδέν ποτ᾽ εἴπῃς αὐτὸς εἰς θεοὺς ἔπος, tractum eſt ab Ajacis impia in Deos ſuperbia, cujus in ea fabula paulo ante v. 112. exemplum ediderat roganti Minervae negans. Obſervat *Scholiaſtes* tradi τὸν Αἴαντα τρίτον ἠσεβηκέναι περὶ τοὺς θεούς. πρῶτον μὲν ἐκβαλεῖν τοῦ δίφρου τὴν Ἀθηνᾶν βουλομένην αὐτῷ συμμαχεῖν· δεύτερον ἀπαλεῖψαι τὴν γλαῦκα τὴν ἐγγεγραμμένην τῷ ὅπλῳ αὐτοῦ ἐξ ἔθους πατρῴου· τρίτον ὅτι οὐκ ἐπείσθη τῷ πατρὶ συμβουλεύοντι πείθεσθαι τοῖς θεοῖς. Egregie vero *Lucianus* ingenii morem denotat: poſtquam enim dicentem feciſſet, οὐ θέμις λέγειν τι περὶ τῶν θεῶν, mox tamen Ulyxen ſe non poſſe non odiſſe profitetur, ne ſi Minerva quidem ipſa vetet: quo dicto ſimul oſtendit, quem armorum Achillis ſibi abjudicatorum auctorem ſtatuat. *T. H.*

67. Οὐδ᾽ εἰ αὐτή μοι Ἀθηνᾶ τοῦτο ἐπιτάττοι] Illa minus recte vertuntur ab Interpretibus: *etſi ipſa Minerva hoc nolit.* Tu verte: *non ſi ipſa mihi Minerva hoc imperaret.* Sic eleganter poſt negationem ponitur οὐδ᾽ εἰ. *Homer.* Il. E. 644.

> Οὐδέ τί σε Τρώεσσιν ὀΐομαι ἄλκαρ ἔσεσθαι
> Ἐλθόντ᾽ ἐκ Λυκίης, οὐδ᾽ εἰ μάλα καρτερός ἐστι.

Sic Lat. *non ſi* ſequitur negationem: *Liv.* VII. c. 10. *Injuſſu tuo, Imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non ſi certam victoriam videam.* Idem lib. XXXVIII. c. 57. *L. BOS* Anim. c. XII. p. 57.

69. Σώστρατος] Vide in Ἀλεξ. c. 4. ubi iterum inter latrones famoſos recenſetur. *Soſtrati* cujusdam *Boeotii* vitam ſcripſerat *Lucianus*, ut in Δημων. ipſe teſtatur, ob vires corporis celebratiſſimi, ut & nomen Herculis conſecutus fuerit. Sed Soſtratus ille alius ab hoc videtur: hic enim latro caedibusque infamis: ille non robore, laboribus, patientia tantum, quæ omnia in latronem etiam cadere poſſunt, clarus, ſed ab operibus laudatur nomini reſpondentibus, a latronibus ſublatis, viarumque & pontium ſtructura difficillima. Ut ut ſit, utriusque fama, ni per *Lucianum* foret, prorſus ex hominum memoria interciſſet,

homicidiorum ? SOST. Sum ſane convictus : conſidera tamen, an juſte ſupplicio ſim adficiendus. MIN. Omnino ; ſiquidem dare meritas pœnas juſtum eſt. SOST. Quin ergo reſponde mihi, Minos : nonnihil enim rogare te volo. MIN. Loquere, dum ne prolixa, ut & de aliis judicium jam reddamus.

2. SOST. Quæcumque egi in vita, utrum ſponte mea egi, an fatali ſtamine deſtinata mihi fuerant a Parca ? MIN. A Parca videlicet. SOST: Nempe igitur probi omnes, malique qui videmur nos, illi miniſtrantes hæc facimus. MIN. Prorſus, Clothoni quippe, quæ unicuique nato injunxit, quæ facienda forent. SOST. Si quis ergo occiderit aliquem neceſſitate adactus ab alio, cui contradicere non potuerit vi compulſus, velut carnifex aut ſatelles, ille judici morem gerens, hic tyranno, quem reum ages cædis ? MIN. Nimirum judicem aut tyrannum : nihil certe minus, quam ipſum enſem ; is enim adminiſter eſt, utpote inſtrumentum libidinis, illi, qui primum intulit cædis cauſam. SOST. Perbene, Minos,

πονηρὸς ὤν, καὶ τοσούτους ἀπεκτονώς ; ΣΩΣ. ἐλήλεγμαι μέν· ἀλλ' ὅρα, εἰ δικαίως κολασθήσομαι. MIN. καὶ πάνυ, εἴγε ἀποτίνειν τὴν ἀξίαν δίκαιον. ΣΩΣ. ὅμως ἀπόκριναί μοι, ὦ Μίνως· βραχὺ γάρ τι ἐρήσομαί σε. MIN. λέγε, μὴ μακρὰ μόνον, [a] ὅπως καὶ τοὺς ἄλλους διακρίνωμεν ἤδη.

ΣΩΣ. Ὁπόσα ἔπραττον ἐν τῷ βίῳ, πότερα ἑκὼν ἔπραττον, ἢ ἐπεκέκλωστό μοι ὑπὸ τῆς Μοίρας ; MIN. ὑπὸ τῆς Μοίρας δηλαδή. ΣΩΣ. οὐκοῦν καὶ οἱ χρηστοὶ ἅπαντες, καὶ οἱ πονηροὶ δοκοῦντες ἡμεῖς, ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες, ταῦτα δρῶμεν. MIN. ναὶ, τῇ Κλωθοῖ, ἣ ἑκάστῳ ἐπέταξε γεννηθέντι τὰ πρακτέα. ΣΩΣ. εἰ οὖν τις ἀναγκασθεὶς ὑπ' ἄλλου φονεύσειέν τινα, οὐ δυνάμενος ἀντιλέγειν ἐκείνῳ βιαζομένῳ, οἷον δήμιος, ἢ δορυφόρος, ὁ μὲν δικαστῇ πεισθεὶς, ὁ δὲ τυράννῳ, τίνα αἰτιάσῃ τοῦ φόνου ; MIN. δῆλον ὡς τὸν δικαστὴν, ἢ τὸν τύραννον· ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτό· ὑπηρετεῖ γὰρ τοῦτο, ὄργανον ὂν πρὸς τὸν θυμὸν, [b] τῷ πρώτως παρασχόντι τὴν αἰτίαν. ΣΩΣ. εὖγε, ὦ Μίνως, ὅτι καὶ

a Ὅπως] Ὡς P. b Τῷ πρώτως] Ante haec inſerit P. τὸν θυμὸν δεῖ οὖν τὸ πᾶν ἀναθεῖναι τῷ πρώτῳ παρ.

diſſet : nam quæ de eo *Philoſtratus* in Herodis Vita habet p. 552. quis absque hoc intelligat ? Recte vidit Cl. *Hemſterhuſius* ad *Pollucem* Praef. p. 29. Herodis Herculem eſſe Soſtratum illum, de quo ad initium Demonactis fuſius dicendi locus dabitur. Negligentia majorum etiam factum, ut tam utili vita careamus. *M. du S.*

91. Ἐκείνῃ ὑπηρετοῦντες] *Syneſ.* Ep. LVII. p. 193. A. τὸ γὰρ ᾗ δεῖ γενέσθαι ὑπηρετῆσαι τῷ χρεὼν, οὐκ ἀςείας ἀπολογίας ἐςί. Fruſtra quoque ad hanc criminis commiſſi defenſionem apud filium Oreſten confugit Clytaemneſtra in *AEſchyli* Choëph. v. 910. dicendo : Ἡ μοῖρα τούτων, ὦ τέκνον, παραιτία. *T. H.*

99. Ἐπεὶ οὐδὲ τὸ ξίφος αὐτό] Lepide Noſter videtur his σκωπτικῶς tangere ritum Athenienſium in feſto Βουφονίοις· cum nempe is, cujus manu eo in feſto cæſus eſſet bos, fugeret ; ſecuris autem, qua cædes facta eſſet, quaſi rea in judicium traheretur atque damnaretur. Rem hanc enarratam apud *Meurſium* & *Caſtellanum* de feſtis Græcorum videre licet. *J. J.*

1. Ξίφος] V. *Jenſ.* & *Pott.* 102. & 166. *M. du S.*

a. Δεῖ οὖν τὸ πᾶν ἀναθεῖναι] Haec verba in ſolo P. inveniuntur ; & mox τῷ πρώτῳ pro τῷ πρώτως, quod forſan etiam rectius. *M. du S.*

Ibid. Τῷ πρώτως παρασχόντι τὴν αἰτίαν] Tanti non ſunt apud me Exc. Cod. Regin. Poli, ut eorum auctoritate ſola munitus augere *Lucianum* ſuſtineam ; praeſertim ſi ſuſpicio non levis ſubſit male fidae manus & nimium de ſuo liberalis. Sane iſtis, quae ſuggerit, omiſſis ſententia loci ſatis apte procedit ; tametſi non invitus largiar orationem ambitu paulo latiore potuiſſe plenius explicari : ſed haec eum colorem non habent, qui Lucianeis commode reſpondeat. Locutionem ipſam paulo aliter uſurpavit *Maxim. Tyr.* Λογ. λθ. Σωκράτην δὲ τὸν μηδὲ τῷ Ἀπόλλωνι παρασχόντα ἀμαθίας αἰτίαν. *T. H.*

Ibid. Παρασχόντι τὴν αἰτίαν] Ut Συγγρ. c. 1. & Τυραννοκτ. c. 11. 13. Argumentum hoc latius exequitur in Z. Ἐλεγχ. *M. du S.*

καὶ ἐπιδαψιλεύῃ τῷ παραδείγματι. ἦν δέ

qui uberius illuſtres & cumulatius exemplum meum.

4. Ἐπιδαψιλεύῃ] Interpr. *Bene eſt*, *Minos*, *quod haec etiam exemplo, quaſi quodam auctario locupletas.* Qui praecedentia legit, videbit, Soſtratum, qui quaeſtionem propoſuerat, utrum, ſi quis ab alio coactus aliquem occiderit, reus habendus ſit caedis, an is, a quo coactus fuerit, addidiſſe exemplum hoc; Quum carnifex juſſu judicis, aut ſatelles juſſu tyranni aliquem vita privaverit, uter caedis reus agendus eſſet. Ad quae reſpondet Minos, reum agendum eſſe judicem, aut tyrannum, & addit, ſiquidem neque ipſum gladium accuſare poſſumus: ſubſervit enim hic tanquam inſtrumentum explendo animo ejus, qui primus cauſam praebuit. Ad ea jam Soſtratus, Εὖγε ὦ Μίνως &c. h. e. *Bene facis, Minos, quod exemplo etiam corollarium*, ſive *auctarium addis*: i. e. quod exemplo, quo ego uſus ſum de judice &c. tu auctarium addis de gladio. Ita enim intelligenda ſunt verba, & ea vis eſt phraſeos, ἐπιδαψιλεύεσθαι τινι πράγματι, *ſuperaddere quidpiam rei alicui*, *auctarium rei addere.* Vide *Budaeum* in Comment. L. Gr. p. 854. ubi exemplum e *Syneſio* habet: Δέδωκε, καὶ εἰλήφαμεν, καὶ ἐπιδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως. *Ipſe dedit* (documentum) *nosque cepimus: corollarium etiam addidit his ſceleribus, ob quae abdicatus fuerat.* L. BOS Obſ. Crit. c. IX. p. 49.

Ἐπιδαψιλεύῃ] *Budaei* explicationem iſtius verbi, *Syneſii* loco nixam, huc contulit Vir Doctiſſ. *L. Bos*, neque injuria caſtigavit Interpretem, qui, quamvis & ipſe *Budaeum* ſecutus, eo tamen modo reddiderat, ac ſi ſcriptum a *Luciano* fuiſſet, ἐπιδαψιλεύῃ παράδειγμά τι· haec enim locutio valere poteſt, *alterius dicta locupletare exemplo quodam addito, ampliusque illuſtrare.* Verum quoniam Lexicis, quae perpauca ſuppeditant, haud ſane multa *Suicerus* adſtruxit, agedum rationem & uſum verbi, apud recentiores multum celebrati, paulo dilucidius explanemus. Δαψιλής, δαψίλεια, δαψιλεύειν copiam & abundantiam ſignificant, at tamen praecipue, quae prolixa largitate ad utilitates aliorum & commoda diffundatur: δαψιλὴς τῶν δωρεῶν δόσις, *Eratoſthen.* apud *Schol. Euripid.* ad Hecub. v. 574. *Spionia dapſilis muſto; dapſili proventu fatigata vitis, Columellae.* Δαψίλεια τῇ ἐνδείᾳ, quemadmodum τῇ πενίᾳ πλοῦτος, ſaepius eſt contraria: Europam prae ceteris terrarum orbis regionibus excellere ſcribit *Agathem.* II. c. 7. tum pluribus bonis, tum πρὸς φυομένων ποικίλην δαψιλείαν· trita ſunt δαψίλεια τροφῆς, τῶν ἐπιτηδείων ἁπάντων πολλὴν ἔχειν δαψίλειαν *Diodor.* II. p. 80. D. Δαψιλεύεσθαι non tantum *adfluere, abundare*, ut *Philoni Byzantio* de Pyram. AEgypti, ἀγέλαις ἐλεφάντων ἡ Λιβύη δαψιλεύεται, pro quo pejus editur δαψιλεύσεται· ſed & paſſive, ut in Comment. ad *Ariſtot.* Eth. VI. ἐπειδὴ μὴ χρόνος αὐτοῖς ἱκανὸς δεδαψίλευται πρὸς τὸ πεῖραν εἰληφέναι τῶν καθ᾽ ἕκαστα πράξεων· nam quod Scriptor Ἀποκρ. πρὸς τοὺς Ὀρθοδ. Reſp. ad Quaeſt. 96. agendi vim addidit, τοῦ θεοῦ τοῦ καὶ τοῖς παρὰ γνώμην καλοῖς τὸν ἔπαινον δαψιλευομένου, eſt illud, modo vitio vacet, inuſitatius, neque alibi fere, quam in compoſito ἐπιδαψιλεύεσθαι, ſolet reperiri. Pecora ſolent, ſi in ubertate pabuli largiſſima verſentur, ἐνδαψιλεύεσθαι. *Heliodor.* VIII. p. 398. κόλπον πολλὴν πόαν καὶ χιλὸν ἄφθονον ἐνδαψιλεύεσθαι κτήνεσι νομὴν ἀπαυτοματίζοντα· ſed apud *Suid.* in Φιλίσκος Κερκυραῖος alia loquendi facie metrum Philicium vel Philiſcium ex eo dicitur appellatum, ἐπείπερ αὐτῷ ἐνεδαψιλεύετο, quoniam illo genere perlibenter Philiſcus Corcyraeus ac frequentius aliis utebatur. Indidem hocce noſtrum ἐπιδαψιλεύειν poteſtatis originem traxit per varios veluti rivulos divergentis: nam primum activae formae neutra virtus eſt ſubjecta: *Iſter*, *Athenaeo* teſte XIV. p. 650. B. Peloponneſum ſcripſit Apiae nomen olim habuiſſe διὰ τὸ ἐπιδαψιλεύειν ἐν αὐτῇ τὸ φυτόν· parique modo apud *Heſych.* in Συβαριτικοὶ λόγοι AEſopus refertur, quum in Italiam veniſſet, tantum ſui ſtudium excitaſſe, ὡς καὶ τὸ τῶν λόγων αὐτοῦ εἶδος ἐπιδαψιλεῦσαι καὶ Συβαριτικὸν προσαγορευθῆναι. Multo rarius eſt, ut forma media hunc in uſum veniat, quomodo *Cyrillus Hieroſol.* Catech. VI. p. 51. B. ἐπεδαψιλεύσατο ἡ πονηρία τῆς εἰδωλολατρείας· itemque contra valde infrequens, ſi activa ponatur pro *munifice largiri*; quod extra Grammaticos vix alibi reperias: vide *Suid.* in Ἐπέκλυσαν & Ἐπικλύσασα. *Heſych.* Ἐπιδαψιλεύσει, μεγαλοψυχήσει· ubi μεγαλοψυχεῖν, perinde atque in Ἐπιδαψιλευόμενος & Δαψιλέστατος, valet *ſplendidum ac liberalem eſſe*: nam μεγαλόψυχος aliquando, ut *magnanimus* Latinis, nihil aliud quam μεγαλοπρεπής, *Achill. Tat.* VI. p. 387. χρηστός τε καὶ μεγαλόψυχος τοῖς δεομένοις· & μεγαλοψυχία quam, interprete *Thoma Mag.* ἡ ἐν ταῖς μεταδόσεσιν ἕτοιμος δαψίλεια· ſicut in *Ariſtide* T. III. p. 513. D. *Liban.* T. I. p. 242. A. & in Inſcript. antiquis, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ τῆς εἰς τὴν πόλιν ἀδιαλείπτου μεγαλοψυχίας. Deinde forma verbi ἐπιδαψιλεύεσθαι media virtute ſibi propria gaudet, *luculentum ac copioſum ſive liberaliter largiendo, ſive quodlibet aliud faciendo ſe praebere.* Ita *Pollux* III, 119. vim ejus adjecto ſimilium verborum numero ſatis declarans. *Dionyſ. Halic.* Art. Rhet. p. 72. v. 27. ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἐν πολέμοις πεσόντων κἂν ἐπιδαψιλεύσαιτό τις ἐν τούτοις· *oratione copioſa luxurietur aliquis, atque ingenio fraena laxet*: paulo dilutius reddidit, *prolixius immorari*, *Syiburgius.* Tum porro ſolemni more, qualem verba media recipiunt, vim activam adipiſcitur, ſtructurae tamen, ut patebit, ductu vario diſparatam; *ſuis ex copiis & facultatibus largiter aliquid erogare, atque aliis tribuere.* Χρήματα ἐπιδαψιλεύσομαι, *Philoſtorg.* apud *Suid.* in Λεόντιος· Εἴ σοι δεῖ . . . . ὦ παῖ, κλήρου μείζονος, ὁ πατὴρ ἐγὼ σοὶ τὰ δυνατὰ προσεπιδαψιλεύσομαι *Liban.* T. I. p. 788. D. *Philo Jud.* p. 775. C. Εἰ μὲν ὁ εὐξάμενος (οἰκίαν γενέσθαι ἀνάθεμα) ἀνακομίζεσθαι προέλοιτο, ἐπιδαψιλευέσθω τὸ πέμπτον, *inſuper adjiciat & perſolvat quintam partem.* Sed minime praetereundus, quem & *Suidas* poſuit, egregius *Herodoti* locus V. c. 20. ubi Alexander Amyntae filius ad Perſas legatos jam jam dolis ejus perituros, Nihil eſt, inquit, noſtrarum rerum, quod vobis invideamus, quo minus omnibus ad vos abundantiſſime collatis fruamini: καὶ δὴ καὶ τόδε τὸ πάντων μέγιστον, τάς τε ἑωυτῶν μη-

meum. Si quis porro, mittente domino, ipſe στις, ἀπεσταλμένος τοῦ δεσπότου, ἥκῃ αὐτὸς χρυ-

μητέρας καὶ τὰς ἀδελφὰς ἐπιδαψιλευόμεθα ὑμῖν· in quibus eſt manifeſta per ſe ſignificandi virtus. Hinc alio tranſit, cunctiſque rebus, quae luculenter in aliorum utilitatem praeſtantur ac conferuntur, aptari ſolet; quod iterum ad partes vocandus, qui vel in primis hoc verbo delectatur, *Philo Jud.* confirmabit p. 712. C. ἐπιδαψιλευόμενος δὲ τὸ ἐπιεικὲς πάλιν πλουσίως αὐτῷ καὶ κατακόρως χρῆται· iiſdem paene verbis Hebraei legiſlatoris aequitatem laudaverat p. 701. D. contra ne cum Solone quidem comparari dignus eſt AEgyptius, qui fratrum ſororumque naturae adverſa connubia concedens εὐφόρησεν εἰς ἀσέλγειαν ἐπιδαψιλευόμενος δυσθεράπευτον κακὸν σώμασι καὶ ψυχαῖς ἀκρασίαν p. 779. E. & p. 18. D. τὴν ἐκ τῶν ὄντων φορὰν ἄνευ τέχνης γεωργικῆς ἐπιδαψιλεύσασθαι. Simili modo *Themiſtius* p. 223. D. ἐπιδαψιλεύσεταί μοι ὁ μουσηγέτης (Theodoſius) καὶ ἀμείνονος καιρὸν μελῳδίας· quod a *Petavio* verſum, *inſuper occaſionem ſit praebiturus:* malim; *ſed opportunam mihi melioris concentus copiam eſt largiturus. Syneſ.* Ep. LXVII. p. 214. A. καὶ ἄλλα πολλὰ προσεξεῦρεν ἐπιδαψιλευόμενος αὐτῷ πόρους· ubi veram ſententiae vim idem *Petavius* non perſpexit. *Euſeb.* de V. C. III. p. 608. Ὁ Σωτὴρ . . . . τὴν ἑαυτοῦ ἐπιφάνειαν τῷ Ἀβραὰμ ἐπιδαψιλεύσατο· quae vertentem *Valeſium* ſcripſiſſe credibile videtur, *praeſentiae ſuae copiam Abrahae fecit*, non, quod in editis fertur, *praeſtantiae.* Ad hanc rationem optime quadrat, qui genitivum, ſed hoc in caſu accuſativo parem, adjunxit *Xenophon* K. Π. II. p. 29. ἡμῖν δὲ πάντως, ἔφη, ὦ τοιοῦτοις φίλοις τούτου τοῦ ὀλίγου ἀξίου γέλωτος ἐπιδαψιλεύσῃ· ubi pro *liberaliter & copioſe fundes* puriſſimum Scriptorem uſurpaſſe bene notat *Budaeus*, atque adeo tantundem eſſe, ac ſi diceret, *praelarge nobis ridendi materiam praebebis.* Pari ſtructura non infrequens *Xenophontis* imitator *Baſilius* Hom. X. p. 85. E. ſi contumelioſis dictis inceſſare, aliorum inſaniam exercendae tuae virtutis occaſionem duces, ὥστε, ἂν ἐμοὶ πείθῃ, καὶ ἐπιδαψιλεύσῃ τῶν ὕβρεων· quod quomodo ſit capiendum, non melius diſcere licet, quam ex ſubjectis exemplis; quorum hoc eſt primum: ἄφωνόν σε εἶπεν καὶ ἄδοξον καὶ μηδένα μηδαμόθεν, σὺ δὲ γῆν εἰπὲ καὶ σποδὸν σεαυτόν, ſic ut objectum opprobrium non tantum fatearis, ſed majus etiam cumulatiusque tibi convenire libenter agnoſcas. Singulari modo, cujus tamen intellectus ſit facilis, adhibuit *Origen.* in Celſ. IV. p. 229. non prorſus abhorret, ut phoenicis hiſtoria ſit vera, ἐπιδαψιλευσαμένης τῆς θείας προνοίας καὶ ἐν ταῖς διαφοραῖς τῶν ζώων παραστῆσαι τοῖς ἀνθρώποις τὸ ποικίλον τῆς τῶν ἐν τῷ κόσμῳ κατασκευῆς. Diverſi generis accuſativus adjungitur a *Joſepho* A. J. XIX, 7. §. 5. Agrippa ἐπιδαψιλεύσατο αὐτῶν (theatri, balneorum &c. Beryti) τὴν καθιέρωσιν μεγαλοπρεπῶς· *profuſa liberalitate inſtruxit ornavitque eorum dedicationem:* niſi forte malis locutionem in hanc partem accipere; *magnifica liberalitate ſumtus dedicationis de ſuo ſuppeditavit.* Solet aliquando caſu diſſimulato poni; quemadmodum apud *Noſtrum* ὑπὲρ Εἰκ. c. XIV. tu, Luciane, ceteroquin ad laudes ingerendas nequaquam promtus, nunc οὐκ οἶδ᾽ ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν μεταβολὴν ἐπιδαψιλευόμενος· niſi ſede mutata, tametſi res eodem redeat, paulo poſt ἀναπέφηνας ſubſequi jubeas καὶ ἐπιδαψιλευόμενος· quod, ubi eo nos operis ordo deduxerit, conſiderandum veniet. *Plutarch.* de Muſ. p. 1145. E. Soterichus ὅσα καὶ πρὸς θεωρίαν . . . . συντείνει διδάσκων ἡμᾶς ἐπιδαψιλεύσασθαι. *Philo Jud.* p. 711. C. Moſes προδιαλαξάμενος (non προσδιατ.) ἐπιδαψιλεύεται φάσκων· Interpres: *inſuper addit.* Hic ergo loquendi modus quam fuerit, praeſertim recentioribus, familiaris, jam ſatis ſuperque conſtat: verum rarius occurrit, quem *Noſter* uſurpat, additus huic verbo caſus tertius: quo magis dignum puto, qui animadvertatur, de Andronico homine perditiſſimo *Syneſii* locum Ep. LXXII. Eum ab eccleſia ſegregaverat Syneſius flagitiis inſignem: mox deinde, vinci ſe paſſus aliorum precibus, hac conditione iterum admiſit, ut datam melioris frugis fidem re ipſa repraeſentaret, peccatorumque labem vera poenitudine vitaque ſanctiore aboleret: ἔδοξε ταῦτα, inquit, καὶ πεῖραν αὐτός τε ἔφη δώσειν καὶ ἡμᾶς λήψεσθαι· δέδωκε καὶ εἰλήφαμεν· ἐπιδαψιλεύσατο ταῖς ὑποθέσεσι τῆς ἀποκηρύξεως. Haec poſtrema quum *Suidas* tacito Scriptoris nomine protuliſſet, neque unde ſumta forent compertum eſſet, fieri non potuit, quin verſio Latina fingeretur prorſus a recto ſenſu diſſidens: ad exponendum autem uſus eſt eadem formula, κατακόρως ἐχρήσατο, quam iſti verbo ſupra junxiſſe vidimus *Philonem*; quae poteſtas licet pluribus in locis commode reſpondeat, hic tamen verior eſt *Budaei* explicatio, *corollarium etiam & auctarium addidit his ſceleribus, ob quae ejectus fuerat eccleſia:* a qua ratione nec *Petavius* diſcedit: eam quidem *Syneſio* fuiſſe mentem exinde clare conficitur, quod ſcelera mox enumeret graviora, quibus quum ante vacaſſet Andronicus nunc ſemet illigaverat: atque adeo paene par eſt illud *Firmi* de propudioſa muliercula Ep. XLI. οὐδεμίαν ἔλιπεν μοχθηρίας ὑπερβολὴν εἰς τὸ προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ᾽ ἁμαρτίαις. Obſcurior eſt non ipſo ſenſu, qui ſatis expeditus, ſed ambigua Grammaticae proprietatis facie loquendi ratio apud *Euſeb.* H. E. III. c. 23. Menander Simonis magi ſucceſſor εἰς ἄκρον τῆς γοητείας οὐκ ἔλαττον τοῦ διδασκάλου προελθὼν μείζοσιν ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίαις· magnus *Valeſius* eum in modum Latine convertit, ut vim huic verbo non mediam ſe tribui velle, ſed paſſivam oſtendat: *pluribus adhuc & abſurdioribus figmentis exuberavit;* tanquam ſi recte dici putaſſet ἐπιδαψιλεύεσθαι πλούτῳ, τιμαῖς, *abundare divitiis, honoribus*, ac ſimilia; quale genus ego quidem nullis adhucdum exemplis munitum reperi. Idcirco potius dederim: *ſupra magiſtrum ſe profudit in opiniones portentoſiores:* diverſa nonnihil ratio foret, ſi legeretur, μειζόνως ἐπιδαψιλεύεται τερατολογίαις, *magis auget cumulatque impii doctoris abſurda portenta. Gregor. Nyſſen.* T. II. p. 35. B. ἀψευδὴς γὰρ ὁ ἐπαγγειλάμενος, ὑπὲρ τὴν αἴτησιν ἐπιδαψιλευόμενος (multum enim abeſt, ut ex ἐπιδαψιλούμενος, quod depravatum editur, cum *Suicero* verbum plane inuſitatum conſtituam ἐπιδαψιλοῦσθαι)

χρυσὸν ἢ ἄργυρον κομίζων, τίνι τὴν χάριν ἰστέον, ἢ τίνα εὐεργέτην ἀναγραπτέον; MIN. τὸν πέμψαντα, ὦ Σώστρατε· διάκονος γὰρ ὁ κομίσας ἦν.

ΣΩΣ. Οὐκοῦν ὁρᾷς, πῶς ἄδικα [a] ποιεῖς κολάζων ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους, ὧν ἡ Κλωθὼ προσέταττε, καὶ τούτους τιμῶν τοὺς διακονησαμένους ἀλλοτρίοις ἀγαθοῖς; οὐ γὰρ δὴ ἐκεῖνο εἰπεῖν ἔχοι τις ἄν, ὡς ἀντιλέγειν δυνατὸν ἦν τοῖς μετὰ πάσης ἀνάγκης προστεταγμένοις. MIN. ὦ Σώστρατε, πολλὰ ἴδοις ἂν καὶ ἄλλα οὐ κατὰ λόγον γινόμενα, εἰ ἀκριβῶς ἐξετάζοις. πλὴν ἀλλὰ σὺ τοῦτο ἀπολαύσεις τῆς ἐπερωτήσεως, διότι οὐ λῃστὴς μόνον, ἀλλὰ καὶ σοφιστής τις εἶναι δοκεῖς. ἀπόλυσον αὐτόν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ μηκέτι κολαζέσθω. ὅρα δὲ μὴ καὶ τοὺς ἄλλους νεκροὺς ἐρωτᾷν τὰ ὅμοια διδάξῃς.

veniat aurum argentumve apportans, utri gratiæ habendæ, beneficiumque acceptum erit ferendum? MIN. Mittenti, Soſtrate; quippe miniſter tantum erat, qui portavit.

3. SOST. Non tu jam vides, quam injuſta facias, qui nos ad ſupplicium condemnes miniſtros eorum, quæ Clotho imperabat, illos contra præmiis & honore adficias, qui adminiſtrarunt aliena bona? illud enimvero dicere quis nequeat, reſiſti potuiſſe rebus, quæ ſumma cum neceſſitate imperabantur. MIN. Soſtrate, multa videas alia non ex ratione fieri, ſi rem accurate explores. Verum tu quidem eum propoſitæ quæſtionis fructum feres, ut non latro ſolum, ſed & ſophiſta videare. Solve illum, Mercuri; pœnaque liber eſto. At cave, ne alios quoque mortuos ſimiles interrogatiunculas proponere doceas.

[a] Ποιεῖς] Ποιῶν φανῇ, εἰ κολάσεις μὲν ἡμᾶς ὑ. γ. ὧν ἡ Κ. π. τιμήσεις δὲ τούτους τοὺς δ. B. Quae talia ſunt ut Lucianum auctorem habuiſſe non difficulter credas.

λεῖσθαι) τῇ μεγαλοδωρεᾷ τῶν χαρισμάτων *qui promiſit Deus mentiri neſcit, & ſupra quam petas largius exaggerat donorum gratioſe tributorum ubertatem.* Ex his intelligi ſatis poteſt, ſive ſententiam *Luciani*, ſeu phraſin ſpectes, parum omnino intereſſe, utrum accipias, *Bene vero factum, Minos, quod exemplo producto largius aliquid adcumules atque admetiaris*; an, *quod in exemplo propoſito uberius illuſtrando impenſius etiam, atque ipſe fecerim, verſeris.* Utrovis modo ingenio Graeci ſermonis aeque fuerit ſatisfactum. *T.H.*

10. Ποιεῖς κολάζων] Longe aliter Mſ. qui ſic habet: ποιῶν φανῇ εἰ κολάσεις μὲν ἡμᾶς ὑπηρέτας γενομένους ὧν ἡ Κλωθὼ προσέταττε, τιμήσεις δὲ τούτους. Cur potius hanc Parcam quam aliam nominet, ratio eſt, quia Μοῖραι alio nomine Κλωθοί. *J.B.*

20. Δοκεῖς] Hoc ſi retineas, ut tempora melius inter ſe congruant, ſcribendum erit ἀπολαύεις· ſin ἀπολαύσεις placuerit, δοκεῖς itidem migrare juſſerim in futurum δόξεις. *T.H.*

Menippus, ſive, Oraculum Mortuorum conſultum.

Μένιππος ἢ [a] Νεκυομαντεία.

MENIPPUS ET PHILONIDES.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ ΚΑΙ ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ.

MEN.

1. SAlve domus, ædisque veſtibulum meæ: ut te lubens adſpexi luci redditus. PHIL. Nonne hic Menippus eſt ille canis? non hercle alius, niſi hallucinor: plane

MEN.

1 Ὦ χαῖρε μέλαθρον πρόπυλά θ' ἑστίας ἐμῆς·
Ὡς ἀσμενός σ' ἐσεῖδον ἐς φάος μολών.
ΦΙΛ. Οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὐμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Με-

a Νεκυομαντεία] Sic *Fl.* In reliquis Νεκυομαντία, quas cauſa non erat, cur ſequeremur, licet in *Heſychio* idem ſcribendi vitium reperiatur. Semper apud *Thom. Mag.* Νεκυομαντεία in Ἀκεστής· Διαβόντος· Κάθοδος.

NEKYOMANTIA] De hoc opuſculo addubito. Certe ſi genuinum ſit, a juniore *Luciano* ſcriptum eſſe multa arguunt critico illo naſo non ſatis digna. Ut enim demus non fugiſſe eum in Dialogis Mortuorum jam ſaepius dicta repetere, cum ad damnatos in inferis ventum eſt, *publicanos* inter eos recenſeri audies, audies *igne torreri* quosdam; *reges ſtipem colligentes*, aut viliſſima quaeque praeſtantes miniſteria; & alia ſcurrae faceto & eleganti *Luciano* non ſatis convenientia. Ab aliquo ſcriptum puto, qui *Lucianum* legerat. Scripſerat Menippus inter alia Νεκυίαν· *Diogen. Laert.* p. 162. D. Vide an hanc malis *Menippi* quam *Luciani* opus eſſe. Quanquam haec ficta, ſciendum tamen fuiſſe iis temporibus, qui magiae ſerio dabant operam. Vid. *Tacit.* Ann. II, 27. *M. du S.*

1. Ὦ χαῖρε...] Ex tragoediae, puto, Euripidis initio: ἐν τῷ Ἡρακλέους δράματι. *G.*

Ὦ χαῖρε] Euripides in Herc. Fur. v. 523. Χαῖρ' ὦ μέλαθρον. *J. Br.*

Χαῖρε] Hoc omne principium ex *Euripide* & *Homero*, ut ipſe ait fine hujus paginæ. Jambi ex *Eurip.* Hecuba. *J. B.*

2. Ἐς φάος] *Ad lucem, ad ſuperos.* *J. Br.*

3. Ὁ κύων] Cynicus. *J. Br.*

4. Εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους] Philonidae verba ſunt corruptiſſima: οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὐμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω Μενίππους ὅλους. Vertit *Thomas Morus*: *Num nam hic Menippus eſt, canis ille? Non hercle alius, niſi ego forte ad Menippos omnes hallucinor.* Interpolator autem Salmurienſis: *Nonne hic Menippus canis eſt ille? non hercle alius, niſi hallucinor omnes pro Menippis accipiens.* Sed quis Graece doctus intelligat, quid ſit παραβλέπειν Μενίππους ὅλους, aut qui ſuſtineat affirmare, id ſignificare haec verba, quod volunt interpretes? *Luciani* manus eſt: Οὐ Μένιππος οὗτός ἐστιν ὁ κύων; οὐμενουν ἄλλος, εἰ μὴ ἐγὼ παραβλέπω. Μένιππος ὅλος. *Nonne hic Menippus eſt ille canis? non hercle alius, niſi male video. Menippus ipſe eſt.* Μένιππος ὅλος eſt idiotiſmus Atticus, quo uſus etiam eſt in dialogo Diogenis & Herculis: οὐχ Ἡρακλῆς οὗτός ἐστιν; οὐμενουν ἄλλος, μὰ τὸν Ἡρακλέα· τὸ τόξον, τὸ ῥόπαλον, ἡ λεοντῆ, τὸ μέγεθος· ὅλος Ἡρακλῆς ἐστιν· *An non Hercules hic eſt? non alius mehercule. Arcus, clava, leonina, magna ſtatura. Ipſe Hercules eſt.* *J. G. G.*

Παραβλέπω Μεν. ὅλους] Graece dicitur παραβλέπειν Μενίππους ὅλους, ut λημᾷν ὅλας κολοκύνθας, *totas cucurbitas lippire*; eſtque *hallucinari in toto Menippo.* Opponitur ejusmodi hallucinatio viſus in re magna & craſſa errori in re parva, qui facile poteſt irrepere in judicia noſtra. Itaque nihil mutandum; neque ad rem facit exemplum a *Graevio* allatum, quod diſſimile eſt: memorantur enim in eo partes habitus Herculis, clava, leonina, ſtatura: hic vero nulla enumeratio partium. Quin & ornatus Menippi diverſus deſcribitur ab eo, qui ſolebat eſſe. *J. C.*

Παραβλέπω Μεν. ὅλους] *D. Heinſius* ad *Horat.* I. Sat. III, 25. quum recte monuiſſet ibi pro *pervideas* legendum eſſe, *praevideas*, addit: *Praevidere* eſt *praetervidere*, παρορᾷν, ut παραβλέπειν Luciano: ὅλους Μενίππους παραβλέπειν· *cum mala tua praevideas*, id eſt, *in videndis iis coecutias.* Ergo nihil *Heinſio* fuit in vulgata lectione duri: mihi ſecus videtur, qui optimo *Graevio* lubens accedo: nam nihil eſt eo exemplo alienius, quod firmandae loquendi formulae gratia produxit *Clericus.* Non animadverſa fuit in παραβλέπειν duplex ſignificandi virtus; una *praevidendi*, *praetervidendi*, quomodo caſum quartum adſciſcit; ut in illo poëtae veteris dicto, τ' ἀλλότριον ὀξυδερκεῖν, τὸ ἴδιον παραβλέπειν· atque inde *ſpernendi*; πάντα τὸν ὄγκον δυναστείας ἐκείνης ἀντ' οὐδενὸς παραβλέποντος *Gregor. Nyſſ.* T. II. p. 314. A. altera *male videndi*, *videndo aberrandi*, quae hujus eſt loci, accuſativique ſtructuram reſpuit: ſic in *Gloſſis Allucinor* & *Hallucinor* eſt παραβλέπω. *T. H.*

5. Μέ-

Μενίππους ὅλους. [a] τί δ' αὐτῷ βούλεται τὸ ἀλλόκοτον τοῦ σχήματος, πῖλος, καὶ λύρα, καὶ [b] λεοντῆ; προσιτέον δὲ ὅμως αὐτῷ. χαῖρε, ὦ Μένιππε, καὶ πόθεν ἡμῖν [c] ἀφῖξαι; πολὺν γὰρ χρόνον οὐ πέφηνας ἐν τῇ πόλει.

MEN. Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα, καὶ σκότου πύλας
Λιπὼν, ἵν' ᾅδης χωρὶς ᾤκισται θεῶν.

ΦΙΛ. Ἡράκλεις, ἐλελήθει Μένιππος ἡμᾶς ἀποθανών· κᾆτ' ἐξ ὑπαρχῆς ἀναβεβίωκεν;

MEN. Οὐκ, ἀλλ' ἔτ' [d] ἔμπνουν ἀΐδης μ' ἐδέξατο.

ΦΙΛ. Τίς δ' ἡ αἰτία σοι τῆς καινῆς καὶ παραδόξου ταύτης ἀποδημίας;

MEN. Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος [e] τοῦ νοῦ πλέον.

ΦΙΛ. Παῦσαι, μακάριε, τραγῳδῶν, καὶ λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων. τίς ἡ στολή; τί σοι τῆς κάτω πορείας ἐδέησεν; ἄλλως γὰρ οὐκ ἡδεῖά τις, οὐδὲ ἀσπάσιος ἡ ὁδός.

Menippus ipſe eſt. Quid autem ipſi vult inſolens habitus, pileus, lyra, leonina pellis? quippe adeundum eſt ad illum. Salve Menippe: & unde tu nobis adveniſti? jam enim multo abhinc tempore non viſus es in urbe. MEN. Venio mortuorum receſſu, caliginisque infernæ portis relictis, ubi Orcus procul a Diis ſedem nactus eſt. PHIL. Hercules tuam fidem: nobis ignaris mortem Menippus obierat; tumque denuo rediit in vitam? MEN. Non: ſed etiam me ſpirantem inferna regio recepit. PHIL. At quæ cauſa tibi fuit novæ & fidem ſuperantis hujus peregrinationis? MEN. Juventus me impulit, atque audacia magis quam prudens mentis conſilium. PHIL. Deſine, vir bone, tragicos numeros recitare, & dic ita ſimpliciter pedeſtri ſermone, ubi deſcenderis a jambis, quis ille ſit ornatus? quid tibi itinere ad inferos ſuſcipiendo opus fuerit? eſt enim alioquin haud jucunda, neque expetenda via. MEN.

a Τί δ' αὐτῷ] Τί οὖν α. P. *J.* & margo *A1W.* *b* Λεοντῆ] Λεοντὴ F. *A1.* *J.* pro more veterum Edd. Eadem alibi variatio. *c* Ἀφῖξαι] Ἀφίξαι F. ἀφῖξε *J.* verum recte ἀφῖξαι *A1.* quod reliquae ſecutae. *d* Ἔμπνουν] Ζῶντα P. Margo *A1W.* Eſt interpretatio genuinae vocis. *e* Τοῦ νοῦ] Ita G. P. L. *J. V2.* In ceteris Edd. τοῦ νέου, niſi quod in *P. Bourdelotius* dederit τι νέου. Pro θράσος *Stobaeus* habet σθένος.

5. Μενίππους ὅλους] *Omnes Menippos.* *J. Br.*

6. Πῖλος] Perperam vertitur *clava*, cum verti debeat *pileus*: nam quia Ulyſſes, Hercules & Orpheus ad inferos deſcenderant, dat Menippo *pileum*, ut Ulyſſem, *leonis exuvias*, ut Herculem, & *lyram*, ut Orphea referret: id quod recte obſervavit *Alb. Ruben.* de Re Veſt. lib. II. c. 15. *L. B.*

Πῖλος] Hic & infra ridicule Interpres *clavam* vertit, quod nunquam vox Graeca ſignificavit. Peccaſſe videtur, quia exiſtimavit ornatum Menippi per omnia Herculeo ſimilem eſſe oportere. Atqui hic ornatus deſumtus erat a tribus heroïbus, qui in inferos deſcenderunt. Herculem referebat pellis leonina, Orpheum lyra, Ulyſſem vero πῖλος, hoc eſt, pileus, ſeu petaſus, quali utebantur viatores, & quali proinde uſus credebatur Ulyſſes, qui tot itinera fecerat. Vide infra c. VIII. *J. C.*

Πῖλος] V. c. 8. ubi cur iſta geſtaret, narrat. *M. du S.*

10. Ἥκω νεκρῶν κευθμ.] *Euripides* in Hecuba v. 1. *J. Br.*

Ἥκω νεκρῶν κευθμῶνα] Hos verſus ſic tranſtulit *Ennius*:

Adſum atque advenio Acherunte vix, via alta atque ardua
Per ſpeluncas ſaxeis ſtructas aſpereis pendentibus
Maxumeis, ubi rigida conſtat caligo inferum.

J. B.

Ἥκω] Hecubae *Euripidis* initium, quod parodia riſit *Ariſtophanes* in Fragm. apud *Athen.* p. 112. E. *Ennii* verſionem exhibet *Cicer.* Tuſcul. I, 16. *M. du S.*

14. Οὐκ ἀλλ'...] Ex *Euripide* iterum; ſed locus aut periit, aut me fugit. *M. du S.*

Ibid. Ἀΐδης μ' ἐδέξατο] Ipſius *Euripidis* verſiculus: & is quoque, καὶ θράσος τοῦ νέου (τῆς νεότητος) πλέον. *J. Br.*

Ἀΐδης] Scribendum videtur Ἀϊδωνεὺς, ut ſtet ſenarius. *F. G.*

17. Νεότης ... τοῦ νέου] Et hic ſenarius eſt: τὸ νοῦ poſtulat ſenarius & ſententia praeterea. *F. G.*

Νεότης] Fragmentum Andromedae *Euripidis* p. 451. v. 23. *M. du S.*

Ibid. Τοῦ νέου πλέον] Καὶ θράσος τοῦ νόου πλέον. *Th. M.*

Τοῦ Νέου] In hoc verſu *Tragici*:

Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νέου πλέον.

lege

MEN. Amicorum ſuaviſſime, negotium me neceſſarium deduxit ad Orci domos, umbram ut conſulerem Thebani Tireſiæ. PHIL. At tu plane deliras: aliter enim non ita modulatos verſus occentares hominibus amicis. MEN. Ne mirere, mi ſodalis: nuper enim Euripidem & Homerum quum convenerim, neſcio quo pacto repletus ſum verſibus, & ſponte ſua mihi numeri in os veniunt.

2. Verum dic mihi, [ut ſe res in terris habeant, & quid faciant in urbe? PHIL. Nihil quidem novi, ſed perinde atque antehac rapiunt, pejerant, ſordide fœnerantur, uſuras extendunt. MEN. Miſeros atque infelices; ignorant enim, qualia nuper admodum ſancita ſint apud inferos, & qualia ſint perlata cunctis ſuffragiis ſcita adverſus divites, quæ ſane per Cerberum nullis machinis effugere licebit. PHIL. Quid ais? novumne aliquod factum eſt ab inferis decretum de ſuperis, qui hic ſunt. MEN. Per Jovem ſane multa: verum fas non eſt illa efferre ad omnes, neque ar-

MEN. Ὦ φιλότης, χρειώ με κατήγαγεν εἰς αἴδαο,
Ψυχῇ χρησόμενον Θηβαίου Τειρεσίαο.

ΦΙΛ. Οὗτος, [f] ἀλλ' ἢ παραπαίεις· οὐ γὰρ ἂν οὕτως ἐμμέτρως ἐρραψῴδεις πρὸς ἄνδρας φίλους. MEN. μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε· νεωστὶ γὰρ Εὐριπίδῃ καὶ Ὁμήρῳ συγγενόμενος, οὐκ οἶδ' ὅπως ἀνεπλήσθην τῶν ἐπῶν, καὶ αὐτόματά μοι τὰ μέτρα ἐπὶ τὸ στόμα ἔρχεται.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, πῶς τὰ ὑπὲρ γῆς ἔχει, καὶ τί ποιοῦσιν ἐν τῇ πόλει; ΦΙΛ. Καινὸν οὐδὲν, ἀλλ' οἷα καὶ πρὸ τοῦ, ἁρπάζουσιν, ἐπιορκοῦσι, τοκογλυφοῦσιν, ὀβολοστατοῦσιν. MEN. Ἄθλιοι, καὶ κακοδαίμονες· οὐ γὰρ ἴσασιν οἷα ἔναγχος κεκύρωται παρὰ τοῖς κάτω, καὶ οἷα κεχειροτόνηται τὰ ψηφίσματα κατὰ τῶν πλουσίων, ἃ, μὰ τὸν Κέρβερον, οὐδεμία μηχανὴ [g] τοῦ διαφυγεῖν αὐτούς. ΦΙΛ. Τί φής; δέδοκταί τι νεώτερον τοῖς κάτω περὶ τῶν ἐνθάδε; MEN. Νὴ Δία καὶ πολλά. ἀλλ' οὐ θέμις ἐκφέρειν αὐτὰ πρὸς ἅπαντας, οὐδὲ τὰ ἀπορ-

f Ἀλλ' ἢ] Ἀλλ' ἦ L. *J.* Margo *A1W.* ἄλλως P. g Τοῦ] Τὸ P. Margo *A1W.* Modo οὐδὲ μία F. ut fieri ſaepe ſolet in primis Edd.

lege ex Mſ. Νεότης μ' ἐπῆρε, καὶ θράσος τοῦ νοῦ πλέον.

Novitas rei me incitavit, & audacia animæ magis. *J.G.G.*

Τοῦ νοῦ] Sic omnino legendum cum Ed. *J.* & Mſſ. Gr. P. L. Alii omnes Codd. mendoſe aut τοῦ νέου, aut τοῦ νεοῦ. Repudiavimus autem θράσον Mſ. Gr. ut mendoſum manifeſte. Recte legitur apud *Grot.* Flor. 201. AB. *M. du S.*

19. Κατ. ἀπὸ τῶν ἰαμβείων] Quos in ſcena proferentes hiſtriones altioribus cothurnis incedunt. *J. Br.*

Καταβὰς ἀπὸ τῶν ἰαμβείων] *Apul.* Metam. I. p. 7. *Oro te, inquam, aulaeum tragicum dimoveto, & ſiparium ſcenicum complicato, & cedo verbis communibus:* ibi *Pricaeus* hunc locum, & plura ſententiae ſimilis adnotavit. Recte vero jubet καταβαίνειν ἀπὸ τῶν ἰαμβείων, quem ſublimiore velut jamborum curru vectum deſcendere vult ad orationem pedeſtrem, atque adeo tanquam pedibus incedentem familiari more colloqui: verſus autem quaſi vehiculum aliquod orationis ſpectari obſervavimus ad p. 32. Interpunctione, quae cunctis in Edd. poſt ἰαμβείων invenitur, ſublata jungere licet haud incommode, λέγε οὑτωσί πως ἁπλῶς τίς ἡ στολή; *T. H.*

23. Χρειώ με κ.] *Homerus* Od. Λ, 163. *J. Br.*

Χρειώ] Monuit etiam *Hartung.* Theſ. Crit. T. II. p. 698. *T. H.*

26. Ἀλλ' ἢ] Hoc accentu, qui plerarumque eſt Edd. ſervato ſenſus erit oratione directa, *At tu profecto deliras:* verum ſi cum Juntina circumflectas ἀλλ' ἦ, interrogationem dabit, *Heus tu, num deliras?* In his alibi quoque variatum; ut in principio Gorgiae Platonici, Ἀλλ' ἦ, τὸ λεγόμενον, κατόπιν ἑορτῆς ἥκομεν; *Suidas* agnoſcit ἀλλ' ἦ, accipitque pro ἀλλ' ἄρα, vel ſimplici ἄρα, ſicuti monuit *H. Stephan.* Th. G. L. T. I. p. 337. F. *T. H.*

35. Ὀβολοστατοῦσι] Hoc eſt, δανείζουσι. Imitatus eſt Auctor Comicum, qui hoc verbo ita uſus eſt in Nub. v. 1154. ubi *Schol.* exponit per δανείζειν, & ὀβολοστάτης per δανειστής. *L. B.*

Scholiaſtes ille *Biſetus* eſt, qui *Suidam* deſcripſit. *T. H.*

Ὀβολοστατοῦσι] Vide *Heſych.* & *Etymol. M.* *A. V.*

37. Παρὰ τοῖς κάτω] *A manibus:* infra eſt in pſephiſmate, δέδοκται τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ. *J. Br.*

ἀπόῤῥητα ἐξαγορεύειν, μὴ καί τις ἡμᾶς [a] γράψεται γραφὴν ἀσεβείας ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος. ΦΙΛ. Μηδαμῶς, ὦ Μένιππε, πρὸς τοῦ Διὸς, μὴ φθονήσῃς τῶν λόγων φίλῳ ἀνδρί. πρὸς γὰρ εἰδότα σιωπᾷν ἐρεῖς· τάτ᾽ ἄλλα καὶ πρὸς [b] μεμυημένον. MEN. Χαλεπὸν μὲν ἐπιτάττεις τοὐπίταγμα, καὶ οὐ πάντη ἀσφαλές· πλὴν ἀλλὰ σοῦγε ἕνεκα τολμητέον. ἔδοξε δὴ τοὺς πλουσίους τούτους, καὶ πολυχρημάτους, καὶ τὸ χρυσίον κατάκλειστον, ὥσπερ τὴν Δανάην, φυλάττοντας. ΦΙΛ. Μὴ πρότερον εἴπῃς, ὦ ᾽γαθὲ, τὰ δεδογμένα, πρὶν ἐκεῖνα διελθεῖν, ἃ μάλιστ᾽ ἂν ἡδέως ἀκούσαιμί σου, ἥτις αἰτία σοι τῆς καθόδου ἐγένετο, τίς δὲ ὁ τῆς πορείας ἡγεμών· εἶθ᾽ ἑξῆς ἅτε εἶδες, ἅτε ἤκουσας παρ᾽ αὐτοῖς. εἰκὸς γὰρ δὴ φιλόκαλον ὄντα σε μηδὲν τῶν ἀξίων θέας ἢ ἀκοῆς παραλιπεῖν.

MEN. Ὑπουργητέον καὶ ταῦτά σοι. τί γὰρ ἂν καὶ πάθοι τις, ὁπότε φίλος ἀνὴρ βιάζοιτο; καὶ δὴ πρῶτά σοι δίειμι τὴν γνώμην τὴν ἐμὴν, καὶ ὅθεν [c] ὡρμήθην πρὸς τὴν κατάβασιν. ἐγὼ γὰρ, ἄχρι μὲν ἐν παισὶν ἦν, ἀκούων Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου πολέμους, καὶ στάσεις δη-

3. Ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ] Qui ſecundo flumine deferebantur, eos recte dixit Scriptor noſter ὑποφέρεσθαι ἐν τῷ ποταμῷ, neque ad loquendi formulam infra Babylonem fuerit iſte lacus, an ſupra, quicquam refert, modo Euphratis in paludes diſtracti rivulus aliquis eo permeavit. Mihi tamen non facile quis perſuadebit, eum hic lacum ſignificari, quem deſcripſit *Herodot.* I. c. 185. 186. multi lacus erant paludesque non in Babylonia ſolum, ſed prope ipſam Babylonem, in quas crebris alveis ac perfoſſionibus diductus fluvius illabebatur: eaque opportunitate aquae derivandae, prout ad agrorum foecunditatem commodum erat, ipſi utebantur agricolae Aſſyrii, teſte *Libanio* Or. X. p. 314. A. οἱ δὲ περὶ αὐτὸν γεωργοὶ διώρυχας ἔνθεν καὶ ἔνθεν κατατεμνόντες, ὥσπερ Αἰγύπτιοι τῷ Νείλῳ, χρῶνται καὶ οὗτοι τῷ ποταμῷ. Illas paludes fuiſſe navigabiles oſtendit Alexander, qui, ubi ab inſpecto Pallacopa redierat, ἀνέπλει, ut *Arrianus* ait Ἀ. Ἀ. VII. p. 304. αὖθις κατὰ τὰ ἕλη θαῤῥῶν ἐν ἀριστερᾷ ἔχων τὴν Βαβυλῶνα· & mox idem docet, vulgo ferri τῶν βασιλέων τῶν Ἀσσυρίων τοὺς τάφους ἐν ταῖς λίμναις τε εἶναι τοὺς πολλοὺς καὶ ἐν τοῖς ἕλεσι δεδομημένους. *Diodorus*, qui tamen alios auctores ſecutus in hac hiſtoria narranda parumper ab *Arriano* differt, τὴν περὶ τὴν Βαβυλωνίαν λίμνην appellat, niſi potius, me non invito, ſcribi placeat περὶ τὴν Βαβυλῶνα· quem lacum quum viſendi cauſa intraſſet, errore pericoloſo jactatus Alexander vix quarto demum die ſalvus evaſit: unde non obſcure colligitur, in quantum ſpatium porrecta fuerint haec ſtagna paludoſa, ubi tam grave diſcrimen ab itineris ignaris adiri poterat. Quod autem Noſter λίμνην ponit, εἰς ἣν ὁ Εὐφράτης ἀφανίζεται, paulo laxius eſt accipiendum, eumque fere in modum, quo *Plinius* ſcribit H. N. V, 26. Euphratem *dexteriore alveo Babylonem, quondam Chaldaeae caput, petere, mediamque permeantem, item quam Otrin* (*Opin* legendum puto) *vocant, diſtrahi in paludes.* Neque aliter intelligendus eſt aetate ſua non ineptus poeta *Mar. Victor* lib. I. Geneſ. *Juſtior Euphrates, diti qui gurgite largus Irrigat arentes ſubjectae Perſidis agros Mollibus elicitus rivis, atque omnibus aeque Servit, & humanos totum ſe praebet in uſus: Donec ſiccus aquis nomen quoque prodigus ipſum Conſumat terris, pelagi quod debuit undis*: haud enim arbitror de Pallacopa *Victorem* cogitaſſe, in quem amiſſo nomine Euphrates receptus deſinit ἐπὶ τὰ ἕλη καὶ τὰς λίμνας τὰς πρὸ τῆς Ἀραβίας, ut refert *Strabo* XVI. p. 1076. A. & plenius *Arrianus* illo vexatiſſimo loco lib. VII. c. 21. Sic etiam in *Dione Xiphilini* LXVIII. p. 784. τὸ ῥεῦμα τὸ τοῦ Εὐφράτου πᾶν ἐς θ' ἕλος ἐκπίπτει, καὶ ἐκεῖθεν πως τῷ Τίγριδι συμμίγνυται. Tigris etenim & Euphrates pluribus alveis arte factis inter ſe committebantur, per quorum unum aliquem, ut credi par eſt, Menippum Mithrobarzanes ἐπὶ τὸν Τίγρητα ποταμὸν deduxit: nam inter utrumque flumen quod interjectum erat ſpatium pedibus emenſos fuiſſe fidem non habet. *Arrian.* Ἀ. Ἀ. VII. p. 282. ὁ μὲν Τίγρης . . . διώρυχάς τε πολλὰς ἐκ τοῦ Εὐφράτου ἐς αὐτὸν δέχεται· *Johann. Malelas* in Julian. p. 19. meminit τῆς μεγάλης διώρυγος τοῦ Εὐφράτου τῆς μισγούσης τῷ Τίγρητι ποταμῷ· καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγρητα ποταμὸν, ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ, καὶ ἀποτελοῦσι λίμνην μεγάλην· quanquam de hoc alveo in Tigrim pervadente rem diverſa paulum ratione *Libanius* & *Marcellinus* exponant: ad *Ammian.* XXIV. c. 6. vide *Henr. Valeſium.* Iſta, ne Scriptori noſtro nulla lux adfunderetur, fuerunt obſervanda: ceterum in hoc negotio veterum deſcriptiones non minus, quam ipſi fluviorum nobiliſſimi circa Babylonem canales divergunt; cujus equidem diſſenſionis praecipuam eſſe cauſam ſtatuo, quod pro temporum ratione regumque vel praefectorum diligentia alii atque alii nunc aperti fuerint alvei, nunc iterum ſive de induſtria ſive aggeſto temere limo obruti & expleti. Quam ob rem, niſi curſum fluminis per varias aetates mirifice mutatum diſtinguas, vix in concordiam redigere licebit pugnantes, ut prima quidem fronte videntur, antiquorum opiniones. Interea *Cellarius* eſt adeundus G. A. III. c. 16. Sect. 1. *T. H.*

4. Λίμνην] De artificioſo hoc lacu lege *Herodot.* I. p. 47. Sed obſervandum erraſſe hic hujus Dialogi ſcriptorem, cum lacum hunc infra Babylonem ponit his verbis, ὑπεφερόμεθα ἐν τῷ ποταμῷ. Conſtat enim ex *Herodoto* ſupra urbem fuiſſe. *M. du S.*

8. Βόθρον ὠρυξάμεθα] Notus fodiendae ſcrobis ritus in ſacris infernis: ſed *Homerum* ipſa phraſi imitatur: vide Od. K, 517. Λ, 25. plura collegit *De la Cerda* ad *Virgil.* AEn. VI, 243. qui per errorem *Euſebio* adverſus Hieroclem tribuit, quod *Philoſtrati* eſt de V. A. T. IV.

mus, oves mactavimus, & ſanguinem circa ſcrobem adſperſum libavimus. Magus interea tedam ardentem tenens non jam ſedata voce, ſed quam poterat maxima exclamans, dæmones ſimul omnes invocabat, Pœnas & Furias, & nocturnam Hecaten, & tremendam Proſerpinam admixtis etiam

ὠρυξάμεθα, ϗ τὰ μῆλα ἐσφάξαμεν, ϗ τὸ αἷμα περὶ τὸν βόθρον ἐσπείσαμεν. ὁ δὲ μάγος ἐν τοσούτῳ δᾷδα καιομένην ἔχων οὐκ ἔτ' ἠρεμαίᾳ τῇ φωνῇ, παμμέγεθες δὲ, ὡς [a] οἷός τε ἦν, ἀνακραγὼν, δαίμονάς τε ὁμοῦ πάντας ἐπεβοᾶτο, ϗ Ποινὰς, ϗ Ἐριννύας, καὶ νυχίαν Ἑκάτην, ϗ [b] ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, παρα-

a Οἷός τε] Οἷόν τε ſola *F*. Ceterae omnes obnituntur. *b* Ἐπαινὴν] Καιπεινὴν P. ἐπεινὴν *F*. quod proxime ad veram lectionem accedit. Αἰπεινὴν *A1*. Edd. reliquis inhaeſit.

T. IV. c. 16. Ἀλλ' οὐχὶ βόθρον, εἶπεν (Apollonius) Ὀδυσσέως ὀρυξάμενος, οὐδὲ ἀρνῶν αἵμασι ψυχαγωγήσας ἐς διάλεξιν τοῦ Ἀχιλλέως ἦλθον. *Lutatius* ad *Statii* Theb. IV, 459. *Tria ſunt in ſacrificiis loca, per quae piationem facimus: ſcrobiculo facto inferis* &c. *Heſychio* teſte conſtat κοτυλίσκον vocari βόθρον εἰς ὃν τὸ αἷμα τῶν τῇ γῇ θυομένων ἐνέβαλλον· quod etſi non plane repudio, fere malim, τῶν ἐν τῇ γῇ. Verum omittendus non eſt *Strabonis* locus, qui docet, quibus cerimoniis Perſae & magi aquae ſacra facerent XV. p. 1065. B. Τῷ δὲ ὕδατι ἐπὶ λίμνην ἢ ποταμὸν ἢ κρήνην ἐλθόντες (θύουσι) βόθρον ὀρύξαντες εἰς τοῦτον σφαγιάζουσι. *T. H.*

9. Τὸ αἷμα π. τ. β.] Idem eodem libro *Homerus*· *J. Br.*

10. Βόθρον] Mos enim erat antiquis, ut *Feſtus* tradit, in effoſſa terra Diis infernalibus ſacra facere. *A. V.*

14. Ποινὰς ϗ Ἐριννύας] Ut ex uſu variari ſolent fabulae, quae diſciplinam moralem celant, ſic Ποιναὶ & Ἐριννύες alias apud antiquos eaedem ſunt, alias diverſae. Noſter iterum jungendo diſtinxit §. 11. quibus uſus eſt *Barthius* ad *Stat.* Theb. VIII, 25. *Arriani* locum proferens in Epictet. II, 20. p. 234. ubi primum, Ὀρέστην ὑπὸ Ἐριννύων ἐλαυνόμενον, deinde, χαλεπώτεραι αἱ Ἐριννύες ϗ Ποιναί. *Valeſius* in Exc. Valeſ. p. 117. τινὰς Ἐριννῦς ϗ Ποινὰς ϗ Προστροπαίους τῶν δι' ἐκεῖνον ἠτυχηκότων. Pro iisdem habuerit *Æſchin.* in Axioch. c. 21. nec ne, vix diſcernas: ibi ducuntur improbi πρὸς Ἐριννύων ἐπ' Ἔρεβος ϗ Χάος, atque in infauſta regione λαμπάσιν ἐπιμόνως πυρούμενοι Ποινῶν aeternum plectuntur. *Heſychius* alterum ad alterius explicationem adhibuit iis verbis, quae quoniam incaſſum tentarunt *Kuhn.* ad *Pauſan.* I. p. 105. & *Markland.* Epiſt. Crit. p. 127. emendata proponam: Ποιναῖς φρικταῖς, Ἐριννύσι τιμωρητικαῖς. Similis apud Latinos diſcordia in Poenis & Furiis. Sed haec jamdudum, & a multis ſunt obſervata: nos illud, quod omnes hactenus, opinor, fugit, addamus, illas Pœnas reddi oportere *Plutarcho* de Fluv. c. 19. ubi pro ὑπὸ Ποινῶν ἐλαυνόμενος vitioſiſſime fertur, ὑπὸ ποιμένων· nihil adteram emendationi probandae, quam ejusdem Scriptoris locum c. 23. ποινηλατούμενος δὲ ὑπὸ Ἐριννύων ἑαυτὸν ἔρριψεν εἰς ποταμὸν Βάκτρον. *T. H.*

Ibid. Καὶ νυχίαν Ἑκάτην ϗ αἰπεινὴν Περσεφόνειαν] Apparet ſatis deſumptum ex vetuſto carmine, & eſſe hexametrum, quod mutare *Lucianus* non ſolet: idque ut recipiamus, puto legendum, Ἑκάτην καὶ αἰπεινὴν Π. *J. G.*

15. Αἰπεινὴν] Pro αἰπεινὴν Περσεφόνειαν, lege ἐπαινὴν Περσεφόνειαν, ut oſtendi in lectionibus Heſiodeis ad Theogon. v. 768. *J. G. G.*

Ἐπαινὴν] Secuti ſumus emendationem Clariſſimi *Graevii*, & ante eum *Vorſtii*; de qua controverſia moveri non poteſt. Ed. Fl. ἐπεινὴν, quod prope ad veram accedit: καιπεινὴν P. *M du S.*

Ἐπαινὴν Περσεφόνειαν] Quum epitheton αἰπεινὴ, quamvis vox ſit bene Graeca, Proſerpinae nullo pacto conveniat, optime *Graevius* tale reſtituit, quod non tantum facili errore in vulgatam lectionem corrumpi poterat, ſed etiam apud *Homerum*, quem ubique *Noſter* imitatur, in frequenti eſt uſu; atque adeo in ipſa νεκυομαντείᾳ Od. Λ, 47. unde jam in ſuperioribus huc multa fuiſſe derivata compertum eſt. Vid. Od. Κ, 491. 534. 564. In ratione vocis explicanda, ut fere vetuſtiſſimae, quarum uſus poſt *Homerum* pedetentim exolevit, plurimum habent difficultatis, Grammaticorum diſſenſum *Scholiaſtes* explicat ad Il. Ι, 457. Duplicem interpretationem adnotavit *Heſych.* Ἐπαινή, ἐπαινετὴ ἢ δεινὴ ϗ φοβερά· aliam *Euſtath.* p. 1665. v. 7. Ἔστι δὲ ἐπαινὴ Περσεφόνη ἡ αἰνὴ, τουτέστιν, ἐν σκότει διάγουσα· ἢ μᾶλλον αἰνὴ, ἡ δεινὴ, πλεοναζούσης ϗ νῦν προθέσεως, ὡς ϗ ἐν ἄλλοις. Quod ex *Proclo* ad *Heſiod.* Ἔ. ϗ Ἡ. v. 643. *Graevius* adtulit, ille ſine dubio ſumſerat a *Plutarcho*, cujus commentarios Heſiodeos paene totos ſibi vindicavit: audi *Plutarch.* περὶ Παιδ. Ἀγ. p. 23. A. οὕτω δὲ ϗ τὴν ἐπαινὴν Περσεφόνειαν ἔνιοι φασὶν ὡς παραιτητὴν εἰρῆσθαι. *Marcell. Empir.* c. XV. p. 112. ſi os, aliudve quid haeſerit faucibus, hos verſus dicendos in aurem ejus, qui offocabitur, praecipit: Μή μοι Γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου Ἐξ Ἀΐδος πέμψειεν ἐπαινὴ Περσεφόνεια· ſunt autem plane Homerici, nam praeter alias dotes rariſſimas ad incantationem etiam Poëtae numeri mirifice valebant, ex Od. Λ, 633. hoc ſolum diſcrimen intereſt, quod in editis pro ἐπαινὴ nunc legatur ἀγαυή· neque dicere habeo, utrum illud temere ſit mutatum, an priſcae lectionis fidem conſervet. Idem ego verbum reponendum puto in Orphei verſu apud *Diacon.* Alleg. Theog. *Heſiodi* p. 268. Εἰνοδίην Ἑκάτην κλήζω, τριοδῖτιν ἐπαινήν· vulgo ſcribitur ἐραννὴν, quod nullius eſt pretii. *T. H.*

παραμιγνὺς ἅμα βαρβαρικά τινα καὶ ἄσημα ὀνόματα, καὶ πολυσύλλαβα.

Εὐθὺς οὖν πάντα ἐκεῖνα ἐσαλεύετο, καὶ ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς τοὔδαφος ἀνερρήγνυτο, καὶ ἡ ὑλακὴ τοῦ Κερβέρου πόῤῥωθεν ἠκούετο, καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερκατήφες ἦν, καὶ σκυθρωπόν. Ἔδδεισεν δ᾽ ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων Ἀϊδωνεύς. κατεφαίνετο γὰρ ἤδη τὰ πλεῖστα, καὶ ἡ λίμνη, καὶ ὁ Πυριφλεγέθων, καὶ τοῦ Πλούτωνος τὰ βασίλεια. κατελθόντες δ᾽ ὅμως διὰ τοῦ χάσματος τὸν μὲν Ῥαδάμανθυν εὕρομεν τεθνεῶτα [a] μικροῦ δεῖν ὑπὸ τοῦ δέους. ὁ δὲ Κέρβερος ὑλάκτησε μέν- [b] τοι, καὶ παρεκίνησε· ταχὺ δέ μου κρούσαντος τὴν λύραν, παραχρῆμα ἐκοιμήθη ὑπὸ τοῦ μέλους. ἐπεὶ δὲ πρὸς τὴν λίμνην ἤλθομεν, μικροῦ μὲν οὐδ᾽ ἐπεραιώθημεν· ἦν γὰρ ἤδη πλῆρες τὸ πορθμεῖον, καὶ οἰμωγῆς ἀνάπλεων· τραυματίαι δὲ πάντες ἐπέπλεον, ὁ μὲν τὸ σκέλος, ὁ δὲ τὴν κεφαλὴν, ὁ δὲ ἄλλό τι συντετριμμέ-

barbaris quibusdam ignotiſque nominibus; & multarum ſyllabarum.

10. Statim igitur omnia ibi quaſſabantur, potentique carmine ſolum fiſſum diſcedebat, latratus Cerberi procul audiebatur, adeo ut res valde formidoloſa foret, ac truculenta. Ipſe pertimuit in inferna regione rex manium Pluto: apparebant enim jam pleraque, lacus, Pyriphlegethon, Plutoniſque regia. Nos tamen ubi deſcenderamus per hiatum, Rhadamanthum invenimus mortuum propemodum præ metu; Cerberus autem latravit ille quidem, ac nonnihil ſe commovit, verum me cito pulſante lyram illico ſopitus eſt a cantu. Poſtquam vero ad lacum venimus, prope fuit, ut non trajiceremur: jam enim onuſta portitoris erat cymba, ejulatuque plena; quippe ſaucii omnes in ea navigabant, hic crus, caput ille, iſte aliud quiddam contuſum ha-

a Μικροῦ] Recte ſic habent P. L. Margo *A1W.* & S. perperam in plerisque Edd. μικρῷ. *b* Τοι] Τε *J. V2.*

16. Βαρβαρικά] *Nomina . . . ipſo pene timenda ſono.* *Ovid.* Ep. Her. XIII, 54. & *Noſter* Πενθ. c. III. *M. du S.*

18. Ἐκεῖνα] Non placet: potius habuerim: πάντα τὰ ἐκεῖ ἀνεσαλεύετο. *T. H.*

33. Ἔδδεισεν &c.] *Homer.* Il. N. *J. Br.*

Ἔδδεισεν &c.] *Homeri* verſus Il. Υ, 61. aemulatus eſt *Virgil.* AEn. VIII, 243. *T. H.*

26. Μικροῦ δεῖν] *Fere.* *J. Br.*

Μικροῦ δεῖν] Sic legendum cum P. & L. & *S.* non μικρῷ, ut in plerisque legitur. *M. du S.*

35. Πολέμου] Si Lucianeus ſit hic Dialogus, ſcriptum oportuit anno C. 163. *M. du S.*

42. Λειμῶνα μέγιστον] *Homero* manes debent ἀσφοδελὸν λειμῶνα. Od. Λ, 538. 572. Ω, 13. Ægyptiis *Homerus* & Orpheo, ſi *Diodoro Siculo* fides I. p. 61. A. Exinde veterum in ſcriptis celeberrimum eſt hoc pratum amoeniſſime conſitum. Aſphodelus per quietem viſus mortem aegrotis praenunciat: cujus mirabilis effectus cauſam manifeſtam quum *Artemidorus* ignoraret, conjecit tamen veroſimile videri, ὅτι νενόμισται τὸ ἐν τῷ Ἅδῃ πεδίον ἀσφοδελῶν εἶναι πλῆρες Oneir. III. c. 50. ſatis quidem caute pro ſomniorum interprete, cui nihil iſtarum nugarum incredibile videri debebat. Principem poëtam quantumvis caecum acutiſſimo tamen auditu ψυχαὶ vel σκιαὶ τετριγυῖαι itidem auctorem habent: vide Il. Ψ, 101. Od. Ω. ſub initium, ubi facetiſſime deductas ad inferos procorum umbras cum nexa veſpertilionum ſerie comparat: verſu tamen 9. niſi pro τετριγυῖαι in quadam editione priſca cujuscumque Grammatici exaratum fuerit κεκριγυῖαι, quo ſpectaverit *Etymologus* p. 538. in Κρίκε ſcribens, ὁ γὰρ ποιητὴς φησι κεκριγυῖαι, expiſcari nequeo: praeſertim quum *Hipponactis* ſcazon, Κριγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κῆρυξ, ſine dubio fuerit prolatus ad eam lectionem adfirmandam, & κριγὴ propria ratione dicatur, ut obſervat *Schol. Ariſtoph.* ad Av. v. 1520. ὁ τῶν ἀποθνησκόντων τρισμὸς τοῖς ὀδοῦσι γενόμενος. Hoc autem utcumque fuerit exiſtimatum, ſcripturam τετριγυῖαι in plurimis exemplaribus obtinuiſſe veteres imitando ſignificant: *Philoſtrat.* V. A. T. II. c. 4. τὸ φάσμα φυγῇ ᾤχετο τετριγὸς, ὥσπερ τὰ εἴδωλα. Icon. I. p. 769. ἡ ψυχὴ ἤδη ἄπεισι, μικρὸν δὲ ὕστερον καὶ τετριγυίας αὐτῆς ἀκούσῃ. *T. H.*

43. Τῷ ἀσφοδέλῳ] Sic in Char. §. 22. Reliqua usque ad cap. XIX. continentur in Dial. mort. *J. B.*

44. Τετριγυῖαι] *Homer.* Odyſſ. Ω, 13. *J. Br.*

46. Τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον] *Homerus* tantum deſcripſit Od. Λ, 568. Χρύσεον σκῆπτρον ἔχοντα θεμιστεύοντα νέκυσσιν Ἥμενον — vid. *Plat.* Gorg. p. 358. E. nihil erat proclivius, quam in hoc fundamento Minoi thronum collocare, quem de ſuo liberales poëtae ſublimem erexerunt. *Claudian.* in Rufin. II, 477. — *quaeſitor in alto Conſpicuus ſolio pertentat crimina Minos, Et juſtis dirimit ſontes* — ibi *Barthius Lucianum* teſtem advocavit. Vide *Propert.* IV. El. XI, 19. *Stat.* Theb. IV, 530. Sed nulli notior ſua domus, quam cunctis tremendum inferorum tribunal & urnam movens arbiter Orci ac quaeſitor Minos: praeterire tamen

habens; ſic ut mihi viderentur ex bello aliquo adveniſſe. Veruntamen optimus Charon ut vidit leoninam pellem, opinatus me Herculem eſſe recepit me, lubensque transvexit, atque etiam egreſſis demonſtravit ſemitam.

νος, ἐμοὶ δοκεῖν ἔκ τινος πολέμου παρόντες. ὅμως δ' οὖν ὁ βέλτιστος Χάρων, ὡς εἶδε τὴν λεοντῆν, οἰηθείς με τὸν Ἡρακλέα εἶναι, [c] ἐσεδέξατό με, καὶ διεπόρθμευσέ τε ἄσμενος, καὶ ἀποβᾶσι διεσήμαινε τὴν ἀτραπόν.

11. Quum autem eramus in caligine, præibat Mithrobarzanes, ſequebar ego pone illi adhærens, donec ad pratum ingens pervenimus aſphodelo conſitum: ibi tum circumvolitabant nos ſtridulæ mortuorum umbræ. Senſim autem progreſſi acceſſimus ad Minois tribunal, qui quidem in ſolio quodam ſublimi ſedebat: adſtabant autem ipſi Pœnæ, ſcelerum vindices genii, & Furiæ. Ab alia vero parte adducebantur ordine multi ſane longa catena vincti, qui dicerentur eſſe adulteri, lenones, publicani, adulatores, ſycophantæ, taliſque turba hominum cuncta permiſcentium in vita. Seor-

Ἐπεὶ δὲ ἦμεν ἐν τῷ σκότῳ, προῄει μὲν ὁ Μιθροβαρζάνης, εἰπόμην δ' ἐγὼ κατόπιν ἐχόμενος αὐτοῦ, ἕως πρὸς λειμῶνα μέγιστον ἀφικνούμεθα, τῷ ἀσφοδέλῳ κατάφυτον. ἔνθα δὴ περιεπέτοντο ἡμᾶς τετριγυῖαι τῶν νεκρῶν αἱ σκιαί. κατ' ὀλίγον δὲ προϊόντες παρεγενόμεθα πρὸς τὸ τοῦ Μίνω δικαστήριον· ἐτύγχανε δὲ ὁ μὲν ἐπὶ θρόνου τινὸς ὑψηλοῦ καθήμενος· παρειστήκεισαν δὲ αὐτῷ Ποιναὶ, καὶ ἀλάστορες, καὶ Ἐριννύες. ἑτέρωθεν δὲ προσήγοντο πολλοί τινες ἐφεξῆς ἁλύσει μακρᾷ δεδεμένοι· ἐλέγοντο δὲ εἶναι μοιχοὶ, καὶ πορνοβοσκοὶ, καὶ τελῶναι, καὶ κόλακες, καὶ συκοφάνται, καὶ τοιοῦτος ὅμιλος τῶν πάντα κυκώντων ἐν τῷ βίῳ. χωρὶς δὲ

οἱ

c Ἐσεδέξατο] F. ἐκδέξατο, pro ſimplici, ut videtur, ἐδέξατο.

43. Ἀσφοδέλῳ] Ἀσφόδελος τὸ φυτόν· ἀσφοδελὸς δὲ ὁ τόπος, ἐν ᾧ φύεται· ὡς καὶ * παρ' Ὁμήρῳ, κατὰ Ἀσφοδελὸν λειμῶνα. V.

44. Τετριγυῖαι] Τρίζουσαι. G.

56. Τελῶναι] Τελώνης ὁ φορολόγος. G.

* Παρ' Ὁμήρῳ] Od. Λ, 538. 572. Ω, 13. Multa licet apud Grammaticos invenire de hoc in ἀσφόδελος per accentum illato ſignificandi diſcrimine. T. H.

men non poſſum neglectum ab aliis inſignem *Philoſtrati* locum, ut tum difficultatem ejus obſcuram, tum errorem *Olearii* non mediocrem amoliar: ſic apud eum Apollonius VIII. p. 352. οὐκ ἄχθεται δὲ οὐδὲ ὁ Ζεὺς ἀκούων καὶ ταῦτα τῶν ποιητῶν. . . . λεγόντων τε αὖ ἐν Ψυχοστασίᾳ, ὅτι Μίνω τὸν ἀδελφὸν τοῦ Σαρπηδόνος ἀποθανόντα χρυσῷ μὲν σκήπτρῳ ἐτίμησε, καὶ δικάζειν ἔταξεν ἐν τῇ τοῦ Ἀϊδωνέως ἀγορᾷ, Μοιρῶν δ' οὐ παρῃτήσατο. Ψυχοστασίαν *Olearius* vocari putat Odyſſ. Λ, *qua Ulyſſes inferos*, *h. e.* animorum *defunctorum* ſedes *legitur acceſſiſſe*. Ut eo nomine, quanquam perraro, non abnuerim inſigniri Odyſſeam Λ. nam in Heroïc. p. 738. v. 11. δευτέρα ψυχοστασία volumen ultimum ſine controverſia notans ſponte cogitationem excitat προτέρας, quae alia quidem eſſe nequit, quam Λ. tum ſimilis argumenti ergo, tum ob communem ambabus νεκυίας appellationem; huc tamen neutiquam illud adhibendum reor: quippe manifeſtum eſt nihil eorum, quae *Philoſtratus* habet, ſi ſceptrum aureum exceperis, in Odyſſea tota, ne dum in undecimo volumine ſolo reperiri. Intellexit ſophiſta Lemnius tragoediam *Æſchyli* Ψυχοστασίαν, in qua Jupiter, ut ante fecerat *Homero* jubente Il. X, 209. libratas Achillis Memnoniſque animas aequa lance expendebat, dum utraeque matres adſtarent, & pro ſuo quaeque filio contenderent: vide *Poll.* IV, 130. ubi ſimiliter ἐν Ψυχοστασίᾳ, *Æſchyli* nomen reticens, ſcripſit: doctiſſimorum vero Pollucis Enarratorum opera multum cedit induſtriae *Stanleii* ad Catal. Fabul. *Æſchyli*; ex cujus itidem notatis facile revinci poteſt incogitantia *Th. Reineſii* V. L. II. p. 124. haeſitatione praepoſtera non ſatis in Addendis purgata. Jam quis fuerit Minois exemplo, quem etſi Jupiter juri dicundo praefecerit in inferno foro, fato tamen naturaeque debitum ſolvere voluit, in illa tragoedia locus, paulo quidem peritiori obſcurum eſſe nequit. *T. H.*

48. Ποιναὶ] Supra c. IX. *M. du S.*

Ibid. Ἀλάστορες] Παλαμναῖοι δαίμονες, vindices ſcelerum genii, ultores homicidarum. *Mali genii.* *A. V.*

Ἀλάστορες] Aliter enarrat *Plutarchus* 529, 2. ſed minus commode. V. *Clem. Alex.* 12, 2. *M. du S.*

56. Τελῶναι] Non ſolet *Lucianus* in hos invehi. Vide *Grot.* Flor. 179. C. *M. du S.*

59. Τε-

οἵ τε πλούσιοι, καὶ τοκογλύφοι προσῄεσαν, ὠχροὶ, καὶ προγάστορες, καὶ ποδαγροὶ, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ κόρακα διτάλαντον ἐπικείμενος. ἐφεστῶτες οὖν ἡμεῖς ἑωρῶμέν τε τὰ γιγνόμενα, καὶ ἠκούομεν τῶν ἀπολογουμένων. κατηγόρουν δὲ αὐτῶν καινοί τινες καὶ παράδοξοι ῥήτορες. ΦΙΛ. τίνες οὗτοι, πρὸς Διός; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς καὶ τοῦτο εἰπεῖν. ΜΕΝ. οἶσθά που ταυτασὶ τὰς πρὸς τὸν ἥλιον ἀποτελουμένας σκιὰς ἀπὸ τῶν σωμάτων; ΦΙΛ. πάνυ μὲν οὖν. ΜΕΝ. αὗται τοίνυν, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ καταμαρτυροῦσι, καὶ διελέγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον· καὶ σφόδρα τινὲς αὐτῶν ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν, ἅτε ἀεὶ συνοῦσαι, καὶ μηδέποτε ἀφιστάμεναι τῶν σωμάτων.

Ὁ δ᾽ οὖν Μίνως ἐπιμελῶς ἐξετάζων ἀπέπεμπεν ἕκαστον ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον, δίκην

ſim porro divites ſordidique fœneratores accedebant pallidi, ventre projecto, podagra capti, boiam ſinguli canemque, qui bina talenta pendat, impoſitum ferentes. Nos igitur prope ſtantes videbamus, quæ fierent, audiebamusque cauſam ſuam agentes, dum accuſarent eos novi quidam atque inopinati oratores. PHIL. Quinam hi, quæſo per Jovem? illud enim quoque ne dicere refugias. MEN. Noſtin illas ad ſolem projectas a corporibus umbras? PHIL. Utique. MEN. Hæ igitur ipſæ, poſtquam mortui ſumus, accuſant, teſtimonium adverſus nos dicunt, & arguunt quæ a nobis per vitam ſunt acta; & valde videntur earum quædam eſſe fide dignæ, quippe quæ ſemper adſint, neque unquam abſiſtant a corporibus.

12. Minos ergo cum cura ſingulos explorans ablegat ad impiorum ſedes pœnas ſub-

59. Τοκογλύφοι] *Alciphr.* I. Ep. 26. Μέγα, ὦ φίλε, κακὸν οἱ κατὰ τὴν πόλιν τοκογλύφοι· plura notat cum hoc ipſo *Luciani* loco *Berglerus*. Ut ſupra *Noſter* c. 2. junxit ὀβολοστατεῖν & τοκογλυφεῖν, ſic ὀβολοστάτην & τοκογλύφον *Philo Jud.* p. 454. C. *Etymol.* p. 613. Ὀβολοστάτης οὖν ὁ τὰ μικρὰ δανείζων φίλοις, ἢ ὁ τοκογλύφος λεγόμενος καὶ ὀβολοστατῆσαι, τόκους λαβεῖν. Genus hominum Athenis & ubique inviſum: haec bina vocabula vulgo in pejorem partem accipiuntur, quam δανειστής· utraque vetuſtatem uſus ipſa compoſitione produnt, quippe ab eo uſque tempore deducta, quo pendere ſolebant pecuniam, & literas in tabulis ſculpere. *T.H.*

60. Προγάστορες] Non ad fœneratores, qui alibi macilenti, hic pallidi inducuntur, ſed ad divites refer. *M. du S.*

61. Κόρακα] Tormenti genus videtur. *F.G.*

Κόρακα] Genus eſſe ſupplicii *Budaeus* cenſuit, teſte *H. Stephano* in Theſ. ſicuti nimirum collaria reorum collis injici poenae aut ignominiae cauſa *Cujacius* ex l. 7. *D. ad Leg. Jul. de vi publ.* notat Obſ. XI, 22. quamvis hic loci vincti ad judicem trahantur: neuter, poſitis duntaxat *Luciani* verbis, ad ipſam vocem illuſtrandam quicquam amplius expromſit. Mihi quidem adeo videtur inſolens hoc in loco, ut parum abſit, quin vitio contaminatam putem. Satis conſtat, κόραξ corvique nomen ad non unum machinarum inſtrumentorumque genus eſſe traductum ob aduncam figuram, qua roſtra corvorum imitantur, & ad comprehendendum tenendumque valent: ita ſaepius apud veteres Mechanicos, & in *Heronis* Autom. p. 259. ἐπίστρεπτος κόραξ, & τοῦ κόρακος ἐπιστραφέντος. *Strabo* III. p. 249. B. ex Artemidoro refert Celtiberorum mulieres περιτραχήλια σιδηρᾶ φορεῖν ἔχοντα κόρακας καμπτομένους ὑπὲρ κορυφῆς, καὶ προπίπτοντας (malo προπ.) πρὸ τοῦ μετώπου πολύ· κατὰ τούτων δὲ τῶν κοράκων, ὅτε βούλονται, κατασπᾶν τὸ κάλυμμα, ὥστε ἐμπετασθὲν σκιάδιον τῷ προσώπῳ παρέχειν, καὶ νομίζειν κόσμον· ubi ſane *Caſaubonus*, quando vocari κόρακας *inſtrumenta, quibus mulieres Hiſpaniae velum adducebant aut reducebant*, cenſet, minus percepit rationem horum corvorum, qui pone collari ferreo infixi, & ſuper caput ad ipſam frontem reflexi velum adtractum ſuſtinebant. Marculus etiam januae, qui *Homero* κορώνη, poſterioribus ῥόπτρον, ἐπίσπαστρον, κρίκος τῆς θύρας, vocatur a Graecis κόραξ & κοράκιον· *Gloſſ. H. Stephani: Uncinus*, κόραξ σιδηροῦς. Κόραξ σιδηροῦς θύρας, *uncinus, repagulum*. In his ſimilibuſque aliis nihil eſt, quod cum κλοιῷ commode jungatur, & ad vinciendos reos pertineat. Ad uncos ſi quis confugerit nocentibus impactos, de quibus *P. Faber* Semeſtr. II, 9. & *Baron.* ad Martyrol. Rom. Jan. 19. addideritque egregium *Propertii*-locum IV. El. I, 141. *Et bene quum fixum mento decuſſerit uncum, Nil erit hoc; roſtro te premet anſa ſuo*, fatebor equidem, haec non ſine quadam veri ſpecie poſſe proferri, modo compertum foret Graecos ſcriptores unquam illum in modum κόρακας uſurpaſſe: *Dion* certe *Caſſius* ἀγκιστρά τινα μεγάλα appellavit LXI. p. 689. quo pacto *uncum* Onomaſticon vetus interpretatur: omitto jam huic explicationi loquendi formam ἐπικείμενος κόρακα vehementer repugnare. Ergo circumſpicienti, an quid in locum τοῦ κόρακος apte reponi poſſet, primum offerebatur χοῖνιξ, quae *Heſychio* πέδη, &, Χοίνικες, αἱ βαθεῖαι πέδαι,

ſubituros meritas pro facinoribus patratis. Maxime vero acerbius eos tractabat, qui ob divitias & imperia fuerant inflati, & tantum non adorari ſe poſtulabant, oſtentationem eorum breviſſimi temporis inanem, & faſtum deteſtatus; itidemque quod non meminiſſent ſe mortales eſſe, ac bona mortalia ſortitos. Hi autem, exutis ſplendidis iſtis omnibus, divitiis inquam, genere & imperiis, nudi demiſſo in terram vultu adſtabant, quaſi ſomnium aliquod ſecum retractantes, quam apud nos habuiſſent, felicitatem. Quare ego iſta quum viderem, impenſe gaudebam, &, ſi quem agnoſcerem eorum, leniter accedens commonefaciebam, qualis fuiſſet in vita, & quantos ſpiritus tunc geſſiſſet, quum multi mane veſtibulis adſtabant egreſſum ejus expectantes, impulſi excluſique a vernulis: hicce

ὑφέξοντα κατ' ἀξίαν τῶν τετολμημένων. καὶ μάλιστα ἐκείνων ἠπείλει, τῶν ἐπὶ πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς τετυφωμένων, καὶ μονονουχὶ καὶ προσκυνεῖσθαι περιμενόντων, τήν τε ὀλιγοχρόνιον ἀλαζονείαν αὐτῶν, καὶ τὴν ὑπεροψίαν μυσαττόμενος· καὶ ὅτι μὴ ἐμέμνηντο θνητοί τε ὄντες αὐτοὶ, καὶ θνητῶν ἀγαθῶν τετυχηκότες. οἱ δὲ, ἀποδυσάμενοι τὰ λαμπρὰ ἐκεῖνα πάντα, πλούτους λέγω, καὶ γένη, καὶ δυναστείας, γυμνοὶ, κάτω νενευκότες παρειστήκεισαν, ὥσπερ τινὰ ὄνειρον ἀναπεμπαζόμενοι τὴν παρ' ἡμῖν εὐδαιμονίαν· ὥστε ἔγωγε ταῦτ' ὁρῶν ὑπερέχαιρον, καὶ εἴ τινα γνωρίσαιμι αὐτῶν, προσιὼν ἂν ἡσυχῆ πως, ὑπεμίμνησκον οἷος ἦν παρὰ τὸν βίον, καὶ ἡλίκον [a] ἐφύσα τότε, ἡνίκα πολλοὶ μὲν ἕωθεν ἐπὶ τῶν [b] πυλώνων παρειστήκεισαν, τὴν πρόοδον αὐτοῦ περιμένοντες, ὠθούμενοί τε, καὶ [c] ἀποκλειόμενοι πρὸς τῶν οἰκετῶν.

a Ἐφύσα τότε] Vitium *B2.* ἐφύσατο *Bourdelotius* expreſſerat in P. b Πυλώνων] P. L. Margo *A1W. J.* προθύρων, quae interpretatio eſt. c Ἀποκλειόμενοι] Ἀποσειόμενοι P. Margo *A1W.* & *J.* male.

87. Ἀναπεμπαζόμενοι] Ἀριθμούμενοι, σκεπτόμενοι. *G.*

δαι, quas utraſque copulavit *Ariſtoph.* in Pl. v. 276. apud *Demoſthen.* περὶ Στεφ. p. 494. D. Tromos AEſchinis pater Elpiae ſervivit χοίνικας παχείας ἔχων καὶ ξύλον. Sed deinde, quandoquidem χοίνικες tum plurali numero plerumque ſoleant efferri, tum pedibus implicandis comparatae minus quadrare viderentur verbo προσῄεσαν, ad σκύλακα delatus ſum huic, ut opinor, loco appoſitiſſimum. Quomodo Latini *canem* & *catulum*, ita σκύλακα Graeci vinculum ferreum appellant cervici circumdatum: δεσμὸν σιδηροῦν exponit *Poll.* X, 167. prolatis *Platonis* comici verbis: Λαβὼν μὲν ἐν τὴν σκύλακα τὴν τοῦ Προξένου, Κάπειτα δῆσον αὐτὸν — ibidem praecedunt κλῳὸς, κλοιὸς & ἅλυσις. *Polyb.* p. 1116. M. Acilius, quum tergiverſarentur AEtolorum legati, φέρειν ἅλυσιν ἐκέλευε, καὶ σκύλακα σιδηροῦν ἑκάστῳ περιθεῖναι περὶ τὸν τράχηλον· videatur, quem haec ipſa loca non fugerunt, *Theod. Marcilius* ad LL. XII. Tab. c. XVIII. Jam ſi legeris in *Luciano*, κλοιὸν ἕκαστος αὐτῶν, καὶ σκύλακα, vel, ἢ σκύλακα διτάλαντον ἐπικείμενος, & perquam levis erit mutatio, & nihil amplius reſtabit, quod ullam in partem offendat. *T. H.*

67. Ἀποτελουμένας σκιὰς] Hoc docet *Plato* in Gorgia. *J. Br.*

Ἀποτελουμένας] Conjiciat aliquis haud abſurde ἀποτεινομένας ἀπὸ τῶν σωμάτων, quomodo locutus eſt *Ariſtoteles*; vel, ſi ſerves ἀποτελουμένας, ὑπὸ τῶν σωμάτων neceſſe tamen non puto, ut quicquam immutetur. *T. H.*

72. Σφόδρα τινὲς αὐτῶν] An ſcribendum? σφόδρα τε αὐταὶ ἀξ. *F. G.*

78. Πλούτοις] Paulo poſt iterum plurali numero. Sic in Ἑρμ. c. 7. & paſſim apud hunc. *M. du S.*

79. Προσκυνεῖσθαι περιμ.] Iisdem verbis utitur in Nigrin. §. 21. ubi multo plura reperies hiſce & ſequentibus perquam ſimilia. *T. H.*

91. Ἐφύσα τότε] Mutaverant *B2.* & P. fecerantque ἐφύσατο. Veterem ego eamque genuinam ſcripturam repoſui, quam in reliquis reperio. *M. du S.*

92. Πυλώνων] Ed. *J.* προθύρων· & ſic P. & L. Utrum rectius, viderint architecturae periti: noſtrum non eſt id definire. Si liceat tamen, quod ſentio, aperire, huic loco convenientiorem exiſtimo vocem προθύρων. Vide, quae hac de re habeat *Lucian.* in Μισθ. c. 21. οἱ μὲν δὴ ἔξω ἄνθρωποι . . . . ζηλοῦσί σε ὁρῶντες ἐντὸς τῆς κιγκλίδος διατρίβοντα, καὶ ἀκωλύτως εἰσιόντα, καὶ τῶν πάνυ τινὰ ἔνδον γεγενημένον. *M. du S.*

ὁ δὲ μόγις ἄν ποτε ἀνατείλας αὐτοῖς πορφυροῦς τις, ἢ περίχρυσος, ἢ διαποίκιλος, εὐδαίμονας ᾤετο καὶ μακαρίους ἀποφαίνειν τοὺς προσειπόντας, ἢν τὸ στῆθος, ἢ τὴν δεξιὰν προτείνων δοίη καταφιλεῖν. ἐκεῖνο μὲν οὖν ἠνιῶντο ἀκούοντες.

vero vix tandem exortus ipſis in veſte purpurea, vel auro prætexta, vel vario colore diſtincta, felices putabat beatosque ſe redditurum ſalutatores, ſi pectus, aut dextram porrectam dederit oſculari. Et illi quidem pungebantur his auditis.

Τῷ δὲ Μίνωϊ μία τις καὶ πρὸς χάριν ἐδικάσθη δίκη· τὸν γάρ τοι Σικελιώτην Διονύσιον, πολλὰ καὶ ἀνόσια ὑπό τε Δίωνος κατηγορηθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς [a] σκιᾶς καταμαρτυρηθέντα, παρελθὼν Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος (ἄγουσι δ' αὐτὸν ἐν τιμῇ, καὶ δύναται μέγιστον ἐν τοῖς κάτω) μικροῦ δεῖν τῇ Χιμαίρᾳ προσδεθέντα, παρέλυσε τῆς καταδίκης, λέγων πολλοῖς αὐτὸν τῶν πεπαιδευμένων πρὸς ἀργύριον γενέσθαι δεξιόν.

13. A Minoë vero unum quoddam in gratiam diſceptatum eſt judicium: etenim Siculum Dionyſium multorum ac nefariorum a Dione criminum inſimulatum, umbræque ſuæ teſtimonio preſſum, in medium progreſſus Ariſtippus Cyrenæus (eum in honore habent, multumque pollet apud inferos) jam jam Chimæræ adligatum exſolvit pœna, dum diceret in multis eruditorum pecunia juvandis eum dextre fuiſſe verſatum.

Ἀποστάντες δὲ ὅμως τοῦ δικαστηρίου πρὸς τὸ κολαστήριον ἀφικνούμεθα. ἔνθα δή, ὦ φί-

14. Digreſſi tamen a tribunali ad ſupplicii locum pervenimus: ibi enimvero, amice

a Σκιᾶς] Ineptam cunctarum Edd. lectionem στοᾶς mutavi ex emendatione *J. Fr. Gronovii* certiſſima.

6. Ἀρίστιππος] Ἀρίστιππος οὗτος φιλόσοφος ἐκ Κυρήνης * ὁρμώμενος, δεινὸς τὰ περὶ γαστέρα τε καὶ τοὺς μαγείρους σοφιστής. παρῆν Διονυσίῳ τῷ πρεσβύτῃ κατὰ τὴν Σικελίαν, αὔξων αὐτοῦ τὴν τρυφήν, καὶ αἴσχρότατα παρασιτῶν καὶ † κολακεύων πέρα τοῦ μετρίου. *V.*

* Ὁ μεμηνὼς δεινῶς] Ὁμόμενος δεινὸς V. G. non agnoſcunt ὁμομενος, ſed δεινὸς etiam habent. *M. du S.*

In *V.* vidi ὁ μόμεν^ος · hinc peſſime dederant in E. A. ὁ μεμηνώς. Non dubito, quin veram lectionem levi mutatione reduxerim: ἐκ Κυρήνης ὁρμώμενος, *Cyrenis oriundus.* Mox pro αἰσχότατα & παρὰ τοῦ μ. ex *V.* correxi αἰσχρότατα & πέρα τοῦ μετρίου. Notavit autem ex G. Doctiſſ. *du Soul* haec Latina mixta Graecis: *Ariſtippus*] *Cyrenaeus philoſophus*, δεινὸς τὰ περὶ γαστέρα τε καὶ μαγείρους σοφιστής. *Aderat ſemper Dionyſio τῷ πρεσβύτῃ in Sicilia*, αὔξων αὐτοῦ τὴν τρυφήν, *& turpiſſime paraſitans & aduians ultra decorum.* *T. H.*

† Κολακεύων παρὰ τοῦ μετρίου] Debuit παρὰ τὸ μέτρον vel μέτριον. Sed ſcripſit haud dubie πέρα τοῦ μετρίου, quemadmodum ipſe *Lucianus* paſſim & alii. Sic in Reviviſc. c. 31. Πολυξείνῳ ἀνάσχοιτο πέρα τοῦ μετρίου. in quom. conſcrib. Hiſt. c. 7. πέρα τοῦ μετρίου καταρρίπτοντες. Adde c. 10. De Saltat. c. 21. 75. Sic πέρα τοῦ πιθανοῦ, πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος, alibi. *J. J.*

95. Ἀνατείλας] Quaſi Sol, quo nomine reges ſuos paraſiti atque adulatores appellabant: Antigonus Hermodoto poëtae, qui ſe Solis filium in carmine vocaverat, eleganter illuſit; οὐ τοιαῦτά μοι ὁ λασανοφόρος σύνοιδεν. Uſus eſt Luciani loco *Barth.* ad *Stat.* IV. Sylv. I, 3. ad *Claudian.* in Rufin. II, 443. *Brodaeus* ad Anth. III. c. XVI. Ep. 2. ubi *Iſidorus* Eumeli aucupio vitam tolerantis fortunam laudans, Οὔποτε δ' ὀθνείην ἔκυσεν χέρα γαστρὸς ἕκητι. *T.H.*

98. Στῆθος] Vide quae ſupra ad Νιγρ. c. 11. annotata a me ſunt. *M du S.*

3. Διονύσιον] V. *Corn. Nep.* in Dione. *M. du S.*

4. Ὑπό τε Δίωνος] *Plutarch.* in Dione. *J. Br.*

Ὑπό τε Δίωνος κατηγορηθέντα, καὶ ὑπὸ τῆς στοᾶς καταμαρτυρηθέντα] Mirum qui ab Stoicis potuerit dici teſtimonio confixus, quem ipſe Ariſtippus laudandum cenſuit. Sed alius eſt accuſator apud inferos, & veriſſimum opinor, quod in mentem venit patri, ὑπὸ τῆς σκιᾶς. Propria ipſius umbra eum convicerat præter Dionem. Id ipſe Menippus, hoc eodem verbo etiam uſus, paulo ante adfirmavit: αὗται (σκιαὶ) τοίνυν ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, κατηγοροῦσί τε καὶ διελέγχουσι τὰ πεπραγμένα ἡμῖν παρὰ τὸν βίον. *J.G.*

5. Σκιᾶς] Cl. *Gronovii* emendationem amplector. *M. du S.*

6. Ἀρ. ὁ K.] *Laertius* in ejus vita. *J. Br.*

Ἀρίστιππος] Ariſtippum Dionyſio patronum advocat, quia ejus paraſitus fuiſſe traditur. V. Παρασ. c. 33. *M. du S.*

9. Προσδεθέντα] Lego παραδοθέντα absurde enim Chimaerae alligetur; eleganter traditur excruciandus. Vide N. Δ. XXX. *M. du S.*

10. Τῶν

quoniam fas non eſt te, qui cum umbris ſemper verſaris, pedem ponere in regia Jovis, id ſcilicet agendum nobis, ut montem aliquem altum circumſpiciamus.

3. CHAR. Scinne, Mercuri, quæ ſoleam dicere vobis, quando navigamus? quum enim ventus turbine impulſus in obliquum velum incidit, fluctusque tumidi tolluntur, tum vos præ inperitia jubetis velum contrahere, aut laxare paululum pedem, aut obſecundare vento rapienti: ego vero vos, ut quietem agatis, admoneo; me enim ipſum optime ſcire, quid facto ſit opus. Similem in modum tu, qui

μις εἰδώλοις ἀεὶ ξυνόντα ἐπιβατεύειν τῶν βασιλείων τοῦ Διός, ὥρα ἡμῖν ὑψηλόν τι ὄρος περισκοπεῖν.

ΧΑΡ. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, ἅπερ εἴωθα λέγειν ἐγὼ πρὸς ὑμᾶς, ἐπειδὰν πλέωμεν; ὁπόταν γὰρ τὸ πνεῦμα καταιγίσαν πλαγίᾳ τῇ ὀθόνῃ ἐμπέσῃ, καὶ τὸ κῦμα ὑψηλὸν ἀρθῇ, τότε ὑμεῖς μὲν ὑπ' ἀγνοίας κελεύετε τὴν ὀθόνην στεῖλαι, ἢ ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ ποδὸς, ἢ συνεκδραμεῖν τῷ [b] πνεύματι· ἐγὼ δὲ τὴν ἡσυχίαν ἄγειν παρακελεύομαι ὑμῖν· αὐτὸς γὰρ εἰδέναι τὰ βελτίω. κατὰ ταυτὰ δὴ καὶ σὺ πράττε, ὁπό-

b Πνεύματι] Πνέοντι C.

72. Ὀλίγον τοῦ ποδὸς] Ποῦς λέγεται τὸ χοινίον τὸ κατέχον κάτωθεν τὸ ἱστίον. V.

73. * Τῷ πνέοντι] Τῷ πνεύματι. G.

* Τῷ πνέοντι] Nimirum ita ſcriptum fuerat in vetuſtis membranis: ὁ πνέων, ſcilicet ἄνεμος, ut alibi *Noſter* τὴν πνέουσαν dixit. T. H.

pertractavit *J. Fr. Gronovius* Obſ. IV, 2. p. 26. 27. *T. H.*

61. Σὺ δὲ . . . δυνατὸν ἦν] An cuiquam haec placeant, neſcio: mihi certe medica manu indigere videntur. Lego itaque σοὶ δὲ, vel, δυνατὸς ἦς· ſed prius magis placet; & ita emendaſſe virum aliquem doctum in margine ſui libri video. *M. du S.*

Σὺ δὲ] Nominativum tueri licet, ſi ſtatuas abſolutum: *de te vero*, vel, *ad te quod adtinet, ſi poteſtas tibi foret in coelum adſcendendi.* Uſitata Graecis ſtructurae forma, quam nec Attici refugiunt. *Iſocr.* Panath. p. 257. Αἱ μὲν οὖν αἰτίαι . . . . διὰ μακροτέρων μὲν αὐτὰς δῆλον, αὗται δ' οὖν ἦσαν. *Philoſtr.* de V. S. II. p. 553. v. 31. ἡ μεσόγειος δὲ . . . . ὑγιαίνει αὐτοῖς ἡ φωνή. *Heliodor.* I. p. 2. Ὁ δὲ αἰγιαλὸς, μεστὰ πάντα σωμάτων νεοσφαγῶν· *Ælianus*, quippe compoſitus ad ſophiſticam normam, nullo alio loquendi more aeque delectatur, quod obſervant docti Commentatores ad V. H. II, 11. Neque tamen diffiteor, arridere mihi σοὶ δέ. Novit *Plato* non tantum ἄκραν τὴν οὐράνιον ἁψῖδα, & τὸ τοῦ οὐρανοῦ νῶτον, ſed etiam coeli περιωπὴν, unde proſpectus in omnes terras pateat: in Polit. p. 538. C. τότε δὴ τοῦ παντὸς ὁ μὲν κυβερνήτης . . . . εἰς τὴν αὐτοῦ περιωπὴν ἀπέστη. Hic ille *ſummus coeli vertex, quem Jupiter tenet, ſupra nubila ſupraque ventos ſedens in luce perpetua*, ut ait *Claud. Mamertin.* Genethl. Maximian. c. XIV. ſed idem quae ſcripſit in Grat. Act. pro Conſul. c. X. huc tam belle congruunt, ut praetereunda non videantur: *Si quis mortalium in aliquam coeleſtem ſpeculam nube ſublatus, paulo ante vidiſſet moeſta omnia . . . . is ſi nunc in illud idem editum reponatur, ac deſpiciat cuncta laetantia* &c. Poëtis nota fuit — *interior coeli qua ſemita lucet Dîs tantum, & cunctas juxta videt ardua terras: Stat.* Th. IX, 641. Eſt autem περιωπὴ quodvis cacumen & editior locus, etiam montium, unde longe lateque proſpici poſſit: apud *Philoſtr.* de V. S. II. p. 553. ἐκ περιωπῆς τοῦ Παρνάσσου idque ipſum ἐκ περιωπῆς proverbii ferme locum tenet: ἐκ περιωπῆς ἀποσκοπεῖσθαι *Syneſ.* p. 42. C. Καλῶ γὰρ ἅπαντας ὥσπερ ἐξ ἀπόπτου τινὸς καὶ μεσαιτάτης περιωπῆς μεγάλῳ τε ὑψηλῷ κηρύγματι. *Gregor. Nazianz.* initio Stelit. I. *T. H.*

64. Εἰδώλοις] Εἴδωλα hoc loco pro umbris defunctorum ſumuntur. Id *Virgilius* per vocem *imago* expreſſit Æneid. IV, 654. *Et nunc magna mei ſub terras ibit imago.* *J. P. a G.*

72. Ἐνδοῦναι ὀλίγον τοῦ π.] *Virgil.* Æn. V, 830. *Una omnes fecere pedem:* i. e. extenderunt funes veli, ut recte enarrat Interpres. Uſurpat iterum eandem aut ſimilem vocem Ἱσ. β. c. 45. & Ζ. Τρ. c. 47. *M. du S.*

Ibid. Τοῦ ποδὸς] *Pedis*, id eſt, funis, quo tenditur velum. *J. Br.*

Τοῦ ποδὸς] *Lapogogia. Una omnes fecere pedem. Maro* &c. Eſt enim μεταφορικῶς pes ἱστίου, ut εὐνὴ *anchora* dicitur. *Anchora fundabat naves.* G:

Ita deſcripſit *Solanus*: la Pogogia vocem Italicam credo; de qua tamen nihil mihi conſtat. *L. Bayſio* non latuit hic locus de R. N. p. 619. B. eundem adhibuit *La Cerda* ad *Virgil.* Æn. V, 830. multos, qui de pedibus veli ſcripſerint, recenſens: verior tamen eſt, quam ejus, *Brodaei* ſententia ad Anthol. II. p. 208. Ποδωτὰ λῖνα *Lycophroni* v. 1015. ubi vide, ſi tanti eſt, *Meurſium* & *Potterum.* *T. H.*

ce mi, multa miſerandaque erat audire ac videre; nam ſimul & flagellorum ſonitus exaudiebatur, & ploratus eorum, qui in igne torrebantur, & tormenta, & cippi, & rotæ: Chimæra diſcerpebat, Cerberus laniando vorabat: una autem omnes puniebantur, reges, ſervi, ſatrapæ, pauperes, divites, mendici; cunctosque pœnitebat patratorum: nonnullos agnovimus etiam conſpicati, eorum de numero ſcilicet, qui nuper vitam finierant: illi vero præ pudore vultus tegebant, ſeſeque avertebant: quod ſi forte reſpicerent, valde quidem ſervilem in modum, atque adulatorie, illi ipſi, qui fuerant quam putas graves, & ſuperbi aliorum contemtores in hac vita: at pauperibus pro dimidia parte malorum immunitas erat conceſſa; & quum interquieviſſent, denuo pœnis adficiebantur. Porro illa etiam vidi fabuloſa, Ixionem, Siſyphum, Phrygem Tantalum male ſe

λε, πολλὰ καὶ ἐλεεινὰ ἦν ἀκοῦσαί τε, καὶ ἰδεῖν· μαστίγων τε γὰρ ὁμοῦ ψόφος ἠκούετο, καὶ οἰμωγὴ τῶν ἐπὶ τοῦ πυρὸς ὀπτωμένων, καὶ στρέβλαι, καὶ κύφωνες, καὶ τροχοί. καὶ ἡ Χίμαιρα ἐσπάραττε, καὶ ὁ Κέρβερος ἐδάρδαπτε· ἐκολάζοντό τε ἅμα πάντες, βασιλεῖς, δοῦλοι, σατράπαι, πένητες, πλούσιοι, πτωχοί· καὶ μετέμελε πᾶσι τῶν τετολμημένων. ἐνίους δὲ αὐτῶν καὶ ἐγνωρίσαμεν ἰδόντες, ὁπόσοι ἦσαν τῶν ἔναγχος τετελευτηκότων. οἱ δὲ ἐνεκαλύπτοντο, καὶ ἀπεστρέφοντο· εἰ δὲ καὶ προσβλέποιεν, μάλα δουλοπρεπές [b] τι, καὶ κολακευτικόν· καὶ ταῦτα, πῶς οἴει βαρεῖς ὄντες, καὶ ὑπερόπται παρὰ τὸν βίον; τοῖς μέντοι πένησιν ἡμιτέλεια τῶν κακῶν ἐδέδοτο, καὶ [c] ἀναπαυόμενοι πάλιν ἐκολάζοντο. καὶ μὴν κἀκεῖνα εἶδον τὰ μυθώδη, τὸν [d] Ἰξίονα, καὶ τὸν Σίσυφον, καὶ τὸν Φρύγα Τάντα-

λον

b Τί] L. Margo *A1W.* *J.* in ceteris τε. *c* Ἀναπαυόμενοι] Διαναπαυόμενοι P. *J.* quod minime ſperno.
d Ἰξίονα] Excepta *S.* quam ſequi ſolet Amſt. omnes Edd. Ἠξίονα.

16. Καὶ στρέβλαι] Στρέβλα τὸ βασανιστήριον ὄργανον, ἀπὸ τοῦ στρεβλῶ τὸ κάμπτω. *V.*

28. Ἡμιτέλεια τῶν καιρῶν ἐδίδοτο] Τὸ ἥμισυ τῆς τιμωρίας. ὡς ἐπὶ ‡ δασμοῦ δὲ τοῦτο προενέγκας διέχεεν ὑπερβαλλούσῃ ἡδονῇ τὴν ἀκοήν. *V.*

‡ Δεσμοῦ . . . προσενέγκας . . διέχει] Quid reſpexerit, quidve ſibi velit neſcio. C. & V. δασμοῦ & mox προενέγκας & διέχεεν. *M. du S.*

Senſus eſt: *ἡμιτέλεια vero quum dixit, quaſi de tributo loqueretur, mirifica voluptate aures* (lectorem) *perfudit.* Indicare voluit elegantiam ejus locutionis, qua pauperibus dimidium quaſi dolorum poenarumque tributum remitti dicitur: καιρῶν pro κακῶν librarii vitium. *T. H.*

10. Τῶν πεπαιδευμένων] Quo in numero cenſetur Plato. *J. Br.*

16. Ὀπτωμένων] Haud temere ſimilia apud Ethnicos ſcriptores invenias: ſed vide *Noſtrum* ſupra N. Δ. XXX. infra in Ἰσ. Ἀλ. II. c. 29. & Πένθ. c. 8. *M. du S.*

17. Ἡ Χίμαιρα] Χίμαιρα, τρίμορφον θηρίον, ὃ πρόσθεν μὲν λέων, μέσον δὲ χίμαιρα, ὄπισθεν δὲ δράκων. *Heſych.* Hujus deſcriptionem vide Il. Z. *A. V.*

20. Πένητες, πλ. πτωχοί] *Ariſtophanes* in Pluto v. 552. egregie inter πτωχὸν & πένητα diſtinguit:

Πτωχοῦ μὲν γὰρ βίος, ὃν σὺ λέγεις, ζῆν ἐστιν μηδὲν ἔχοντα.
Τοῦ δὲ πένητος, ζῆν φειδόμενον καὶ τοῖς ἔργοις προσέχοντα.
Περιγίγνεσθαι δ᾽ αὐτῷ μηδὲν, μὴ μέντοι μηδ᾽ ἐπιλείπειν.

Id eſt, *nihil cum eſt, nihil deſit tamen. Terent.* Eun. A. II. Sc. II, 12. *A. V.*

25. Δουλοπρεπές τι] Eandem lectionem dudum conjectura fueram adſecutus; paulo poſt ſimili ratione, φοβερόν τι καὶ διάκενον δεδορκότων· hic enim perinde intelligendum eſt, quod ex προσβλέποιεν facile repetas, προσέβλεπον. Venerat etiam in mentem, δουλοπρεπεῖς τε καὶ κολακευτικοί, quod, ſi ſcriptus aliquis Codex adſpiraſſet, libenter praetuliſſem, quia congruere videtur aptiſſime cum ſequentibus βαρεῖς ὄντες &c. Eleganter autem orationis animandae cauſa interponitur πῶς οἴει· *OEnom.* apud *Euſeb.* Praep. Euang. v. p. 214. B. Ἐγὼ οὖν ὡς ἤκουσα, πῶς οἴει ἠγανάκτησα. *Plato* Symp. p. 1203. A. πόσης οἴεσθε γέμει σωφροσύνης. Pari modo πῶς δοκεῖς· *Theophilus* apud *Athen.* XI. p. 472. E. ubi male vertitur. *T. H.*

Ibid. Τί] L. & Ed. *J.* In aliis τε. *M. du S.*

29. Διαναπαυόμενοι] Ex P. & Ed. *J.* Reliquae ἀναπαυόμενοι. *M. du S.*

32. Χα-

λον χαλεπῶς ἔχοντα, καὶ τὸν γηγενῆ Τιτυόν· Ἡράκλεις ὅσος! ἔκειτο γὰρ τόπον ἐπέχων ἀγροῦ.

Διελθόντες δὲ καὶ τούτους, ἐς τὸ πεδίον ἐσβάλλομεν τὸ Ἀχερούσιον· εὑρίσκομέν τε αὐτόθι τοὺς ἡμιθέους τε, καὶ τὰς ἡρωΐνας, καὶ τὸν ἄλλον ὅμιλον τῶν νεκρῶν κατὰ ἔθνη καὶ φῦλα διαιτωμένους· τοὺς μὲν παλαιούς τινας, καὶ εὐρωτιῶντας, καὶ, ὥς φησιν Ὅμηρος, ἀμενηνούς· τοὺς δὲ νεαλεῖς, καὶ συνεστηκότας· καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίους αὐτοὺς διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. τὸ μέντοι διαγινώσκειν ἕκαστον οὐ πάνυ τι ἦν ῥᾴδιον· ἅπαντες γὰρ ἀτεχνῶς ἀλλήλοις γίνονται ὅμοιοι, τῶν ὀστέων γεγυμνωμένων· πλὴν μόγις καὶ διὰ πολλοῦ ἀναθεωροῦντες αὐτοὺς ἐγινώσκομεν. ἔκειντο δ' ἐπ' ἀλλήλοις ἀμαυροί, καὶ ἄσημοι, καὶ οὐδὲν ἔτι τῶν

habentem, terrigenam Tityum: Hercule, quantus erat! jacebat enim ſpatium occupans agri.

15. His quoque præteritis in campum nos inferimus Acheruſium, invenimusque ibi ſemideos, & heroïdas, ceteramque mortuorum in populos & tribus diſpertitam turbam ibi commorantem; veteres alios ſituque mucidos, &, ut ait Homerus, roboris expertes; alios recentes & compactos, illosque in primis Ægyptiorum fere inſolubiles ob condituræ durabilitatem. Quamobrem unumquemque dignoſcere non admodum erat facile: omnes enim plane ſibi invicem fiunt ſimiles oſſibus nudatis: vix tamen permultum tempus contemplati eos noſcitabamus. Jacebant autem acervatim obſcuri, ignotique, & nihil eorum, quæ apud nos pulcra videbantur, ſer-

32. Χαλεπῶς ἔχοντα] Quam frigida haec; & *Luciano* indigna! Plura ſunt in hoc opuſculo ejusdem farinae, quae maturum judicium minime ſapiunt, & ſcriptorem arguunt aut a *Luciano* diverſum, aut certe *Lucianum* ipſum juniorem & nondum ſubacti ad has res judicii. *M. du S.*

Χαλεπῶς ἔχοντα] Hoc ſi ad Tantalum ſolum pertineat, omnino deſiderabit ὑπὸ τοῦ δίψους· ſed literam addi malo, χαλεπῶς ἔχοντας, ut Ixionem & Siſyphum ſimul complectatur. Illud autem frigus orationis, quod in his Vir Clariſſ. *M. du Soul* animadvertiſſe ſibi viſus eſt, ego quidem, qui meus eſt ſtupor, nullus ſentio. *T. H.*

Ibid. Καὶ τὸν γηγενῆ Τιτυόν. Ἡράκλεις ὅσος] Videtur Τιτυὸν, Ἡράκλεις ὅσον; *J. G.*

Ibid. Γηγενῆ] *Terrae filium.* *J. Br.*

33. Τόπον ἀγροῦ] *Homer.* Odyſſ. Λ, 575.

Καὶ Τιτυὸν εἶδον γαίης ἐρικυδέος υἱὸν
Κείμενον ἐν δαπέδῳ· ὁ δ' ἐπ' ἐννέα κεῖτο πέλεθρα. *J. Br.*

39. Εὐρωτιῶντας] Παλαιὸν & εὐρωτιάντα junxit itidem *Gregor. Nyſſ.* ad Pſalm. p. 364. B. ſed voce nonnihil vitiata: καὶ διὰ τοῦτο παλαιός τις καὶ ἐρρυτιῶν ἐγενόμην. Εὐρωτιῶν legendum ex hoc *Luciani* loco, ubi eadem illa copulentur, ſe didiciſſe monet *D. Hoeſchel.* ad *Phot.* p. 293. *T. H.*

40. Ἀμενηνούς] *Homer.* Odyſſ. K, 521. 536. *J. Br.*

42. Αὔους] In libris omnibus legebatur hic αὐτούς, nullo prorſus ſenſu. Ego vero αὔους ſcriptum fuiſſe pro certo habeo. Vide Πένθ. c. 8. *M. du S.*

Αὐτους] Non diffiteor αὔους ingenioſe cogitatum, & primo adſpectu blandiri. Attamen re diligentius expenſa dubitari fere nequit, quin aliud quidpiam requirat τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας· nam hoc quidem eum in modum ponitur, ut praecedentis cujuscumque vocabuli rationem prodat: jam ſi forte αὖοι commode dicuntur AEgyptiorum νεκροὶ διὰ τὴν ταριχείαν, quia condiendo corpora mortuorum exſiccantur, etiamne pari modo reſpondebit διὰ τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας; nihil, me judice, minus. Per illa veſtigia dum corruptae voci medicinam quaero, incidit ἀλύτους, literarum certe ſimilitudine tam propinquum, ut facilis errandi cauſa ſponte in oculos ingeratur: praeterea quam ſit oportuna verbi virtus huic loco, pronum eſt docere. Λύεσθαι & διαλύεσθαι a Graecis uſurpari ſolent de iis rebus, quae compage ſoluta dilabuntur ac diſſipantur: atque inde ἄλυτα quae vel plane non, vel difficillime ſolvuntur, disjectisve partibus intereunt. Illa poteſtas optime patet ex *Ariſtotel.* Meteor. IV. p. 101. ὅσα δὲ ὑπὸ θερμοῦ ξηροῦ πήγνυται, τὰ μὲν ἄλυτα, τὰ δὲ λύεται ὑγρῷ· mox: οἱ μυλίαι ἄλυτοι· νίτρον δὲ καὶ ἅλες λυτὰ ὑγρῷ· paulo poſt: τὰ μὲν λυτά ἐστιν, οἷον νίτρον· τὰ δὲ ἄλυτα, οἷον κέραμος καὶ λίθος· ibidemque ſaepius occurrit. *Plato* Tim. p. 1054. A. in illa admirabili auguſtiſſimi rerum omnium parentis oratione: Θεοὶ θεῶν, ὧν ἐγὼ δημιουργὸς, πατήρ τε ἔργων, ἃ δι' ἐμοῦ γενόμενα ἄλυτα, ἐμοῦ γε θέλοντος· τὸ μὲν οὖν δὴ δεθὲν πᾶν λυτόν· τό γε μὴν καλῶς ἁρμοσθὲν καὶ ἔχον εὖ λύειν ἐθέλειν, κακοῦ· δι' ἃ καὶ ἐπείπερ γεγένησθε, ἀθάνατοι μὲν οὐκ ἐστὲ, οὐδ' ἄλυτοι τὸ πάμπαν, οὔτι μὲν δὴ λυθήσεσθέ γε, οὐδὲ τεύξεσθε θανάτου μοίρας &c. Hinc ἡ τοῦ σώματος λύσις, quando, migrante anima, collapſum tandem in cineres ac pulverem ſolvitur: *Æſchin.* Dial. III. §. 19. & corpus humanum natura λυτόν, quippe quod poſt mortem in elementa, unde fuerat conflatum, diſſi-

ſervantes. Quinimo, multis eodem in loco ſceletis jacentibus, cunctiſque ſimilibus, qui terribile quiddam per vacuos oculorum orbes intuerentur, nudoſque dentes oſtenderent, mecum hæſitabam, quo ſigno diſcernerem Therſiten a formoſo Nireo, aut mendicum Irum a Phæacum rege, aut Pyrrhiam coquum ab Agamemnone: nihil enim amplius priſtinorum indiciorum ipſis adhærebat, ſed conſimilia oſſa erant, incerta nulliſque notis inſcripta, ſic ut a nemine amplius diſtingui poſſent.

16. Tum vero iſta videnti videbatur mihi hominum vita pompæ cujusdam longæ ſimilitudinem habere; adminiſtrare vero atque ordinare ſingula fortuna, diverſos ac varios pompam ducentibus habitus adtribuens: hunc enim oblatum regali cultu

παρ' ἡμῖν καλῶν φυλάττοντες. [a] ἀμέλει, πολλῶν ἐν ταὐτῷ σκελετῶν κειμένων, καὶ πάντων [b] ὁμοίων, φοβερόν τι, καὶ διάκενον δεδορκότων, καὶ γυμνοὺς τοὺς ὀδόντας προφαινόντων, ἠπόρουν πρὸς ἐμαυτόν, ᾧ τινι διακρίναιμι τὸν Θερσίτην ἀπὸ τοῦ καλοῦ Νιρέως, ἢ τὸν μεταίτην Ἶρον ἀπὸ τοῦ Φαιάκων βασιλέως, ἢ Πυῤῥίαν τὸν μάγειρον ἀπὸ τοῦ Ἀγαμέμνονος· οὐδὲν γὰρ ἔτι τῶν παλαιῶν γνωρισμάτων αὐτοῖς παρέμενεν, ἀλλ' ὅμοια τὰ ὀστᾶ ἦν, ἄδηλα, καὶ ἀνεπίγραφα, καὶ ὑπ' οὐδενὸς ἔτι διακρίνεσθαι δυνάμενα.

Τοιγάρτοι ἐκεῖνα ὁρῶντι ἐδόκει μοι ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος πομπῇ τινι μακρᾷ προσεοικέναι, χορηγεῖν δὲ καὶ διατάττειν ἕκαστα ἡ Τύχη, διάφορα καὶ ποικίλα τοῖς [c] πομπεύουσι σχήματα προσάπτουσα· τὸν μὲν γὰρ λαβοῦσα

ἡ

a Ἀμέλει] Ὥστε P. L. *J.* Margo *AiW.* Eſt interpretamentum. b Ὁμοίων] Ὁμοίως *F.* c Πομπεύουσι] Πομπευταῖς P. L. *J.* Margo *AiW.*

50. Σκελετῶν] Ἀπεξηραμμένων. *G.*

diſſipatur: Graeci dicunt λύεσθαι vel ἀναλύεσθαι εἰς τὰ στοιχεῖα. Huic neceſſariae calamitati obſiſtere conabantur conditura & odoribus AEgyptii, ut ne poſt obitum quidem cariſſimorum pignorum conſpectu privarentur: eaque cura quodammodo perficiebant, ut per multa ſecula lineamentis integris cadavera conſtarent, neque, ut apud alias gentes ab his moribus averſas, cito diffluerent. *Plato* Phaed. p. 60. F. συμπεσὸν γὰρ τὸ σῶμα καὶ ταριχευθὲν, ὥσπερ οἱ ἐν Αἰγύπτῳ ταριχευθέντες, ὀλίγου ὅλον μένει ἀμήχανον ὅσον χρόνον· ante dixerat σώματι τάχα διαλύεσθαι προσήκειν, ψυχῇ δὲ αὖ τὸ παράπαν ἀδιαλύτῳ εἶναι· &, τὸ ὁρατὸν σῶμα .... ὃ δὴ νεκρὸν καλοῦμεν, ᾧ προσήκει διαλύεσθαι καὶ διαπίπτειν καὶ διαπνεῖσθαι. Hinc patere arbitror, cur *Noſter*, poſtquam memoraverat quoſdam mortuorum νεαλεῖς καὶ συνεστηκότας, qui tamen brevi tempore communem ſortem ſubituri videbantur, addiderit appoſite, καὶ μάλιστα τοὺς Αἰγυπτίων ἀλύτους, *indiſſolubiles*: quam vero ob cauſam? quidve tandem hanc ipſis in longiſſimum tempus perdurandi virtutem conciliabat? τὸ πολυαρκὲς τῆς ταριχείας. Iſta quum aptiſſime cohaereant, non plane noſtra conjectura videbitur inprobabilis, eoque forte nomine alteri praeferenda. *Luciani* locum uſurpavit *Gataker.* ad *Antonin.* IV. §. 48. *T.H.*

44. Οὐ πάνυ τι ἦν ῥᾴδιον] *Gataker.* ad *Antonin.* VI. §. 24. ubi horum multa profert, ſcripſit οὐ πάνυ ἦν τι ῥᾴδιον· male factum, ſi de induſtria ſeparavit particulas, quae Attico more conjungi ſolent, ut monuit *H. Stephan.* App. de D. A. p. 74. Saepe *Noſter*: Ἐπισκ. c. XII. *Dion Chryſ.* initio Charidemi: οὐ πάνυ τι αὐτοὺς ἐπιστάμενος. *T.H.*

49. Ἀμέλει] P. L. & Ed. *J.* ὥστε pro ἀμέλει habent. *M. du S.*

Ἀμέλει] Recepta per editiones interpunctio fortaſſe paucos offendet, neque ipſe temere movendam putem: nihilominus, ſi res mei ſit arbitrii, hanc partem usque ad προφαινόντων praecedenti membro adjungi malim; tum porro ſubſequentis orationis initium addita particula, quae facile creberrimo vitii genere fugari potuit, locupletaverim: ἠπόρουν οὖν πρὸς ἐμαυτόν· ſic ἀμέλει decentiorem locum occupabit, & articuli comprehenſionis integrae juſtiore nexu cohaerebunt. Verum πάντων ὁμοίων legatur, an πάντων ὁμοίως φοβερόν τι καὶ διάκενον δεδορκότων, perparum intereſt: ſic tamen Ed. princeps addita poſt ὁμοίως majore diſtinctione: unde ortum videtur, ut poſtmodum ὁμοίως in ὁμοίων mutandum cenſuerint. *T. H.*

55. Τὸν μεταίτην Ἶρον] *Homer.* Odyſſ. Σ. *J. Br.*

Ibid. Ἀπὸ τοῦ Φ. β.] Ab Alcinoo. Odyſſ. H. *J. Br.*

56. Πυῤῥίαν] Vid. Ὀρχ. c. 19. & Τιμ. c. 22. ubi de eo dictum eſt. Sed quis ille nobilis coquus in hiſtoria? niſi forſan ad Comicorum coquos alludit, de quibus ex *Athenaeo* dixi. *M. du S.*

21. Τεταγὼς] * Ὁ διατείνας καὶ τινάξας καὶ ῥίψας. Ἀπὸ τοῦ τάζω τὸ τείνω καὶ ἕλκω, ὁ μέλλων τάξω. ὁ † παρακείμενος τέταγα· ὁ δεύτερος ἀόριστος ἔταγον, καὶ ἡ μετοχὴ, ὁ ταγὼν, καὶ κατὰ ἀναδιπλασιασμὸν τεταγών. *V.*

* Ὁ τείνας] Exc. G. διατείνας καὶ τινάξας. C. δ. καὶ τιν. *M. du S.*

Prorſus ita in *V.* ſcriptum eſt, ut in Exc. G. *T. H.*

† Παραληλυθώς] Hoc modo qui Scholia Voſſiana deſcripſit in uſum Ed. A. expreſſerat iſtam vocis integrae figuram παρακείμενος. Dedi παρακείμενος, quod *Etymologus* habet in Τεταγών, ubi haec eadem totidem fere verbis leguntur: in ceteris exemplar Voſſianum accurate ſecutus ſum, quod, etſi in fine τεταγὼν praeferret, in fronte τεταγὼς ſervabat: ibi tamen ex C. τεταγὼν adnotavit *M. du Soul.* *T. H.*

arbiter ſimul cum alio; nec dubito ſic eſſe legendum, ſcilicet συνδιαίτωρ vel συνδιαιτητής. *J. P. a G.*

Συνδιάκτορος] Simplex διάκτορος eſt epithetum Mercurii apud *Homerum* frequens, quod Grammatici putant deductum ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας, *a nuntiis ferendis.* Vide *Euſtath.* ad *Homer.* Ed. Rom. p. 182. & 1393. Hic ſeſe ei conjungens Charon vocat συνδιάκτορον, non quod eſſet nuntius Deorum, ſed quia ſolebat una cum Mercurio διάγειν τοὺς νεκροὺς, *trajicere mortuos.* Quae ad hunc locum habent Eruditi Viri, plane ſunt inania. *J. C.*

Συνδιάκτορος] Sic omnes, quas vidi, Edd. Vir tamen Doctiſſimus (in *B3.* credo, quam non conſului) cum legiſſet συνδιάτορος, emendare conatus eſt: fruſtra; genuina enim eſt, quam exhibemus. Διάκτορος a munere Mercurii epithetum apud *Homerum* frequens, ut Il. Β, 103. Φ, 497. & Od. Ε, 43. unde hic συνδιάκτορος, *ejusdem familiae ſervus*: erat enim, ut apud *Æſchylum* audit Choeph. v. 163. Κῆρυξ μέγιστε τῶν ἄνω τε καὶ κάτω. *Spanhem.* p. 169. *M. du S.*

Συνδιάκτορος] Mercurium *Homerus*, *Heſiodusque* διάκτορον Ἀργειφόντην vocarunt: ratio nominis utriusque inter Grammaticos, ut ſolet, non explorate conſtat, aliis aliam originem adſignantibus; quam quisque ad ſuam de modo fabularum explicandarum opinionem accommodare maxime conſuevit. Id quidem prorſus ineptum eſt, atque ab analogiae legibus abhorrens, quod διάκτορον dici volunt inſerto τ quaſi διάτορον, οἷον διατόρως καὶ σαφῶς διαλεγόμενον, vel, διάτορον καὶ σαφῆ κατὰ τὸ λέγειν, ſicut in *Heſychio* & *Etymologo* ſcribendum eſt: neque hoc omiſit *Cornut.* de N. D. c. 16. διάκτορος κέκληται ἤτοι ἀπὸ τοῦ διάτορος εἶναι καὶ τρανός &c. Verum duplex ſententia potiſſimum obtinuit, ab ejusdem verbi fonte, ſed diſpari ductu, vocem illam repetens: prima, quam probandam exiſtimo, διάκτορον interpretatur *nuncium mandata ferentem* ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς ἀγγελίας· ſic in *Etymologo* refinge, διάγοντι τὰς ἀγγελίας τῶν θεῶν, ἀγγελιαφόρῳ, ex *Schol. Homer.* ad Il. Β, 103. ex illo viciſſim in hoc ἀγγελίας pro ἐργασίας. *Euſtath.* ad Od. Π. p. 1809. v. 33. ex vetuſtis Poëtae enarratoribus: Ἑρμῆς γάρ φασι πρῶτος, οἷα κῆρυξ καὶ διάκτορος, καθῆρας τὰς ὁδούς. Altera *transvectorem animarum*, propterea quod Mercurius ψυχοπομπὸς umbras deducens Acherontis etiam trajectum procuret: inſignis eſt ad *Heſiod.* Ἐ. καὶ Ἡ. v. 84. *Procli* locus, ſed, ni fallor, truncatus, quem pro virili parte redintegrabo: Ἀργειφόντης δὲ ἤτοι ὁ ἀργὸς φόνου, ἢ ὁ ἀργῶς φαίνων· (niſi quis praeferendum cenſeat, ἐναργῶς φωνῶν) εἰρηνικὸς γὰρ ὁ θεὸς καὶ ἀψευδής· οἱ δὲ νεώτεροι, ὅτι Ἄργον ἐφόνευσε τὸν πανόπτην. Διάκτορον δὲ Νέσσος ὁ Χῖος (hic tamen aliae vocis διάκτορος proprietates forte deſunt, quibus ultimo demum loco fuerit adjectum, Νέσσος δὲ ὁ Χῖος &c.) ἀπὸ τοῦ διάγειν τὰς τῶν τελευτώντων ψυχάς Dubito, an *Daniel Heinſius* noſtram emendationi ſuae, quamvis eam pro minime dubia putabat, fuiſſet praelaturus: εἰρηνικὸς certe vel in caducei gratiam, licet ἑρμηνευτικὸς in *Tzetze* reperiret, mutare non debuerat, nec pacis conciliandae gloriam hic Mercurio eripere: ſed magis obſtat *Schol. Homer.* ad Il. Β, 104. Quin ipſum διάκτορος a quibusdam eo fuit relatum, & in *Heſychio* legas Διακτόρως, εἰρηνικῶς, ſive potius Διακτόρῳ, εἰρηνικῷ. Neſſi autem Chii, ſic enim quam Νέσος malo, qui rariſſimus apud veteres occurrit, mentionem etiam factam invenies a *Diogen. L.* IX, 58. *Schol Homer.* MS. apud *Ez. Spanhem.* ad *Julian.* Caeſ. in Prob. Not. p. 74. idem etymon *Etymologus* conſignavit: ἐπὶ τοῦ Ἑρμοῦ φασὶ παρὰ τὸ κέαρ τῶν τετελευτηκότων κομίζειν· ἢ ὁ διάγων τὰς ψυχάς· τοῦ γὰρ Ἑρμοῦ ἐπίθετον. Διάγειν vero, quod eſt *trajicere*, *transvehere*, de Charonte poſuit *Ariſtoph.* Ran. v. 140. Ἐν πλοιαρίῳ τυννουτῳὶ σ' ἀνὴρ γέρων Ναύτης διάξει δύ' ὀβολὼ μισθὸν λαβών· & commo-

καὶ μὴν καλῶς εἶχεν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν σε μεμνῆσθαι, ὅτι μηδεπώποτέ σε ἢ ἀντλεῖν ἐκέλευσα, ἢ πρόσκωπον εἶναι· ἀλλὰ σὺ μὲν ῥέγκεις ἐπὶ τοῦ καταστρώματος ἐκταθεὶς, ὤμους οὕτω καρτεροὺς ἔχων· ἢ εἴ τινα [a] λάλον νεκρὸν εὕροις, ἐκείνῳ παρ' ὅλον τὸν πλοῦν διαλέγῃ. ἐγὼ δὲ πρεσβύτης ὢν, τὴν δικωπίαν ἕλκων, ἐρέττω μόνος. ἀλλὰ πρὸς τοῦ πατρὸς, ὦ φίλτατον [b] Ἑρμίδιον, μὴ καταλίπῃς με· περιήγησαι δὲ τὰ ἐν τῷ βίῳ ἅπαντα, ὥς τι καὶ ἰδὼν ἐπανέλθοιμι· ὡς ἤν με σὺ ἀφῇς, οὐδὲν τῶν τυφλῶν διοίσω· καθάπερ γὰρ ἐκεῖνοι σφάλλονται [c] διολισθαίνοντες ἐν τῷ

non indecorum erat, Majæ fili, eorum quidem ut meminiſſes, quod nunquam te antliam ducere juſſi, nec remis admovi: quin ſtertis in tranſtris porrectus tu, qui humeros habes tam validos; niſi ſi garrulam aliquam umbram inveneris, quacum per totum curſum confabuleris: ego interea vetulus binos remos agens ſolus remigo. At per patrem te obſecro, ſuaviſſime Mercuriole, ne me deſtituas: imo age per partes, in hominum vita quæ ſint, omnia mihi demonſtra, ut fructum aliquem ex ea contemplatione referam. Quod ſi tu me deſerueris, nihil inter me & cæcos intererit: quemadmodum enim hi vacillant fruſtratis per

[a] Λάλον] Egregie *Brodaeo* duce ſic Benedictus dedit pro ἄλλον, quod in cunctis Edd. extabat. [b] Ἑρμίδιον] Ἑρμήδιον priores Edd. Ἑρμάδιον habet margo *A1W*. [c] Διολισθαίνοντες] *F.* διολισθήνοντες. In P. & *J.* καὶ διολισθαίνουσι.

28. Πρόσκωπον εἶναι] Ἐπὶ τῇ κώπῃ εἶναι. *V.*
Ἀντὶ τοῦ ἐρέττειν, ἤτοι ἐπὶ τῇ κώπῃ εἶναι. *V.*
30. Ὤμους] Ὡς παλαιστὴν διαπαίζει. *V.*
35. Περιήγησαι] Λεπτομερῶς εἰπέ. *V.*
38. Σφάλλονται] Ἀποτυγχάνουσι. *V.*

de *Schol. Æſchyl.* ad Ἑ. ἐπὶ Θ. v. 864. ναυστόλον θεωρίδα, quomodo cymbulam inferni portitoris Tragicus appellaverat, exponit τὴν διάγουσαν τοὺς νεκρούς. Hanc poſtremam interpretationem ſecutus eſt, pro tempore ſaltem, *Lucianus*, ut Mercurium jure Charon non tantum ξύμπλουν, ſed etiam ξυνδιάκτορον nuncuparet, quia ſecum operam in traducendis mortuorum umbris communem exercebat. *T.H.*

26. Καλῶς εἶχεν] *H. Stephan.* App. de D. A. p. 142. de praeterito imperfecto agens, *quod ut praeſenti proximum, ita locum ejus interdum obtinet*, hoc etiam exemplum propoſuit: *ubi tamen*, inquit, *dubitari queat, an* εἶχε *pro* ἔχει *poſitum ſit. Suam enim ſignificationem retinere videri queat, quatenus Mercurius hoc officium illi praeſtare jam recuſavit: perinde ac ſi diceret, Non debebas id officii mihi denegare: par enim erat te meminiſſe &c. Viciſſim autem, quatenus illum rogare pergit, tanquam non omnino repulſam paſſus, videri queat hoc praeteritum imperfectum praeſentis ſignificationem habere. Stephano* ſolemne eſt in levibus argutari: omiſſum ἄν, quod ſaepe fieri conſuevit: καὶ μὴν καλῶς εἶχεν ἄν, ὦ παῖ Μαίας, ἐκείνων γοῦν &c. Particula γοῦν eundem hic locum & uſum habet, quem §. 7. ὀλίγα γοῦν. Index ſimilia plura ſuppeditabit. *T.H.*

28. Πρόσκωπον εἶναι] Bene reſtituerant *Polluci* I, 95. *Thucydidis* exemplo I. c. 12. jungatur hicce *Noſtri* locus, & alter §. 7. ναύτης ἀεὶ καὶ πρόσκωπος ὤν. *T.H.*

29. Ἐπὶ τοῦ καταστρ.] Non in Charontis tantum cymba *ſuper tranſtris*, non *ſub tranſtris*, dormiebant, ſed & alibi, uti ex *Euſtathio* docet *Caſaub.* ad *Theophr.* Char. p. 338. cujus textum etiam hinc emendat. *M. du S.*

Ἐπὶ τοῦ καταστρώματος] *Iſ. Caſauboni* notam ad *Theophr.* Char. c. XXII. p. 157. vellicaverat *Theod. Marcilius* Vir; praeſertim ſi cum *Caſaubono* comparetur, haud magni ſane pretii ad *Perſ.* Sat. V, 146. ad eum enim hominem maligne invidum ſpectat acrior utrobique Viri ſummi increpatio. *Syneſius* de ſervo nequam in patriam navi deportando Ep. XXXII. πλείτω δὲ δεδεμένος ἐπὶ τοῦ καταστρώματος. μὴ γὰρ εἰς κοίλην ναῦν καταβαίη. *T.H.*

30. Ὤμους] Quia gymnaſiorum praeſes. *M. du S.*

31. Ἄλλον νεκρὸν] Caſtiga λάλον, ἐκείνῳ διαλέγῃ. *J. Br.*

Λάλον] Secuti ſumus, hoc quidem in loco, non veterum Codd. auctoritatem, ſed emendationem *Benedicti* certiſſimam: in omnibus enim ante ipſum editis vitioſe legebatur ἄλλον. Interpres tamen aut emendarat, aut in ſuo codice recte ſcriptum invenerat; vertit enim *loquacem*: ut mirer *Bourdelotium*, qui hanc verſionem una cum Graeco textu edi curavit, retinuiſſe tamen ἄλλον. Vide ſupra *Mer.* c. 18. *M. du S.*

32. Τὴν δικωπίαν ἕλκων] Meminerunt hujus loci *Laz. Bayſ.* de R. N. p. 609. B. *Scheffer.* de Mil. Nav. p. 67. & Diſſ. de Variat. Nav. p. 773. F. *Tan. Faber* ad *Ariſtoph.* Ecclеſ. v. 1083. ubi δικωπεῖν, ſed ſenſu turpiculo translatum, occurrit. Δικωπίας ἐρέττειν habet *Schol. Thucydid.* ad IV. c. 67. modo ne legendum ſit δικωπίᾳ. Δίκωπον σκάφος Charontis in *Euripid.* Alc. v. 252. & ἐλάτᾳ δικώπῳ v. 444. *T.H.*

33. Δικωπία.] Ob binos, opinor, remos; quod in cymbis videre eſt, praeſertim nautarum ſingulorum: nam unus tantum remigat duos trahens remos. *G.*

34. Ἑρμήδιον] Imo, invitis libris omnibus, emenda, & meo periculo Ἑρμίδιον lege, ut apud *Ariſtoph.* Pac.

per lubrica veſtigiis in caligine, ſimiliter ſane & ego tibi jamdudum acie ſum ad lucem hebetata. Verum fac mihi, Cyllenie, ſemper memori futuro hanc gratiam.

2. MERC. Hocce negotium mihi non ſine plagis abibit: jamque video mercedem præſtiti officii præſentibus pugnis omnino perſolutum iri: neque tamen eo minus opera tibi danda eſt: quid enim facias, ubi vir amicus blanda vi cogit? Ergo omnia quidem ut videas ſingulatim & adcurate, nulla arte fieri poteſt; multorum enim hæc annorum foret mora. Tum me quidem oportuerit præconio citari, tanquam fugitivum, a Jove: te ſane ipſum idem inpediverit, ne adminiſtres mortuale

σκότῳ, οὕτω δὴ κἀγώ σοι πάλιν ἀμβλυώττω πρὸς τὸ φῶς. ἀλλὰ δός, ὦ Κυλλήνιε, μοι ἐς ἀεὶ μεμνησομένῳ τὴν χάριν.

ΕΡΜ. Τουτὶ τὸ πρᾶγμα πληγῶν αἴτιον καταστήσεταί μοι. ὁρῶ γοῦν ἤδη τὸν μισθὸν τῆς περιηγήσεως οὐκ ἀκόνδυλον παντάπασιν ἡμῖν ἐσόμενον· ὑπουργητέον δὲ ὅμως· τί γὰρ ἂν καὶ [d] πάθῃ τις, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; πάντα μὲν οὖν σε ἰδεῖν καθ' ἕκαστον ἀκριβῶς ἀμήχανόν ἐστιν, ὦ πορθμεῦ. πολλῶν γὰρ ἂν ἐτῶν ἡ διατριβὴ γένοιτο. εἶτα ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα ὑπὸ τοῦ Διός· σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ

τῶν

[d] Πάθῃ] Πάθοι L. B2. utrumque probum.

44. Οὐκ ἀκόνδυλον] Κόνδυλος ὁ ἐν τῇ συνηθείᾳ * γρόνθος. V.

* Γρόνθος] Quid eſt γρόνθος; An γρόνθων legendum? quod exponit *Heſychius* ἀναφύσησιν, ἣν πρώτην μανθάνουσιν αὐληταὶ καὶ κιθαρισταί. Ita ut per γρόνθωνα exponat Scholiaſtes κόνδυλον, quia ex ictu ſive pugno, qui eſt κόνδυλος, oriatur in cute tumor, hoc eſt, ἀναφύσησις. *J. J.*

Vocabulum rarius & Graecae linguae communis initio *Patr. Junium* in Ep. *Polycarpi* §. 2. ἀποδιδόντες γρόνθον ἀντὶ γρόνθου, fefellerat: poſtea didicit exemplis oblatis alibi quoque occurrere: *Schol. Homer.* ad Il. B, 219. Achilles Therſitem γρόνθῳ παίσας ἀναιρεῖ, plane ut Hercules Cyathum πλήξας κονδύλῳ ἀνεῖλεν apud *Enarrat. Apoll. Rh.* ad I, 1212. Χεῖρα κραταιὰν *Quintus Calaber* teſtis a *Scholiaſte* parvo citatus vocat I, 740. Solemne eſt Grammaticis πυγμὴν & κόνδυλον exponere γρόνθον. *Heſych.* in Πυγμὴ, Πύκτας, Πύξ. Etymol. in Πυγμαίους τὸν γρόνθον τῆς χειρός. *Tzetz.* ad *Lycophr.* v. 981. 999. *Joann. Diacon.* ad *Heſiod.* Ἀσπ. v. 302. κονδυλίζοντες ἀλλήλους, ἤγουν τῷ γρόνθῳ βάλλοντες. Judic. III, 16. *Aquila* & *Symmachus* γρόνθου παλαιστιαίου dederunt, ubi in Graecis & *Theodotione* fuit ἐπιθαμῆς· cujus admonitus ſum ab egregio viro *Jo. Jac. Wetſtenio.* Propius ad originem inferior aetas extrito ν acceſſit: vide *Jo. Meurſ.* Gl. GB. & *Du Cangium* in Γρόθος. *Heſychii* γρόνθων ab eodem fonte derivatus invenitur etiam apud *Poll.* IV, 83. ſicuti jampridem *H. Stephanus* obſervavit in Ind. Th. *T. H.*

Pac. v. 381. 923. Apud *Suidam* etiam corrupte legitur Ἑρμάδιον, de quo monuit jam doctiſſimus Editor *Kuſterus.* *M. du S.*

35. Περιήγησαι] Verbi poteſtatem explicuimus ad p. 412. Nunc egregius accedat *Baſilii* locus Hom. VI. in Hexaëm. p. 50. B. Δεῦρο δὴ οὖν, ὥσπερ οἱ τοὺς ἀήθεις τῶν πόλεων τῆς χειρὸς λαβόμενοι περιηγοῦνται, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ἐπὶ τὰ κεκρυμμένα θαύματα ὑμᾶς τῆς μεγάλης ταύτης πόλεως ξεναγήσω. *T. H.*

38. Καὶ διολισθαίνουσι] P. & *J.* In aliis legitur pro his διολισθαίνοντες. *M. du S.*

39. Πάλιν] Scribendum eſt πάλαι, quod in verſione ſecutus ſum: nam illud πάλιν quomodo ſententiae congruat, nemo facile dixerit: nihil eſt frequentius iſto uſu τοῦ πάλαι apud *Ariſtophanem*, πάλαι δήπου λέγω, πάλαι κατηγοροῦσα τυγχάνω &c. Aliud exemplum dedimus in *Sexto* p. 282. unde pateat, quam proclivis ſit utriusque voculae permutatio. *T. H.*

44. Ἀκόνδυλον] Κονδυλίζειν, *ſtricto acutoque articulo percutere. Petron.* *A. V.*

45. Τί γὰρ ἂν καὶ πάθῃ τις] Sic *Themiſt.* Or. VIII. p. 103. C. Τί οὖν ἂν πάθοιμεν πρὸς ἀνθρώπους οὕτω δυσκόλους; *A. S.*

46. Πάθοι] Haec vox in L. & *B2.* recte habet; in reliquis peſſime πάθῃ· nota eſt, & tritiſſima phraſis. Vide, ſi lubet, Dial. Mort. XV. & in Τιμ. c. 39. & paſſim. *M. du S.*

49. Εἶτα ἐμὲ μὲν κηρύττεσθαι δεήσει, καθάπερ ἀποδράντα ὑπὸ τοῦ Διός] Inſulſe *Moſellanus*: *deinde & ipſi mihi verendum, ne interim tanquam transfugam Jupiter me abdicet*; quaſi legiſſet ἀποκηρύττεσθαι. Verior igitur *Benedictus*; & adſcripſit pater, [*quaſi fugitivum per praeconem inveſtiget.* Vide *Petron. Moſch.* Ἁ Κύπρις τὸν Ἔρωτα.] locum *Petronii* intelligens cap. 58. *At non ſervus publicus tam languide egit, ſed raptam cauponi harundinem ſubter lectum mittit, omniaque etiam foramina parietum ſcrutatur* &c. Alter locus eſt *Moſchi* notus. *J. G.*

50. Κηρύττεσθαι δ. καθάπερ ἀποδράντα] Mercurius apud *Lucianum* ſaepe conditionem ſervilem & agnoſcit & indignatur: eſt aliquando, ut praeconis honoratiores partes gerat; ut in Βίων πράσει. Hic ipſe, ne tanquam fugitivus praeconis voci ſubjiciatur, metuit: nam ſi ſervus aufugiſſet, aut res quaecumque alia foret amiſſa, ad praeconem ire moris erat, & μήνυτρον commonſtranti mancipium reducentive, vel inventori εὕρετρον pronunciare. *Curius Fortunat.* p. 49. *Cujus ſervus fugerat, libello propoſito, vel per praeconem nun-*

cians

τοῦ θανάτου ἔργα, καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, μὴ νεκραγωγοῦντα πολλοῦ τοῦ χρόνου· καὶ ὁ τελώνης Αἰακὸς ἀγανακτήσει, μηδ᾽ ὀβολὸν ἐμπολῶν. ὡς δὲ τὰ κεφάλαια τῶν γιγνομένων ἴδῃς, τοῦτ᾽ ἤδη σκεπτέον. ΧΑΡ. Αὐτὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἐπινόει τὸ βέλτιστον· ἐγὼ δὲ οὐδὲν οἶδα τῶν ὑπὲρ γῆς, ξένος ὤν. ΕΡΜ. Τὸ μὲν ὅλον, ὦ Χάρων, ὑψηλοῦ τινος ἡμῖν ἔδει χωρίου, ὡς ἀπ᾽ ἐκείνου πάντ᾽ ἴδοις· [a] σὺ δὲ, εἰ μὲν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν δυνατὸν ἦν, οὐκ ἂν ἐκάμνομεν· ἐκ περιωπῆς γὰρ ἂν ἀκριβῶς ἅπαντα καθεώρας. ἐπεὶ δὲ οὐ θέ-

tuum munus : Plutonis imperio certe damnum adtuleris , ſi nullos mortuos deducas longo temporis intervallo : & publicanus Æacus indignabitur , ne obolum quidem lucrifaciens. Ut vero ſumma rerum , quæ geruntur, capita ſpectes, id jam nunc diſpiciendum eſt. CHAR. Ipſe tu, Mercuri, quid optimum ſit , excogita : quandoquidem ego eorum ignarus ſum , quæ ſunt in terra , quippe hoſpes. MERC. Ut paucis dicam , Charon , eminente quodam nobis opus erat loco , ut inde cuncta contempleris : quod ſi in cœlum adſcendendi jus tibi foret, non laborarem: ex hac enim ſpecula exacte cuncta deſpiceres : nunc, quo-

a Σὺ] Σοὶ *Ald.* Ita notatur in ora *A1W.*

cians dixit, daturum ſe denarios mille ei, qui ad ſe ſervum perduxiſſet. Dion Chryſ. Or. VII. p. 123. D. Οὐκοῦν οὐδὲ κήρυκας ὠνίων , οὐδὲ κλοπῶν ἢ δρασμῶν μήνυτρα προτιθέντας ἐν ὁδοῖς καὶ ἐν ἀγορᾷ φθεγγομένους μετὰ πολλῆς ἐλευθερίας. Perfacete Stratonicus , ut erat homo jocorum plenus , apud *Athen.* VIII. p. 350. A. quum citharœdum ſcite procœmium quoddam canentem audiviſſet , reliqua vero non aeque commode peragentem, ἀναστὰς ἐκήρυξεν , ὃς ἂν καταμηνύσῃ τὸν τὸ προοίμιον ᾄσαντα κιθαρῳδὸν , λήψεται χιλίας δραχμάς. Exemplum ejusmodi praeconis habes in *Petronii* c. XCVII. ubi, qui hac de re ſcripſerint , multos indicavit *Erhardus.* *T.H.*

Ibid. Ὑπὸ τοῦ Διὸς &c.] Video in membranis Florentinis pro ὑπὸ τοῦ Διὸς ab erudito quodam viro notatum ἀπὸ τοῦ Διός. Sed id minime opus , quum ὑπὸ τοῦ Διὸς ad κηρύττεσθαι, non ad ἀποδράντα, ſit referendum. Cæterum aliud quid , ἔμοιγε δοκεῖν, hic latet. In anterioribus rogarat Mercurium Charon , ut ſibi omnia , quae in vivis eſſent ac agerentur, oſtenderet. Mercurius cauſſatus , ſibi tantum haud ſupereſſe otii, quippe cui uno die non amplius liceret agere apud ſuperos, hanc autem rem non unius eſſe diei; verum ſe amici cauſſa multum velle ; non tamen ſe omnia oſtenſurum ; multos enim ad id requiri annos : pergit in verbis Græce poſitis, *Deinde ab Jove proclamari me oportebit tamquam fugitivum : te quoque ipſum id impediet , quo minus mortis munia exſequaris , & imperium Plutonis damno afficias , longo tempore nullos ducens mortuos : publicanus quoque Aeacus indignabitur, ne obolum quidem lucrans.* At quid hoc? An iſta mora & ceſſatio ab impoſito quotidiano munere prohibebit Charontem, Plutonis imperio damnum inferre? Neque enim video, qui aliter hæc Græca [σὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα , καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν] poſſint intelligi. At contrarium profecto erat eventurum: ſcilicet vel maximum erat Plutonis regno damnum illaturus , qui tam longo tempore nullos ducturus eſſet mortuos. An excidit particula ὡς, legendumque ? σὲ δὲ καὶ αὐτὸν κωλύσει ἐνεργεῖν τὰ τοῦ θανάτου ἔργα , ὡς καὶ τὴν Πλούτωνος ἀρχὴν ζημιοῦν, *ut damno etiam affecturus ſis Plutonis imperium.* Videtur id maxime vero ſimile. *J. J.*

52. Καὶ τὴν Πλ. ἀ. ζημιοῦν] Cl. *Jenſius* excidiſſe putat ὡς, & legendum ὡς καὶ &c. Verum ejusmodi incuriam apud optimos quosque ſcriptores interdum reperias: neque ea, ut opinor, vitio iis vertenda, ſi, ut hoc in loco, ſenſus facilis & apertus lectorem decipi non patiatur. In aliis , ubi errandi periculum eſt, culpandi. *M. du S.*

Τὴν Πλ. ἀ. ζημιοῦν] Reticere aliquando in uno orationis membro verbum, quod in altero vel aperte vel impeditius ſit expreſſum, non infrequens eſt: hoc ergo , quod ad implendam ſententiam ex proximo arceſſi debet , ſi poteſtatis fuerit ejusdem, vix ullam habet difficultatem: ſin requiratur diverſae, vel etiam contrariae, longe majorem. Hic in prima parte poſitum κωλύσει repeti non poteſt in ſequenti ; ſed ex eo formandum eſt aliud illius membri ſententiae conveniens ποιήσει , ἀναγκάσει , aut ſimile quiddam τῷ κωλύσει contrarium. Eum in modum huic loco recte ſuppetias tulit Latinarum elegantiarum non mediocriter peritus *Th. Wopken.* Lect. Tull. I. c. 8. p. 48. comparans *Pauli* I. ad Timoth. IV, 3. κωλυόντων γαμεῖν, ἀπέχεσθαι βρωμάτων, quod intelligi volunt, κωλυόντων γαμεῖν, κελευόντων δὲ ἀπ. βρ. Vide magnum *Grotium*, qui ex *Phaedro* protulit, *Nec veto dimitti, verum cruciari fame* IV, 17. *Liv.* XXXVI, 17. *Rex . . . condidit ſe intra rupes ; ne ante fauces quidem ſaltus , ut quondam Lacedaemonios fama eſt , ſed intra penitus retractis caſtris:* ubi in priore parte ſupplendum eſſe *poſitis*; nam *retractis* ibi locum non habere monuit Eruditiſſ. *Dukerus* ad *Flor.* II, 7. p. 361. quem adire operae eſt pretium. Alia de hoc genere ſolertiſſime per-

ὁπόσα καλῶς ἔχειν νομίζεις, κυβερνήτης νῦν γε ὤν. ἐγὼ δὲ, ὥσπερ ἐπιβάταις νόμος, σιωπῇ καθεδοῦμαι, πάντα πειθόμενος κελεύοντί σοι. ΕΡΜ. Ὀρθῶς λέγεις, αὐτὸς γὰρ εἴσομαι [a] τί ποιητέον, κἀξευρήσω τὴν ἱκανὴν σκοπήν. ἆρ᾽ οὖν ὁ Καύκασος ἐπιτήδειος, ἢ ὁ Παρνασσὸς ὑψηλότερος, ἢ ἀμφοῖν ὁ Ὄλυμπος ἐκεινοσί; καίτοι οὐ φαῦλόν τι ἀνεμνήσθην ἐς τὸν Ὄλυμπον ἀπιδών· συγκαμεῖν δέ τι καὶ ὑπουργῆσαι καὶ σὲ δεῖ. ΧΑΡ. Πρόσταττε· ὑπουργήσω γὰρ ὅσα δυνατά. ΕΡΜ. Ὅμηρος ὁ ποιητής φησι τοὺς Ἀλωέως υἷας, δύο καὶ αὐτοὺς ὄντας, ἔτι παῖδας, ἐθελῆσαί ποτε τὴν Ὄσσαν ἐκ βάθρων ἀνασπάσαντας ἐπιθεῖναι τῷ Ὀλύμπῳ, εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ᾽ αὐτῇ, ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους καὶ πρόσβασιν ἐπὶ τὸν οὐρανόν. ἐκείνω μὲν οὖν τὼ μειρακίω, ἀτασθάλω γὰρ ἤστην, δίκας ἐτισάτην. [b] νὼ δὲ, (οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ τῶν θεῶν ταῦτα βουλεύομεν) τί οὐχὶ οἰκοδομοῦμεν καὶ αὐ-

nunc vicem gubernatoris geris, fac quodcumque putaveris e re eſſe: ego, ut vectorum eſt officium, ſilentio ſedebo, per omnia morem gerens imperanti tibi. MERC. Recte mones: nam ipſe ſcivero, quid fieri conveniat, & invenero idoneam ſpeculam. Num igitur Caucaſus opportunus? an Parnaſſus altior, an utriſque Olympus iſte? Atenim non inſcitum aliquid mihi in mentem venit ad Olympum reſpicienti: verum te quoque operam mecum laboremque conſociare oportet. CHAR. Impera modo: adjuvabo quod in me eſt. MERC. Homerus poëta Aloeï filios, & ipſos duos, ait adhucdum pueros voluiſſe aliquando Oſſam ex fundamentis revulſam imponere Olympo, tum Pelion Oſſæ, illamque ſe ſcalam idoneam habituros putaſſe, & adſcenſum in cœlos: illi quidem utrique adoleſcentuli, utpote perditiſſime improbi, pœnas luerunt: nos autem, quibus in Deorum fraudem hæc conſilia non capiuntur, cur non ſtructuram & ipſi ſimilem ador-

a Τί] Τὸ P. J. Pro ποιητέον habet margo A1W. ποιητέον neutrum bene. b Νὼ] F. νῦν quod cur mutaretur, nulla erat cauſa; niſi vetuſti Codd. alterum ſtabiliant. Eadem Ed. τῷ θεῶν.

87. Τοὺς Ἀλώεως υἱέας δύο] Ὦτον καὶ Ἐφιάλτην. V.

87. Ἀλωέως υἱέας] *Homer.* Odyſſ. Λ. *J. Br.*
Τοὺς Ἀλωέως υἱέας] Vide *D. Hoeſchel.* ad *Origen.* in Celſ. IV. p. 174. qui utitur hoc loco. Celſus ibi perquam ridicule dicitur exiſtimaſſe, Moſem, quum turris ad coelum educendae hiſtoriam exponebat, παραφθείραντα τὰ περὶ τῶν Ἀλωαδῶν ἱστορούμενα τοιαῦτα περὶ τοῦ πύργου ἀναγεγραφέναι· calumniae depulſio facilis ex temporum ratione: ſed quod *Origenes* opinatur neminem τὰ περὶ τῶν Ἀλωέως πρὸ Ὁμήρου εἰρηκέναι, neutiquam probaverim. Ante Celſum autem jam diu homines extitiſſe impios, & de numero quidem Judaeorum, qui narrationes Moſis de ſtructa turri, Homeri de exaggeratis ad coelum montibus eum in finem inter ſe compararint, ut pro fabulis utraſque peraeque habendas eſſe evincerent, oſtendit *Philo Jud.* Περὶ Συγχ. Διαλ. p. 320. C. Εἷς μὲν οὖν ἐστιν (μῦθος) ὁ ἐοικὼς τῷ συντεθέντι ἐπὶ τῶν Ἀλωαδῶν, οὓς ὁ μέγιστος καὶ δοκιμώτατος τῶν ποιητῶν Ὅμηρος διανοηθῆναί φησι τρία τὰ μέγιστα τῶν ὀρῶν ἐπιφορῆσαι καὶ ἐπιχῶσαι. Recte quidem ut *Philo* διανοηθῆναι, ſic & *Lucianus* ἐθελῆσαι ἐπιθεῖναι· nam qui revera montes eos montibus involviſſe ſcripſerunt, ab *Homero* neſcio quo jure diſſentiunt; ſiquidem magnus Poëta nihil aliud, quam tam arduae rei & incredibilis aggrediundae conſilium voluntatemque indicet: ideo *Themiſtius* ἄτοπα φαντάσματα καὶ ἀλλόκοτα, ὁρᾶν τινὰς ἐποικοδομήσεις καὶ ἀναβαθμοὺς εἰς οὐρανοὺς vocat Orat. II. p. 56. B. ſatis erat inmanibus pueris pro tenera aetate, quae vix nonum annum attingebat, Martem conſtrictum in vinculis habuiſſe. Ἀλωάδαι plurimum appellantur: *Stephanus* Ἀλώϊον urbem eſſe Theſſaliae tradit, ἣν ἔκτισαν οἱ Ἀλωάδαι καθελόντες τοὺς Θρᾷκας· hic jam fabula remota tenue veteris hiſtoriae veſtigium apparet, quod ſi perſequi locus pateretur, in latius validiſſimorum fratrum imperium nos deduceret. Miror *Berkelium* ibi notantem, nusquam Ἀλωάδης fieri ab Ἀλωεὺς, niſi apud *Stephanum*: *Holſtenius* etiam: *num* Ἀλωεῖδαι; quin plures inſolens forma perculit: ad Scriptoris, qui *Ariſtotelem* mentitur, de Mundo iſta verba p. 1. καθάπερ οἱ ἀνόητοί ποτε ἐπενόουν Ἀλωάδαι, veriorem eſſe ſcripturam *Sylburgius* obſervat Ἀλωεῖδαι idque ipſum jamdudum ante *Nanſio* fuerat viſum ad *Nonni* P. E. J. VIII, 150. idem in *Origene* tentatum: neque diffitemur Ἀλωειάδας dediſſe *Apollodorum* I. p. 29. pro quo non raro Ἀλωάδαι exarari ſolent. Utrumque Ἀλωάδαι & Ἀλωϊδῶν *Pindari Scholiaſtes* habet intra paucos verſus ad Π. Δ. 156. *Themiſt.* p. 36. [illegible] Ἀλωάδας οἱ ποιηταί· ſed p. 79. ὅσ' [illegible]

adornamus convolutis aliis ſuper alios montibus, ut nanciſcamur ab altiore loco accuratiorem proſpectum.

4. CHAR. Et poterimus, Mercuri, nos duo in altum extollere levatum Pelium aut Oſſam? MERC. Quidni, Charon? an nos ſtatuis ignaviores eſſe puerulis iſtis? idque, ubi Dii ſumus. CHAR. Non quidem: verum res mihi videtur improbabilem quandam habere operis aggrediundi magnitudinem. MERC. Sane; quippe literarum inperitus es, o Charon, minimeque poëtica facultate prædítus: at animoſus ille Homerus binorum verſuum opera ſtatim nobis aditum in cœlos confecit: tam ex facili componebat montes. Equidem miror, ſi iſta tibi eſſe portentoſa videantur, quem Atlas ſcilicet non fugit, qui polum ipſum unus fert, ſuſtinens nos ſimul omnes. Etiam inaudiveris forte de fratre meo Hercule, ut ſucceſſerit aliquando hic in vicem illius Atlantis, eumque recrearit interquieſcentem tantiſper, dum

τοὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐπικυλινδοῦντες ἐπάλληλα τὰ ὄρη, ὡς ἔχοιμεν ἀφ᾽ ὑψηλοτέρου ἀκριβεστέραν τὴν σκοπήν.

ΧΑΡ. Καὶ δυνησόμεθα, ὦ Ἑρμῆ, δύ᾽ ὄντες ἀναθέσθαι ἀράμενοι τὸ Πήλιον, ἢ τὴν Ὄσσαν; ΕΡΜ. Διατί δ᾽ οὐκ ἂν, ὦ Χάρων; ἢ ἀξιοῖς ἡμᾶς ἀγεννεστέρους εἶναι τοῖν βρεφυλλίοιν ἐκείνοιν, καὶ ταῦτα, θεοὺς ὑπάρχοντας; ΧΑΡ. Οὐκ· ἀλλὰ τὸ πρᾶγμα δοκεῖ μοι ἀπίθανόν τινα τὴν μεγαλουργίαν ἔχειν. ΕΡΜ. Εἰκότως· ἰδιώτης γὰρ εἶ, ὦ Χάρων, καὶ ἥκιστα ποιητικός. ὁ δὲ γεννάδας Ὅμηρος ἀπὸ δυοῖν στίχοιν αὐτίκα ἡμῖν ἀμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανὸν, οὕτω ῥᾳδίως συνθεὶς τὰ ὄρη. καὶ θαυμάζω, εἴ σοι ταῦτα τεράστια εἶναι δοκεῖ, τὸν Ἄτλαντα δηλαδὴ εἰδότι, ὃς τὸν πόλον αὐτὸν, εἷς ὢν, φέρει, ἀνέχων ἡμᾶς ἅπαντας. ἀκούεις δὲ ἴσως καὶ τοῦ ἐμοῦ ἀδελφοῦ πέρι, τοῦ Ἡρακλέους, ὡς διαδέξαιτό ποτε αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα, καὶ ἀναπαύσειε πρὸς ὀλίγον τοῦ ἄχθους,

7. Ἥκιστα ποιητικός] Οὐδαμῶς ποιητῶν ἔμπειρος. *V.*

Ἀλωΐδας εἰς ἀποπληξίαν. Ego tamen ut in re comperta non vereor adfirmare, multo ſaepius Ἀλωάδας, ſi quis inquirat, in veterum ſcriptis repertum iri, quam Ἀλωειδας· adeo ut temeritatis abſolvi nequeat, qui morem ſcribendi receptiſſimum ad formam patronymicorum, quae ab ευς deſcendunt, vulgarem redigere conetur. Atque etiam vix me contineo, quin credam Ἀλεάδαι vel Ἀλωάδαι titulum fabulae Sophocleae, de qua *Caſaubon.* ad *Athen.* VII, 4. & *Jo. Meurſius*, ubique corruptum eſſe, refingendumque in Ἀλωάδαι· cui-ſuſpicioni mirifice favent verſus inde ab *Æliano* adducti de Anim. VII, 39. nam ipſa vel cerva, vel Diana in cervam mutata, quae cauſam interitus Aloïdis adtulit, deſignari videtur: drama vero fuiſſe Satyricum, qui fuerit harum rerum intelligens, facile mihi concedet. *T.H.*

90. *Εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ᾽ αὐτῇ ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν, οἰομένους καὶ πρόσβασιν ἐπὶ τὸν οὐρανόν*] Sic male diſtinctus in poſtrema parte hic locus legitur, etiam in Aldina editione. Interpunge autem, *εἶτα τὸ Πήλιον ἐπ᾽ αὐτῇ· ἱκανὴν ταύτην κλίμακα ἕξειν οἰομένους*, &c. Nec aliter video diſtingui in Florentina. Plana ſunt omnia: *Homerus Poëta ait, duos Aloeï filios, cum pueri etiamdum eſſent, olim ſtatuiſſe radicitus evulſam Oſſam Olympo ſuperimponere; deinde & huic Pelion: idoneam hanc arbitrantes ſe habituros eſſe ſcalam, etiam ad in cœlum adſcendendum.* *J.J.*

94. Νῦν δὲ] In Cod. Flor. *νῦν δὲ, οὐ γὰρ ἐπὶ κακῷ τῶν θεῶν.* *J.B.*

99. Δύ᾽ ὄντες] *Hic δύ᾽ ὄντες pro δύ᾽ ὄντες μόνον dictum eſſe manifeſtiſſimum eſt*, inquit *H. Stephan.* App. ad Scr. de D. A. p. 105. additis e *Luciano* pluribus ejusmodi locis; in quibus equidem quid opus ſit ellipſi, nullus video, atque adeo lubens ſequor exactiſſimum judicium *Dukeri* ad *Thucydid.* p. 292. n. 25. *T.H.*

3. Τοῖν βρεφυλλίοιν] Otum & Ephialtem intelligit *Lucianus*. Adi citato nuper libro Homerum, ubi & hoc eſt, *αὐτὰρ ἐπ᾽ Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον.* *J.Br.*

7. Ἰδιώτης] *Ignarus literarum*, non *ruſticus*, ut habet Interpres. *J.C.*

10. Οὕτω ῥ. συντιθεὶς] Nihil eſt hic, quod magnopere offendat: neſcio tamen quo pacto magis blanditur: *ἀμβατὸν ἐποίησε τὸν οὐρανόν· οὕτω ῥᾳδίως συνετίθει τὰ ὄρη.* Illud autem *ἀπὸ δυοῖν στίχοιν* pro *δυσὶ στίχοις* non aliter eſt dictum, quam *ἀπὸ σμικρᾶς δαπάνης, ἀπὸ τροχιλιᾶς ἀνιμᾶν* *Theophr.* H. Pl. IV. p. 76. *ἀπὸ ῥαβδίου οἰακίζεσθαι* *Strabo* XVII. p. 1184. B. Vide *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Equ. v. 535. *Duker.* ad *Thucydid.* p. 558. n. 30. *T.H.*

15. Ὡς διαδέξαιτό ποτε αὐτόν] Poſtulare videtur legitimus orationis curſus, *ὡς διαδέξαιτό ποτε αὐτὸς ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα· διαδέξαιτο* ut *ἀναπαύσειεν αὐτὸς* vero concinnius ad Herculem pertinebit, quam ſi cumulate *αὐτὸν ἐκεῖνον τὸν Ἄτλαντα* ſcribatur. *T.H.*

25. Ἐξειρ-

ἄχθους, ὑποθεὶς ἑαυτὸν τῷ φορτίῳ; ΧΑΡ. Ἀκούω καὶ ταῦτα· εἰ δὲ ἀληθῆ ἐστι, σὺ ἂν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ οἱ ποιηταὶ εἰδῆτε. ΕΡΜ. Ἀληθέστατα, ὦ Χάρων. ἢ τίνος γὰρ ἕνεκα σοφοὶ ἄνδρες ἐψεύδοντο ἄν; ὥστε ἀναμοχλεύωμεν τὴν Ὄσσαν πρῶτον, ὥσπερ ἡμῖν ὑφηγεῖται τὸ ἔπος, καὶ ὁ ἀρχιτέκτων Ὅμηρος, Αὐτὰρ ἐπ' Ὄσσῃ Πήλιον εἰνοσίφυλλον· ὁρᾷς, ὅπως ῥᾳδίως ἅμα καὶ ποιητικῶς [a] ἐξειργασάμεθα; φέρε οὖν ἀναβὰς ἴδω, εἰ καὶ ταῦτα ἱκανὰ, ἢ ἐποικοδομεῖν ἔτι δεήσει.

ipſe ſubditis humeris onus cœli geſtaret. CHAR. Audivi & iſta: ſintne vera, tu, Mercuri, poëtæque ſciveritis. MERC. Veriſſima, Charon: nam quam ob rem ſapientes viri falſum dicerent? Itaque emoliamur Oſſam primum, uti nobis præmonſtrat carmen, & architectus Homerus; dein ſuper Oſſam tremulum arboribus Pelion. Viden, quam facile ſimul & poëtice rem perfecerimus? Age igitur adſcendam videamque, iſtane ſint ſatis idonea, an plura inſuper accumulare deceat.

Παπαὶ, κάτω ἔτι ἐσμὲν ἐν τῇ ὑπωρείᾳ τοῦ οὐρανοῦ· ἀπὸ μὲν γὰρ τῶν ἑῴων μόγις Ἰωνία, καὶ Λυδία φαίνεται· ἀπὸ δὲ τῆς ἑσπέρας οὐ πλέον Ἰταλίας καὶ Σικελίας· ἀπὸ δὲ τῶν ἀρκτῴων, τὰ ἐπὶ τάδε τοῦ Ἴστρου μόνα· κἀκεῖθεν, ἡ Κρήτη οὐ πάνυ σαφῶς· μετακινητέα [b] ἡμῖν, ὦ πορθμεῦ, καὶ ἡ Οἴτη, ὡς ἔοικεν· εἶτα ὁ Παρνασσὸς ἐπὶ πᾶσιν. ΧΑΡ. Οὕτω ποιῶμεν. ὅρα μόνον, μὴ λεπτότερον ἐξεργασώμεθα τὸ ἔργον ἀπομηκύνοντες πέρα τοῦ πιθανοῦ· εἶτα συγκαταρριφθέντες αὐτῷ πικρᾶς τῆς Ὁμήρου οἰκοδομητικῆς πειραθῶμεν, συντριβέντες τῶν κρανίων. ΕΡΜ. Θάῤῥει· ἀσφαλῶς γὰρ ἕξει ἅπαντα· μετατίθει τὴν Οἴτην· ἐπικυλινδείσθω [c] καὶ ὁ Παρνασσός. ἰδοὺ, ἐπάνειμι αὖθις· εὖ ἔχει· πάντα ὁρῶ· ἀνάβαινε ἤδη καὶ σύ. ΧΑΡ. Ὄρεξον, ὦ Ἑρμῆ, τὴν χεῖρα. οὐ γὰρ ἐπὶ μικράν με ταύτην τὴν μηχανὴν ἀναβιβάζεις. ΕΡΜ. Εἴγε καὶ ἰδεῖν ἐθέλεις, ὦ Χάρων,

5. Papæ! infra ſumus adhuc in radicibus Olympi: etenim ab Orientali plaga vix Ionia & Lydia apparet; ab Occidente non plus, quam Italia & Sicilia; a Septentrionali regione, quæ cis Iſtrum ſunt ſola: ab iſta vero parte Creta non admodum dilucide. Sedibus ſuis emovenda nobis, portitor, etiam Oeta, ſicuti videtur; tum Parnaſſus ſuper omnes imponendus. CHAR. Ita faciamus: vide modo, ne ſubtilius elaboremus opus producendo ultra veriſimilitudinem; deinde ne cum ipſa mole devoluti amaram nobis Homeri architecturam experiamur, contritis craniis. MERC. Bono ſis animo: periculo nobis vacabunt hæc omnia. Transfer Oetam: ſubvolvatur etiam Parnaſſus. En iterum eſcendo: recte habet; cuncta video: jam tu quoque huc ſubi. CHAR. Porrige, Mercuri, manum: haud enim in parvam iſtam me machinam elevas. MERC. Siquidem contemplari velis, Charon, omnia: et-

a Ἐξειργασάμεθα] Edd. priſcae ἐξειργασόμεθα. Quod repoſui praeter *B2. S. A.* offert etiam margo *A1W.*
b Ἡμῖν] Ὑμῖν vitium Ed. Fl. c Καὶ] Hac particula non plane neceſſaria caret *F.*

38. Οἰκοδομητικῆς] Οἰκοδομῆς. *V.*
39. Συντριβέντες τῶν κρανίων] Ἀττικὴ ἡ σύνταξις· τὸ δὲ κοινὸν, συντριβέντες τὰ κρανία· * τα γὰρ πρὸς πεῖσιν ἢ δρᾶσιν αἰτιατικῇ συντάσσεται), Ἔπαθον τὴν ψυχὴν, Συνέτριψα τὴν λήκυθον. Οὕτως οὖν καὶ τοῦτο πρὸς αἰτιατικὴν ἔδει ἀποδοθῆναι· ἀλλ' ἐπειδὴ φιλοῦσιν Ἀθηναῖοι τὸ ἐπὶ μέρους, λέγεται ὡς τὸ, ἔφαγον τοῦ ἄρτου, ἔπιον τοῦ οἴνου, οὕτω κἀνταῦθα, συντριβέντες τῶν κρανίων. *V.*

* Τὰ γὰρ πρὸς] Amſt. Ed. ἡ γὰρ & ἐνέτριψα τὴν λ. quod ne r aecum quidem eſt: utrumque recte legebatur in libro Voſſiano, conſentiente *Thoma Mag.* in Ἔπαθον τὴν ψυχήν. *T. H.*

25. Ἐξειργάσμεθα] Veteres Edd. ἐξειργασόμεθα. *B2.* & *A.* ἐξειργασάμεθα. Sed genuinum eſt, quod s repoſuimus. *M. du S.*

39. Τῶν κρανίων] An συντριβέντες τὸ κρανίον; placet. F. G.

46. Εἴγε καὶ ἰδεῖν] Particula ſaepius cum in [illegible]

etenim non licet utrumque & tutum, & ſpectandi cupidum eſſe. At tu tene dextram meam firmiter, & parce pedem in lubrico ponere. Euge, tu etiam huc evaſiſti: quandoquidem vero biceps eſt Parnaſſus, ubi alterum uterque verticem occupaverimus, conſideamus. Tu vero jam mihi in orbem circumſpiciens, contuere omnia.

6. CHAR. Video terram amplam, eamque lacum quendam magnum circumfluentem; tum montes, & fluvios Cocyto ac Pyriphlegethonte majores: deinde homines valde parvos, eorumque quaſi luſtra quædam. MERC. Sunt illæ urbes, quas tu luſtra putas. CHAR. Scin tu, Mercuri, nihil eſſe nobis actum? quin fruſtra Parnaſſum cum ipſo fonte Caſtalio, & Oetam, & alios montes loco emovimus. MERC. Quid ita? CHAR. Nihil equidem accurate diſtinctum ex alto video: volebam enimvero non urbes, nec montes ſolos tantum, velut in picturis, videre; ſed ipſos homines, quæque agant, & qualia loquantur: uti quum mihi primum obviam factus conſpexiſti ridentem; quærebaſque, quid riderem: etenim re quadam obiter audita mirificum in modum fui delectatus. MERC. Quid autem illud erat? CHAR. Ad cœnam aliquis, opinor, vocatus a quodam amicorum in poſterum diem, condixit; dumque loquebatur, de tecto in caput tegula delapſa, neſcio quo impellente, eum interemit: quare riſi, quod ad con-

ἅπαντα· οὐκ ἔνι δὲ ἄμφω, καὶ ἀσφαλῆ, καὶ φιλοθεάμονα εἶναι· ἀλλ' ἔχου μου τῆς δεξιᾶς, καὶ φείδου μὴ κατὰ τοῦ ὀλισθηροῦ πατεῖν· εὖγε, ἀνελήλυθας καὶ σύ· καὶ ἐπείπερ δικόρυμβος ὁ Παρνασσός ἐστι, μίαν ἑκάτερος ἄκραν ἐπιλαβόμενοι καθεζώμεθα. σὺ δέ μοι ἤδη ἐν κύκλῳ περιβλέπων ἐπισκόπει ἅπαντα.

ΧΑΡ. Ὁρῶ γῆν πολλήν, καὶ λίμνην τινὰ μεγάλην περιῤῥέουσαν, καὶ ὄρη, καὶ ποταμοὺς τοῦ Κωκυτοῦ καὶ Πυριφλεγέθοντος μείζονας· καὶ ἀνθρώπους πάνυ σμικρούς, καί τινας φωλεοὺς αὐτῶν. ΕΡΜ. Πόλεις ἐκεῖναί εἰσιν, οὓς φωλεοὺς εἶναι νομίζεις. ΧΑΡ. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, ὡς οὐδὲν ἡμῖν πέπρακται; ἀλλὰ μάτην τὸν Παρνασσὸν αὐτῇ Κασταλίᾳ, καὶ τὴν Οἴτην, καὶ τὰ ἄλλα ὄρη μετεκινήσαμεν. ΕΡΜ. Ὅτι τί; ΧΑΡ. [d] Οὐδὲν ἀκριβὲς ἔγωγε ἀπὸ τοῦ ὑψηλοῦ ὁρῶ· ἐβουλόμην δὲ οὐ πόλεις καὶ ὄρη αὐτὰ μόνον, ὥσπερ ἐν γραφαῖς, ὁρᾶν, ἀλλὰ τοὺς ἀνθρώπους αὐτούς, καὶ ἃ πράττουσι, καὶ οἷα λέγουσιν· ὥσπερ ὅτε με τοπρῶτον ἐντυχὼν εἶδες γελῶντα, καὶ ἤρου με, ὅ, τι γελῴην· ἀκούσας γάρ τινος ἥσθην ἐς ὑπερβολήν. ΕΡΜ. Τί δὲ τοῦτ' ἦν; ΧΑΡ. Ἐπὶ δεῖπνον, οἶμαι, κληθεὶς ὑπό τινος τῶν φίλων ἐς τὴν ὑστεραίαν, μάλιστα ἥξω, ἔφη· καὶ μεταξὺ λέγοντος, ἀπὸ τοῦ τέγους κεραμὶς ἐπιπεσοῦσα, οὐκ οἶδ' ὅτου κινήσαντος, ἀπέκτεινεν αὐτόν. ἐγέλασα οὖν, οὐκ ἐπιτελέσαντος

d Οὐδὲν] Ὅτι adſcriptum eſt ad oram *A1W*. Hic credo voluiſſe praeponi, ὅτι οὐδὲν ut in *Platone* ſolet ſequi poſt ὅτι τί.

poni ſolita, ut intelligendum aliquid relinquat: hic non difficulter explebis ſententiam: *conandum eſt aliquid, & cum nonnullo periculo huc adſcendendum, ſiquidem, o Charon, perſpicere velis omnia.* T. H.

47. Οὐκ ἔνι] *Non licet.* J. Br.

49. Φείδου μὴ] *Benedict. Ne pedem in lubrico ponas:* imo: *ne parcas pedem in lubrico ponere.* F. G.

54. Λίμνην] *Mare.* J. Br.

69. Ὅτι γελῴην] Hic iterum ὅτι male conjungitur, ubi legitur, καὶ ἤρου με ὅτι γελῴην· ſcribe ὅ, τι. *Et rogabas me, quid riderem.* Plane ſic in Florentina. Apud *Homerum* quoque Il. Α, 64. illud ὅ, τι perperam conjungitur,

Ὅς κ' εἴποι, ὅτι τόσσον ἐχώσατο Φοῖβος Ἀπόλλων.

Sed ſcribe, Ὅς κ' εἴποι ὅ, τι τόσσον, &c. *Qui dicat, quid* (ob quam cauſam) *adeo iratus ſit Apollo.* Ita diſtinctum hunc *Homeri* locum olim lectum fuiſſe, liqueat ex *Heſychio*, non aliter haec verba referente; qui ipſe quoque una literula multatus eſt; Ὅ, τι τόσον, διότι τοσοῦτον lege ex *Homero* τόσσον. J. J.

72. Ἐς τὴν ὑστεραίαν] Haec in libris publicatis interpunctio ſequentibus adnectit; nec diſſentiunt Interpretes: ego contra cenſui κληθεὶς εἰς τὴν ὑστεραίαν jungi oportere: huic ergo diſtinctioni verſio quoque reſpondet. T. H.

τος τὴν ὑπόσχεσιν. ἔοικα δὲ καὶ νῦν ὑποκαταβήσεσθαι, ὡς μᾶλλον βλέποιμι, καὶ ἀκούοιμι.

ΕΡΜ. Ἔχ᾽ [a] ἀτρέμας· καὶ τοῦτο γὰρ ἐγὼ ἰάσομαί σοι, καὶ ὀξυδερκέστατον ἐν βραχεῖ ἀποφανῶ, παρ᾽ Ὁμήρου τινὰ καὶ πρὸς τοῦτο ἐπῳδὴν λαβών· κἀπειδὰν εἴπω τὰ ἔπη, μέμνησο μηκέτι ἀμβλυώττειν, ἀλλὰ σαφῶς πάντα [b] ὁρᾷν. ΧΑΡ. Λέγε μόνον. ΕΡΜ.

Ἀχλὺν δ᾽ αὖ τοι ἀπ᾽ ὀφθαλμῶν ἕλον, ἣ πρὶν ἐπῆεν,
Ὄφρ᾽ εὖ [c] γινώσκῃς ἠμὲν θεὸν, ἠδὲ καὶ ἄνδρα.

ΧΑΡ. Τί ἐστιν; ΕΡΜ. Ἤδη ὁρᾷς; ΧΑΡ. Ὑπερφυῶς γε· τυφλὸς ὁ Λυγκεὺς ἐκεῖνος, ὡς πρὸς ἐμέ. ὥστε σὺ τὸ ἐπὶ τούτῳ [d] προδίδασκέ με, καὶ ἀποκρίνου ἐρωτῶντι. ἀλλὰ βούλει κατὰ τὸν Ὅμηρον κἀγὼ ἔρωμαί σε, ὡς μάθῃς οὐδ᾽ αὐτὸν [e] ἀμελέτητον ὄντα με τῶν Ὁμήρου; ΕΡΜ. Καὶ πόθεν σὺ ἔχεις τι τῶν ἐκείνου εἰδέναι, ναύτης ἀεὶ καὶ [f] πρόσκωπος

ſtitutum non venerit. Videor autem nunc etiam inferius deſcenſurus, ut magis videam & audiam.

7. MERC. Ne te moveas: equidem & huic malo remedium tibi adferam, teque viſu acutiſſimum brevi reddam ab Homero quadam ad hunc uſum incantatione ſumta: tu vero, ſimul ac pronunciavero verſus, ſic tibi perſuade, te non amplius eſſe hebeti oculorum acie, ſed plane cuncta perſpicere. CHAR. Dic modo. MERC. Caliginem etiam tibi ab oculis abſtuli, quæ prius inhærebat, ut bene dignoſcas Deum & hominem. Quid eſt? jamne liquide vides? CHAR. Mirum in modum, ut nihil ſupra: cæcus fuerit Lynceus ille præ me. Itaque tu nunc porro doce me, ac reſponde roganti. Sed vinne ex Homero & ego te rogem, ut diſcas in Homeri carminibus me quoque non eſſe non verſatum? MERC. Unde vero tibi ſit, eorum quicquam ut ſcias, qui nauta ſem-

a Ἀτρέμας] Ἀτρέμα notatur in margine *AtW.* b Ὁρᾷν] Ὅρα P. L. Idem in margine *AtW.* ſcriptum; ſed per errorem, ut auguror, refertur ad ὁρᾷς, quod paulo inferius extat. c Γινώσκῃς] *F.* Γινώσκεις. d Προδίδασκε] Προσδίδασκε P. e Ἀμελέτητον] Sic P. L. *J.* nec non margo *AtW.* In prioribus Edd. fuit ἀμελῆ. f. Πρόσκωπος] *F.* πρόκωπος.

86. Ὄφρ᾽ εὖ γινώσκῃς] *Homer.* Il. E, 127. *J.Br.*

87. ΧΑΡ. Τί ἐστιν;] Vereor ne praeter *Luciani* voluntatem Mercurii ſermo ſit interciſus: illi, quod nunc incommode Charonti tribuitur, eſt adſignandum; quid enim aptius, quam ut recitatis *Homeri* verſiculis ſtatim quaerat, τί ἐστιν; ἤδη ὁρᾷς. *T.H.*

89. Ὡς πρὸς ἐμέ] *Si mecum componatur.* *J.Br.*

Ibid. Προδίδασκέ με] Quorſum ſpectet προδιδάσκειν, quidve Charon ante doceri velit non capio; quandoquidem acutiſſimam aciem repente nactus nihil nunc aliud expetit, quam ut, quae in terris ab hominibus gerantur, ſibi Mercurius demonſtret, interrogantique ſingula reſpondeat. Videtur in προ neſcio quid haerere vitii. *T.H.*

92. Ἀμελέτητον] Scriptura optima, quam P. L. & Ed. *J.* exhibent. Reliquae ἀμελῆ, quod ſervari quidem forſan potuerat, ut Μισθ. c. 25. ſed ne MSS. Codd. & Juntinae auctoritatem ſequi dubites, vide Ἀλ. c. 18. & Παρασ. c. 60. ex quibus omnibus, quid inter has voces diſcriminis ſit, facile perſpicies. *M. du S.*

3. Ὥσπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν] Quum vertiſſet *Moſellanus*, *atque tridente velut unco quodam hamo injecto*, contraxit *Benedictus*, *& injecto tridente tanquam quodam hamo*. Quod cui poteſt placere? unde hamus ille? aut ad quam rem? An hamus facit ad tu bandum? An ignorat ullus τορύνην paſſim ab Grammaticis exponi κινητήριον τῆς χύτρας, quod & commodiſſime & facete ab ridiculo *Luciano* & Neptunum traducente in perſona Charontis videtur dictum, non ſecus ac ſi mare eſſet ejus olla culinaria. *J.G.*

Ibid. Τορύνῃ] *Tudiculam.* *J.Br.*

4. Τὰς θυέλλας Sumta ſunt ex Od. E, 291. ubi pro — πάσας δ᾽ ὀρόθυνεν ἀέλλας videri [illegible] *Lucianus*, ὀρόθυνε θυέλλας· ſed memor[illegible] bis non adnumeratis, citaſſe *Noſtrum* [illegible] etiam eſt cauſa, cur ὀρόθυνε augmento [illegible] non repudiem: *Nicetas* Man. Comn. [illegible] ἀχανεῖς ἀμπώτιδες καὶ σύρτεις, αἱ κῦμα ὀ[illegible] εἰς τὰς μάχας ἐπωγκοῦντο καὶ ὠροθύνοντο. [illegible]

Ibid. Ὀρόθυνε] Ex *Homero* emendav[illegible] omnibus legebatur ὠρόθυνε. [illegible]

9. Αὐτῇ Σκύλλῃ] Id eſt, *cum ipſa Scylla* [illegible] *rybdi* &c. [illegible]

Αὐτῇ Σκ. καὶ Χ. καὶ Κ.] Charon indica[illegible] unde & ipſe multos memoria compre[illegible] verſus Homericos, facetiſſime narrat, [illegible] merum defunctum trajiceret, tempore [illegible]

ſemper remoque adfixus fueris? CHAR. Ecce autem, quam hoc probroſe dicitur in artem: neque tamen eo minus, quando illum trajiciebam fato functum, quum multa canentem audiverim, quorundam adhuc memini. Et tempeſtas quidem nos non mediocris tunc deprehendit: poſtquam enim occœpit cantando recitare neſcio quam non valde navigantibus auſpicatam cantilenam, ſcilicet Neptunum conduxiſſe nubes, turbaſſe pontum, velut tudicula quadam injecto tridente, omneſque procellas concitaſſe, atque alia multa, dum mare miſcet verſibus, tanta tempeſtas ſubito caligoque ingruit, ut parum abeſſet, quin navim nobis everteret. Tum ille nauſea correptus evomuit rhapſodiarum pleraſque cum ipſa Scylla, Charybdi & Cyclope. MERC. Haud arduum igitur erat ex tanto vomitu paucula certe conſervare.

ῶν; ΧΑΡ. Ὁρᾷς, ὀνειδιστικὸν τοῦτο ἐς τὴν τέχνην. ἐγὼ δὲ, ὁπότε διεπόρθμευον αὐτὸν ἀποθανόντα, πολλὰ ῥαψῳδοῦντος ἀκούσας, ἐνίων ἔτι μέμνημαι. καίτοι χειμὼν ἡμᾶς οὐ μικρὸς τότε κατέλαβεν. Ἐπεὶ γὰρ ἤρξατο ᾄδειν οὐ πάνυ αἴσιόν τινα ᾠδὴν τοῖς πλέουσιν, ὡς ὁ Ποσειδῶν συνήγαγε τὰς νεφέλας, καὶ ἐτάραξε τὸν πόντον, ὥσπερ τορύνην τινὰ ἐμβαλὼν τὴν τρίαιναν, καὶ πάσας τὰς θυέλλας ὀρόθυνε, καὶ ἄλλα πολλὰ, κυκῶν τὴν θάλασσαν ὑπὸ τῶν ἐπῶν, χειμὼν ἄφνω καὶ γνόφος ἐμπεσὼν ὀλίγου δεῖν περιέτρεψεν ἡμῖν τὴν ναῦν· ὅτεπερ καὶ ναυτιάσας ἐκεῖνος ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι. ΕΡΜ. Οὐ χαλεπὸν οὖν ἦν ἐκ τοσούτου ἐμέτου ὀλίγα γοῦν διαφυλάττειν.

8. CHAR. At dic mihi, quæſo, quis hicce craſſiſſimus eſt vir, fortis magnuſque, qui eminet ſuper alios homines

ΧΑΡ. Εἰπὲ γάρ μοι·
Τίς γὰρ ὅδ' ἐστὶ πάχιστος ἀνὴρ, ἠΰς τε, μέγας τε,
Ἔξο-

3. * Τορύνην] Εἶδος ξύλου στρογγύλου· ἢ τὸ σκαμβὸν ξύλον ὃ οὐδέποτε ὀρθόν. *V.*
8. Ἐκεῖνος ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν] Ὅτι † Γελάτω ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους. *V.*

* Τορύνον] L. τορύνην· & ita legiſſe Excerptorem video. *M. du S.*

Non aliter in *V.* ſed quid ſibi velit *Scholiaſtes*, parumper obſcurum eſt. Non equidem inprobavero tudiculam explicari εἶδος ξύλου στρογγύλου, quoniam talis in materia lignea figura ſatis huic inſtrumento conveniet: verum quo pertinet ἢ τὸ σκαμβὸν &c. quod ſi τορύνην exponit, ſcribendum potius fuerat ἤ τι σκαμβὸν ξ. Nunc paroemiae notae verba propemodum integra habes, Τὸ σκαμβὸν ξύλον οὐδέποτ' ὀρθόν, ut apud *Suidam* legitur & *Mich. Apoſtolium*, vel, ut in App. Vatic. C. III. n. 100. Τὸ σκαλμιὸν (eum in modum refingo σκαλικὸν) ξύλον οὐδέποτε ὀρθοῦται. Ideone haec addidit, ut in tudicula ligni arte nulla corrigendi, quale proverbio ferebatur, exemplum oſtenderet? *T. H.*

† Γελάτω] Libuit hic relinquere lectionem MS. Codicis, ut Librarii appareret imperitia, qui non vidit hic eſſe nomen Pictoris, neve in nos menda, quae tolli non potuere, conjicerentur. Legendum eſt, ὅτι Γαλάτων, ut liquet ex *Æliano* V. H. XIII, 22. ex quo lux huic loco haud dubia, qui viciſſim *Ælianum* tuebitur adverſus eos, qui fruſtra eum emendare conati ſunt. *J. C.*

Cum *Clerico* facio: longe alius eſt Eladas vel Geladas Argivus, Phidiae praeceptor, de quo *Perizonius* cogitabat. Ceterum haec Scholiaſtae verba jam fuerant a *Fr. Junio* in lucem prolata Catal. Artif. in *Galato*. Vide Praeſtantiſſ. *Fabricii* B. G. I. c. 7. §. 1. *T. H.*

vem tempeſtatem, Homerumque nauſeabundum evomuiſſe plurima ſuorum carminum una cum Scylla, Charybdi, & Cyclope. Ita ſimpliciter hic locus capiendus. Quid enim? Lubetne Interpretem ſequi vertentem, *Nauſeabundus ille ipſi Scyllae, & Charybdi, & Cyclopi bonam carminum partem evomuit*, & ſtatuere, *Homerum*, ubi ἄνοστον πλοῦν navigaret, *illuc, unde negant redire quemquam*, transvectum eſſe fretum inter Siciliam & Italiam? Quo quid pote inſulſius? Non intellexit bonus Noſter, τὰ, ἀπήμεσε τῶν ῥαψῳδιῶν τὰς πολλὰς αὐτῇ Σκύλλῃ, καὶ Χαρύβδει, καὶ Κύκλωπι, eadem eſſe, ac σὺν αὐτῇ Σκύλλῃ, &c. quam præpoſitionem ſæpe ſubaudiendam relinquunt Græci. *J. J.*

11. Ἐκ τοσούτου ἐμέτου] Haec imago animo *Luciani* primum non eſt objecta. Pictori Galatoni eam debuit, de quo ſic loquitur *Ælianus* V. H. XIII, 22. Γαλάτων ὁ ζωγράφος ἔγραψε τὸν μὲν Ὅμηρον αὐτὸν ἐμοῦντα, τοὺς δὲ ἄλλους ποιητὰς τὰ ἐμημεσμένα ἀρυομένους. Vide Interpretes ad hunc locum. *J. C.*

13. Τίς γὰρ ὅδ'] Verſus ex Iliad. 3. *J. B.*

14. Ἠΰς τε μέγας τε] *Homer.* Il. Γ, 226. *J. Br.*

24. Μη-

Ἔξοχος ἀνθρώπων κεφαλὴν καὶ εὐρέας ὤμους; ΕΡΜ. Μίλων οὗτος ὁ ἐκ Κρότωνος ἀθλητής. ἐπικροτοῦσι δ' αὐτῷ οἱ Ἕλληνες, ὅτι τὸν ταῦρον ἀράμενος φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου. ΧΑΡ. Καὶ πόσῳ δικαιότερον ἂν ἐμὲ, ὦ Ἑρμῆ, ἐπαινοῖεν, ὃς αὐτόν σοι τὸν Μίλωνα μετ' ὀλίγον ξυλλαβὼν ἐνθήσομαι ἐς τὸ σκαφίδιον, ὁπόταν ἥκῃ πρὸς ἡμᾶς ὑπὸ τοῦ ἀμαχωτάτου τῶν ἀνταγωνιστῶν καταπαλαισθεὶς τοῦ θανάτου, [a] μηδὲ ξυνεὶς, ὅπως αὐτὸν ὑποσκελίζει; κᾆτα οἰμώξεται ἡμῖν δηλαδὴ, μεμνημένος τῶν στεφάνων τούτων, καὶ τοῦ κρότου· νῦν δὲ μέγα φρονεῖ, θαυμαζόμενος ἐπὶ τῇ τοῦ ταύρου φορᾷ. τί οὖν; οἰηθῶμεν ἄρα ἐλπίζειν αὐτὸν καὶ τεθνήξεσθαί ποτε; ΕΡΜ. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν ἐν ἀκμῇ τοσαύ-

capite, ac latis humeris? MERC. Milon Crotone oriundus, athleta: plauſus ipſi dant Græci, quod taurum ſublatum ferat per ſtadium medium. CHAR. Et quanto juſtius me, Mercuri, laudent, qui ipſum tibi Milonem haud multo poſt comprehenſum imponam in cymbulam, quum veniet ad nos a Morte adverſariorum inviĉtiſſimo dejectus, ne quidem intelligens, quo pacto ſe ſupplantatum proſternat: deinde nobis gemitus edet ſcilicet, recordatus coronarum iſtarum & plauſus: nunc vero magnum ſpirat, dum omnes eum admirantur ob taurum geſtatum. Quid ergo? illumne exiſtimabimus ſperare, ſe quandoque moriturum eſſe? MERC. Quî fieri poteſt, mortis ut ille meminerit in tanto roboris

[a] Μηδὲ] F. A1. pluresque μὴ δὲ, prout ſaepe ſolet in vetuſtis Codd. & Edd. diſtincte ſcribi.

18. Φέρει διὰ τοῦ σταδίου μέσου] Στάδιον ὁ τόπος τοῦ ἀγῶνος, καὶ μέρος τι τοῦ μιλίου· * ζ' γὰρ καὶ ς' στάδια ποιοῦσι μίλιον. Μίλωνος τούτου φέρεται καὶ ἄλλα τὰ κατὰ τὸ σῶμα ἀλκῆς θαύματα· † φασὶ γὰρ αὐτὸν Πυθαγόρειον ὄντα μαθῆσαι μετὰ τῶν ὁμιλητῶν ἐν οἰκίᾳ, ἧς ὑποσάθρου τινὸς τοῦ στύλου ὄντος, ‡ ὑποδύντα τὸ πεπονηκὸς τῆς οἰκίας τὸν στῦλον πρότερον παραστάμενον ἐκείνους τε σῶσαι, καὶ ἑαυτὸν ἀκέραιον ὑπεξαγαγεῖν. Λέγεται καὶ τοῦτο, ὃ καὶ τοῦ ζῆν αὐτὸν ἀπήλλαξεν, ὡς βαδίζων παρ' ὕλην τινὰ περιέτυχοι § κορμῷ μεγάλῳ, ὃν βιαζόμενος πρὸς τὴν διάστασιν, τοὺς σφῆνας μὲν ἐκπεσεῖν, αὐτὸν δὲ περιεχθέντα τῇ συμπτώσει τῶν μερῶν ¶ ἀφύκτῳ πάγῃ θηρίων ὑπάρξαι θοίνην. *V.*

* Ζ γὰρ καὶ ς στάδια] Errat *Scholiaſtes*. Octo ſtadia miliare conficiunt. *M. du S.*

Καὶ ς, quae deleri volebat *M. du Soul*, intelligenda ſunt καὶ ἥμισυ· perſimilis eſt ac paene eadem notae forma, qua Graeci dimidium ſignificant. Facile *Scholiaſten* erroris abſolvent, quae diſputavit *Dodwellus* Diſſ. de Per. Anon. Eux. Mar. §. 4. 5. *T. H.*

† Φασὶ γὰρ &c.] In vicem peccatorum Ed. A. φασὶν αὐτὸν . . . στύλον τροπίδιον . . . ἑταίρους τε . . . ὑπεξάγειν genuinas *Voſſii* membranae lectiones reſtituimus. Mox impreſſum fuit ὅτι καὶ τοῦ ζῆν &c. quod & a veteri lectione diſcedit, & ſtructuram legitimam violat. *T. H.*

‡ Ὑποδάντα] *Strabo* VI. p. 263. A. ὑποδύντα. *M. du S.*

§ Κορμῷ μεγάλῳ] Adde ex *Strabone* ἐσφηνωμένῳ. *M. du S.*

¶ Ἀφύκτῳ] Vitium *V.* ἀεύκῳ bene correctum fuit in Ed. A. De caſu Milonis breviter & ſatis commode vetus Interp. ad Ib. *Ovid.* v. 611. Milo Crotoniates fretus viribus ſuis, quercum hiantem diducere conatus eſt: ſed cuneis exeuntibus in medio conatu ſubſtitit praeda lupis. Propius etiam ad *Scholiaſtae* noſtri narrationem accedit *Gell.* N. A. XV, 16 Verum *Euſtathius* ad *Dionyſ.* Perieg. v. 369. dum concinnae brevitatis ſophiſticum acumen adfectat, paene ridiculus evaſit: ἀποστενωθεὶς δένδρῳ τὰς χεῖρας, ἐν τῷ τῆς οἰκείας ῥώμης πειρᾶσθαι, στυγνῷ θανάτῳ τὸν βίον μετήλλαξε. *T. H.*

24. Μηδὲ ξυνεὶς] Haec mihi non accommodatiſſime videntur ad integram, quae praeceſſit, ſententiam reſpondere: etiamſi mutes tempus ὑποσκελίσει, parum adjumenti, me judice, contuleris. Forte orationis impeditae in ipſo *Luciano* haeret culpa: non enim aeque ſemper ſtylus, quamvis adtento, ad animi cogitata dilucide exponenda procedit. *T. H.*

28. Τί οὖν;] Vide quae notavimus ad p. 366. n. 63. *T. H.*

33. Ἐμπίδα] Male ἐλπίδα. *J. B.*

Μὴ δὲ ἐμπίδα οὐχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἆραι δυνάμενος] Pulchre ἐμπίδα pro vulgato ἐλπίδα repoſuit *Bourdelotius*; ſed pro ὅπως, quod in editis eſt, ſcribendum ὅπως· οὐχ ὅπως eſt *nedum*: uſus etiam eſt in Prometheo & alibi. *J. G. G.*

Ἐμπίδα] In *B2.* quam ſecutus videtur *Bourdelotius*, mendoſe legebatur ἐλπίδα· at ſi a[illegible] recte, ut hic vides, legiſſet. *M. du* [illegible]

41. Ἐλασείοντα ἐπὶ Λ.] Ingenio *Lu*[illegible] miſque jocis ita delector, ut qui maxi[illegible] men ejus dotes tam inepte admiror, ut[illegible] prehenſione dignum admiſerit, excu[illegible] Sane mallem, quando hiſtorias vete[illegible] ſolet, attingit, examen accuratius m[illegible] ram adhibuiſſet, & partam elegantiſſ[illegible] laudem hoc quoque non vili titulo cu[illegible] per admodum Aſſyrios ait a Cyro de[illegible] gnatamque eſſe Babylonem; nunc p[illegible] Cyrum expeditionem in Lydiam, u[illegible] riatur, regnoque ſpoliet. In his ordo[illegible] rum non conſtat: nam quamlibet in[illegible] ſcriptores antiqui diſcrepent, huc ta[illegible]

boris vigore? CHAR. Mitte iſtum, qui non longe poſt riſum nobis præbiturus eſt, quando navigio meo vectabitur, quum ne culicem quidem, nedum taurum, ſuſtinere poterit.

9. Tu porro id mihi dic, quis hic alius ſit venerabili forma vir præſtans? non Græcus, ut videtur, quantum e veſtitu quidem apparet. MERC. Cyrus, Charon, Cambyſæ filius, qui imperium, quod Medi dudum tenebant, nunc ad Perſas tranſtulit: Aſſyrios idem hicce nuper devicit, ſuamque in poteſtatem Babylonem redegit: nunc nihil prius exiſtimes, quam expeditionem eum meditari in Lydiam, ut, Crœſo ſubacto, potiatur omnium. CHAR. Crœſus autem ubi tandem & ille eſt? MERC. Eo reſpice ad magnam illam arcem, triplici muro munitam: Sardes iſtæ ſunt: ipſum-

τη; ΧΑΡ. Ἔα τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπότ' ἂν πλέῃ· μηδὲ [b] ἐμπίδα, οὐχ ὅπως ταῦρον, ἔτι ἀραῖξ δυνάμενος.

Σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπὲ, τίς τ' ἄρ' ὅδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ; οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς. ΕΡΜ. Κῦρος, ὦ Χάρων, ὁ Καμβύσου, ὃς, τὴν ἀρχὴν πάλαι Μήδων ἐχόντων, νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶναι. καὶ Ἀσσυρίων ἔναγχος οὗτος ἐκράτησε, καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο· καὶ νῦν ἐλασείοντι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον ἄρχοι ἁπάντων. ΧΑΡ. Ὁ Κροῖσος δὲ ποῦ ποτε κἀκεῖνός ἐστιν; ΕΡΜ. Ἐκεῖσε ἀπόβλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν, τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος· Σάρδεις ἐκεῖναι, καὶ τὸν Κροῖσον

b Ἐμπίδα] Ἐλπίδα *B2*. mendum manifeſtum, quemadmodum ὅπως ſolius *A*. Ἐμπίδα, quae ad manus ſunt, vetuſtae Edd. omnes: nihil hic *Bourdelotio* debemus.

45. Τὴν τὸ τριπλοῦν] Ὑπακουστέον τὸ ἔχουσαν. *V.*

mul conſpirant, prius aliquot annis quam Babylon fuerit in poteſtatem redacta, Crœſum Lydosque ſuccubuiſſe. Si Xenophon in hac cauſa teſtis idoneus placet, hoc, quum Cyrus annum aetatis ageret trigeſimum, acciderit; illud tribus admodum annis poſt. Ab ea ratione non parum diſcedit calculus aliorum, qui Sardes captas ponunt in anno aetatis Cyri ſecundo, vel quinto & quinquageſimo, Babylonem in primo & ſexageſimo. Utcumque ea lis fuerit decreta, quod nunc quidem ad nos nihil pertinet, illud certe pro comperto habendum eſt, *Lucianum*, dum haec ſcribebat, ad hiſtoriae veram ſeriem animo fuiſſe minus adtento: potuiſſet alioqui, ſi eam in curam paulo diligentius incubuiſſet, & ingenio ſimul ſervire, & rerum geſtarum fidei. *T. H.*

45. Τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος] Loquendi formulam illuſtravit *J. Jenſius* ad p. 365. n. 59. Αἱ δὲ Σάρδεις, inquit *Strab.* XIII. p. 928. B. πόλις ἐστὶ μεγάλη, νεωτέρα μὲν τῶν Τρωϊκῶν (quod ut de nomine Straboni forte concedam, de ipſa tamen urbe, vel arce ſaltem, minime dedero) ἀρχαία δ' ὅμως, ἄκραν εὐερκῆ ἔχουσα. Arx ſane munitiſſimi operis, & prorſus inexpugnabilis futura, niſi Meles ſive Myles portentoſum leonem ex pellice ſibi natum ea ſola parte, quae penitus inacceſſa videbatur, circumferre neglexiſſet: *Herodot.* I, 84. ex quo *Dionis Chryſoſtomi* non intellectum *Caſaubono* locum egregie declaravit *Henr. Valeſius* ad Exc. *Nicol. Damaſc.* p. 68. Adverſus Cimmerios, deinde & Athenienſes diu poſt tuta ſtetit: *Herodot.* I, 15. V, 100. Cujus arte capta fuerit a Cyro tradidit *Herodotus*: ab *Herodoto* tamen nonnihil abit *Xenoph.* K. Π. VII. p. 107. ubi τεῖχος τὸ ἐν Σάρδεσι commemoratur, & τὰ ἀποτομώτατα δοκοῦντα εἶναι τῶν Σαρδιανῶν ἐρύματα, quam lectionem propter triplicem *Luciani* murum ſervari velim. A *Polyaeno* duplex arcis per fraudem occupatae exponitur narratio ex diverſis ſcriptoribus petita: prior VII. c. 6. §. 3. quem habeat auctorem, ignoro: poſterior §. 13. perinde a *Frontino* deſcripta III, 8. §. 3. a *Cteſia* fluxit, ut oſtendunt ejus Excerpta p. 635. v. 30. Sed Crœſi filiae Nanidis opera, pactis Cyri nuptiis legitimis, arcem eſſe proditam cecinerunt *Licymnius* & *Hermeſianax*, teſte *Parthenio* Erot. c. XXII. quibus Muſarum famulis quatenus habenda ſit fides, lectori jus arbitrandi facio: ita vero *Parthen.* περὶ προδοσίας συνθεμένην τῷ Κύρῳ, εἰ κατὰ νόμους Περσῶν ἕξει γυναῖκα αὐτὴν, κατὰ τὴν ἄκραν, μηδενὸς φυλάσσοντος δι' ὀχυρότητα τοῦ χωρίου, εἰσδέχεσθαι τοὺς πολεμίους. Ideo gazae regiae theſaurisque cuſtodiendis munimentum opportuniſſimum: *Polyaen.* IV. c. 9. §. 4. Σέλευκος τὴν Σαρδιων ἄκραν ἐπόθει (ita legendum judico pro ἐπόρθει) τοὺς ἐν αὐτῇ θησαυροὺς Θεοδότου φυλάσσοντος· τοῦτον θησαυροφύλακα Λυσίμαχος ἔταξε· μὴ δυνάμενος τὴν ἄκραν ἐχυρὰν οὖσαν ἑλεῖν. Neque aliam ob rem captivi nobiles eo detruſi, ut evadendi ſpes omnis praecideretur: eundem vide VI. c. 49. Arx autem urbi adjungebatur per Πρίονα (nomen a figurae ſimilitudine ſumtum autumo) cujus τεῖχος ἀφυλακτούμενον quum Lagoras Cretenſis obſervaſſet, ſolerti conſilio viam ex-

σον αὐτὸν ὁρᾷς ἤδη ἐπὶ κλίνης χρυσῆς καθήμενον, Σόλωνι τῷ Ἀθηναίῳ διαλεγόμενον· βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν, ὅ, τι καὶ λέγουσι; ΧΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΚΡΟΙ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἶδες γάρ μου τὸν πλοῦτον, καὶ τοὺς θησαυροὺς, καὶ ὅσος ἄσημος χρυσός ἐστιν ἡμῖν, καὶ τὴν ἄλλην πολυτέλειαν, εἰπέ μοι, τίνα ἡγῇ τῶν πάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι. ΧΑΡ. Τί ἄρα ὁ Σόλων ἐρεῖ; ΕΡΜ. Θάρρει· οὐδὲν ἀγεννές, ὦ Χάρων. ΣΟΛ. Ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν οἱ εὐδαίμονες· ἐγὼ δὲ, ὧν οἶδα, Κλέοβιν καὶ Βίτωνα ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας. ΧΑΡ. Τῆς Ἀργόθεν φησὶν οὗτος, τοὺς ἅμα πρώην ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ὑποδύντες εἵλκυσαν ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἄχρι πρὸς τὸ ἱερόν. ΚΡΟΙ. Ἔστω· ἐχέτωσαν τὰ πρῶτα ἐκεῖνοι τῆς εὐδαιμονίας·

que jam Crœſum conſpicis in aureo lecto ſedentem, cumque Solone Athenienſi confabulantem: vin' auſcultemus, quidnam dicant? CHAR. Lubentiſſime quidem.

10. CROES. Hoſpes Athenienſis (nam vidiſti divitias meas, & theſauros, quantumque nobis ſit rudis auri, ceterarumque rerum lautiſſimum apparatum) dic mihi, quem ducas omnium hominum feliciſſimum eſſe. CHAR. Quid ergo Solon reſpondebit? MERC. Hac de re ſecurus eſto: nihil, Charon, quod animum magnum dedeceat. SOL. Crœſe, pauci felices: eorum autem, quos ego novi, Cleobin & Bitonem ſtatuo feliciſſimos extitiſſe, illos inquam ſacerdotis filios. CHAR. Argivæ nempe inquit, qui una nuper admodum ſunt mortui, poſtquam matrem jugo ſuccedentes traxiſſent in carpento usque ad templum. CROES. Sit ita: primas illi fe-

expugnandae poſt diuturnam obſidionem urbis invenit: hiſtoriam narrat *Polyb.* VII. p. 705. meminitque τῆς προϋπαρχούσης δόξης περὶ τῆς τῶν Σάρδεων ὀχυρότητος. Arcem *Charon Lampſacenus* vocavit τὸ τεῖχος τὸ βασιλήϊον referens Athenienſes Ionibus opitulatos ἑλεῖν τὰ περὶ Σάρδεις ἅπαντα χωρὶς τοῦ τείχους τοῦ βασιληΐου· verba nobis deſcripſit *Plutarch.* Περὶ τῆς Ἡροδ. κακ. p. 861. D. *T.H.*

Ibid. Τὸ τριπλοῦν τεῖχος] Ἔχουσαν ſubaudio. *J.Br.*

46. Τεῖχος] Τὸ πολιορκημένην, aut quid ſimile deſiderari videtur poſt τὸ τεῖχος. *F.G.*

48. Σόλωνι] Ne quis hic forte ficta ſuſpicetur, quae de Solone cum Crœſo habet, adeat *Plutarch.* in Sol. & *Herodot.* I. p. 7. ubi eodem ferme, quo hic, modo differentem cum Crœſo Solonem audies. Meminit & Diogenes Laertius illius colloquii p. 12. *Menagius* tamen addubitat ob rationem temporum. *M. du S.*

56. Οὐδὲν ἀγεννὲς] Quid aliud erat expectandum ab homine liberrimae indolis, libertatisque amantiſſimo, cujus ſumma ferebatur apud Graecos ſapientiae fama? *Herodotum* adumbravit *Noſter*, qui Solonem fecit adulatione omni procul habita οὐδὲν ὑποθωπεύσαντα, ἀλλὰ τῷ ἐόντι χρησάμενον λέγειν &c. Inhumanius eſt, neque Herodoteum, quo ſtatim Solonem inpetit Crœſus, convicium καθαρματος. Verum ordinem eorum, qui beatiſſimi judicio Solonis ſunt pronunciati, Lucianus invertit: Tellum priore, poſteriore loco juvenes Argivos poſuit *Herodotus*, ſive aequum exiſtimans, ut popularis ſui Solon primam rationem haberet, ſive potius aetatis, qua vixerunt, intervallum ſecutus: Charon certe mox, ſimul atque Cleobin & Bitonem audivit nominari, agnoſcit eos τους ἅμα πρώην ἀποθανόντας· unde quid aliud colligas, dummodo Luciani fides auctore certo nitatur, quam utrosque vivente Solone, vel paulo ſaltem ante beatam illam mortem obiiſſe. Κλεώβις autem in hodiernis *Herodoti* editionibus impreſſum eſt; neque ullam membranarum veterum ab eruditis viris adnotatam reperio variationem: ceteri tamen omnes, etiam illi, qui teſtem *Herodotum* adhibent, Κλέοβιν appellitant; quem ſcribendi modum neceſſitate metri probat, quod in *Stobaeo* legitur p. 603. Epigramma: Οὐδὲ Βίτων Κλέοβις τ' ἐπὶ σώμασιν οἰκείοισιν Ζεύγλαν ζευξάμενοι &c. Matrem Cydippen edunt plerique: Theano fuit ab aliis vocata; ut *Suidas* oſtendit in Κροῖσος· τῆς μητρὸς αὐτῶν Θεανοῦς ἢ Κυδίππης ἱερωμένης καὶ μελλούσης πομπεύειν τῇ πατρίῳ ἑορτῇ ἐπὶ ἀπήνης μέχρι τεμένους τῆς Ἥρας· haec ab alio fonte ſunt hauſta, itidemque quod *Higinus* tradit Cydippen, poſtquam duplicis domeſtici funeris exemplo didicerat, nihil eſſe melius mortalibus, quam mori, mortem obiiſſe voluntariam. Illorum ve[illegible] qui-bus haec hiſtoria, *fabulam notam Cicero* [illegible] narrata, indicium petes a Viris Eruditiſſim[illegible] *bricio* ad *Sext. Empir.* P. H. III. §. 231. *J.* [illegible] Cicer. T. D. I. c. 47.

58. Κλέοβιν καὶ Βίτωνα] De his *Herodot.* I. [illegible] etiam in *Axiocho*, vel *de Morte.*

59. Τοὺς τῆς ἱερείας π.] Lege ΧΑΡ. [illegible] nuſtius enim eſt haec a Charonte dici, [illegible] lone.

64. Τὰ πρῶτα] *Primas.*

65. Τέλλος] *Telaus* in quibusdam Dio[illegible] tii codicibus ſcribitur. Apud alios *Telus* [illegible] ut hic omnes impreſſi, exceptis Fl. & *J.* [illegible] habent: ſed eaedem Τέλλον recte exhibent [illegible] 17.

ferant felicitatis: at ſecundas quis obtineat? SOL. Tellus Athenienſis, qui & bene vixit, & pro patria mortem oppetiit. CROES. Ego vero, purgamentum hominis, non tibi videor eſſe felix? SOL. Necdum mihi liquet, Crœſe, niſi ad finem perveneris vitæ: mors enim exactiſſimus index ejusmodi rerum, & vitæ ad metam usque feliciter peractæ. CHAR. Pulcerrime, Solon, quod noſtri non oblitus ſis; ſed cymbulam noſtram eſſe cenſeas de talibus bene judicandi normam.

ὁ δεύτερος δὲ, τίς ἂν εἴη; ΣΟΛ. Τέλλος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς εὖ τε ἐβίω, καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. ΚΡΟΙ. Ἐγὼ δὲ, κάθαρμα, οὔ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι; ΣΟΛ. Οὐδέπω [a] οἶδα, Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου· Ὁ γὰρ θάνατος ἀκριβὴς ἔλεγχος τῶν τοιούτων, καὶ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως διαβιῶναι. ΧΑΡ. Κάλλιστα, ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπιλέλησαι, ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γενέσθαι τῆς περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν.

11. Sed quosnam iſtos Crœſus ablegat? aut quid id eſt, quod in humeris ferunt? MERC. Lateres Apollini Pythio aureos conſecrat, mercedem oraculorum, per quæ etiam peſſumibit brevi poſt tempore: eſt autem vatibus vir deditus ſupra modum. CHAR. Illud nimirum ſplendidum eſt aurum, quod refulget ſubpallidum quid-

Ἀλλὰ τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει, ἢ τί καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι; ΕΡΜ. Πλίνθους τῷ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀνατίθησι, μισθὸν τῶν χρησμῶν, ὑφ' ὧν καὶ ἀπολεῖται μικρὸν ὕστερον· φιλόμαντις δὲ ἀνὴρ ἐκτόπως. ΧΑΡ. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς τὸ λαμπρὸν, ὃ ἀποστίλβει; τὸ ὕπωχρον μετ' ἐρυθή-

a Οἶδα] Οἶθα F. quod quidem in ſequentibus Edd. ſine certa membranarum auctoritate mutari non debuit.

Τέλλος] Ad *Diogen. L.* I, 50. vide *Menagium*. Τέλος ſcribatur, an Τέλλος, parum intereſt: vetuſti Graeci literas geminare vix unquam ſolebant: Σέλλος, Σελος· Ἕλλος, Ἕλος· Σελλασια, Σελασία· Πελλὸς, Πελος nullo diſcrimine ſeparantur. Antiqua ſcriptio deluſit Interpretem *Dionis Chryſ.* p. 593. D. ut pulcre *Caſaubonus* obſervavit. *Themiſt.* Or. XVIII. p. 211. D. Κροῖσον μὲν οὐκ ἀπέφηνεν ὁ Σόλων ὀλβιώτατον τῶν τότε ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸν Ἀθηναῖον καὶ τοὺς Ἀργείους νεανίσκους. ubi, tametſi non ignorem, quomodo defendi poſſit τὸν Ἀθηναῖον, profecto malim Τέλον vel Τέλλον Ἀθηναῖον. *T.H.*

69. Πρὸς τὸ τέλος] Reſpicit Solonis dictum, de quo *Auſon.* *J.B.*

Πρὸς τὸ τ. ἀ. τοῦ β.] Sententiam Solonis, quam *Ariſtoteles* argumentis ſanequam levibus impugnat Eth. Nic. I. c. 10. certatim Tragicos imitari monent *B. Martin.* V. L. I. c. 1. verſus *Euripidis* ex Androm. v. 100. qui ſunt ipſius Andromachae, perperam Hecubae tribuens, & *Joſ. Barneſ.* ad eum locum & Heracl. v. 865. Quum ergo Deianira Trachinias Sophocleas ſic inciperet, Λόγος μὲν ἔστ' ἀρχαῖος ἀνθρώπων φανεὶς, Ὡς οὐκ ἂν αἰῶν' ἐκμάθοι (ἐκμάθοις) βροτῶν, πρὶν ἂν θάνοι τὶς, οὔτ' εἰ χρηστὸς, οὔτ' εἴ τῳ κακὸς, notare operae pretium duxit *Scholiaſtes* eſſe μεταχρονισμόν· μεταγενέστερος γὰρ Σόλων ὁ μηδένα μακαρίζειν δεῖν πρὸ τελευτῆς πρὸς Κροῖσον ἀποφηνάμενος. Vide *Cicer.* de F. B. & M. II, 27. & *Daviſ.* p. 164. Similes veterum ſententias plena manu ſuppeditabit *Stob.* Ecl. c. CIII. Porro legendum puto καὶ τοῦ ἄχρι πρὸς τὸ τ. &c. *Dion Chryſ.* p. 598. C. ὧν τὸν μὲν ὁ θάνατος ἤλεγξεν. *T.H.*

74. Τὸ πορθμεῖον αὐτὸ] Inepte haec vertuntur: ἀλλὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸ ἀξιοῖς γενέσθαι τὴν περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν, *ſed cymbam ipſam harum rerum judicio dignam cenſes*, cum ſit; *ſed cymbam ipſam exiſtimas eſſe, ubi de talibus judicium fieri neceſſe ſit.* *J.G.G.*

78. Μισθὸν τῶν χρησμῶν] Notum eſt oraculum, quod iterum tangit Ζ. Ἐλ. c. 14. & 20. ubi vide Notas, & c. 43. Latine apud *Ciceronem* ſic extat:

Crœſus Halyn penetrans magnam pervertet opum vim.
M.du S.

82. Ὕπωχρον] Infra vocat ὠχρὸν καὶ βαρὺ κτῆμα. Colorem hunc, qui jam non plane pallidus, ſed luteus & flaveſcens intelligi debet, auro Graeci tribuunt. *Baſil. Caeſar.* T. II. p. 66. B. ὠχρότεροι τάχα τοῦ χρυσοῦ γεγένηνται οἱ τοῦτον παρεδρεύοντες. Quos *Sappho* ornate dixerat χρυσείους ἐρεβίνθους in Epit. *Athen.* II. p. 54. F. veteres explanarunt τοὺς κατὰ πτέξον ὠχροὺς, teſte *Euſtath* ad Il. N. p. 948. v. 45 Eundem habet uſum χλωρὸς, ſic ut ab ὠχρὸς ſaepe minimum diſcrepet, quod oſtenderunt *Foeſ.* Œcon. Hipp. & *Graevius* ad *Heſiod.* Ἀσπ. v. 231. quam ob rem pari jure auro convenit. *Artemidor.* I. c. 79. p. 67. χλωρὸς γὰρ ὁ χρυσὸς καὶ βαρύς. ſcite Diogenes rogatus, διὰ τί τὸ χρυσίον χλωρόν ἐστιν, ἔφη, Ὅτι πολλοὺς ἔχει τοὺς ἐπιβουλεύοντας. apud *Diogen. L.* VI, 51. quaſi pallidum foret a timore; quippe notum eſt *Homeri* χλωρὸν δέος. Dictum autem ſapientiſſimi canis in jambos redegit neſcio

quis

θήματος; νῦν γὰρ πρῶτον εἶδον, ἀκούων ἀεί. ΕΡΜ. Ἐκεῖνο, ὦ Χάρων, τὸ ἀοίδιμον ὄνομα, καὶ περιμάχητον. ΧΑΡ. Καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ, ὅ, τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα [a] τοῦτο μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό. ΕΡΜ. Οὐ γὰρ οἶσθα, ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο, καὶ ἐπιβουλαί, καὶ λῃστήρια, καὶ ἐπιορκίαι, καὶ φόνοι, καὶ δεσμά, καὶ πλοῦς μακρός, καὶ [b] ἐμπορίαι, καὶ δουλεῖαι; ΧΑΡ. Διὰ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρον; οἶδα γὰρ τὸν χαλκόν, ὀβολόν, ὡς οἶσθα, παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων. ΕΡΜ. Ναί· ἀλλ' ὁ χαλκὸς μὲν πολύς· ὥστε οὐ πάνυ σπουδάζεται ὑπ' αὐτῶν· τοῦτον δὲ ὀλίγον ἐκ πολλοῦ τοῦ βάθους οἱ μεταλλεύοντες ἀνορύττουσι· πλὴν ἀλλ' ἐκ τῆς γῆς καὶ οὗτος, ὥσπερ ὁ μόλιβδος, καὶ τἆλλα. ΧΑΡ. Δεινήν τινα λέγεις τῶν ἀνθρώπων

dam rubore tinctum; nunc enim primum vidi, quod ſemper audio prædicari. MERC. Hoc illud eſt, Charon, decantatiſſimum nomen, & magnis omnium contentionibus expetitum. CHAR. Equidem nullus video, quid boni ipſi adſit, niſi forte hoc ſolum, quod, qui ferant, eo graventur. MERC. Neſcis enim, quot propterea bella exiſtant, & inſidiæ, latrocinia, perjuria, cædes, vincula, navigatio longinqua, mercaturæ, ſervitutes denique. CHAR. Ob iſtud, Mercuri, quod non multum ab ære differt? æs enim novi, ut qui obolum, ut ſcis, a vectorum unoquoque exigam. MERC. Sane: ſed æs quidem abundat; eamque ob rem non valde magno ſtudio expetitur ab ipſis: verum illud aurum ex profundis terræ viſceribus metalli foſſores eruunt: perinde tamen hoc etiam ex terra oritur itidem, ut plumbum ceteraque metalla. CHAR. Incredibilem quandam narras hominum dementiam,

a Τοῦτο μόνον] F. ἔντιμον τι βαρύνονται. b Ἐμπορίαι] F. ἐμπορεῖαι.

84. Ἀοίδιμον] Ὑμνητόν. V.

quis Comicorum: Τί ποτ' ἐστὶ χλωρόν, ἀντιβολῶ, τὸ χρυσίον; Δέδοικ' ἐπιβουλευόμενον ὑπὸ πάντων ἀεί· extant in *Ariſtoph. Schol.* ad Pl. v. 204. Latinis itidem *aurum pallidum*: notum eſt illud *Statii* IV. Sylv. VII, 15. *Pallidus foſſor redit, erutoque Concolor auro.* In *Paulino* Epiſc. Nol. ad Nicet v. 269. legendum, *Pallidos auri legulos in aurum vertis* — pro *callidos*. *T. H.*

84. Ἀοίδιμον ὄνομα καὶ περιμάχητον] Importuna his ſubjicitur nota *Bourdelotii*, quæ plane hinc relegari debet, quum nihil τὸ περιμάξαι & περικαθᾶραι ad vocem *Luciani*: ne dicam futiliter citari *Caſaubonum* ad *Theophilactum*, pro *Theophraſto*. *J. G.*

Ἀοίδιμον ὄνομα] Ex poeta aliquo, *Pindaro* forſan, habere videtur. Ni id ſit, credo aut πρᾶγμα ſcripturum fuiſſe pro ὄνομα, aut pro ἀοίδιμον πάντιμον, ut Ῥητ. c. 1. Certe Fl. ἔντιμον hic habet. *M. du S.*

Τὸ ἀοίδιμον ὄνομα] Si quid omnino mutandum foret, pro πρᾶγμα maluiſſem χρῶμα, vel κτῆμα· ſed ſarta tecta maneat optima lectio. Ἀοίδιμον autem eo minus eſt ſollicitandum, quod in Fl. quoque planiſſime reperiatur: alius eſt loci, ut mox videbimus, illud ἔντιμον, & huc per culpam errantis oculi relatum. Περιμάχητον vero quod tam acri ſtudio petitur, ut ejus poſſeſſionem mutuis certaminibus & dimicando alter alteri praeripere conetur. Proprie Noſter in Tim. c. 21. περιμάχητος ταῖς γαλαῖς· & *Strabo* XIV. p. 945. Samos εὐδαίμων, ὡς δῆλον ἐκ τοῦ περιμάχητον γενέσθαι. Helenae, quae *Luciano* οὕτω δή τι περισπούδαστος, ὥστε καὶ πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι. p. 265. περίβλεπτον καὶ περιμάχητον τὴν φύσιν ἐποίησε Jupiter: *Iſocrat.* p. 211. C. unde περιμάχητον εἶδος vocatur ab *Agatharchide* apud *Phot.* p. 719. v. 34. Haec ipſa ab Alexandro rapta tripodem aureum, Pelopi donatum a Vulcano nuptiale munus, in mare projecit εἰποῦσα ὅτι περιμάχητος ἔσται, ut refert *Diogen. L.* I, 32. *Thucydid.* VII, 84. καὶ οὐδὲν ἧσσον ἐπίνετό τε (τὸ ὕδωρ Ἀσινάρου) ὁμοῦ τῷ πηλῷ ᾑματωμένον, καὶ περιμάχητον ἦν τοῖς πολλοῖς· non male *Schol.* σπουδαιότατον, *deſideratiſſimum*. *Demades* p. 180. v. 13. Athenae τὸ περιμάχητον καὶ θαυμαζόμενον ὑπὸ πάντων ἄστυ quod palam *Dionyſ. Halic.* imitatur A. R. V. p. 326. v. 16. [illegible] μαχήτοις καὶ θαυμαζομένοις ὑπὸ τοῦ κοινοῦ βίου [illegible] Apud *Xenoph.* Symp. p. 513. v. 30. paupertas [illegible] μα ἥκιστα περιμάχητον, res, quam pauci vel ne [illegible] de ſibi expetendam ſtatuat, aut adipiſci labore [illegible] tra divitiae, atque ipſum illud, quod Charo [illegible] tur, aurum: *Æneas Soph.* Ep. V. Χρυσὸς καὶ ἄρ[illegible] περιφανεῖς ἐσθῆτες τοῖς μὲν πολλοῖς περιμάχητον, [illegible] δὲ χρῆμα, καὶ οὐχ ἑστηκός, οὐδὲ τοῦ ἔχοντος ἀληθῶς [illegible]

87. Τοῦτο μόνον ὅτι] Dilucide Florentina ſo[illegible] μον τι· ceterae omnes quaſi de compacto [illegible] ὅτι, quod e membranis fluxerit, nec ne, [illegible] non liquet. Primum dubitabam, an idem [illegible] que eleganter minima lectionis Florentinae m[illegible] poſſet obtineri, εἰ μὴ ἄρα ἔν τι μόνον, ὅτι βαρ[illegible] Deinde non difficile videbatur ipſam illam [illegible]

tiam, qui tanto amore capiantur rei pallidæ ac ponderoſæ. MERC. At Solon quidem ille, Charon, ejus amore duci non videtur, uti vides: deridet enim Crœſum, & jactabundam barbari gloriationem. Verum, ni fallor, ex illo quærere quidpiam vult: auſcultemus ergo.

τὴν ἀβελτηρίαν, οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν ὠχροῦ καὶ βαρέως κτήματος. ΕΡΜ. Ἀλλ' ὁ δὲ Σόλων γε ἐκεῖνος, ὦ Χάρων, ἐρᾷν αὐτοῦ φαίνεται, ὡς ὁρᾷς· καταγελᾷ γὰρ τοῦ Κροίσου, καὶ τῆς μεγαλαυχίας τοῦ βαρβάρου· καί, μοι [c] δοκεῖν, ἔρεσθαί τι βούλεται αὐτόν· ἐπακούσωμεν οὖν.

12. SOL. Dic mihi, Crœſe, numnam putas opus habere lateribus iſtis Pythium? CROES. Ita per Jovem: non enim eſt illi Delphis donarium tale ullum dedicatum. SOL. Ergo beatum arbitrare te Apollinem eſſe redditurum, ſi poſſideat in ceteris etiam lateres aureos? CROES. Quidni putem? SOL. Magnam mihi narras, Crœſe, paupertatem in cœlo, quando Dii eo redacti ſunt, ut aurum ipſis e Lydia ſit petendum, ſi deſiderarint. CROES. Ubinam tanta ſit auri copia, quanta apud nos? SOL. Quæſo te, ferrumne etiam naſcitur in Lydia?

ΣΟΛ. Εἰπέ μοι, ὦ Κροῖσε, οἴει γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλίνθων τούτων τὸν Πύθιον; ΚΡΟΙ. Νὴ Δί'· οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀνάθημα οὐδὲν τοιοῦτον. ΣΟΛ. Οὐκοῦν μακάριον οἴει τὸν θεὸν ἀποφαίνειν, εἰ κτήσαιτο ἐν τοῖς ἄλλοις καὶ πλίνθους χρυσᾶς; ΚΡΟΙ. Πῶς γὰρ οὔ; ΣΟΛ. Πολλήν μοι λέγεις, ὦ Κροῖσε, πενίαν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰ ἐκ Λυδίας μεταστέλλεσθαι τὸ χρυσίον δεήσει αὐτούς, ἢν ἐπιθυμήσωσι. ΚΡΟΙ. Ποῦ γὰρ τοσοῦτος ἂν γένοιτο χρυσός, ὅσος παρ' ἡμῖν; ΣΟΛ. Εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ; ΚΡΟΙ.

c Δοκεῖν] Δοκεῖ *J.* & margo *A1W.* male: ſcribendum enim fuiſſet βουλόμενος, vel βούλεται.

3. Ἀβελτηρίαν] Μωρίαν, ἄνοιαν. *V.*

tueri & integram conſervare, modo unica tantum litera, cujus ſpatium vacabat, ex reliquis Edd. adderetur, εἰ μὴ ἄρα ἔντιμον, ὅτι βαρυνονται &c. Sententia planiſſima, niſi fallor, & perquam opportuna: *Equidem non video, quid in iſto auro boni inſit, niſi forte honorificum exiſtimetur, honorem aliquem adferre videatur, quod ferentes gravet, ſuoque pondere premat.* Equidem, ſi libri veteres addicant, nihil eſſe cauſae video, cur ſcriptura proba, & intellectu neutiquam obſcura, repudiari debeat. *T.H.*

95. Ἐκλέγων] Uſus eſt verbo proprio in cogendis colligendisque vectigalibus & penſionibus: quare de publicanis eſt frequens ἐκλέγειν φόρους vel τέλος. *Poll.* VIII, 114. IX, 31. *Harpocr.* in Πεντηκοστή· *Æſchin.* in *Timarch.* p. 17. v. 3. μαρτυρίαν τελώνου τοῦ παρὰ Τιμάρχου τοῦτο ἐκλέξαντος τὸ τέλος. Structura minus uſitata fraudem Interpreti fecit apud *Plutarch.* περὶ Πολυπρ. p. 518. E. τους τελωνας βαρυνόμεθα . . . οὐχ ὅταν τα ἐμφανῆ τῶν εἰσαγομένων ἐκλεγωσιν· *publicanis ſuccenſemus, non quando vectigal eorum, quae palam importantur, exigunt.* Hinc ἐκλογεῖς non ſolum apud Athenienſes οἱ ἐκλέγοντες καὶ εἰσπράττοντες τα ὀφειλόμενα τῷ δημοσίῳ, ut *Harpocration* ait, quanquam accuratius a *Suida* duplex eorum ordo diſtinguatur, ſed alibi quoque noti. *Ariſtides* de ſe T. I. p. 611. B. ἡρέθην ἐκλογευς· & Capito φόρων ἐκλογεὺς *Philoni* Πρ. πρὸς Γ. p. 1020. E. qui poſtea de eodem homine rapaciſſimo ſubjungit, ἐξ ὧν νοσφίζεται καὶ παρεκλέγει, ποικίλον τινα καὶ πολυν πλοῦτον ἠθροικώς· ſicut a *Demoſthene* dicitur παρεκλέγειν τα κοινά· apud hunc rectene *Gelenius quaeſtorem*, apud illum *Canterus coactorem* verterint, jam non diſquiro: coactoris certe miniſterium Charonti non inepte conveniat, quandoquidem Æacum habuimus τελώνην ſupra c. II. Praeterea ἐν θαύμασι τοὺς χαλκοῦς ἐκλέγειν *Theophr.* Ch. Eth. c. VI. p. 30. ad quae *Caſaubonus* hunc *Luciani* locum adhibuit, ſed per errorem ſcribens χαλκοῦν ὄβολον· & p. 32. τοὺς τόκους εἰς την γνάθον ἐκλέγειν, id eſt, τοὺς ἐκλελεγμένους ἐγκάπτειν, ἐμβάλλειν· ubi ſecus olim ad *Poll.* IX, 63. n. 70. exiſtimavi reponendum ἐπιλέγειν· quod etſi per me jampridem ipſe animadvertiſſem, eo tamen haud minus gratias habeo monenti Doctiſſimo *Needhamo*: τόκους ἐκλέγων *Pollux* adnotavit III, 85. Μισθὸν οὐκ ὀλίγον ἐκλεγων *Liban.* T. I. p. 793. C. Ἐκλογὰς χρημάτων dabit *Dion Caſſ.* XLII. p. 208. D. alibique. *T.H.*

11. Τῶν πλίνθων] *Herodoto* ſunt ἡμιπλίνθια, quorum ſtudioſe menſuram exegit I, 50. Πλίνθους χρυσᾶς plurimi vocant: *Euſeb.* Προπ. Εὐ. V. p. 211. D. *Gregor. Nyſſ.* T. III. p. 319. A. τῶν πολυταλάντων τοῦ Κροίσου πλινθων. Utrumque jungit *Themiſt.* Or. XIX. p. 226. ubi Apollinem dicere facit, ſe Crœſum utique vilipendiſſe, καίτοι ἐμπλήσαντα τὸν σηκὸν πλινθων χρυσῶν καὶ ἡμιπλινθίων. Modo ἐπακουσωμεν οὖν, etſi vix quicquam refert, Charonti libens dedero. *T.H.*

ΚΡΟΙ. Οὐ πάνυ τι. ΣΟΛ. Τοῦ βελτίονος ἄρα ἐνδεεῖς ἐστε. ΚΡΟΙ. Πῶς ἀμείνων ὁ σίδηρος χρυσίου; ΣΟΛ. Ἢν ἀποκρίνῃ μηδὲν ἀγανακτῶν, μάθοις ἄν. ΚΡΟΙ. Ἐρώτα, ὦ Σόλων. ΣΟΛ. Πότερον ἀμείνους οἱ σώζοντες τινὰς, ἢ οἱ σωζόμενοι πρὸς αὐτῶν; ΚΡΟΙ. Οἱ σώζοντες δηλαδή. ΣΟΛ. Ἆρ' οὖν, ἢν Κῦρος, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ἐπίῃ Λυδοῖς, χρυσᾶς μαχαίρας σὺ ποίησῃ τῷ στρατῷ, ἢ ὁ σίδηρος ἀναγκαῖος τότε; ΚΡΟΙ. Ὁ σίδηρος δηλαδή. ΣΟΛ. Καὶ εἴγε μὴ τοῦτον παρασκευάσαιο, οἴχοιτο ἄν σοι ὁ χρυσὸς ἐς Πέρσας αἰχμάλωτος. ΚΡΟΙ. Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε. ΣΟΛ. Μὴ γένοιτο μὲν οὖν οὕτω ταῦτα· φαίνῃ δ' οὖν [a] ἀμεί-

CROES. Non ſane multum. SOL. Potioris ergo metalli indigetis. CROES. At quomodo præſtet ferrum auro? SOL. Si reſpondeas nihil indignatus, diſcere licebit. CROES. Roga modo, Solon. SOL. Utrum, qui ſervant aliquos, meliores, an qui ab iis ſervantur? CROES. Qui ſervant videlicet. SOL. Num igitur, ſi Cyrus, quos rumores nonnulli ſpargunt, adoriatur Lydos, aureos enſes tu confici curabis exercitui, an ferrum tunc videbitur neceſſarium? CROES. Ferrum utique. SOL. Hoc ſane metallum niſi compararis, abeat tibi aurum in Perſidem captivum. CROES. Dî meliora, mi homo. SOL. Abſit, hæc ut ita contingant: videre tamen

a Ἀμείνω] In F. hunc in modum excuſum eſt: ἀμείνω. Κ. τὸν σίδηρον ὁμολογῶν. Κροῖ. οὐκοῦν &c. Cogitet aliquis ſcribi poſſe, Κρ. τὸν σίδηρον ὁμολογῶν οὐκοῦν &c. ac ſi Crœſus, quod Soloni dicendum reſtabat, feſtinanter praeripuiſſet: ſed multo probabilius in librarium culpam depravatae lectionis conferemus.

22. Τοῦ βελτίονος] Confer adverſus aurum & argentum pro ferro diſputantem *Tertullian.* de Cult. Femin. c. IV. Idem fecit *Clemens* in Paedag. aliique Patrum philoſophos, praeſertim Stoïcos, imitati. *T.H.*

30. Ἐπίῃ Λυδοῖς] Haec ita ſunt ſcripta, ut Cyrum priorem arma Lydis intuliſſe ſignificent: ab omnibus tamen hiſtoricis Crœſus auctor belli perhibetur, ſive ſociis Babyloniis auxilium laturus, ſive nimio plus, quam ſibi tutum foret, creſcere rem Perſicam ratus. *T.H.*

35. Εὐφήμει] Hoc eſt, *utere verbis meliora ominantibus. Favere lingua* dicunt Latini; quo fit, ut Gloſſae vertant Εὐφημῶ, *faveo:* Εὐφημεῖτε, *favete.* Huic verbo contrarium eſt, δυσφημῶ. Eaedem Gloſſae: Δυσφημεῖ, *infauſta loquitur.* *J.C.*

Εὐφήμει] Formula quaedam ſolemnis, quum aliquid infauſte dictum vel factum abominantur, & procul a ſe faceſſere jubent; in qua ne ipſum quidem illud ἄνθρωπε incaſſum ponitur. Celebrem Sophoclis ſententiam refert *Theon* Progymn. p. 14. is rogatus, vacaretne ſenex adhuc Venereae voluptati, reſpondit: Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε· ἀσμενέστατα μέντοι αὐτὰ ἀπέφυγον, ὥσπερ λυττῶντά τινα καὶ ἄγριον δεσπότην ἀποδράς· depromta ſunt ex *Plat.* de Rep. I. p. 573. A. ubi pro ἀποδρὰς pejus, ut quidem puto, legitur ἀποφυγών· audi *Ciceronem* interpretem Cat. Maj. §. 47. *Dii meliora: libenter vero iſtinc, tanquam a domino agreſti ac furioſo profugi.* In *Arriani* Epict. III, 5. p. 274. *Socrates* καθ' ἡμέραν χαίρει παρακολουθῶν ἑαυτῷ βελτίονι γινομένῳ· πρὸς τί; μή τι πρὸς λεξείδια; ἄνθρωπε εὐφήμει. Apud *Platonem* de LL. III. p. 816. E. Εὐφήμει· *hoc Dii avertant: id ne unquam contigerit:* & in Conv. p. 1201. E. Οὐκ εὐφημήσεις; *Julian.* Caeſ. p. 330. D. *T.H.*

43. Φωκεῦσι] A quibus multoties ſpoliatum eſt, templum Delphicum: Βοιωτοῖς, qui cum his pro templo Delphico bella geſſerunt. *J.Br.*

Ibid. Βοιωτοῖς] *Juſtin.* VIII, 1. *M. du S.*

44. Τυράννῳ λῃστῇ] Excidit particula ἢ, quam repones, licet Mſ. non praeciperet; in quo tamen legitur: ἕρμαιον ἐστὶν ἀνατεθεικὼς Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἤ τινι τυράννῳ ἢ λῃστῇ· vulgo ἤ τινι τυράννῳ λῃστῇ. *J.G.G.*

Ibid. Ἢ λῃστῇ] Illud ἢ, quod in vulgatis deerat, ex Ed. *J.* & MSS. G. P. & L. reſtituimus. *M. du S.*

45. Χρυσοποιῶν] Corruptam hanc vocem arbitror: nam ſi χρυσῶν πλίνθων ſcribere noluerit, debuit aut metalla ipſa, aut χρυσοχόους dicere, quorum ope aurum purgatur. Niſi forſan ut Latini olim aurifices, ita & veteres Graeci χρυσοποιοὺς dixerint. *Cicer.* de Orat. II, 38. *M. du S.*

Χρυσοποιῶν] Qui ſint aetate ſeriore χρυσοποιοὶ, quae τέχνη χρυσοποιητική, ſive χρυσοποιΐα, compertum habemus: verum ut Latini *aurifices*, ſic pari poteſtate Graecos uſurpaſſe χρυσοποιοὺς, mihi nondum liquet: certe *aurifex* in optimis Gloſſis redditur χρυσοχόος non, quod propius ad Latinae vocis rationem accederet, χρυσοποιός. *Budaeus* etiam, teſte *Stephano*, non alia, quam unius *Luciani*, auctoritate id verbi munire potuit. Idcirco animus inclinat, ut credam ſcripſiſſe Noſtrum χρυσοχόων. Hoc vocabulum pro fabris aurariis admodum eſt familiare: *Dioſcorid.* V, 173. Εὑρίσκεται δέ τις ἐν τῇ Σαμίᾳ γῇ λίθος, ᾧ οἱ χρυσοχόοι χρῶνται πρὸς τὸ λεαίνειν καὶ στιλβοῦν. *Clem. Alex.* Paed. II. p. 190. v. 3. λύχνος κεραμέως οὐ χρυσοχόου ἔργον· vide *Heſych.* in Θερμαυστρὶς, *Suid.* in Χαλκεὺς, qui hoc nomen etiam χρυσοχόον complecti obſervat. Inde aurificum officinae χρυσοχοεῖα, vel, ut ſaepe ſcribuntur

men nunc auro melius eſſe ferrum fateri. CROES. Quid ? num igitur Apollini me jubes ferreos lateres dedicare , aurum vero rurſus repetere ? SOL. Is ne ferro quidem opus habebit ; at tu ſive æs, ſive aurum conſecres , aliis quod in poſſeſſionem aliquando , ac prædam facilem cedat dedicaveris , Phocenſibus inquam , aut Bœotis, aut ipſis Delphis, aut cuidam tyranno , aut latroni : Pythius certe parum curat tuos aurifices. CROES. Semper tu meis divitiis bellum indicis, & invides.

13. MERC. Non fert Lydus, o Charon , loquendi iſtam libertatem, veroſque ſermones : quin res ipſi videtur plane inuſitata pauper homo , qui nullo metu ſe ſubmittat , animique cogitata libere proferat. Verum in memoriam non diu poſt

να τ̀ σίδηρον ὁμολογῶν. ΚΡΟΙ. Οὐκοῦν ϗ τῷ Θεῷ κελεύεις σιδηρᾶς πλίνθους ἀνατίθεσθαι με, τ̀ δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλεῖν; ΣΟΛ. Οὐδὲ σιδήρου ἐκεῖνός γε δεήσεται· ἀλλ' ἤν τε χαλκὸν, ἤν τε χρυσὸν ἀναθῇς, ἄλλοις μέν ποτε κτῆμα, ϗ ἕρμαιον ἔσῃ ἀνατεθεικὼς, Φωκεῦσιν, ἢ Βοιωτοῖς, ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς, ἤ τινι τυράννῳ, [b] ἢ λῃστῇ· τῷ δὲ Θεῷ ὀλίγον μέλει τῶν σῶν χρυσοποιῶν. ΚΡΟΙ. Ἀεὶ σύ μοι τῷ πλούτῳ προσπολεμεῖς, ϗ φθονεῖς.

ΕΡΜ. Οὐ φέρει ὁ Λυδὸς, ὦ Χάρων, τὴν παῤῥησίαν, ϗ τὴν ἀλήθειαν τῶν λόγων, ἀλλὰ ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, πένης ἄνθρωπος οὐχ ὑποπτήσσων, τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων. μεμνήσεται δ' οὖν μικρὸν ὕστε-

ρον

b Ἢ] Deſiderabatur in cunctis Edd. excepta *J.* cui conſentiunt P. L. & margo *A1W.*

42. Καὶ ἕρμαιον] Ἕρμαιον τὸ εὕρημα * προπαροξυτόνως. Τὸ δὲ Ἑρμοῦ κτητικὸν προπερισπᾶται. Ἄλλοι δὲ φασιν, ὅτι τὸ κτητικὸν Ἑρμαῖος ἐστὶ, ϗ Ἕρμαιος ἐκθλίψει τοῦ ι, ἀλλ' οὐ Ἑρμαῖος. *V.*

* Προπαροξυτόνως] Ita *V.* non προπαροξύτονον, ut Ed. A. De accentu vocis ἕρμαιον vide *Euſtath.* ad Od. Π. p. 1809. *T. H.*

tur , χρυσοχόεια· *Polyb.* apud *Athen.* V. p. 193. D. de Antiocho Epiphane : μάλιστα δὲ πρὸς τοῖς ἀργυροκοπείοις εὑρίσκετο & χρυσοχοΐοις εὑρησιλογῶν· eadem a *Libanio* juncta T. II. p. 647. C. ἀργυροκοπεῖά τε & χρυσοχόων ἐργαστήρια. *Zenonis Cittiei* a *Clemente* locus egregius adfertur Paedag. III. p. 297. v. 7. quo modeſtae virginis imaginem efformavit : ἀπέστω δὲ & ὁ ἀπὸ τῶν μυροπωλίων , ϗ χρυσοχοΐων ϗ ἐριοπωλίων ἄλυς· ubi vocem ultimam Interpres dum *caliginem* vertit , ἀχλὺς ſe legiſſe , vel ſaltem voluiſſe legi manifeſte ſignificat, ſed errore magno lapſus : gravius offendit in eodem vocabulo p. 192. v. 5. & pravam mirificae verſionis ſtribliginem ab Editore noviſſimo, quod miror, impune tulit. *T. H.*

50. Τὸ δὲ παριστάμενον] *Quicquid ei in mentem venit.* Conſule in Cleio *Herodotum.* *J. Br.*

Τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων] Non bene vertitur, *ea quae urgent libere dicere:* hoc enim voluit *Lucianus : mentis cogitata libere dicere :* παρίστασθαι eſt *in mentem venire , animo obverſari. Plat.* in Phaedone: ὥστε μοι παρίστασθαι , *ita ut mihi videtur , ut ſentio.* *J. G. G.*

Τὸ παριστάμενον] Jure *Graevius* in Interpretes animadvertit ; ſed quae notat Vir eximius a *Budaeo* ſunt derivata, qui dudum illam poteſtatem verbi παρίστασθαι explanaverat C. L. G. p. 217. 218. Saepe quae ex praeſenti rerum ſtatu cogitationes nobis oriuntur, παρίστασθαι τῇ ψυχῇ & ſimpliciter παρίστασθαι , *obverſari animo , menti eſſe praeſto ,* dici ſolent. *Sophocl.* Oed. Tyr. v. 921. — δόξα μοὶ παρεστάθη· quod itidem frequenter *Dionyſius Halic.* uſurpavit. *Ariſtid.* T. III. p. 507. A. εἰ γὰρ ἑκάστῳ τοῦτ' ἐν τῇ ψυχῇ παρασταίη, ϗ τοῦτο πάντες πεισθεῖεν. Hinc τὸ παρεστὼς & τὸ παριστάμενον, *quod ſubito menti occurrit , e re nata cogitatio. Cteſias* in Exc. p. 647. v. 4. Artaxerxes τῇ μητρὶ τὸ παριστάμενον αὐτῇ πράττειν ἐπιτρέπει , *matri quicquid placuerit, ut Apollonide medico faciat , permittit. Dion Chryſ.* Or. XII. p. 213. B. πλείστη μὲν οὖν ἐξουσία & δύναμις ἀνθρώπῳ περὶ λόγον ἐνδείξασθαι τὸ παριστάν· Or. XXXIII. p. 410. B. τελευταῖον ὀκνῶν, μοὶ δοκεῖ , τὸ παριστάμενον λέγειν· utrobique peccat Interpres : ſic autem ille poſteriore loco ; *cunctatus , opinor , quicquam ex tempore dicere:* nonnihil vidit ; nam ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν valet, *non meditatam, ſed ſubitam & extemporalem orationem habere: Plutarch.* V. Demoſth. p. 850. A, τὸ μὴ ταχέως , μηδὲ περὶ παντὸς ἐκ τοῦ παρισταμένου λέγειν, quam Periclis prudentiam Demoſthenes aemulabatur. Parem uſum habet ἐκ τοῦ ἐπελθόντος εἰπεῖν· ἐπέρχεσθαι enim ſive ἐπελθεῖν & παρίστασθαι in hoc negotio tam propinquae ſunt virtutis , ut , quia alterum alterius explicationi conducit , illud per injuriam in hujus ſedem nonnunquam immigraverit. Editur in *Ariſtide* T. II. p. 297. ἐπέρχεταί μοι δεδιέναι, μὴ πλείω τῶν ἱκανῶν διειλέχθαι δοκῶ· atqui ſine controverſia legendum eſſe, παρίσταταί μοι θαῤῥεῖν τε & δεδιέναι &c. *Thomas Magiſter* arguit in Παρίσταται ne dicam oratio-

 nem

ρον τοῦ Σόλωνος, ὅταν αὐτὸν δέῃ ἁλόντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑπὸ τοῦ Κύρου ἀναχθῆναι· ἤκουσα γὰρ τῆς Κλωθοῦς πρώην ἀναγινωσκούσης τὰ ἑκάστῳ ἐπικεκλωσμένα· ἐν οἷς καὶ ταῦτ᾽ ἐγέγραπτο, Κροῖσον μὲν ἁλῶναι ὑπὸ Κύρου, Κῦρον δὲ αὐτὸν ὑπ᾽ ἐκεινησὶ τῆς Μασσαγετίδος ἀποθανεῖν. ὁρᾷς τὴν Σκυθίδα, τὴν ἐπὶ τοῦ ἵππου τοῦ λευκοῦ ἐξελαύνουσαν; ΧΑΡ. Νὴ Δία. ΕΡΜ. Τώμυρις ἐκείνη ἐστί. καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτεμοῦσα τοῦ Κύρου αὕτη ἐς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν νεανίσκον; Καμβύσης ἐκεῖνός ἐστιν. οὗτος βασι-

redibit Solonis, quum tempus aderit, ut captus in rogum Cyri juſſu inponatur. Etenim audivi ex Clothone nuper prælegente, quæ cuique forent fato decreta: in quibus & hæc erant conſignata, Crœſum captum iri a Cyro, Cyrum autem ipſum ab iſta Maſſagetide occidendum eſſe: viden' illam mulierem Scythicam, illam equo albo invectam. CHAR. Ita ſane. MERC. Illa Tomyris eſt, quæ caput Cyri præciſum in utrem injiciet plenum ſanguinis. Viden' etiam filium Cyri juvenem? iſte Cambyſes eſt, regnabitque poſt patrem: is re-

nem nunc incedere ſplendidiorem. *Dion Caſſ.* LXXVII. p. 875. D. de Antonino Caracalla: *τῷ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ ἐπελθόντα οἱ ἀπεριςκέπτως λαλεῖν·* haec *Suidas* V. *Ἀντωνῖνος* p. 234. iſtum in modum deſcripſit: *τῷ πάνθ᾽ ὁμοίως τὰ προϊςάμενα οἱ* &c. Apud *Dionem* rectius legi *Kuſterus* pronunciat: mihi, dummodo refingas *παριςάμενα*, ſecus videtur. Praeterea, quod jam ex uno alteroque exemplo intelligi potuit, obſervandum eſt accedere nonnunquam huic locutioni vim quandam ingenuae fiduciae animique libertatis, qua quis nixus, potentiam aliorum atque opes nihil reformidans ſenſa mentis ſine ambage palam profitetur: ſic in *Luciano* capiendum eſt: *Plutarch.* Dion. p. 960. B. *τὴν παῤῥησίαν ἔφερεν αὐτοῦ* (Dionyſius Dionis) *μόνου σχεδὸν ἀδεῶς λέγοντος τὸ παριςάμενον.* *T. H.*

53. Πυρὰν] *Herodot.* I, 86. Aliter longe & verius, ut puto, *Xenophon*, quem vide. *M. du S.*

60. Τώμυρις] Tomyrin nobilitavit reportata de Cyro victoria ſive vera, ſive, quod multo potius credo, conficta. Primae vocalis exarandae diſcrimen ex *Herodoto* & *Luciano* monſtravit *Fr. Fabric.* ad *Oroſ.* II, 7. In *Herodoto* quamquam publicatae ſcripturae vetuſti Codices accedere videantur, *Suidas* tamen eadem hiſtorici verba ſub utroque Τόμυρις & Τώμυρις propoſuit; quo indicio patet, hoc aeque atque illud in Lexicis antiquorum inventum fuiſſe. Quum in *Amm. Marcellino* XXIII, 6. p. 398. *Lindenbrogius* exprimi juſſiſſet *Tamyris*, repudiavit illam lectionem fide membranarum nixus *Henr. Valeſius*: idque jure factum arbitror, neque adeo reprehendi debuiſſe ab *Iſ. Voſſio* ad *Juſtin.* I, 8. apud quem & alios item Latinos ſcriptores licet fluctuare libros *Bongarſius* admoneat, *Franciſcus* tamen *Oudendorpius*, Vir accuratiſſima doctrina praeditus, ad *Frontin.* II. c. 5. §. 5. *Tomyrin* inveniri teſtatur in duobus MSS. *Juſtini* a ſe collatis, & plerisque optimis *Frontini*. Βασιλεύουσης Τεμύριδος *Euſtathii* ad *Dionyſ. Perieg.* v. 739. ſine dubio vitiatum eſt. *Theon* Progymn. p. 211. *Οὐ γὰρ εἰ Τόμυρις ἡ Μασσαγέτις, ἢ Σπαρέθρα ἡ Ἀμώγου τοῦ Σακῶν βασιλέως γυνὴ κρείττων ἐςὶ Κύρου . . . . ἤδη συγχωρητέον, καὶ τὸ θῆλυ τοῦ ἄῤῥενος εἶναι ἀνδρειότερον* ab *Herodoto* alteram, alteram a *Cteſia* ſumſit; cujus in Excerptis p. 635. *Ἀμόργης τῶν Σακῶν μὲν βασιλεὺς, ἀνὴρ δὲ Σπαρέθρης* quin idem ſit, ac *Theonis* *Ἀμώγης* dubitari non poteſt; neque repugnabo, ſi quis hunc emendandum cenſuerit; eoque minus, quoniam ſerius etiam ſub Dario Sacas invadente commemoratur a *Polyaeno* VII. c. 11. §. 8. inter eorum reges *Ὁμάργης*, qui ab Amorge, ut perſpicuum eſt, ſolo literarum ordine diſcrepat: ceterum haec ipſa quoque *Cteſiae* deberi, mihi non eſt ambiguum. Tomyridis autem depravatiſſimum in *Theophilo* nomen ad Autol. III. c. 26. correxit *Simſon.* ad A. M. 3476. cui *Fellus* obſecutus bene publicari curavit, *Κύρου οὖν βασιλεύσαντος ἔτεσι κθ, καὶ ἀναιρεθέντος ὑπὸ Τομύριδος ἐν Μασσαγετίᾳ*, ſive potius, quod magis arridet, *Μασσαγετίδι·* niſi tamen deliberandum aliquis putet, quod mihi ſane veterem ſcripturam attendenti contigit, an non a *μισαγγίᾳ* facilius oriatur *μισγαγκίᾳ* vel *μισγαγκείᾳ*, ſiquidem in *Heſychio* quoque *Μισαγγία* iſtius Homericae vocis locum occuparit: ſignificat autem *convallem aquoſam & paluſtrem montibus interjectam, quae delatos inde torrentes recipiat.* Jam multum abeſt, ut ceteri cum *Herodoto* conſpirent, qui aperto Marte, & atrociſſima pugna Cyrum ſuperatum tradidit: imo, ſi fides conſtat illis, quos auctores habuerunt *Trogus* & *Frontinus*, ad notas Maſſagetis anguſtias perductus, ibique, poſitis in montibus inſidiis, cum ducentis Perſarum millibus trucidatus interiit: quae tam incredibilis clades accidere non potuiſſet, niſi maximum imperatorem locis iniquiſſimis deprehenſum fuiſſe ſtatuas. Ergo abhorrere non videtur, ut hiſtoricus aliquis Graecus a Theophilo deſcriptus Cyrum dixerit interfectum *ἐν μισγαγκείᾳ·* hujus autem conjecturae, cui ne a me quidem ipſo plurimum tribuitur, arbitrium eſto penes lectorem. Porro menda non diſſimilis in reginae nomine apud *Schol. Dion. Chryſoſt.* p. 106. *τὴν Κύρου ὑπὸ τῆς Μουρίδος τῆς Μασσαγέτιδος σφαγὴν ὁ αὐτὸς Ἡρόδοτος ἀναγράφει.* Meminit etiam *Hieronym.* ad *Zachar.* c. I. *Interfecto igitur apud Maſſagetas Cyro, qui triginta annos regnaverat in Perſis, a Tomyri regina Maſſagetarum.* Saepe vero recentiores hiſtorici confundunt duas expeditiones Cyri diverſas, primam contra Sacas ſuſceptam, ſecundam adverſus Maſſage-

tas

rebus undiquaque male geſtis in Libya, & Æthiopia, tandem mente captus interibit, poſtquam occiderit Apin. CHAR. O multam ridendi materiem: at nunc quis eos adſpicere ſuſtineat tanto faſtu elatos? aut quis in animum inducat, paulo poſt hunc fore captivum, illum caput habiturum in utre ſanguinis?

14. Verum quis ille eſt, Mercuri, qui purpureum amiculum fibula ſubſtrictum gerit, diademate revinctus, cui annulum coquus porrigit piſce diſſecto, in inſula

λεύσει μετὰ τὸν πατέρα, καὶ μυρία σφαλεὶς ἔν τε Λιβύῃ, καὶ Αἰθιοπίᾳ, τὸ τελευταῖον μανεὶς ἀποθανεῖται, ἀποκτείνας τὸν Ἆπιν. ΧΑΡ. Ὦ πολλοῦ γέλωτος. ἀλλὰ νῦν τίς ἂν αὐτοὺς προσβλέψειεν οὕτως ὑπερφρονοῦντας τῶν ἄλλων; ἢ τίς ἂν πιστεύσειεν, ὡς μετ' ὀλίγον οὗτος μὲν αἰχμάλωτος ἔσται, οὗτος δὲ τὴν κεφαλὴν ἕξει ἐν ἀσκῷ αἵματος;

Ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι, τὸν ἰχθὺν ἀνατεμὼν Νήσῳ ἐν [a] ἀμφιρύτῃ βα-

[a] Ἀμφιρύτῃ] Ita F. & P. Pleraeque ἀμφιρρύτῃ.

72. Ἐφεστρίδα] Διπλοΐδα. V.

tas & Tomyrin, quaeque a ſuperioribus de alterutra fuerant memoriae mandata inter ſe permiſcent; ſicut facili negotio licebit animadvertere, ſi quis componat *Strab.* XI. p. 780. *Polyaen.* VIII, 28. *Frontinum*, *Juſtinum*, *Amm. Marcellinum*, atque alios. Illud enimvero vel inprimis admirationem habet non mediocrem, quod mortis genus, quo tantus Rex totque populorum victor obierit, in obſcuro lateat: praecipue quum ejus aetas in iſta inciderit tempora, quibus jam Graeci florentibus ingeniis ſcribendi ſtudium frequentabant, & Aſiae rebus quotidie magis magisque inmiſcebantur. Longe diſcedentes in hoc caſu mirifico veterum narrationes adnotavit *Jo. A. Boſius* ad *Corn. Nepot.* de Reg. c. I. Cur *Noſter Herodoti* fidem potiſſimum fuerit ſecutus, ratio eſt in promtu: nimirum ſingularis illa fortunae viciſſitudo Cyrum etiam multo gravius, quam Crœſum, proſternens ad hanc ingenioſam fragilitatis humanae picturam optime conveniebat: quamvis alioqui de hiſtoriae veritate ſecundum *Xenophontem* dederit *Humphr. Prideaux* ad A. ante Ch. N. 530. ubi egregia Doctiſſ. *Driebergius*. Dicemus ad Macrobios. *T.H.*

61. Ἐς ἀσκὸν] *Juſtin.* I, 8. *M. du S.*

66. Ἀπ. τὸν Ἆπιν] *Juſtin.* I, 9. *M. du S.*

68. Ὑπερφρονοῦντας] Vel *Xenophontis* in gratiam eximendus erat ex hoc numero Cyrus, quem ἀνθρώπων πατέρα fuiſſe dictum ferunt: *Pauſan.* VIII. p. 690. Exemplum boni civilisque non minus quam ſtrenui regis paſſim apud veteres proponitur. *Plato* de LL. III. p. 815. *T.H.*

72. Πορφυρᾶν] Πορφυρὰν antea ſcriptum erat, ut & Ἀπαιδ. c. 7. *M. du S.*

73. Ἐφεστρίδα] Ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐσθῆτα ἐμπεπορπημένος legendum. *J.G.G.*

Ibid. Ὁ τὸ διάδημα] Scribe, ᾧ τὸ διάδημα. *J. Br.*

74. Δακτύλιον] Notiſſima doctis eſt hiſtoria, quam *Lucianus* hic quaſi in tabella artificioſiſſime pictam proponit. Eam autem in tyronum gratiam, quibus ad manum non eſt *Herodotus*, paucis narrabo. Polycrates in omnibus proſpera uſus fortuna monetur ab Amaſi Ægypti rege, ut fortunam *ſaevo laetam negotio* placet, re tum pretioſiſſima, tum ſibi chariſſima ita a ſeſe ablegata, ut ejus compos nunquam fiat. Is itaque annulum, quo maxime gaudebat, in mare magna cum pompa projicit. At is paucis poſt diebus ab ejus coquo in eximiae magnitudinis piſce, qui Polycrati a piſcatoribus muneri miſſus fuerat, repertus ad ipſum defertur. Quibus ad Amaſim perlatis, male de Polycratis exitu ominari cœpit. Haec tu ab *Herodoto* enarrata legito lib. III. p. 113. & 131. *M. du S.*

75. Νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ] *In Samo inſula*: eſt autem Homericum hemiſtichium Odyſſ. Α, 50. Hoc vero, βασιλεὺς δέ τις εὔχεται εἶναι, ex eo Poëtae ſumtum eſt Odyſſ. Α, 180. Μέντης Ἀγχιάλοιο δαΐφρονος εὔχεται εἶναι Υἱός aut Odyſſ. Ε, 450. ἱκέτης δέ τοι εὔχομαι εἶναι. *J. Br.*

Ibid. Ἀμφιρρύτῃ] Sic mendoſe vulgo legitur; cum metri lex, ut jam probe vidit *Graevius*, poſtulet ἀμφιρύτῃ & ita recte editio Florentina. Recte quoque idem hoc in Philopatride c. IX. Sed & alibi, ubi vel integri verſus, vel hemiſtichia uſurpantur, in metro peccatum eſt. Sic in iisdem his Contemplantib. c. XXII. legendum,

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἄτυμβος ἀνὴρ, ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου.

Non ἔλαχε, ut editum. Similiter in Reviviſcentib. c. XLI.

Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,

Non μέσοισι, ſcribendum. Verſus is eſt *Homeri* Ἰλ. Σ, 500. *J. J.*

 Ἀμ-

βασιλεὺς δὲ τὶς εὔχεται εἶναι; ΕΡΜ. Εὖγε παρῳδεῖς, ὦ Χάρων. ἀλλὰ Πολυκράτην ὁρᾷς τὸν Σαμίων τύραννον, πανευδαίμονα οἰόμενον εἶναι· ἀτὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς, ὑπὸ τοῦ παρεστῶτος οἰκέτου Μαιανδρίου προδοθεὶς Ὀροίτῃ τῷ σατράπῃ, ἀνασκολοπισθήσεται, ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου. καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Κλωθοῦς ἐπήκουσα. ΧΑΡ. Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, [a] γεννικῶς καὶ αὐτοὺς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε, καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες. ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων, ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπεσούμενοι. ἐγὼ δὲ γελάσομαι τότε γνωρίσας αὐτῶν ἕκαστον γυμνὸν ἐν τῷ σκαφιδίῳ, μήτε

circumflua ? regem plane videtur præ ſe ferre. MERC. Belle verſum Homeri huc inflectis, Charon. Atenim Polycratem intueris Samiorum tyrannum, qui ſe omni ex parte felicem eſſe putat: verum hic ipſe ab adſtante familiari ſervo Mæandrio proditus Orœtæ Satrapæ in crucem agetur miſer, ejectus fortunis omnibus in puncto temporis: etenim hæc quoque ex Clotho percepi. CHAR. Euge, Clotho, fortiter & ipſos, optima, & capita præcide, atque palo ſuffige, ut ſe ſciant homines eſſe: interea in altum tollantur, quippe ab excelſiore faſtigio acerbius caſuri. Tum ego ridebo ſingulos agnoſcens nudos in cymbula, nec

a Γεννικῶς] Obtemperamus *J.* In reliquis Edd. γενικῶς. G. & P. γενική· quaſi voluiſſent ὦ Κλωθοῖ γενική; ſed alterum potius duco.

76. Εὖγε παρῳδεῖς] Καλῶς γε * ἄλλην ᾄδεις ᾠδήν. *V.*

* Ἄλλην &c.] *Suidas:* Παρῳδήκει, ἄλλην ᾖσεν ᾠδήν· ſed ea poteſtas inepte quadrat *Luciani* loco. *T.H.*

Ἀμφιρύτῃ] Sic ſcribas ſimplici ρ cum *Fl.* non duplici, ut in reliquis. *M. du S.*

77. Πολυκράτην] *Herodotus* in Thalia. *J. Br.*

80. Μαιανδρίου] Hic herum prodit; ſupra tyrannidem ipſe occupaſſe dicitur Μεν. c. 16. *M. du S.*

81. Ὀροίτῃ] *Dion Chryſ.* Or. XVII. p. 251. Καὶ μὴν Πολυκράτη φασὶ . . . . διαπλεύσαντα πρὸς Ὀρόντην, ὡς χρήματα λάβοι, μηδὲ ῥᾳδίου γε θανάτου τυχεῖν, ἀλλὰ ἀνασκολοπισθέντα ὑπὸ τοῦ βαρβάρου διαφθαρῆναι· idem, uti vides, quod *Lucianus*, verbum uſurpavit: Satrapae nomen unius literae diſcrimen habet. Quia *Herodotus* Ὀροίτην vocavit, eam formam poſt *Victorium* ubique reſtitutam volunt Eruditi Viri: lege notas *Jo. Daviſii* ad *Ciceron.* de F. B. & M. V, 31. Ego, qui perſuaſum habeam a diverſis auctoribus non prorſus ſimili modo Polycratis hiſtoriam eſſe memoriae proditam, utrumque Ὀροίτην & Ὀρόντην retinendum judico, & MSS. duces ſequor: *Suidas* neutrum omiſit. Ὀρόντου τοῦ σατράπου τῆς Ἀρμενίας meminit *Polyaen.* IV, 8. §. 3. & alterius VII, 13. & 14. De Maeandrio vide ad p. 478. Qui Μαίανδρος erat in priſcis *Herodoti* Edd. Μαιάνδριον fecit ex Cod. Med. *Jac. Gronovius.* *T.H.*

84. Εὖγε, ὦ Κλωθοῖ, γεννικῶς] Mſ. εὖγε κλωθοῖ γενική; vulgo γενικῶς. Quae autem generoſitas in capitibus hominum truncandis, & palo ſuffigendis? Sed forte ſcrib. γεννικῶς, *ſtrenue*, *fortiter*. Mox ſcribe νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ ex *Homer.* Odyſſ. A. v. 40. minuta haec ſunt, ſed tamen omnes, quas vidi, editiones deturpant. Quae de Maeandrio dominum ſuum Polycratem prodente ſcribit, non leguntur apud *Herodotum*, ſed ex alio Hiſtorico illa hauſit. Apud *Herodotum* ſponte ſua proficiſcitur Polycrates ad Orœtem. *J. G. G.*

Εὖγε ὦ Κλωθοῖ, γεννικῶς καὶ αὐτοὺς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε] Aut aliter vertendum, quam fecit *Benedictus*, nempe *generoſe*; aut ſcribendum γεννικῶς, ut in Tyrannicida: οὐδ' ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γεννικῶν. In Vitarum auctione: βίον ἀνδρικὸν πωλῶ, βίον ἄριστον καὶ γεννικόν. In Pſeudomante: πάνυ γεννικῶς καρτερήσας. Nam placuit ea vox auctori. *J. G.*

Ibid. Γεννικῶς] Sic, ut emendare juſſerant Viri Docti, Ed. *J.* Reliquae vitioſe γενικῶς, niſi quod G. & P. γενική, etiam prave. *M. du S.*

Γεννικῶς] Quae ad p. 9. obſervata ſunt, adverbium hoc unius literae acceſſione locupletandum eſſe ſatis probant: opera mea ſuperſedere licuiſſet, ſi tum ad manum fuiſſent, quae docte ſcripſit Vir eximius *Laur. Norrmann.* ad *Thom. Mag.* Laudat. Gregor. Nazianz. p. 167. 168. ubi, poſtquam de γενικὸς & γεννικὸς egit, *ne adverbio* γεννικῶς, *hactenus ſine certo lare ac patrono oberranti*, ἀπροστασίου *fortaſſean impingatur dica, ſuos illi etiam penates vindicesque reddit.* Ne hic quidem locus ejus diligentiam effugit; quo poſito, *Junta*, inquit, γεννικῶς· *Aldus*, γεννική. *T.H.*

87. Ἐν τοσούτῳ] Errorem Interpretum perſtrinxit *L. Bos* Ell. Gr. p. 200. *T.H.*

Ibid. Ἐπαιρέσθων] Ἐπαιρέσθωσαν. *J. Br.*

Ἐπαιρέσθων] Probanda omnino eſt emendatio *Brodaei*

nec purpuream veſtem, neque tiaram, nec ornatum aureum ſecum ferentes.

15. MERC. Et illorum quidem, quos dixi, talis erit ſors: multitudinem autem, Charon, iſtam vides, navigantes, bellantes, in judiciis verſantes, agros colentes, fœnus exercentes, ſtipem petentes. CHAR. Equidem video variam quandam turbam, plenamque trepidi tumultus vitam; quin & urbes eorum perſimiles alvearibus, in quibus unuſquiſque proprium quemdam aculeum habet, proximumque pungit; at pauci nonnulli, tanquam veſpæ, agunt feruntque inbecilliores. Quod autem circumvolat eos ex occulto, agmen illud, quinam ſunt? MERC. Spes, Charon, & metus, & amentiæ, voluptates, avari-

πορφυρίδα, μήτε τιάραν, ἢ κλίνην χρυσῆν κομίζοντας.

ΕΡΜ. Καὶ τὰ μὲν τούτων ὧδε ἕξει. τὸ δὲ πλῆθον, ὦ Χάρων, ὁρᾷς, τοὺς πλέοντας αὐτῶν, τοὺς πολεμοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας; ΧΑΡ. Ὁρῶ ποικίλην τινὰ τύρβην, καὶ μεστὸν ταραχῆς τὸν βίον, καὶ τὰς πόλεις γε αὐτῶν ἐοικυίας τοῖς σμήνεσιν, ἐν οἷς 1 ἅπας μὲν ἴδιόν τι κέντρον ἔχει, καὶ τὸν πλησίον κεντεῖ· ὀλίγοι δέ τινες, ὥσπερ σφῆκες, ἄγουσι, καὶ φέρουσι τὸν ὑποδεέστερον. ὁ δὲ περιπετόμενος αὐτοὺς ἐκ τοῦ ἀφανοῦς οὗτος ὄχλος τίνες εἰσίν; ΕΡΜ. Ἐλπίδες, ὦ Χάρων, καὶ b δείματα, καὶ ἄνοιαι, καὶ ἡδοναὶ, καὶ φιλαργυρίαι,

b Δείματα] F. & P. perperam δείγματα· eaedem τ' ἀφανοῦς· in ceteris fere τἀφανοῦς. Verum in ſola F. eſt ἄνοια.

93. Τὴν δὲ πλῆθυν ὦ Χάρων † ὁρῶ] Τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας. V.

† Ὁρῶ] Prima haec vox male habet; nec quid voluerit Scholii auctor patet, cum trunca tantum textus verba adferat. *M. du S.*

daei in Miſcell. IX. c. 10. legentis ἐπαιρέσθωσαν. Præterquam enim quod & in præcedentibus, & ſequentibus non niſi in plurali ſit ſermo, non ad duos tantum id, quod hic dicitur, referendum, ſed ad omnes illos impotentes & tumidos terrarum dominos, de quibus Charon & Mercurius ante fuerant loquuti; ad Crœſum nempe, Cyrum, Tomyrin, Cambyſen, Polycratem. Hi ut ad altiſſimum adſcendant faſtigium, precatur Charon Clotho, quo miſerius poſtea, & lapſu graviore ruant. Qui tamen vulgatam lectionem velit defendere, poſſit inferre, *Lucianum* hic ποιητικῶς uti duali, quo nihil apud *Homerum* frequentius. *J. J.*

Ἐπαιρέσθων] Lectionem optimam hanc, utpote Atticam, fruſtra ſollicitant *Bourdelot.* & Cl. *Jenſius.* Vid. Νεκρ. Δ. X. §. 2. *M. du S.*

1. Ἴδιόν τι κ. ἔ. καὶ τὸν πλ. κ.] Huc faciunt verſus *Lucilii*, quos *Lactantius* habet Inſt. Divin. V. c. 9. quibus mores Romanorum deſcribuntur perquam graphice:

Nunc vero a mane ad noctem, feſto atque profeſto,
Toto itidem pariterque die populuſque Patreſque
Jactare indu foro ſe omnes, decedere nuſquam,
Uni ſe atque eidem ſtudio omnes dedere, & arti,
Verba dare ut caute poſſint, pugnare doloſe,
Blanditia certare, bonum ſimulare virum ſe,
Inſidias facere, ut ſi hoſtes ſint omnibus omnes.

Ejuſmodi homines egregie deſcribuntur inſtar apum, quae invicem ſe pungunt. *J. C.*

2. Ὥσπερ σφῆκες] Illa veſparum imago aculeis nocentiſſimis armatarum ex *Ariſtophanis* fabula cognomine videtur adumbrata; ubi chorus ſenum veſpas ſimulans in ſcenam procedit. Adeo noxium animalis genus, ut vel per quietem oblatum malos homines ac crudeles ſignificet, interprete *Artemidoro* II, 22. Hinc ſycophantae & veſpis comparantur, & aculeis inſtrui ſolent: *Philoſtr.* de V. A. T. VII. p. 273. v. 27. τοὺς δὲ τοιούτους ἀποβλίττουσιν (editur ὑποβλίττουσιν) οἱ συκοφάνται κέντρα ἐπ' αὐτοὺς ἡρμένοι τὴν γλῶτταν. Conferendi ſunt *Platonis* illi κηφῆνες κεκεντρωμένοι & δεινὰ κέντρα ἔχοντες de Rep. VIII. p. 716. C. de quibus ad *Themiſt.* Or. XXIII. p. 287. D. *Petavius. T. H.*

6. Ἄγνοιαι] Sic neceſſario legendum, tum quia mox ita nominat ἄγνοιαν, ut qui de ea jam verba fecerit, tum quod cæteris omnibus intermixtam eſſe addit. Fl. ἄνοια· reliquae ἄνοιαι. *M. du S.*

Ἄνοιαι] Florentinum ἄνοια mutarunt, quia ſingularis unus inter tot plurales ferendus non videbatur. Hoc quidem leve: illud fere certum, utroque loco reponi alterutram vocem oportere: utra vero ſit in poſſeſſionem integram immittenda, ſine Codicibus arbitris decerni nequit; nam ſi veterum philoſophorum auctoritate ſtabimus, ἄνοια non minus quam ἄγνοια vitam humanam infeſtat. Ἄνοιαν equidem, adſiduam mortalium comitem & peſtem, quamvis me non fugiat *Cebetis* illud poculum πλάνης καὶ ἀγνοίας, cui ἀφροσύνην alibi jungit, hinc removere nolui: mox autem ideo magis placet, τούτων δὲ ἡ ἄνοια μὲν, quod ita-

ϛίαι, καὶ ὀργαὶ, καὶ μίση, καὶ τὰ τοιαῦτα. τούτων δὲ ἡ ἄγνοια μὲν κάτω ξυναναμέμικται αὐτοῖς, καὶ ξυμπολιτεύεταί γε, νὴ Δία, καὶ τὸ μῖσος, καὶ ἡ ὀργὴ, καὶ ζηλοτυπία, καὶ ἀμαθία, καὶ ἀπορία, καὶ φιλαργυρία. ὁ φόβος δὲ, καὶ ἐλπίδες, ὑπεράνω πετόμενοι, ὁ μὲν ἐμπίπτων ἐκπλήττει, ἐνίοτε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ· αἱ δ' ἐλπίδες ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι, ὁπότ' ἂν μάλιστα οἴηταί τις ἐπιλήψεσθαι αὐτῶν, ἀναπτάμεναι οἴχονται, κεχηνότας αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι, [a] ὅπερ καὶ τὸν Τάνταλον κάτω πάσχοντα ὁρᾷς ὑπὸ τοῦ ὕδατος.

Ἢν δ' ἀτενίσῃς, [b] κατόψει καὶ μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας ἐκ λεπτῶν νημάτων. ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καταβαίνοντα ἐφ' ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων; ΧΑΡ. Ὁρῶ πάνυ λεπτὸν ἑκάστῳ νῆμα [c] ἐπιπεπλεγμένον γε τὰ πολλὰ, τοῦτο μὲν ἐκείνῳ, ἐκεῖνο δὲ ἄλλῳ. ΕΡΜ. Εἰκότως, ὦ πορθμεῦ· εἵμαρται γὰρ ἐκείνῳ μὲν, ὑπὸ τούτου φονευθῆναι· τούτῳ δὲ, ὑπ' ἄλλου· καὶ κληρονομῆσαί γε τοῦτον μὲν ἐκείνου, ὅτου ἂν ᾖ μικρότερον τὸ νῆμα· ἐκεῖνον δὲ αὖ τούτου· τοιόνδε γάρ τι ἡ ἐπιπλοκὴ δηλοῖ. ὁρᾷς δ' οὖν ἀπὸ λεπτοῦ κρεμαμένους ἅπαντας; καὶ οὗτος μὲν

tia, iræ, odia, atque ejusmodi plura: ex eo numero amentia quidem infra ipſis adeſt inmixta, in eademque velut civitate degit, itemque odium, ira, æmulatio, inſcitia, perplexa hæſitatio, & avaritia: ſed metus & ſpes ſuperne volitantes, ille quidem incidens mentem excutit, nonnunquam & paventem contrahere ſe facit; hæ vero capitibus inminentes, ubi maxime quis putat ſe prehenſurum eas, avolant repente, hianteſque deſtituunt; quod ipſum & Tantalo vides accidere apud inferos ab aqua fugiente.

16. Quod ſi aciem intenderis, conſpicies etiam Parcas ſtamina ſingulis verſato deducentes fuſo, unde nexos pendere contingat omnes ex tenuibus filis: videnne quaſi aranearum fila quædam in ſingulos a fuſis demiſſa? CHAR. Cerno tenuiſſimum unicuique licium additum inplexumque ut plurimum hoc illi, illud alii. MERC. Et jure quidem, portitor: nam illi fatale eſt, ab iſto ut occidatur; iſti, ut ab alio: huic vero, ut hæreditatem adeat ejus, cujus brevius ſit filum: iſti contra, ut illius: tale enim quiddam mutuus inplexus ſignificat. Perſpicis tamen a tenui filo ſuſpenſos omnes: is quidem ſurſum adtractus

a Ὅπερ] *F.* ὥσπερ prave. *b* Κατόψει] Hoc verbum exulat a *F.* *c* Ἐπιπεπλεγμένον] Ἐπιπεπλεγμένα P. *J.*

ſtatim ἀμαθία nihil admodum ab ἀγνοίᾳ differens ſubſequatur: vide tamen c. XXI. *T.H.*

13. Ἐκπλήττει] Ἐκπλήττω, inquit *Thom. Magiſter*, οὐ μόνον τὸ εἰς ἔκπληξιν ἄγω, ἀλλὰ καὶ τὸ ἐκπλήττομαι· ἅπαξ Λουκιανὸς ἐν τῷ Χάρων ἢ Ἐπισκοποῦντες· ἐκπλήττειν ἐνίοτε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ. Decepit *Thomam* vernaculi ſermonis non callentiſſimum prava, quam ſuo in codice reperit, *Luciani* verborum lectio: bonum eſt, & indoli linguae Graecae conveniens, quod in noſtris Edd. vulgatur. *T.H.*

24. Ἐπιπεπλεγμένα] P. & Ed. *J.* melius quam ἐπιπεπλεγμένον, quod in reliquis eſt. *M. du S.*

31. Ἀπὸ λεπτοῦ] Νήματος, μίτου, λίνου ſubaudiendum. *Eraſm.* in Paroemia, *De filo pendet.* *J. Br.*

38. Κείσεται] Mallem ſcripſiſſet πεσεῖται, niſi revera, quod magis credo, ſic ſcriptum reliquerit: poſtulare videntur ſequentia μόγις καὶ τ. γ. ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος. *T.H.*

44. Τοῦ βελτίστου θανάτου] Morti perſonam accommodari notum eſt: notavit pluribus & ex hoc loco *Barth.* ad *Stat.* Th. IV, 528. Irritatus in Siſyphum Jupiter ἐπιπέμπει αὐτῷ τὸν Θάνατον· ſed ut omnium erat poſt homines natos verſutiſſimus, tam validis conſtrictam vinculis tenuit, ut elabi nequiret, munusque ſuum fungi; donec Mars Morti liberatae Siſyphum in poteſtatem dederet. Rem memorabilem ex *Pherecyde* narrat *Schol. Homer.* ad Il. Z, 153. Cum Hercule quoque impari praelio congreſſus Orcus Alceſtidem remiſit, prout docet *Euripides* in illa fabula, ἄνακτα τὸν μελάμπεπλον νεκρῶν Θάνατον vocans v. 843. & δαιμόνων τὸν κοίρανον v. 1140. Non itaque mirum, ſi Deum fecerint, cui hymnorum poſtremum cecinit *Orpheus*: *Heſychio* Θάνατος . . . ὁ σωματοειδὴς θεός. *Xenoph. Epheſ.* III. p. 49. δυοῖν ἀνάκειμαι θεοῖς Ἔρωτι καὶ Θανάτῳ ſcite *Lucianus* ἀγγέλους illi & ὑπηρέτας valde formidabiles adpoſuit. In miſeriis, quae vitam humanam undiquaque circumſtant, expingendis veterum induſtria figuras non minus multiplices quam elegantiſſimas adinvenit: quem non capiat *Æſchinis* exactrix natura, quae, niſi debitum vitae mature red-

ctus ſublimis apparet; at paulo poſt præcipitatus abrupto lino, quando non amplius oneri ſuſtinendo ſufficiet, magnum edet ſonitum: hic autem paululum modo a terra levatus etiamſi ceciderit, nullo jacebit excitato ſonitu, ſic ut a vicinis vix caſus ejus exaudiatur. CHAR. Sunt illa, Mercuri, omnino ridicula.

17. MERC. Imo vero ne verbis quidem conſequi poſſis, prout dignum eſt, quanto ſint riſu excipienda, Charon: maxime ſi ſpectes eorum contentiſſima ſtudia, & quod inter medias ſpes intereant correpti ab optima Morte. Ejus autem ſunt nuncii miniſtrique valde multi, ut vides, frigora febrium & ardores, tabes, pulmonum adfectus, gladii, latrocinia, cicutæ potiones, judices, tyranni: horum ipſis nihil in mentem plane ſubit, dum felices agunt; ſimulatque offenderint, mox crebrum in ore ottotœ, ah, ah, hei mihi. Quod ſi ſtatim ab initio ſecum cogitaſſent tum ſe eſſe mortales, tum, pauxillum iſtud temporis in vitam quaſi peregrinatione inſtituta, abituros tanquam ex ſomnio, omnibus ſuper terram relictis, vixiſſent ſane ſapientius, minusque doloris morientes cepiſſent: nunc autem perpetuo quum ſe ſperent uſuros eſſe rebus præſentibus, ubi præſto fuerit miniſter, citaveritque & duxerit vinculis inpeditos febris tabisve, indignan-

ἀνασπασθεὶς ἄνω μετέωρός ἐστι, καὶ μετὰ μικρὸν καταπεσὼν, ἀποῤῥαγέντος τοῦ λίνου, ἐπειδὰν μηκέτι ἀντέχῃ πρὸς τὸ βάρος, μέγαν τὸν ψόφον ἐργάσεται. οὗτος δὲ ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος, ἢν καὶ πέσῃ, ἀψοφητὶ κείσεται, μόγις καὶ τοῖς γείτοσιν ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος. ΧΑΡ. Παγγέλοια ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ.

ΕΡΜ. Καὶ μὴν οὐδ᾽ εἰπεῖν ἔχοις ἂν κατὰ τὴν ἀξίαν, ὅπως ἐστὶ καταγέλαστα, ὦ Χάρων· καὶ μάλιστα [d] αἱ ἄγαν σπουδαὶ αὐτῶν, καὶ τὸ μεταξὺ τῶν ἐλπίδων οἴχεσθαι, ἀναρπάστους γιγνομένους ὑπὸ τοῦ βελτίστου θανάτου. ἄγγελοι δὲ αὐτοῦ, καὶ ὑπηρέται μάλα πολλοὶ, ὡς ὁρᾷς, ἠπίαλοι, καὶ πυρετοὶ, καὶ φθόαι, καὶ περιπνευμονίαι, καὶ ξίφη, καὶ ληστήρια, καὶ κώνεια, καὶ δικασταὶ, καὶ τύραννοι· καὶ τούτων οὐδὲν ὅλως αὐτοὺς εἰσέρχεται, ἔστ᾽ ἂν εὖ πράττωσιν· ὅταν δὲ σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀττοτοῖ, καὶ αἶ αἶ, καὶ ὤ μοι μοι. εἰ δ᾽ εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνενόουν, ὅτι θνητοί τέ εἰσιν αὐτοὶ, καὶ ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ ἀπίασιν, ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος, πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, ἔζων τε ἂν σωφρονέστερον, καὶ ἧττον ἠνιῶντο ἀποθανόντες. νῦν δὲ ἐς ἀεὶ ἐλπίσαντες χρῆσθαι τοῖς παροῦσιν, ἐπειδὰν ἐπιστὰς ὁ ὑπηρέτης καλῇ, καὶ ἀπάγῃ, πεδήσας τῷ πυρετῷ, ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν ἀγω-

d Αἱ ἄγαν σπουδαὶ] Τὰ ἄγαν σπουδαῖα P. *J.* idemque praefert margo *A1W.*

57. Χρῆσθαι] Χρήσασθαι. *V.*

reddatur, ὡς ὀβολοστάτις ἐπιστᾶσα ἐνεχυράζει τοῦ μὲν ὄψιν &c. Dial. III. c. 9. Paulo aliter Bion ſe velut ex conducto ἐκ τοῦ σωματίου ἐξοικίζεσθαι ajebat, ὅταν ἡ μισθώσασα φύσις τοὺς ὀφθαλμοὺς ἀφαιρῆται, τὰ ὦτα &c. in illis apud *Stobæum* reliquiis p. 19. v. 44. quas ego *Teletis* eſſe duco e libro περὶ περιστάσεων depromtas. Multa non aliena dabit *Hipparchus Pythagoreus* apud Eundem p. 573. quorum partem aliquam adſcribere juvat tum, quia cum Lucianeis & ſententia, & verbis ipſis apte congruunt, tum ut labes ſimul, quibus elegantiſſimus locus eſt infectus, detergam: πολλῶν οὖν τοιούτων περικρεμαμένων μήτε ταῖς κατὰ τὸ σῶμα εὐαμερίαις ποτέχοντες σεμνυνόμενοι ἐπαιρώμεθα, αἵ τινες, ὀλίγω πυρετῶ ἐπιγινομένω, ἀνθέων τρόπω συντόμως μαραίνονται· μήτε ταῖς ἐκτὸς νομιζομέναις εὐτυχίαις, αἳ καὶ αὐταὶ πολλάκις τάχιον ἀπόλλυνται ἢ γίνονται πεφύκασι· πάντα γὰρ ταῦτα ἄστατά τε καὶ ἀβέβαια. Εὕρ ποῦ τρόπον ἐν πολλαῖς καὶ ποικίλαις μεταβολαῖς γινόμενα παρειλήφαμεν, καὶ οὐδὲν αὐτῶν μένον, οὐδὲ ἀκίνητον, οὐδὲ βέβαιον, οὐδὲ ἀδιαίρετον. Ceterum quod infra *Noſter* habet ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ unde derivatum ſit, diſces ex notis ad p 434. Ad illos autem ἀγγέλους & ὑπηρέτας Orci accedunt ἀπεψίαι καὶ δυσκινησίαι καθάπερ προάγγελοι καὶ πρόδρομοι καὶ κήρυκες νόσων apud *Plutarch.* T. II. p. 127. D. & p. 128. F. ὑφ᾽ ὧν ἔνιοι μόλις, ὥσπερ ὑπ᾽ ἀγγέλων ἢ κλητόρων, πυρετοῦ περὶ θύρας ὄντος, ἤδη θορυβούμενοι συστέλλουσιν ἑαυτούς. *Hipponactis* Scazon apud *Etymol.* p. 539. Κριγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κῆρυξ. *T.H.*

ἀγωγὴν, οὔ ποτε προσδοκήσαντες [a] ἀποσπασθήσεσθαι αὐτῶν. ἢ τί γὰρ οὐκ ἂν ποιήσειεν ἐκεῖνος ὁ τὴν οἰκίαν σπουδῇ οἰκοδομούμενος, καὶ τοὺς ἐργάτας ἐπισπέρχων, εἰ μάθοι, ὅτι ἡ μὲν ἕξει τέλος αὐτῷ· ὁ δὲ, ἄρτι ἐπιθεὶς τὸν ὄροφον, ἀπίοι, τῷ κληρονόμῳ καταλιπὼν ἀπολαύειν αὐτῆς, αὐτὸς [b] μηδὲ δειπνήσας ἄθλιος ἐν αὐτῇ; ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ χαίρων, ὅτι ἄῤῥενα παῖδα ἔτεκεν αὐτῷ ἡ γυνὴ, καὶ φίλους διὰ τοῦτο ἑστιῶν, καὶ τοὔνομα τοῦ πατρὸς τιθέμενος, εἰ ἠπίστατο, ὡς [c] ἑπτέτης γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται, ἆρα ἄν σοι δοκῇ χαίρειν ἐπ᾽ αὐτῷ γενομένῳ; ἀλλὰ τὸ αἴτιον, ὅτι τὸν μὲν εὐτυχοῦντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἐκεῖνον ὁρᾷ, τὸν τοῦ ἀθλητοῦ πατέρα τοῦ Ὀλύμπια νενικηκότος· τὸν γείτονα δὲ, τὸν ἐκκομίζοντα τὸ παιδίον, οὐχ ὁρᾷ, οὐδὲ οἶδεν ἀφ᾽ οἵας αὐτῷ κρόκης ἐκρέματο. τοὺς μὲν γὰρ περὶ τῶν ὅρων διαφερομένους ὁρᾷς, ὅσοι εἰσὶ, καὶ τοὺς ξυναγείροντας τὰ χρήματα, εἶτα, πρὶν ἀπο-

tur ſe abduci, ut qui nondum expectaverant fore, ut inde avellerentur. Quid enimvero non faciat iſte, qui domum gnaviter ædificat, operarioſque urget, ſi didicerit, hanc quidem eſſe ſibi finiendam, at ſe, vixdum inpoſito tecto, deceſſurum, hæredique relicturum, ut ea domo fruatur, in qua ne ſemel quidem ipſe miſer cœnaverit. Ille porro, qui gaudet, quod maſculum infantem uxor ſibi pepererit, ideoque amicos prolixe accipit nominalia celebrans, ſi ſciret ſeptennem puerum eſſe obiturum, num tibi videtur lætaturus eo nato? ſed hoc nimirum in cauſa eſt, quod illum felicem filii ſorte contemplatur, athletæ patrem Olympico certamine victoris; ſed vicinum, qui exequias it infanti, non cernit, neque novit, a quo ſtamine penderit. Jam de finibus litigantium vides quantus ſit numerus; item eorum, qui coacervant pecunias, tum, antequam frui li-

a Ἀποσπασθήσεσθαι] *F.* ἀποσπασθήσεσθαι. *b* Μηδὲ] Δὲ οὐδὲ P. & in ora *A1W.* *c* Ἑπτέτης] *Ald.* ἑπαιτης. Hoc notatum invenio ad marginem *A1W.* Ἑπτέτης & ἑπταίτης utraque ſunt in uſu, nec ſcribendi modus, quem omnes Edd. habent, eſt reprehendendus.

65. Ἀπίοι] Melius ad ἕξει conveniat ἄπεισι· nihil tamen muto. Ὁ δὲ pro αὐτὸς δέ. *T. H.*

70. Ἑπτέτης] Perperam in omnibus editionibus legitur ἑπτέτης pro ἑπταέτης. *J. G. G.*

72. Ἀλλὰ τὸ αἴτιον] *Hoc ſane in cauſa eſt.* *J. Br.*

76. Ἀφ᾽ οἵας αὐτῷ κρ.] An ſcribendum? ἀφ᾽ οἵας αὐτὸς κρόκης ἐκκρέμαται. *F. G.*

77. Αὐτῷ] Ut περὶ Πένθ. §. 15. οὐθ᾽ ὅ, τι πέπονθεν αὐτῷ ὁ παῖς εἰδότα. Legi poſſet αὐτό, ſcilicet παιδίον, genere ad proxime præcedens nomen inflexo. *Plutarch.* Phoc. p. 755. E. ἐπιφαίνεσθαι τοῖς περὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ Μακεδονίαν ἐκ παλαιοῦ καὶ σαπροῦ κρεμάμενος στήμονος· ſic Demades Antipatrum ſenem deſignabat. *T. H.*

86. Τὶς αὐτῶν] Αὐτοὺς forte. *F. G.*

87. Ἔξω τοῦ αὐ.] Obſervandus omnino hic uſus vocis ἔξω a vulgari longe diſſitus. Sic ἔξω φθόνου. Vid. *Tacit.* H. I, 15, 7. *M. du S.*

Ibid. Ὡς φῄς] Haud minus eſt, quam quod in Edd. extat, incommodum ὡς φασιν· quorſum enim referas, aut quem ſenſum congruentem inde extundas? Non dubito, quin verum ſit ὡς ἔφην. Ante locutus erat de Crœſo, Cyro, Polycrate, quorum exemplis abunde conſtabat τὸ ἀβέβαιον & ἀμφίβολον τῆς τύχης. Imo vero ſuſpicionem eam aliquando cepi, ac ſi omnis haec oratio Mercurii, ἣν γοῦν . . . . τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη, ſedibus ſuis exturbata huc neſcio quo caſu perveniſſet: inſerueris enim c. XV. poſt iſta, καὶ τὰ ἐν τούτων ὧδε ἕξει, nemo facile negabit, aptiſſime dictorum ordinem cohærere. Attamen videndum eſt, ne cuncta haec, deleta Mercurii perſona, Charonti melius adſcribantur: nihil enim in his apparet, quod Charon pro ſingulari ingenii ſolertia jam rerum humanarum, quas ſimul omnes oculis habebat ſubjectas, non mediocriter peritus, dicere non potuerit: egregie favet totius orationis nexus: ſic eadem opera ſervare licet ὡς φῄς, *ut tu, Mercuri, dicis*; quanquam opportunius exiſtimem, ὃ ἔφης, *quod tu nimirum ante dicebas*, quum magnos reges inopinato fortunae impetu everſos demonſtrares. In hanc opinionem poſtremam propendere me fateor. *Dion* autem *Chryſoſtomus* quae ſcripſit in Charid. p. 302. 303. omnino digna ſunt, ut cum *Luciano* componantur. *T. H.*

88. Φασιν] L. In reliquis φῄς. *M. du S.*

92. Ἐῶ πένθη] *Prætereo luctus.* *J. Br.*

Ibid. Ἐξ ἰσοτιμίας] Id eſt, ἐξ ἴσου, ἴσως. *F. G.*

93. Ὅπου

liceat, citantur ab iis, quos modo dixi imminentibus nunciis & miniſtris.

18. CHAR. Hæc omnia video, & apud animum meum cogito, quid ipſis dulce ſit in curſu vitæ, quidve ſit illud, quo privati indignantur. MERC. Porro ſi quis reges eorum intueatur, qui eſſe feliciſſimi cenſentur, præter inſtabilem eorum atque ancipitem fortunam, multo plura jucundis ingrata inveniet ipſis adeſſe, timores, perturbationes, odia, inſidias, iras, adulationes: in his enim malis omnes verſantur. Mitto luctus, morbos, adfectiones, quæ ſcilicet in eos æquali jure atque in alios quosvis imperium exercent. Nunc ubi regum iſtorum conditio miſera eſt atque ærumnoſa, exputare commodum, qualis privatorum ſit hominum.

19. CHAR. Atenim exponere tibi volo, Mercuri, cuinam rei ſimiles mihi viſi fuerint homines, eorumque univerſa vita. Tu ſane bullas aliquando in aqua ſpectaſti ſub ſcatebra violenter præcipitante

λαῦσαι αὐτῶν καλουμένους ὑφ' ὧν εἶπον ἐπιόντων ἀγγέλων τε, καὶ ὑπηρετῶν.

ΧΑΡ. Ὁρῶ πάντα ταῦτα, καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἐγὼ ἐννοῶ, [d] τί τὸ ἡδὺ αὐτοῖς παρὰ τὸν βίον, ἢ τί ἐκεῖνό ἐστιν, οὗ στερούμενοι ἀγανακτοῦσιν. ΕΡΜ. Ἢν γοῦν τοὺς βασιλέας ἴδῃ τις αὐτῶν, οἵπερ εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦσιν, ἔξω τοῦ ἀβεβαίου, καὶ ὡς [e] φὴς ἀμφιβόλου τῆς τύχης, πλείω τῶν ἡδέων τὰ ἀνιαρὰ εὑρήσει προσόντα αὐτοῖς, φόβους, καὶ ταραχὰς, καὶ μίση, καὶ ἐπιβουλὰς, καὶ ὀργὰς, καὶ κολακείας· τούτοις γὰρ ἅπαντες ξύνεισιν. ἐῶ πένθη, καὶ νόσους, καὶ πάθη, ἐξ ἰσοτιμίας δηλαδὴ ἄρχοντα αὐτῶν· ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρὰ, λογίζεσθαι καιρὸς, οἷα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη.

ΧΑΡ. Ἐθέλω γοῦν σοι, ὦ Ἑρμῆ, εἰπεῖν, ᾧ τινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι, καὶ ὁ βίος ἅπας αὐτῶν. ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω ὑπὸ κρουνῷ τινι καταῤῥάττοντι ἀν-

[d] Τί] F. & J. ὅτι. Bonum eſt ὅ, τι, ponique ſolet nonnunquam pro τί. [e] Φὴς] L. φασι.

81. * Ἀγγέλων] Ἐπιόντων. V. ἀντὶ τοῦ ὑπὸ τῶν ἐπιόντων. G.

* Ἀγγέλων] Hic pravum, quo utebatur, codicem ex meliori emendabat. *M. du S.*

Quorſum haec ſpectet adnotatio, non intelligo. Primus enarrator forte ſtructuram expedire voluit; ἀντὶ τοῦ, ὑπὸ τῶν ἐπιόντων ἀγγέλων τε καὶ ὑπηρετῶν, οὓς εἶπον· quam ſuſpicionem

93. Ὅπου δὲ] Ὅπου δὴ forte. *F. G.*

Ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρὰ, λογίζεσθαι καιρὸς οἷα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη] Non poſſunt his verbis reſpondere, quæ eis Latina appinxit *Moſellanus*: *usque adeo, ut non minoris fuerit & temporis & negotii, horum hic recenſere mala, quam & privatorum.* Neque enim in his Græcis tale quid agnoſco. Nec melior *Benedictus Moſellanum* circumludens: *quandoquidem horum mala recenſere non minus temporis exigeret, quam quæ ſunt privatorum*; qualis comparatio prorſus non exſtat in Græcis. Verto: *Quum*, vel, *ubi vero hæc ſint regum mala, opportunum*, vel, *præſto eſt colligere, qualia ſint privatorum.* *J. G.*

94. Λογίζεσθαι] *Chryſoſtom.* Hom. ad Pop. Antioch. XVIII, 274, 2. Τοσαῦται δὲ τοῖς βασιλεύουσιν ἀθυμίας ἀναγκαὶ, ὅσα τῇ θαλάττῃ τὰ κύματα· εἰ δὲ βασιλεία οὐκ

98. Πομφόλυγας ἐν ὕδατι] Ἄγχι † εὐφυὲς παράδειγμα. V.

injiciunt Exc. G. poſtmodum illa deſcribendo ſunt corrupta *T. H.*

† Εὐφυὲς] In V. & A. Ed. ἐμφυὲς· quod tanquam alienum in hoc loco ab uſu Graeci ſermonis emendare non dubitavi. *T. H.*

ἂν ἄλυπον ἐργάσεται βίον, τί ἕτερον δυνήσεται κατορθῶσαι τοῦτο; τῶν μὲν βιωτικῶν οὐδέν· τὸ δὲ Παύλου ῥῆμα μόνον τὸ βραχὺ τοῦτο . . . . χαίρετε ἐν Κυρίῳ πάντοτε. *M. du S.*

98. Πομφόλυγας] Ex *Homero* poſtea vocat φύλλα, φυσαλλίδας, φύσημα. *J. B.*

Πομφόλυγας] *Homo bulla*: eoque magis ſenex, inquit *Varro* de R. R. I. c. 1. annum agens octogeſimum. *Eraſmus* in iſto adagio & *Luciani* noſtri meminit, & ad deplorandam humanae vitae fragilitatem ingenio fraena laxavit. Πομφόλυξ autem ἡ ἐπιπεσόντος ὕδατος ἐν ὑποκειμένῳ ὕδατι ἐπανάστασις, definiente *Arati* Schol. ad Διοσ. v. 248. Vide *Heſych.* qui praeterea docet ἐπὶ τῶν διακενῆς φυσιωμένων λέγεσθαι τὴν λέξιν. Sententiam valde appoſitam habet *Suidas*: Ὥσπερ πομφόλυξ ῥαγεῖσα ἀφανίζεται, οὕτω μνήμη ὑπερηφάνου ὄλλυται μετὰ θάνατον. *T. H.*

ἀνιςαμένας; τὰς φυσαλλίδας λέγω, ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρός· ἐκείνων τοίνυν αἱ μέν τινες μικραί εἰσι, καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι ἀπέσβησαν· αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκοῦσι· καὶ προσχωρουσῶν αὐταῖς τῶν ἄλλων αὗται [a] ὑπερφυσώμεναι ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται· εἶτα μέντοι κἀκεῖναι πάντως ἐξεῤῥάγησαν ποτέ· οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι. τοῦτό ἐστιν ὁ ἀνθρώπων βίος. ἅπαντες ὑπὸ πνεύματος ἐμπεφυσημένοι, οἱ μὲν μείζους, οἱ δ' ἐλάττους· καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι, καὶ ὠκύμορον τὸ φύσημα· οἱ δὲ ἅμα τῷ ξυςῆναι ἐπαύσαντο. πᾶσι δ' οὖν ἀποῤῥαγῆναι ἀναγκαῖον. ΕΡΜ. Οὐδὲν χεῖρον σὺ τοῦ Ὁμήρου εἴκασας, ὦ Χάρων, ὃς φύλλοις τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιοῖ.

ΧΑΡ. Καὶ τοιοῦτοι ὄντες, ὦ Ἑρμῆ, ὁρᾷς οἷα ποιοῦσι, ἀρχῶν πέρι, καὶ τιμῶν, καὶ κτήσεων ἁμιλλώμενοι, ἅπερ ἅπαντα καταλιπόντας αὐτοὺς δεήσει, ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας, ἥκειν παρ' ἡμᾶς. βούλει οὖν, ἐπείπερ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐσμὲν, ἀναβοήσας παμμέγεθες παραινέσω αὐτοῖς, ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ματαίων πόνων, ζῆν δὲ ἀεὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, λέγων, Ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες· οὐ γὰρ ἐς ἀεὶ βιώσεσθε· οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα σεμνῶν [b] ἀΐδιόν ἐστιν, οὐδ' ἂν ἀπά-

exiſtentes; bullas iſtas inquam inflatas, unde cogitur ſpuma: earum quædam parvæ, quæ ſtatim diruptæ ſolent extingui; aliæ diutius perdurant, accedentibusque aliis mirifice inflatæ maximum in tumorem excreſcunt: nec tamen & ipſæ non tandem ruptæ dilabuntur; haud enim aliter fieri poteſt. Id ipſum eſt hominum vita: cuncti a ſpiritu quodam intumuerunt, hi majores, illi minores: & nonnulli quidem breviſſimi temporis habent & cito pereuntem inflationem: alii ſimul atque coaluerint deficiunt: veruntamen omnibus bullæ modo ruptis interire neceſſe eſt. MERC. Nulla quidem parte deteriorem, Charon, comparationem inſtituiſti, quam Homerus, qui cum foliis genus hominum confert.

20. CHAR. Ejusmodi quum ſint, Mercuri, vides qualia deſignent, quamque ambitioſa contentione inter ſe de magiſtratibus, honoribus & poſſeſſionibus decertent; quibus tamen omnibus relictis non effugient, quin haud plus uno obolo habentes veniant ad nos. Vinne ergo, quoniam in alto ſumus, quanta potero maxima voce exclamem, adhorterque eos, ut abſtineant ſe a vanis laboribus, eoque modo vivant, ut ſemper mortem ſibi ante oculos habeant poſitam, ſic eos compellans: Inepti, quid ſtudium iſtis in rebus abutimini? deſinite fatigari, non enim in perpe-

a Ὑπερφυσώμεναι] Prave *J.* ὑπερφυσόμεναι. *b* Ἀΐδιον] Mendoſe *F.* & *A1.* ἀο.διον· adſcriptum eſt in ora libri Weſſelingiani: ἀΐδιον *Ald.*

4. Ἀπέσβησαν] Σβεννύω. Hinc adagium: *Homo bulla eſt.* *J. Br.*

Ἀπέσβησαν] Id eſt, ἀποσβῆναι εἰώθασι. De illo Aoriſti primi uſu frequentiſſimo praecipiens *H. Stephanus* App. de D. A. p. 144. hunc Luciani locum poſuit, atque inſuper obſervari jubet, *quum* Noſter *uſus ſit aoriſto, deinde praeſenti, tandem ad aoriſtum redire in verbis, quae proxime ſequuntur*, ἐξεῤῥάγησαν ποτέ. Eundem loquendi morem plures explicarunt, *H. Caſaubon.* ad *Diogen. L.* I, 71. ad *Perſ.* Sat. II, 5. ubi tamen quando *libabit* alteri lectioni *libavit* ideo praefert, *quia non ſic Latini loquuntur, verum Graeci*, Viro magno non adſentior: *Fr. Nanſius* ad *Nonni* P. E. J. XI, 73. *J. G. Graevius* ad *Heſiod.* Ἔ. καὶ Ἡ. v. 185. & denique *P. Horreus* ad *Æſchin.* Dial. I. p. 28. *T. H.*

15. Φύλλοις] *Homer.* Il. Z, 146. Οἵη περ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν· & Φ, 464. — οἳ φύλλοισιν ἐοικότες ἄλλοτε μέν τε ζαφλεγέες τελέθουσιν —. *J. Br.*

Φύλλοις] Decantatiſſimum Glauci dictum apud *Homer.* Il. Z, 146. paſſim veteres laudant. *Simonides* dolet ſaluberrimam ſententiam a paucis in animum demitti: apud *Stob.* p. 530. v. 53. Ἓν δὲ τὸ κάλλιςον Χῖος ἔειπεν ἀνὴρ, Οἵηπερ φύλλων γενεὴ, τοιήδε καὶ ἀνδρῶν, Παῦροι μὲν θνητῶν οὔασι δεξάμενοι Στέρνοις ἐγκατέθεντο — Neque hoc fugiebat Aves *Ariſtophanis* v. 686. ubi argutiſſime philoſophantes mortale genus hominum iſtis titulis compellant: Ἄγε δὴ φύσιν ἄνδρες ἀμαυρόβιοι,

petuum vivetis: nihil eorum, quæ in terris maximi fiunt, ſempiternum eſt: nihil inde ſecum abſtulerit, qui vita fungitur; quandoquidem neceſſe eſt nudum abire; domum vero, agrum, quicquid eſt auri aliorum ex aliis eſſe, & mutare dominos. Hæc atque ejusmodi ſi ſic, ut exaudiri poſſim, ipſis inclamem, non tu cenſes magnos inde redundaturos ad vitam fructus, eosque multo fore prudentiores?

21. MERC. Mi Charon, neſcis quam ipſos ignorantia & fraudulentus error occupatos teneat, ut ne terebra quidem perforari queant aures: tanta ceræ copia eas obſtruxerunt, quemadmodum Ulyſſes fecit ſociis metuens ne Sirenas auſcultarent. Quæ ergo ſpes eſt, illi ut audire poſſint, etiamſi tu clamando dirumparis? Quod enim apud vos Lethe poteſt, idem hic ignorantia perficit. Attamen ſunt eorum pauci, qui ceram in aures non receperunt, veritatis partes ſecuti, acie mentis ad pervidendas cognoſcendasque res humanas plane ſingulari. CHAR. Quin illis igitur inclamo. MERC. Supervacuum fuerit, ad eos ſi dicas, quæ noverunt: viden ut ſeducti a vulgo hominum derident quicquid agitur, nullaque ex parte probant: imo vero non obſcure patefaciunt, ſe aufugere jam conari ad vos ex vita; eo magis quod odio

γοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὐτῷ ἀποθανών· ἀλλ' ἀνάγκη, τὸν μὲν γυμνὸν οἴχεσθαι· τὴν οἰκίαν δὲ, καὶ τὸν ἀγρὸν, καὶ τὸ χρυσίον, ἀεὶ ἄλλων εἶναι, καὶ μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας. εἰ ταῦτα, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐξ ἐπηκόου ἐμβοήσαιμι αὐτοῖς, οὐκ ἂν οἴει μέγα [c] ὠφεληθῆναι τὸν βίον, καὶ σωφρονεστέρους ἂν γενέσθαι παραπολύ.

ΕΡΜ. Ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθα, ὅπως αὐτοὺς ἡ ἄγνοια, καὶ ἡ ἀπάτη διατεθείκασιν, ὡς μηδ' ἂν τρυπάνῳ ἔτι διανοιχθῆναι αὐτοῖς τὰ ὦτα. τοσούτῳ κηρῷ ἔβυσαν αὐτὰ, οἷόν περ Ὀδυσσεὺς τοὺς ἑταίρους ἔδρασε δέει τῆς Σειρήνων ἀκροάσεως. πόθεν οὖν ἂν ἐκεῖνοι δυνηθεῖεν ἀκοῦσαι, ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαρραγῇς; ὅπερ γὰρ παρ' ὑμῖν ἡ λήθη δύναται, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ ἄγνοια ἐργάζεται. πλὴν ἀλλ' εἰσὶν αὐτῶν ὀλίγοι, οὐ παραδεδεγμένοι τὸν κηρὸν ἐς τὰ ὦτα, πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποκλίναντες, ὀξὺ δεδορκότες ἐς τὰ πράγματα, καὶ κατεγνωκότες οἷα ἐστίν. ΧΑΡ. Οὐκοῦν ἐκείνοις γοῦν ἐμβοήσαιμεν; ΕΡΜ. Περιττὸν τοῦτο λέγειν πρὸς αὐτοὺς, ἃ ἴσασιν. ὁρᾷς, ὅπως [d] ἀποσπάσαντες τῶν πολλῶν καταγελῶσι τῶν γιγνομένων, καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀρέσκονται αὐτοῖς, ἀλλὰ δῆλοί εἰσι δρασμὸν ἤδη βουλεύοντες παρ' [e] ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ βίου; καὶ γὰρ μισοῦνται, ἐλέγχοντες

τες

c Ὠφεληθῆναι] Ita recte F. & S. In ceteris plerisque ὀφεληθῆναι. d Ἀποσπάσαντες] Sic ſcriptum in P. J. & V2. Reliquae Ed. ἀποστάντες. Paulo deterius ad marginem AiW. ἀποστάτοντες. e Ὑμᾶς] Conſentiunt Edd. praeter P. quae ἡμᾶς. *Moſellanus* etiam vertit *ad nos*: improbanda lectio.

βιοι, φύλλων γενεᾷ προσόμοιοι &c. ubi vide *Scholiaſten*, & *Junii* Adag. in *Foliis ſimiles homines*. *T.H.*

21. Παμμεγέθες] Ut *Plauto exclamare maximum*; quod notat *Daviſ.* ad *Cicer.* T.D. II, 23. *Lucian.* p.469. v. 12. & περὶ Πενθ. c. 19. παμμέγεθες ἀνακραγεῖν. Protulit hunc locum *L. Bos* Exerc. Phil. in I. ad Timoth. VI, 7. *Tatian.* p. 64. Διόπερ, ὦ Ἕλληνες, κεκραγότος ὥσπερ ἀπὸ τοῦ μετεώρου κατακούσατέ μου. *T.H.*

40. Οἷόν περ Ὀδυσσεὺς] *Homer.* Od. M. *J. Br.*

43. Ἡ λήθη] *Lethes fluminis aqua.* *J. Br.*

49. Ἐμβοήσωμεν] Sic omnino legendum, non ἐμβοήσαιμεν, ut in libris eſt. Vid. Notam ad Εὐχ. c. 20. & ſenſum hujus verbi Πένθ. c. 15. *M. du S.*

50. Ἀποσπάσαντες] P. & Ed. *J.* pro vulgato ἀποστάντες. *M. du S.*

Ἀποσπάσαντες] Quid cauſae ſit, quare admiſerim, luculenter patebit ex notis ad p. 256. praeterquam enim quod genus hoc loquendi *Luciano* familiare, vix erit, ut ullus librarius vulgatiſſimum ἀποστάντες mutare aggrediatur: contra cur ἀποσπάσαντες abierit in ἀποστάντες, non una reddi poteſt ratio: ea quidem praecipua, quod interpretamentum genuini verbi ſedem invaſerit. *Ariſtid.* T. III. p. 577. A. πολὺ τῆς ὄχθης ἀποσπάσας τοῦ ποταμοῦ. *Poll.* Praef. libri V. εἰ μέλλει καθαιρήσειν τὰ ἀποσπῶντα ἀφ' ἵππου· quae *Kuhnius* ab Interprete perperam intellecta recte expoſuit. *T.H.*

58. Ἐν

τες αὐτῶν τὰς [a] ἀμαθίας. ΧΑΡ. Εὖγε, ὦ γεννάδαι· πλὴν πάνυ ὀλίγοί εἰσιν, ὦ Ἑρμῆ. ΕΡΜ. Ἱκανοὶ καὶ οὗτοι· ἀλλὰ κατίωμεν ἤδη.

ΧΑΡ. Ἓν ἔτι ἐπόθουν εἰδέναι, ὦ Ἑρμῆ, καί μοι δείξας αὐτὸ ἐντελῆ ἔσῃ τὴν περιήγησιν πεποιηκὼς, τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων, ἵνα κατορύττουσι, θεάσασθαι. ΕΡΜ. Ἠρία, ὦ Χάρων, καὶ τύμβους, καὶ τάφους καλοῦσι τὰ τοιαῦτα. πλὴν τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾷς, καὶ τὰς στήλας, καὶ πυραμίδας; ἐκεῖνα πάντα νεκροδοχεῖα, καὶ σωματοφυλάκιά ἐστι. ΧΑΡ. Τί οὖν ἐκεῖνοι στεφα-

ſint, dum redarguunt iſtorum inſcitias. CHAR. Euge, generoſa pectora: verum valde ſunt pauci, Mercuri. MERC. Et hi ſufficiunt. Sed jam deſcendamus.

22. CHAR. Unum eſt adhuc, quod deſiderem ſcire, Mercuri id ſi mihi oſtendas, omnibus numeris es mihi humanas demonſtrandi beneficium abſolveris; ſcilicet conditoria cadaverum, ubi ea ſepeliunt, ut ſpectem. MERC. Monumenta, Charon, tumulos, & ſepulcra vocant, iſtiusmodi conditoria. Ceterum, qui ante urbes ſunt, aggeſtæ terræ cumulos illos vides, cipposque & pyramides? iſta omnia loci ſunt mortuis recipiendis, ſervandisque cadaveribus. CHAR. Quid autem illi co-

[a] Ἀμαθίας] F. J. V2. ἀμαθείας.

55. * Ὦ γεννάδαι] Ὦ γενναῖοι καὶ εὐγενέστατοι. V.

* Ὦ γεννάδαι] L. Ὦ γεννάδαι] ὦ γενναῖοι καὶ εὐγενέστατοι. *M. du S.*

Sic in ipſo *Scholiaſta*, ne ſcilicet ab editis *Luciani* exemplaribus diſſentiret, reſtitutum iverat Vir Doctus: ego variae lectionis veſtigium hoc retinere conſultius putavi. *T. H.*

58. Ἐν ἔτι] Scribe ἓν ἔτι. *J. Br.*

61. Θεάσασθαι] Aut haec vox, aut εἰδέναι abundat. *M. du S.*

Θεάσασθαι] Curſus orationis paululum impeditus; nec facile dicas, ſtudione an inprudens eum in modum ſcripſerit *Lucianus*: repetendum ex prioribus ἐπόθουν θεάσασθαι· tum cape, quaſi hunc ordinem verborum inſtituiſſet, τὰς ἀποθήκας, ἵνα τὰ σώματα κατορύττουσι. Quoniam vero τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων Charon, tanquam ignarus, quibus propriis vocabulis inſigniantur, commemorat, idcirco non noluit Mercurius varias tumulorum apud Graecos appellationes obiter ſodalem optimum docere: qua quidem in re nullum naevum video, qui venuſtatem hujus libelli imminuat. *T. H.*

Ibid. Ἠρία] Friget haec vocum enarratio: quaſi vero Charon de monumentis apud inferos nihil unquam inaudiiſſet; & quaſi naevus eſt in tam venuſto opuſculo. *Suidas* & *Harpocration* docent ἠρία eſſe ſepulcra humilia, & in plano ſita. Extra urbes ſepeliebant, quod Athenis lege Solonis cautum erat. Confer cum his, quae Ἐκκλ. c. 15. habentur. *M. du S.*

Ἠρία] *Lucianum* teſtem citant *Herald.* in *Salmaſ.* Obſ. ad J. A. & R. II. c. 1. §. 15. & *Reineſ.* ad Inſcr. Cl. VII. n. 28. Ἠρία vero & ἱερὰ male nonnunquam permutari *H. Valeſius* indicavit Not. ad *Harpocr.* p. 88. Ὅρια ſimiliter & ἡρῷα violatorum ἠρίων pluribus in locis arceſſi poſſe alias oſtendemus. *T. H.*

63. Πρὸ τῶν πόλεων] Recte: nam *intra muros civitatis corpus ſepulturae dari non poteſt, vel uſtrina fieri*, ut *Paulus* ait lib. I. Sent. Rec. T. XXI. §. 3. Ex Solonis axonibus manavit lex XII. Tabb. *Hominem mortuum in urbe ne ſepelito, neve urito.* Vide *Th Marcilii* Interpretam. & quos ad *Ciceron.* de LL. II, 23. indicavit Doctiſſ. *Davi*ſ*ius*. *T. H.*

66. Τί οὖν ἐκεῖνοι σ. τοὺς λ.] Multa in hanc ſententiam dixere veteres. Vide Comparationem *Menandri* & *Philemonis*, & quae ad eam habet *Dan. Heinſius* in Variis Lectionibus Rutgerſianis. *J. C.*

Ibid. Στεφανοῦσι] Hujus moris meminit iterum Ἀλεξ. c. 30. Ἐκκλ. c. 12. & *Athen.* XV. p. 679. D. eamque coronam dictam fuiſſe πόθον. *M. du S.*

Στεφανοῦσι τοὺς λίθους] Appoſitum eſt Anth. II. c. 47. Epigramma tertium: Μὴ μύρα, μὴ στεφάνους λιθίναις στήλαισι χαρίζου, Μηδὲ τὸ πῦρ φλέξῃς· εἰς κενὸν ἡ δαπάνη. Ibi *Brodaeus*, homo ſua aetate & perdoctus & plurimae lectionis, hunc prae ceteris eximium *Luciani* locum adſcripſit. *Stratonis* Epigramma ſeptimum parilem habet ſententiam: Καὶ στεφάνοις κεφαλὰς πυκασώμεθα, καὶ μυρίσωμεν Αὐτούς, πρὶν τύμβοις ταῦτα φέρειν ἑτέρους. Sed hic columnas ſepulcrales & tumulos ornandi venerandique mos dudum cura virorum eruditorum eſt pervulgatus. *Noſtri* quoque meminit *Heraldus* ad *Martial.* X, 61. & quis non eorum, qui hanc funebrem antiquitatis partem illuſtrarunt. *Theophraſti* locum de πόθῳ productum ab *Athenaeo* reperies Hiſt Plant. VI, 7. p. 130. ſed deterius editur, ᾧ χρῶνται περί τε τάφους, quod auctore *Athenaeo* refingi debet, ᾧ χρῶνται πρὸς τοὺς τάφους. *Plinium*, dum vertit H. N. XXI, 11. p. 706. *qui fere naſcitur in tumulis*, talem aliquam inveniſſe lectionem mihi perſuadeo, ὃς ὁρᾶται περὶ τοὺς τάφους, verum minime pro-

coronant lapides, & perungunt unguento? quidam etiam rogo præ tumulis extructo, & ſcrobe quadam effoſſa comburunt ſumtuoſas iſtas cœnas, atque in foveas vinum mulſumque, quantum conjectare licet, invergunt. MERC. Equidem, o portitor, quid iſta faciant ad eos, qui ſunt in Orco, ignoro: hoc tamen illis eſſe perſuaſum ſcio, animas ſurſum emiſſas ab inferis cœnare, qua licet, circumvolitantes nidorem & fumum, atque haurire de ſcrobe mulſum. CHAR. Illi ut adhuc bibant, edantve, quorum crania ſunt aridiſſima?

ϛεφανοῦσι τοὺς λίθους, καὶ χρίουσι μύρῳ; οἱ δὲ καὶ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων, καὶ βόθρον τινὰ ὀρύξαντες, καίουσί τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα, καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον, ὡς γοῦν εἰκάσαι, ἐγχέουσιν; ΕΡΜ. Οὐκ οἶδα, ὦ πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν ᾅδου· πεπιστεύκασι δ' οὖν τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν δειπνεῖν μὲν ὡς[b] οἷόν τε [c] περιπετομένας τὴν κνίσαν, καὶ τὸν καπνὸν, πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελίκρατον. ΧΑΡ. Ἐκείνους ἔτι πίνειν, ἢ ἐσθίειν, ὧν τὰ κρανία ξηρότατα; καίτοι γελοῖός εἰμί

σοι

b Οἷόν τε] P. L. *J. V2.* οἴονται, quod & in ora *A1W.* Alibi locum habet talis mutatio; hic nullum. *c* Περιπετομένας] Sic recte *B2.* in pluribus extat περιπεττομένας· pejus in *V2.* & *P.* περιπεπτομένας.

probandam. Uſu & ſignificandi poteſtate non multum diſtat Ἔρως, ὁ ϛέφανος παρὰ Νικαεῦσιν ἐκ πάντων ἀνθέων τοῖς νέκυσι πωλούμενος, teſte *Etymol.* p. 379. v. 54. vox ultima ſuſpicionem movet vitii; nam durius erit, ſi capias, *ad coronandos mortuos vendi ſolitus:* nihil ſuccurrit, quod aeque commodum videatur, ac πλεκόμενος. *T.H.*

69. Καίουσι ....δεῖπνα] Hoc eſt nempe, quod περίδειπνον vocant, Latine *ſilicernium*, & *exequium* & καθαγίσματα. Vide Πένθ. c. 9. & 19. & Δημων. c. 33. *M. du S.*

Καίουσι] Coenam feralem, quae cum corpore ſimul in rogum ingeſta cremari ſolebat, intelligere videtur propterea, quia mox ait animas ſurſum emiſſas, quatenus liceret, δειπνεῖν τὴν κνίσαν καὶ τὸν καπνόν. *Cornutus Eliae Vineti* ad *Perſ.* Sat. VI, 5. *Nam in funeribus coenam delicioſam* (δεῖπνον πολυτελὲς) *apparare ſolebant, quae ad rogum allata cum ipſis corporibus cremabatur: quod & Virgilius commemorat dicens* (AEn. VI, 225.) — *congeſta cremantur Turea dona, dapes, fuſo crateres olivo.* Vide *Theod. Marcilium* & *Kirchmann.* de Funer. Rom. IV. c. 4. 5. Diverſum eſt, contra atque alii volunt, opinione mea *ſilicernium*; primum *cœna, quae infertur Diis manibus, quod eam ſilentes cernant, id eſt, umbrae poſſideant*, teſte *Donato* ad *Terent.* And. A. IV. Sc. II. ubi *cernere* ſumendum eſt, quod eruditos homines praeteriit, ea poſſidendi virtute, quae a cernenda haereditate ducitur: hoc uſu parum a χοαῖς differt, illave libatione vini mulſique, quae in ſcrobem effoſſam invergitur. Deinde ipſa circumpotatio, ſive, ut in Gloſſis eſt, περίδειπνον· ex eo autem, quod additur, λύχνους γὰρ ἅπτειν ἐν πένθει οὐ θέμις, *Scaliger* ad *Feſtum* acute detexit, *ſilicernium* auctorem eum dici voluiſſe quaſi *ſelucernium*: nam *Jan. Gulielm.* Veriſ. III, 12. *arbitratus literulae mutatione recte reſtitui* λίχνους, mirum errorem committit ἅπτειν exiſtimans idem apud Graecos valere, quod ἅπτεσθαι· & tamen alios invenit, qui ſibi, tanquam re bene geſta, plauderent. Fateor equidem, aliquando mihi viſum fuiſſe cœnam hanc funebrem a *Luciano* denotari; praeſertim quoniam ipſe hic ſcribit περὶ τοῦ ἐπὶ Μ. Σ. c. 28. ἔοικας γὰρ τότε στήλῃ ξύλου τινὸς νεκροῦ ἄγοντος ἐναγίσματα· καὶ γὰρ ἐκείνου καταχέαντες μύρον, καὶ τὸν στέφανον ἐπιθέντες αὐτοὶ πίνουσι καὶ εὐωχοῦνται τὰ παρεσκευασμένα· prorſus ut *Auguſtinus* a *Kirchmanno* citatus: *parare aliquis ſuis caris dicit, quod ipſe devorat; quod praeſtat ventri, imputat pietati.* *Varro* Meleagris apud *Nonium* p. 48. *Funus exſequiati laute ad ſepulcrum antiquo more ſilicernium confecimus:* quae nec *Heraldum* fugerunt Digreſſ. I. c. 18. Ideo ſuſpectum habebam καίουσι tanquam errore natum ex αἴουσι pro ἄγουσι, de quo vitii genere monuimus p. 287. vel potius ex δαίουσι· non enim tantum δαίειν γάμους, quod *Euripidi* familiare notante *Barneſio* ad Iphig. in Aul. v. 123. & Hel. v. 1455. ſed & δαίειν τάφον dici ſolet: *Menecrates* apud *Dionyſ. Halicarn.* A. R. I. p. 38. ὅμως δὲ τάφον αὐτῷ (Ἀχιλλεῖ) δαίσαντες ἐπολέμεον τῇ πάσῃ· ita legendum, non γῇ· abſurde vertunt, *exſtructo ſepulcro*; quum oportuiſſet, *epulis ipſi funebribus apparatis.* Haec olim: nunc, ſi quis, ſervata lectione vulgari, rationem priorem ſequi maluerit, haud obnitar. *T.H.*

73. Πεπιστεύκασι] Feſto quodam & ſtato die, qui νεκύσια dicebatur, defunctorum manibus parentabant; quos tum, ut audis, ab inferis ſurſum remeare credebant. Hujus loci non meminit *Caſtellanus*, qui hunc morem tamen recte obſervat AG. VII. 682. Alia in eam rem teſtimonia qui volet, *Meurſium* adeat ib. 884. 824. *Euſtath.* ad Od. I. καλακαλεῖν αὐτοὺς εἰς τρὶς, καὶ διεξελθεῖν, ὡς μετάσχοιεν δαιτὸς Bithynorum mos peregre defunctis. *M. du S.*

74. Ὡς οἷόν τε] Ed. *J.* P. & L. ὡς οἴονται pro his habent: ſed cave mutaſſis. *M. du S.*

75. Περιπετομένας] In diverſa hic abeunt Edd. Pariſienſis habet περιπετομένας· reliquae περιπετόμεναι. Omnes mendoſe: rectum eſt, quod adſcripſimus, quamvis in nullo libro extet. *M. du S.*

79. Κα.

σοι λέγων ταῦτα, ὁσημέραι κατάγοντι αὐτούς. οἶσθ' οὖν, εἰ δύναιντ' ἂν ἔτι ἀνελθεῖν ἅπαξ ὑποχθόνιοι γενόμενοι; ἔπειτα καὶ παγγέλοια ἄν, ὦ Ἑρμῆ, ἔπαθον, οὐκ ὀλίγα πράγματ' ἔχων, εἰ ἔδει μὴ κατάγειν μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀνάγειν πιομένους. ὦ μάταιοι τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακεκρίται τὰ νεκρῶν, καὶ τὰ ζώντων πράγματα· καὶ οἷα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστι· καὶ ὅτι

Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἄτυμβος ἀνὴρ,
ὅστ' [a] ἔλλαχε τύμβου,
Ἐν δ' ἰῇ τιμῇ Ἶρος, κρείων τ' Ἀγαμέμνων.
Θερσίτῃ δ' ἶσος Θέτιδος παῖς ἠυκόμοιο.
Πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,

ridiculus enimvero ſim, hæc tibi ſi dicam, qui quotidie deducis eos: tu nimirum optime noſti, poſſintne remeare, ubi ſemel terram ſubierunt. Illud enimvero mihi, qui ſatis quod agam habeo negotii, plane riſu dignum accideret, ſi oporteret non deducere ſolum ad inferos, ſed inſuper eos iterum reducere potaturos. Vah dementiam! inaniſſimi mortales, qui neſcitis, quam longinquo finium intervallo diſcreta ſint mortuorum viventiumque negotia, qualisque rerum ſit noſtrarum ratio; nec, mortuum eſſe ſimili modo & qui tumulo careat, & qui ſepulcrum fuerit ſortitus; uno eodemque honoris eſſe gradu Irum, regemque Agamemnonem; Therſitæ parem Thetidis filium pulcra coma conſpicuæ: omnes namque perinde umbrarum ſunt

a Ἔλλαχε] Sic *B2.* & *P.* ex verſus norma: in ceteris ἔλαχε corruptius in *V2.* ὅτ' ἔλαχε.

79. Κατάγον αὐτούς] Legendum κατάγοντι αὐτοὺς. *J. Br.*

89. Κάτθαν' ὁμῶς] Parodia ex his *Homeri* Il. I, 319. verſibus:

Ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ ἡμὲν κακὸς, ἠδὲ καὶ ἐσθλός.
Κάτθαν' ὁμῶς ὅ, τ' ἀεργὸς ἀνὴρ, ὅ, τε πολλὰ ἐοργώς.
J. Br.

Κάτθαν' ὁμῶς] *Homer.* Odyſſ. *J. B.*

Κάτθαν' ὁμῶς ὁ τ' ἄτυμβος ἀνὴρ] Hos ſex verſus Lucianus ex variis Homeri locis παρῳδούμενος contexuit. *J. G. G.*

90. Ἔλλαχε] Ex *Homero* hanc vocem emaculavimus. Vid. Il. I, 319. unde potiſſimum hi centones conſarcinati. *B2.* & *P.* recte ἔλλαχε, ut edidimus. *M. du S.*

91. Ἐν δ' ἰῇ] Conſentiunt Edd. noſtrae: in *Homero* *Barneſius* dedit Ἐν δὲ ἰῇ, quoniam iſtius voculae ſyllabam primam poëta nunquam producit. *T. H.*

93. Ἀμενηνὰ κάρηνα] Odyſſ. K. 521. *J. Br.*

95. Κατ' ἀσφοδελὸν λ.] Odyſſ. Λ, 538. 572. *J. Br.*

1. Σίγειον] *Duo ſunt Trojæ promontoria*, inquit *Servius*, *Rhoeteum & Sigeum.* De hiſce vide *Strab.* XIII. *A. V.*

Σίγειον] Rhoeteum & Sigeum parvo intervallo diſſita promontoria notiſſimum eſt tumulis inclaruiſſe hoc Achillis, illud Ajacis: neutri cultus honoresque heroïbus tributi defuerunt. *Serv.* ad *Virgil.* AEn. VI, Rhœteo in litore] *Ubi erat aſylum Ajacis, ſicut in Sigeo Achillis.* Vide *Brodaeum* ad Anth. I. c. 5. Ep. 23. & III. c. 14. Ep. 7. De Achille *Quint. Calaber* tantum III, 738. — ἀμφὶ δὲ τύμβον Ἀργεῖοι, καὶ σῆμα πελώριον ἀμφεβάλοντο Ἀκτῇ ἐπ' ἀκροτάτῃ παρὰ βένθεσιν Ἑλλησπόντου· ſignatius de Ajace V, 654. — περὶ δὲ σφίσι γαῖαν Χεῦαν ἀπειρεσίην Ῥοιτηΐδος οὐχ ἑκὰς ἀκτῆς· prorſus ut *Antipater*, Σῆμα παρ' Αἰάντειον ἐπὶ Ῥοιτηΐσιν ἀκταῖς. *Dauſqueio* ad poſteriorem *Calabri* verſum fraudi fuit prava, quae Edd. inhaeſit, Plinii interpunctio V. c. 30. ſed jampridem a magno *Pintiano* veriſſime correcta. Miror, cur *Iſ. Voſſius* ad *Melam* I. c. 18. erroris *Plinium* incuſare maluerit, quam remedio tam leni uti; niſi quod idem *Salmaſio* placuerat Plin. Exerc. p. 610. Videri poſſet *Seneca* Troad. v. 1122. in ſcriptorem incidiſſe, qui tumulum Achillis collocaret in Rhœteo: verum poëta tractum illum ponti ſive Rhœteum appellet, ſive Sigeum, utrumvis in tanta locorum propinquitate ſuo jure fecerit. Praeterea nec *Voſſium* probo, quum *Salmaſii* medicinam in ejusdem regionis deſcriptione *Straboni* adhibitam p. 611. G. repudiat: exigua tranſpoſitio tamque facilis, ut *Dauſqueius* etiam ſic plane ſcripſerit, ne vitii quidem ulla facta mentione, Achillis autem monumentum Patrocli ſimul oſſa complectebatur: *Philoſtr.* Her. p. 739. Ajacis longo poſt tempore violentia maris effractum immanem oſſium magnitudinem patefecit, ex qua celſa herois vivi ſtatura aeſtimari poterat: *Pauſan.* I. p. 86. *T. H.*

9. Διαψύξαι] Nicias apud *Thucydid.* VII. c. 12. τὰς μὲν γὰρ ναῦς οὐκ ἔστιν ἀνελκύσαντας διαψύξαι ibi commode *Luciani* locum adnotavit Praeſtantiſſ. *Dukerus.* Mirum, ni *Scholiaſtes* exponens διακαθᾶραι legerit διαψῆξαι, prout ψύχειν & ψήχειν non raro commutantur, iis nonnunquam in locis, ubi vix decernas, utrum ſit anteponendum; quae tamen dubitatio in *Thucydidis* verba cadere nequit: nam modo laudaverat navium recentium τὴν ξηρότητα, cui contrarium eſt,

ſunt infirmæ calvariæ, nudi aridique per florentem aſphodelo campum.

Γυμνοί τε, ξηροί τε, κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

23. MERC. Hercules, quam large nobis Homeri verſus ingeris. Sed quandoquidem me commonefeciſti, volo tibi monſtrare Achillis ſepulcrum: viden mari prope adjacens? Sigeum eſt illud Troïcum; e regione autem ſitus eſt Ajax in Rhœteo. CHAR. Non ingentia ſunt, Mercuri, monumenta. Nunc urbes inſignes monſtra mihi, quas infra celebrari audimus, Ninum illam Sardanapali, Babylonem, Mycenas, Cleonas, ipſamque Ilion: multos equidem inde memini me trajeciſſe, adeo ut decem integris annis nec ſubducere, neque ventis exponere licuerit ſcapham. MERC. Ninus jam, Portitor, interiit,

ΕΡΜ. Ἡράκλεις, ὡς πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖς. ἀλλ' ἐπείπερ ἀνέμνησάς με, θέλω σοι δεῖξαι τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον· ὁρᾷς τὸν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ; Σίγειον μὲν ἐκεῖνο τὸ Τρωϊκόν· ἀντικρὺ δὲ ὁ Αἴας τέθαπται ἐν τῷ [b] Ῥοιτείῳ. ΧΑΡ. Οὐ μεγάλοι, ὦ Ἑρμῆ, οἱ τάφοι. τὰς πόλεις τὰς ἐπισήμους ἤδη δεῖξόν μοι, ἃς κάτω ἀκούομεν· τὴν Νῖνον τὴν Σαρδαναπάλου, καὶ Βαβυλῶνα, καὶ Μυκήνας, καὶ Κλεωνὰς, καὶ τὴν Ἴλιον αὐτήν. πολλοὺς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μηδὲ νεωλκῆσαι, μηδὲ διαψύξαι τὸ σκαφίδιον. ΕΡΜ. Ἡ Νῖνος μὲν, ὦ πορθμεῦ, ἀπο-

b Ῥοιτείῳ] F. vitioſe Ῥητιῷ.

eſt, ſi aequo diutius θαλασσεύουσαι fierent διάβροχοι, & humore ſalſo infectae vitium contraherent: ideo ſubductae ſiccabantur, quod non tantum διαψύξαι, ſed etiam mox deinde ἀποξηρᾶναι dixit *Thucydides*. Apud Graecos ἀναψύχειν & διαψύχειν primum ponuntur pro aëri, aurae, ſoli exponere: quae commaduerunt ad ſolares radios flatusque venti oppandere: ſcite *Plutarch.* Themiſt. p. 127. B. τὰς αὐλαίας διαβρόχους γενομένας (aulaea in flumen devoluta, quae aquam penitus imbiberant) ἐκπετάσαντες ἀνέψυχον· hinc Ἀναψύξαι, ἀνεμίσαι *Heſychio*, & Ἀναψύχουσα, ξηραίνουσα· neque mihi dubium eſt, quin pro Ἀνάψω, ἀναθήσω πρὸς τὴν τοῦ ἀνέμου πνοὴν, refingendum veniat Ἀναψύξω, aut, ſi literarum ordinis accuratius habenda ſit ratio, Ἀναψυχώσω, licet uſus verbi ἀνάπτειν me non praetereat. *Ælian.* Ep. I. Διαψύχοντι μοὶ πρὸς τὴν εἵλην τοὺς βότρυς· imo quam late pateat haec ſignificandi ſpecies, docuerit *Strabo* XVII. p. 1137. C. Nili naturam exponens: ἐν ἑξήκοντα δὲ ἡμέραις τελέως γυμνοῦται καὶ ἀναψύχεται τὸ πεδίον. De navibus, quae ſubductae ad aërem & ventum ſiceſcunt, utrumque verbum aeque uſurpari ſolet: *Herodot.* VII, 59. ἐς τοῦτον τὸν αἰγιαλὸν κατασχόντες, τὰς νέας ἀνέψυχον ἀνελκύσαντες. *Xenoph.* Ἑλλ. I. p. 259. v. 1. Lyſander ἀνελκύσας τὰς ἐν τῇ Ἐφέσῳ ναῦς . . . ἡσυχίαν ἦγεν ἐπισκευάζων καὶ ἀναψύχων αὐτάς. Itaque Charon decem totis annis quum non potuiſſet νεωλκῆσαι μηδὲ διαψύξαι τὸ σκαφίδιον, metus erat, ne cymbula curae neceſſariae expers plane corrumperetur. Deinde haec verba notant *ventilare, in aëre ſuccutere*: *Heſych.* Ἀναψύχειν, ῥιπίζειν· quod tamen erit forte, qui capiat, *flabello moto, ventulo facto refrigerare. Theophraſt.* apud *Harpocr.* in Κεγχρεών· τὴν ἐκ τῶν μετάλλων κέγχρον διαψύχειν· non aliter intelligendum puto in *Xenoph.* Κ. Π. VIII. p. 125. v. 18. de avaris: τὰ δὲ ἀριθμοῦντες καὶ μετροῦντες καὶ ἱστάντες καὶ διαψύχοντες καὶ φυλάττοντες πράγματα ἔχουσι· nam διαψήχοντες, *pertergentes* ſeu *detergentes*, vel, *pecuniam ſuam fricantes, ut aeruginem avertant*, quod poſt *Henr. Stephanum* in Theſ. *Tan. Faber* ad Timonem libenter ſe legere profitetur, mihi quidem multum abeſt, ut approbari poſſit. *T. H.*

10. Ἡ Νῖνος μὲν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲ ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς] *Lucianus* cum fuerit Samoſatenus Euphratis accola, fidem in rebus Aſſyriæ videtur mereri, & mirum foret eum ignoraſſe locum, ubi ſita olim Ninus vel Ninive, ſi aliquod ejus veſtigium remanſiſſet. At quid faciemus *Tacito*, qui lib. 12. Annal. de expeditione Meherdatis ſic ait: *ſed capta in tranſitu urbs Ninos, vetuſtiſſima ſedes Aſſyriæ.* Sed & *Straboni*, qui ante *Tacitum* vivebat, qui lib. 16. ait: ἡ μὲν οὖν Νῖνος πόλις ἠφανίσθη παραχρῆμα μετὰ τὴν τῶν Σύρων κατάλυσιν. *Ninus ſtatim poſt everſum Aſſyriorum imperium evanuit*, vel *apparere ceſſavit.* Ergo contra *Strabonem* Amaſenum & *Lucianum* Samoſatenum, Orientales viros & doctos, non mihi videtur *Tacitus* audiendus. Deceptus certe fuit is Romanus quadam nominis ſimilitudine; & eam Ninum, oppidulum forte vel caſtellum, captum ſine obſidione in tranſitu, male accepit pro antiquiſſima & populoſiſſima illa urbe, quæ fuit ſuo tempore totius orbis maxima, & usque ad miraculum celebrata; aliter non poſſemus abſolvere *Strabonem* nec *Lucianum* mendacii. At fidem merentur. Sed milites, qui in expeditione cum Meherdate fuerunt, capta, ut dixi, aliqua urbecula, cujus nomen accedebat ad ſonum nominis antiquæ illius Ninives, putaverunt, vel gloriabundi finxerunt, ſe antiquam Ninon ſedem Aſſyriæ regum cepiſſe, & ita publicantes famæ pro vero tradiderunt tale mendacium. Sic Alexandri milites jactabant ſe Tanaim usque perveniſſe, cum ab eo fluvio abeſſent plus quam

ἀπόλωλεν ἤδη, καὶ οὐδὲν ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς· οὐδ᾽ ἂν εἴπης ὅπου πότ᾽ ἦν. ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν, ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη, ὥσπερ ἡ Νῖνος. Μυκήνας δὲ, καὶ Κλεωνὰς, αἰσχύνομαι δεῖξαί σοι· καὶ μάλιστα τὸ Ἴλιον. ἀποπνίξεις γὰρ εὖ οἶδ᾽ ὅτι τὸν Ὅμηρον κατελθὼν ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ τῶν ἐπῶν. πλὴν ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦσαν εὐδαίμονες, νῦν δὲ τεθνήκασι καὶ αὗται. ἀποθνήσκουσι γὰρ, ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις, ὥσπερ ἄνθρωποι· καὶ τὸ παραδοξότε-

neque ullum veſtigium amplius eſt ejus reliquum; ſic ut dicere nequeas, ubi olim fuerit. Ecce tibi Babylonem turribus ornatam, quæ magno mœnium ambitu eſt cincta: illa ipſa quoque non diu poſt quæretur, haud ſecus ac Ninus. Mycenas Cleonasque pudet me monſtrare tibi: offocabis enim, ſat ſcio, Homerum ad Orcum reverſus ob magniloquentiam carminum: attamen olim erant felices; nunc vero totæ ſunt mortuæ: moriuntur enim, quemadmodum homines, ſic & urbes; quodque mi-

19. Τεθνήκασι] Τεθνᾶσι. V.

quam mille milliaria. Sic & hoc tempore multos Hieroſolymitanos equites & alios nautas & negotiatores, qui in partibus Helleſponti vel bellum geſſerunt vel negotiati ſunt, audivi ſæpe aſſeverantes ſe vidiſſe antiquæ Trojæ ruinas, nec aliter unquam eis perſuadere potui. At Troadis (de qua *Paulus* Apoſtolus Epiſt. ad Timotheum 2.) ruinas viderant, non Trojæ, cujus jam tempore *Strabonis* nulla extabant veſtigia, ut ait ille lib. 13. οὐδὲν δὲ ἴχνος σώζεται τῆς ἀρχαίας πόλεως, εἰκότως, ἅτε γὰρ ἐκπεπορθημένων τῶν κύκλῳ πόλεων, οὐ τελέως δὲ κατεσπασμένων, ταύτης δὲ ἐκ βάθρων ἀνατετραμμένης, οἱ λίθοι πάντες εἰς τὴν ἐκείνων ἀνάληψιν μετηνέχθησαν. Ἀρχαιάνακτα γ᾽ οὖν φασὶ τὸν Μιτυληναῖον ἐκ τῶν ἐκεῖθεν λίθων τὸ Σιγεῖον ἐκτειχίσαι, id eſt, *nullum enim veſtigium reſtat antiquæ urbis, & cum ratione; nam vaſtatis vicinis urbibus, non vero funditus everſis, ea vero a fundamentis deleta, omnes lapides ad aliarum inſtaurationem tranſportati ſunt. Itaque Archæanactem ajunt Mitylenenſem Sigæum muro circumdediſſe ex lapidibus indidem acceptis.* Urbs igitur, cujus nullum veſtigium extabat tempore *Strabonis* & Auguſti, ſub quo *Strabo* florebat, non poterat extare tempore Meherdatis ſub Claudio. Plura ad id argumentum adducere poſſem, & illuſtrem in litteris virum caſtigare, qui eo, quod *Ammianus Marcellinus Ninos* nominavit, non dubitavit in eximio opere, notis ſcilicet ad *Euſebium*, ſcribere: *Ninive autem adhuc integra ſtabat ævo Ammiani Marcellini.* Sed ſuperfluum foret, cum id argumentum abunde ſimul & doctiſſime tractaverit vir incomparabilis *Samuel Bochartus* in ſuo Phaleg. lib. 4. c. 20. ad eum te remitto lector, & ſileo. *J. P. a G.*

Ἡ Νῖνος . . . ἀπόλωλεν ἤδη] Non cogitavit *Lucianus*, ſe antea finxiſſe colloquium hoc habitum fuiſſe tempore Cyri majoris, cujus proavus Cyaxares Ninum ceperat ſub finem regni, ut docet *Herodot.* I, 106. A quo ſi deleta fuiſſet, quod nusquam legimus, nemo tamen potuiſſet tempore Cyri dicere, οὐδ᾽ ἂν εἴπης, ὅπου ποτ᾽ ἦν, *dicere nequeas, ubi fuerit*; ſed duntaxat tempore *Luciani.* *J. C.*

Νῖνος] V. *Bochart.* Phaleg. IV, 20. Ninum illam veterem, Nini opus, poſt Syriacam monarchiam deſtructam ἀφανισθῆναι, id eſt, penitus deletam ait etiam *Strabo* l. XVI. p. 737. Sed tamen & *Tacitus* ſub Claudii regno Nini meminit A. XII, 13. *Capta in tranſitu urbs Ninos vetuſtiſſima, ſedes Aſſyriae:* & *Ammianus* XXIII, 6. *In Adiabena Ninus eſt civitas, quae olim Perſidis regna poſſederat* &c. & *Philoſtratus* p. 23. Reſtaurata igitur Ninus eſt, extabatque aliqua Luciani tempore. Sed hic de Crœſi ætate ſermo eſt, quo extinctam fuiſſe etiam *Strabo* teſtis eſt luculentus. Haec fere *Olearius* ad *Philoſtr.* *M. du S.*

11. Οὐδὲν ἴχνος &c.] Ninum & Mycenas ἠρημωμένας παντωλέθρους teſtatur *Pauſan.* VIII. p. 668. quod integrum caput tertium & trigeſimum cum *Luciano* conferendum eſt. Mycenae inquit *Strabo* VIII. p. 571. D. χρόνοις ὕστερον κατεσκάφησαν ὑπ᾽ Ἀργείων, ὥστε νῦν μηδ᾽ ἴχνος εὑρίσκεσθαι τῆς Μυκηναίων πόλεως. Sed Ninus, cujus everſio Nahumi ſacrarumque paginarum vaticiniis debebatur, poſtea ſi non in ipſis priſcae urbis parietinis, in vicinia ſaltem inſtaurata parumper refloruit: vide *Th. Ryckium* ad *Tacit.* Ann. XII, 13, 3. De Babylone ad Philopatridem dicendi locus erit. Non faſtidiendum Epigramma in Catalectis: *Quiſquis Cecropias hoſpes cognoſcis Athenas, Quae veteris famae vix tibi ſigna dabunt; Haſne Dei, dices, cœlo petiere relicto? Regnaque partitis haec fuit una Deis! Idem, Agamemnonias, dices, quum videris arces, Heu victrix victa vaſtior urbe jaces! Hae ſunt, quas merito quondam eſt mirata vetuſtas. Magnarum rerum magna ſepulcra vides.* Pro *Regnaque* ſummo *Scaligero* placuit *Regia*: mihi potius videtur, *Rixane* vel *Rixaque*: de Athenis Neptunus & Minerva mutua lite contenderunt, utrius in ditione urbs futura eſſet: vix, inquit, credibile videbitur illud Deorum certamen, ſi gloriae veteris ruinas adſpicias: Mycenae quoque victrices pejus quam Ilion deſertae. *Sepulcra* commode ſunt uſurpata: nam, ut Mercurius ait, ἀποθνήσκουσιν αἱ πόλεις· de qua totarum urbium morte plura dabunt *P. Faber* Sem. I. c. 8, 9. *Fabrot.* ad *Theophil.* Inſt. II. T. IV. neuter *Luciani* mentionem omiſit. *Ambroſ.* Ep. XXXV. *Tot igitur ſemirutarum urbium cadavera, terra-*

mirabilius, fluvii integri : itaque ne alveus quidem Inachi Argis amplius ſupereſt. CHAR. Papæ, quæ laudes, Homere! qui nominum ſplendor! Ilion ſacra, latisque viis inſignis; Cleonæ nitide conditæ.

24. Sed, quod ſine ſermonis inſtituti fraude fiat, quinam iſti ſunt belligerantes, aut cujus rei cauſa ſeſe invicem obtruncant? MERC. Argivos cernis, Charon, & Lacedæmonios, illumque ſemianimem imperatorem Othryaden, qui inſcribit tropæum ſuo ſanguine. CHAR. Pro qua

ρον, καὶ ποταμοὶ ὅλοι. Ἰνάχου οὖν οὐδὲ τάφρος ἐν Ἄργει ἔτι καταλείπεται. ΧΑΡ. Παπαὶ τῶν ἐπαίνων, Ὅμηρε, καὶ τῶν ὀνομάτων, Ἴλιον ἱρὴν, καὶ εὐρυάγυιαν, καὶ εὐκτίμεναι Κλεωναί.

Ἐστε σοφοί] Lepidiſſime *Lucianus* in dialogo, cui nomen dedit Reviviſcentibus, inducit omnis Philoſophorum ſectae principes, Socratem, Platonem, Diogenem, alios, ab inferis exiſtentes, inque ipſum Lucianum, (a quo indigne habitos ſe arbitrabantur in proxime praecedenti Vitarum Auctione; ubi venum propoſiti, atque adeo omnium riſui expoſiti fuerant) impetum facientes. Itaque Socrates ubi reliquos Philoſophos quanto maximo poterat fervore animi in Lucianum incitaſſet, tandem labaſcere eos putans, Ὁμηρικῶς claſſicum canit,

— Ἐστὲ σοφοί, μνήσασθε δὲ θούριδος ὀργῆς.

Nempe *Homerus* Il. Λ. vſ. 287.

Ἀνέρες ἐστὲ φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. *J. J.*

Ἐστὲ σοφοί] *Hom.* Il. Λ. 287. Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Unde & hic ἀνέρες excidiſſe conjicio, quod cur rejiceret, nulla erat ratio. *M. du S.*

Ἐστὲ σοφοί] Il. Π. 270. Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. *J. M. G.*

Ἐστε σοφοί] *Brod.* Miſcell. p. 2. c. 22. ait: *Hom.* Il. Z. Θ. dixiſſe — μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. Recte; ſed verſ. H. Θ. eſt 174. Et Z. 112. Adde tertium idem dicentem, loco ab *Soulio* indicato; ubi ſemper habet: Ἀνέρες ἐστὲ, φίλοι, μνήσασθε δὲ θούριδος ἀλκῆς. quare non dubitem Ἀνέρες excidiſſe ex Luciano, quia amat integros verſus adducere, ὀργῆς vero retinendum credo, nec in ἀλκῆς mutandum, non tam, quia memoriter ab noſtro citatum eſt, ſed quia dedita opera ὀργῆς pro ἀλκῆς dixit, ut ſupra πήρη pro φρέτρῃ. quo *iracundiam* philoſophis exprobraret, non *robur*. Immo quaſi vanam ſine viribus iram. *J. F. R.*

21. Ἑπτάκις] Atqui ſex tantum mox numerantur: Chryſippus, Epicurus, Plato, Ariſtoteles, Pythagoras & Diogenes. Quis ergo ſeptimus ille? Socratesne, qui hic loquens inducitur, quemque interfuiſſe conſtat (vid. tit. & c. 10.) an, quem jam nominavit, Ariſtippus? Pro VII. jam VIII. habemus. Haereo, ut ut ſit, male haec prius & legebantur, & vertebantur. *M. du S.*

22. ΠΛΑΤ.] Verba quae hic uni tribuuntur Platoni, a multis tumultuantibus prolata puto. praeſertim cum idem Plato paulo poſt aliam ſententiam proferat ab his omnibus diverſam, & ſane nullum nomen hic reperiri in multis cod. Mſſ. obſervavit *Longol.* Empedoclem autem conſulentes inducuntur, ut de crateribus ſuis loquens riſum excitet. Legendum itaque cenſeo aut ΦΙΛ. aut dictincte, Ἀλλ. Ἀλ. *M. du S.*

23. Μαστιγωθέντα πρότερον] Omnia hæc in interprete turbata: μαστίγωσις ante crucem nota. Sic apud *Dion. Hal.* 5. & tangunt Litteræ ſacræ. *J. B.*

Μαστιγωθέντα] Flagellationem praemitti ſolitam crucifixioni, notiſſimum, vid. tamen ſ. v. *Lipſium* de cruce. l. 2. c. 2. & *Joſeph.* de bell. Jud. l. 2. c. 14. f. *J. F. R.*

24. Τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐκκεκόφθω] Hos ſolebant candenti ferro perforare, ut alii docuerunt ex *Parthenii* cap. 20. *J. B.*

κόφθω, τὴν γλῶτταν αὐτὴν [a] ἐπιπολὺ πρότερον ἀποτετμήσθω. σοὶ δὲ τί Ἐμπεδόκλεις, δοκεῖ; ΕΜΠ. Ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμπεσεῖν αὐτὸν, ὡς μάθοι μὴ λοιδορεῖσθαι τοῖς κρείττοσι. ΠΛΑΤ. Καὶ μὴν ἄριστον ἦν καθάπερ τινὰ Πενθέα, ἢ Ὀρφέα. [b] λακιστὸν ἐν πέτραισιν εὑρέσθαι μόρον, ἵνα ἂν καὶ τὸ μέρος αὐτοῦ ἕκαστος ἔχων, ἀπαλλάττοιτο.

ΛΟΥΚ. Μηδαμῶς· ἀλλὰ πρὸς ἱκεσίου φείσασθέ μου. ΣΩΚ. Ἄραρεν· οὐκ ἂν ἀφεθείης ἔτι· ὁρᾷς δὲ δὴ καὶ τὸν Ὅμηρον ἃ λέγει, ὡς

Οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά;

ΛΟΥ. Καὶ μὴν καθ' Ὅμηρον ὑμᾶς καὶ αὐτὸς ἱκετεύσω. αἰδέσεσθε γὰρ ἴσως τὰ ἔπη, καὶ οὐ παρόψεσθε ῥαψῳδήσαντά με.

Ζωγρεῖτ' οὐ κακὸν ἄνδρα, καὶ ἄξια δέχθε ἄποινα,
Χαλκόν τε, χρυσόν τε, τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ.

linguam ipſam multo prius præcidi; tibi quid videtur Empedocles? EMP. In crateres dejici Ætnae, ut diſcat non maledicere melioribus. PLAT. Quin optimum fuerit, eum inſtar Penthei alicujus aut Orphei, lacerum invenire fatum per petras, ut etiam partem illius habens quisque diſcedat.

3. LUC. Minime vero: ſed per Jovem ſupplicum praeſidem mihi parcite. SOCR. Decretum eſt. Non amplius potes dimitti. Vides vero quid Homerus dicat,

Numquam foedera fida leonibus atque viris ſunt.

LUC. Verumtamen ex Homero & ego vobis ſupplicabo: reverebimini forte verſus, neque adſpernabimini conſuentem carmina.

Quem capitis bonus eſt donis redimendus opimis,
Aere, auro: nec enim ſapientes munera ſpernunt.

PLAT.

a Ἐπιπολὺ] Ἔτι πολὺ. P. nil mutat Fl. b Λακιστὸν] Κάκιστον Br.

30. Λακιστὸν] Σχιστόν. *V.*

25. Τὴν γλῶτταν αὐτὴν ἐπιπολὺ πρότερον ἀποτετμήσθω] Quum Pirckhaimerus mediarum vocum rationem nullam habuiſſet, Benedictus vertit *& in multas partes abſciſſa*, ſubintellecto τῷ *prius* ex præcedentibus. Quod prorſus non placet, quum in Græcis nihil dicatur de multis partibus. Sed vel intelligi debet *magna ejus parte* vel *in multum prius abſciſa*, aut *longo tempore prius abſciſa*, in utrumque enim reſpectum vocabulo iſto ἐπιπολὺ utitur Lucianus. Mox mirum, unde *Benedictus* πρὸς Ἱκεσίου vertere potuerit *per ſupplicem Jovem*, quum debuerit *ſupplicum præſidem*. *J.G.*

27. Κρατῆρας] Ætnæ crateres, in quos præcipitem ſe dediſſe memoratur Empedocles. *J.Br.*

30. Πενθέα] De hujus exitu *Euripidem* vide in Bacch. 1029. & ſeqq. Orphei mors nota. Sed verſum, quem affert, unde habeat, non liquet, niſi quod Euripideum credo. *M. du S.*

Ibid. Λακιστὸν] Placet κάκιστον. Eſt autem *Euripidis* ſenarius. *J.Br.*

Λακιστὸν] Ex *Euripide.* Cætera Homerica ſunt ex 7. & 10. Iliad. *J.B.*

Λακιστὸν] *Brodæus* (Miſc. modo citatis) κάκιστον. Fallitur. λακιστὸν μόρον Lucianus dixit admodum ſignanter, exprimens mortis genus, quo diſcerpti magno ſtrepitu Pentheus & Orpheus. *Th.M.*

Λακιστὸν] *Brodaeus* mavult κάκιστον. Sed nihil mutandum; vid. Τραγ. v. 116. ubi noſter id uſurpat. *M. du S.*

33. Ἱκεσίου] Intellige Διός. *J.Br.*

Ἱκεσίου] In antiq. verſione hoc verbum plane omiſſum erat, in *Ed. Bened.* ridicule: *obſecro per ſupplicem Jovem*; ſed Graeca expreſſit Cl. *Geſn.* non viſa manu *Soulii*, quae, *per ſupplicum praeſidem Jovem* margini *Bened.* adleverat. Et ſic ſaepe video illi cum noſtro convenire in verſionis correctione, quod tanto majus veritatis inventae indicium. *J.F.R.*

34. Ἄραρεν] Vid. & Καταπλ. c. 8. & *Eur.* Med. 322. 743. Hipp. p. 224. Adde & *Suid.* *M. du S.*

35. Ὅμηρον ἃ λέγει] Il. X. Τὰ δὴ φιλέουσι σοφοί περ. Et mox ad Ζωγρεῖτε ſubjicit idem *Brodaeus Hom.* Il. Z. Ζωγρεῖτε Ἀτρέως υἱὲ σὺ δ' ἄξια δέξαι ἄποινα &c. vers. eſt 46. *J.F.R.*

36. Οὐκ ἔστι] *Hom.* Il. X. 262. Ὡς οὐκ ἔστι λέουσι καὶ ἀνδράσιν ὅρκια πιστά; in nota *Marcil.* in edit *Graev.* citabatur Il. 10. per errorem Literae *X*. Sed idem jam fuerat in nott. *Bourd.* Pariſinae Edit. adjunctis. *J.F.R.*

40. Ζωγρεῖτ'] Cento hic ex locis in margine adſcriptis confectus, non ſine falſa additione, qua Philoſophos avaritiae arguit. Vid. *Hom.* Il. K. 378. & Λ. 23. Item Λ. 131. *M. du S.*

42. Μὴ

PLAT. Sed neque nobis deerit Homerica reſponſio: audi modo,

Ne meditare fugam, blaſphema, barbare, lingua,
Oſtentans aurum, poſtquam mea praeda fuiſti.

LUC. Vae mihi, Homerus deſtituit, ſpes noſtra maxima: ad Euripidem nempe confugiendum: forte ille me ſervaverit.

Ne caede ſupplicem; quem jus vetat mori.

PLAT. Quid vero? Nonne & illa ſunt Euripidea,

Haud digna ferre, indigna qui patraverit.

LUC. *Sic verba propter ergo nos occiditis?* **PLAT.** Sic per Jovem. Ait enim idem ille,

Effrenis oris & ſtuporis impii ſolet eſſe finis
infortunium.

4. **LUC.** Igitur cum ſtat ſententia, omnino interficere me, nec ulla arte licet mihi effugere, agite, hoc mihi dicite, qui

ΠΛΑΤ. Ἀλλ' οὐδὲ ἡμεῖς ἀπορήσομεν πρὸς σὲ Ὁμηρικῆς [c] ἀντιλογίας. ἄκουε δή,

Μή δή μοι φύξιν γε κακηγόρε βάλλεο θυμῷ,
Χρυσὸν παρ λέξας, ἐπεὶ ἵκεο χεῖρας ἐς ἁμάς.

ΛΟΥΚ. Οἴμοι τῶν κακῶν. ὁ μὲν Ὅμηρος ἡμῖν ἄπρακτος, ἡ μεγίστη ἐλπίς. ἐπὶ τὸν Εὐριπίδην δή μοι καταφευκτέον· τάχα γὰρ ἂν ἐκεῖνος σώσειέ με.

[d] Μὴ κτεῖναι τὸν ἱκέτην· οὐ γὰρ θέμις κτανεῖν.

ΠΛΑΤ. Τί δὲ οὐχὶ κἀκεῖνα Εὐριπίδου ἐστὶν,

Οὐ δεινὰ πάσχειν δεινὰ τοὺς εἰργασμένους;

ΛΟΥ. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων κτείνετέ με;

ΠΛΑΤ. Νὴ Δία. Φησὶ γοῦν ἐκεῖνος αὐτὸς,

Ἀχαλίνων στομάτων ἀνόμου τ' ἀφροσύνας,
τὸ τέλος δυστυχία.

ΛΟΥΚ. Οὐκοῦν ἐπειδὴ δέδοκται πάντως ἀποκτιννῦναι, καὶ οὐδεμία μηχανὴ [e] τοῦ διαφυγεῖν με, φέρετε, τοῦτο γοῦν εἴπατέ μοι, οἵ τι-

[c] Ἀντιλογίας] Nihil mutant Fr. *B2. H.* Fl. *J.* [d] Μὴ κτεῖναι] Sic etiam Fl. & *H.* [e] Τοῦ διαφ.] Sic ſola *J.* reliquae τὸ male.

42. Μὴ δὴ φιλέουσι σοφοὶ περ.] *Lucianus* e ſuo addidit. *J. Br.*

45. Ἀντιλογίας] Forſan ἀπολογίας. vid. Ἡσ. c. 15. *M du S.*

46. Μὴ δή μοι φύξιν γε] Eſt hic & Homeri verſ. Il. H. ait *J. Br.*

Μὴ δή μοι φύξιν γε] Non invenio. Sed Il. K. 447. Μὴ δή μοι φύξιν γε Δόλων ἐμβάλλεο θυμῷ. *J. F. R.*

52. Μὴ κτεῖναι] Ex qua Eurip. fabula, neſcio. *M. du S.*

Μὴ κτεῖναι] Perſpicuum eſt (ait cl. *Jenſ.* Lect. Lucian. p. 166.) in voce κτεῖναι corripi diphthongum αι etiam ſequente conſona, quod non inſolens tamen eſſe, contra cl. *Bentlejum* probat ibid. qui cum ad verſ. 87. *Callim.* hymn. in Jov. id negaſſet, omniaque ab aliis jam adducta exempla emendare conatus eſſet, pluribus redarguitur teſtimoniis a cl. *Jenſio* ſingulari excurſione, 25 paginas implente, adeoque longa nimis, quam ut pro *nota* huc inſeri queat. Quare lectorem ad cap. VI. ejus *Lect. Lucian.* remittimus, quod omnino totum legi meretur. *J. F. R.*

54. Οὐ δεινὰ] Expreſſit *Livius* poëtae Graeci ſententiam in orat. Marcelli XXVI. 31. *Quis paſſos eſſe hoſtilia, cum fecerint, indignatur?* *M. du S.*

55. Ἕκατι ...] Imitationem Euripidis agnoſco, cui vox haec familiaris, pro ἕνεκα. vid. *Med.* 719. & alibi paſſim. p. 307. A. τίνος μ' ἕκατι κτείνετε. *M. du S.*

Ἕκατι] Fiat etiam hic ſenarius leviſſima trajectione. Νῦν οὖν ἕκατι ῥημάτων με κτείνετε. Patet ex reſponſo, verſum hic eſſe debere. *J. M. G.*

Ibid Κτείνετέ με] Κτενεῖτε legend. conjicit. *F. G.*

57. Ἀχαλίνων] Laudatur etiam a *Plut.* 893. 2. & iterum apud hunc ſine Ἀποφθ. Vid. *Eurip. Bacch.* 385. *M. du S.*

60. Οὐδεμία μηχανὴ τὸ διαφυγεῖν με] *Nullum mihi reſtat refugium*; ſic reddidit *Benedictus*, non male, quod ad ſenſum; verum haud dubie Soloecum hoc. Scribe omnino τοῦ διαφυγεῖν με. *nulla effugii mihi patet via.* Sic ſupra in Necyomantia c. 2. iiſdem paene verbis, οὐδεμία μηχανὴ τοῦ διαφυγεῖν αὐτούς. Aliquando omittitur articulus; ut in Imaginibus c. 1. f. Εἰ δὲ κἀκείνη προσβλέψειέ σε, τίς ἔσται μηχανὴ ἀποστῆναι αὐτῆς; *Si vero etiam illa te adſpexerit, qua tamdem ratione te ab ea avertes?* *Homerus* Il. I. vſ. 248.

—— οὐδέ τι μῆχος
Ῥεχθέντος κακοῦ ἔστ' ἄκος εὑρεῖν ——
Neque ulla via eſt perpetrati mali medelam inveniendi.

Aliter haec locutio concipitur ab *Luciano* Noſtro in Pro Imaginib. c. 24. ἡ οὐδεμία μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι. *Vel fieri non poteſt, quin & ille mecum vincatur.* in de Merc. Cond. c. 5. Τίς ἔτι μηχανὴ, μὴ οὐχὶ καὶ πρὸς τοῦτο κακῶς βεβουλεῦσθαι δοκεῖν αὐτούς; *Qui fieri poſſit, quo minus & in eo videantur illi male fuiſſe conſulti?* Sed & in his locutionibus τοῦ intelligitur. Porro pro ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, rectius in MS. legi teſta-

tur

τίνες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμῶν [a] ἀνήκεστα ὀργίζεσθε, καὶ ἐπὶ θανάτῳ συνειλήφατέ με; ΠΛΑΤ. Ἅτινα μὲν εἴργασαι ἡμᾶς τὰ δεινά, σεαυτὸν ἐρώτα ὦ κάκιστε, καὶ τοὺς [b] καλοὺς ἐκείνους [c] σου λόγους, ἐν οἷς Φιλοσοφίαν τε αὐτὴν κακῶς ἠγόρευες, καὶ ἐς ἡμᾶς ὕβριζες, ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς ἀποκηρύττων σοφοὺς ἄνδρας· καὶ τὸ μέγιστον, ἐλευθέρους. ἐφ' οἷς ἀγανακτήσαντες ἀνεληλύθαμεν ἐπὶ σέ, παραιτησάμενοι πρὸς ὀλίγον τὸν Αἰδωνέα, Χρύσιππος οὑτοσί, καὶ Ἐπίκουρος, καὶ Πλάτων ἐγώ, καὶ Ἀριστοτέλης ἐκεῖνος, καὶ ὁ σιωπῶν οὗτος Πυθαγόρας, καὶ Διογένης, καὶ ἅπαντες, [d] ὁπόσους διέσυρες ἐν τοῖς λόγοις.

ΛΟΥΚ. Ἀνέπνευσα· οὐ γὰρ ἀποκτενεῖτέ με, [e] εἰ μάθετε ὁποῖος ἐγὼ περὶ ὑμᾶς ἐγενόμην· ὥστε ἀπορρίψατε τοὺς λίθους, μᾶλλον δὲ φυλάττετε. χρήσεσθε γὰρ αὐτοῖς κατὰ τῶν ἀξίων. ΠΛΑΤ. Ληρεῖς. σὲ δὴ χρὴ τήμερον ἀπολωλέναι. καὶ ἤδη γε [f] λάϊνον ἕσσο χιτῶνα κακῶν ἕνεχ' ὅσσα ἔοργας. ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν ὦ ἄριστοι, ὃν ἐχρῆν μόνον ἐξ ἁπάντων ἐπαινεῖν, οἰκεῖόν τε ὑμῖν ὄντα, καὶ εὔνουν, καὶ ὁμογνώμονα, καὶ, εἰ μὴ φορτικὸν εἰπεῖν, κηδεμόνα τῶν ἐπιτηδευμάτων, εὖ ἴστε, ἀποκτενοῦντες; ἢν ἐμὲ ἀποκτείνητε, τοσαῦτα

ſitis, aut quam immedicabilem a me injuriam paſſi ſine ullo remedio mihi iraſcamini, & ſupplicii cauſſa me comprehenderitis. PLAT. Quibus nos injuriis adfeceris, ipſum te, ſcelus, interroga, & praeclaros illos tuos libros, in quibus & Philoſophiae ipſi maledixiſti, & contumelia nos adfeciſti, tamquam in foro vendens praeconio viros ſapientes, &, quod maximum, liberos. Propter haec indignati, contra te ab inferis huc venimus, commeatu brevi a Plutone impetrato, Chryſippus hic, & Epicurus, & ego Plato, & Ariſtoteles ille, & hic tacitus Pythagoras, & Diogenes, & omnes, quos in libris tuis laceraſti.

5. LUC. Reſpiravi. Nec enim interficietis me, ubi cognoveritis, qualem erga vos me praebuerim. Itaque abjicite lapides. quin ſervate potius: utemini enim iis contra dignos. PLAT. Nugaris: hodie enim periiſſe te oportet. Quin *ſaxea adeſt toga tantorum tibi poena malorum.* LUC. Enimvero ſcitote, viri optimi, me ſi interficiatis, quem unum omnium laudare oportebat, familiarem veſtrum & benevolum, & earumdem ſententiarum, & niſi dictu grave eſt, veſtrorum ſtudiorum curatorem quemdam tutoremque, qui tantum pro vobis

a Ἀνήκεστα] Sic Edd. ſed ἀμείλικτα P. & L. & Scholiaſt. b Καλοὺς] Κακοὺς L. c Σου λόγους] Συλλόγους. MS. Angl. P. Edd. nil mutant. d Ὁπόσους] Ὅσους P. nil mutat Fl.. e Εἰ μάθετε] Ἢν μάθητε P. L. In aliis ἂν μάθητε, vel εἰ μάθοιτε. f Λάϊνον] Nihil mutat *H.* & Fl.

63. Ἀμείλικτα] Ἀνήκεστα. *V.*
71. Παραιτησάμενοι] Παραιτεῖν παρακαλεῖν, συγγνώμην αἰτεῖν. *V.*
Ibid. Αἰδωνέα] Αἰδωνέα ἢ * Ὀρφέα. G.

* Ὀρφέα] Illud ἢ Ὀ. ex ſuperioribus huc inſcite intruſum eſt. *M. du S.*

tur Cl. *Graevius* ἀμείλικτα ὀργίζεσθε. Vitio typorum, puto, exhibitum ὀργίζεσθε pro ὀργίζεσθε. *J. J.*

Ibid. Τοῦ διαφυγεῖν] Secutus ſum emendationem Cl. *Jenſii*, quamvis in omnibus libris legeretur τό. Vid. Μιν. c. 2. Confer etiam ἀποκηρ. c. 10. εἰκ. c. 1. & καταπλ. c. 4. *M. du S.*

63. Ἀνήκεστα] Angl. ἀμείλικτα. *J. B.*

Ἀνήκεστα] Procul dubio rectius Mſ. εἴπατέ μοι, οἵτινες ὄντες, ἢ τί πεπονθότες ἀνήκεστον πρὸς ἡμῶν, ἀμείλικτα ὀργίζεσθε· *dicite mihi, qui ſitis, & quid tam atrox a me in vos commiſſum ſit, qui tam implacabiliter irati eſtis:* invenit etiam *Bourdelotius* in Anglicano. Mox excerpta mea, pro vulgato, τοὺς καλοὺς ἐκείνους σου λόγους, aeque ut Anglicanus τοὺς κακοὺς ἐκείνους συλλόγους, quod non erat rejiciendum: *tua illa prava colloquia*: σύλλογος enim apud *Demoſthenem* eſt *colloquium*, & *circulus colloquentium*, ut docuit *Budaeus* ὁ πάνυ. *J. G. G.*

Ἀνήκεστα] *Hom.* Il. Α. 137. — ἀμείλικτον δ' ὄπ' ἄκουσαν. *M. du S.*

66. Καὶ τοὺς καλοὺς] Angl. καὶ τοὺς κακοὺς συλλόγους. Sanior ſcripta lectio cum Ironia. *J. B.*

72. Ἐπι-

bis laboris ſuſceperim. Videte igitur, ne idem faciatis, quod qui nunc ſunt Philoſophi, ingratique, iracundi, & parum officii memores videamini adverſus virum bene de vobis meritum. PLAT. Impudentiam hominis videte! Inſuper gratiam tibi maledicentiae illius cauſſa debemus? usque adeone cum mancipiis te putas diſputare veris? etiamne in beneficio nobis imputabis contumeliam tantam; & ebriam verborum in nos petulantiam?

6. LUC. Ubi ergo vos ego aut quando affeci contumelia? qui ſemper ita vixerim, philoſophiam ut admirarer, & vos ipſos laudibus tollerem, & in libris quos reliquiſtis, verſarer. Haec enim ipſa quae dico, unde alias, quam a vobis ſumens, & apum inſtar delibans flores veſtros, oſtendo hominibus? at illi laudant, & florem unumquemque agnoſcunt, unde & a quo, & quomodo legerim: & verbis quidem me ſectantur propter florum legendorum ſolertiam, re autem ipſa vos & veſtrum illud pratum, qui tales protuleritis, tam varios ſpecie & coloribus; ſi quidem legere illos ſciat aliquis & nectere & concinnare, ne alter ab altero diſſideat. Eſtne igitur, qui his bonis veſtris uſus, male audeat dicere viris bene de ſe meritis, a

[g] ὑπὲρ ὑμῶν πεπονηκότα. ὁρᾶτε γοῦν μὴ [h] τὸ τῶν νῦν φιλοσόφων αὐτὸ ποιῆτε, ἀχάριστοι καὶ ὀργίλοι, καὶ ἀγνώμονες φαινόμενοι πρὸς ἄνδρα εὐεργέτην. ΠΛΑΤ. Ὦ τῆς ἀναισχυντίας. καὶ χάριν σοι τῆς [i] κακηγορίας προσοφείλομεν; [k] οὕτως ἀνδραπόδοις ἀληθῶς οἴει διαλέγεσθαι; ἢ καὶ εὐεργεσίαν καταλογιῇ πρὸς ἡμᾶς ἐπὶ τῇ τοσαύτῃ ὕβρει καὶ παροινίᾳ τῶν λόγων.

ΛΟΥΚ. Ποῦ γὰρ ἐγὼ ὑμᾶς, ἢ πότε ὕβρικα; ὃς ἀεὶ φιλοσοφίαν τε θαυμάζων διατετέλεκα, καὶ ὑμᾶς αὐτοὺς ὑπερεπαινῶν, καὶ τοῖς λόγοις, οὓς [l] καταλελοίπατε ὁμιλῶν; αὐτὰ γοῦν ἃ φημὶ ταῦτα, πόθεν ἄλλοθεν ἢ παρ' ὑμῶν [m] παραλαβών, καὶ κατὰ τὴν μέλιτταν ἀπανθισάμενος, ἐπιδείκνυμαι τοῖς ἀνθρώποις; οἱ δὲ ἐπαινοῦσι, καὶ γνωρίζουσιν ἑκάστου τὸ ἄνθος, ὅθεν, καὶ [n] παρ' ὅτου, καὶ ὅπως ἀνελεξάμην, καὶ λόγῳ μὲν ἐμὲ ζηλοῦσι τῆς ἀνθολογίας· τὸ δὲ ἀληθές, ὑμᾶς, καὶ τὸν λειμῶνα τὸν ὑμέτερον, οἱ τοιαῦτα ἐξηνθήκατε ποικίλα, καὶ πολυειδῆ τὰς βαφάς, εἴ τις ἀναλέξασθαί γε αὐτὰ ἐπίσταιτο, καὶ ἀναπλέξασθαι, καὶ ἁρμόσασθαι, ὡς μὴ ἀπᾴδειν θάτερον θατέρου. ἔσθ' ὅστις οὖν ταῦτα εὖ πεπονθὼς παρ' ὑμῶν, κακῶς ἂν εἰπεῖν ἐπιχειρήσειεν εὐεργέτας ἄνδρας,

g Ὑπὲρ] Περὶ Coll. Vulgatam ſervant *H.* & Fl. *h* Τὸ] Κατὰ τοὺς πόλλους P. Angl. Edd. vulgatam tuentur. *i* Κακηγορίας] Sic *Par. Ald. H. B2.* Fr. *A. S.* Fl. Sed καταγορίας. *J.* & Angl. *k* Οὕτως] Οὗτος S. male. Sed *H.* & Fl. vulgatam ſervant. *l* Καταλελοίπ.] Καταλελείπ. *J.* *m* Παραλαβών] Λαβὼν P. *n* Παρ' ὅτου] Παρά του *Ex. Fl.*

88. Ὑπὲρ ὑμῶν π.] Γρ. αι περὶ *G.*

72. Ἐπίκουρος] Excidiſſe hic Socratis nomen ſupra jam monui. Putabant itaque, aut alicubi inſerendum, aut haec verba Socrati ipſi, non Platoni tribuenda, & legendum hic diſtincte, καὶ Πλάτων, ἐγώ. &c. Sed nunc placet vulgata, καὶ Πλάτων ἐγώ. *Socratis* nomen ex Mſſ. ſolis ubi reponendum ſit, definiri poteſt; neque enim a Platone commiſſum puto, ut magiſtri nomen omiſerit. De Empedocle ſi quis regerat, habeo quod reponam, neque enim princeps ullius Sectae fuit, unde factum, ut hic in plebe philoſophorum facile deliteſcat, non excitandus omnino, niſi ridiculi cauſa, propter Ætnae crateres. *M. du S.*

77. Περὶ ὑμᾶς] Lege, meo periculo, πρὸς ὑμᾶς. Vid. not. ad Τιμ. c. 6. Quamquam apud Xenophontem legatur περὶ ἐμὲ ἄδικος. 154. 7. *M. du S.*

81. Λάϊνον ἕσσο] Iliad. 3. v. 57. *J. B*

Λάϊνον ..] Vid. *Hom.* Il. Γ. 57. *M. du S.*

Λάϊνον] Eandem *Iliadis* Sect. jam indicaverat *Brodaeus* Miſc. p. 2. c. 22. ſed omiſſo, ut ſemper, verſuum numero, *J. F. R*

88. Μὴ τὸ τῶν] Angl. κατὰ τοὺς πόλλους τῶν νῦν φιλοσόφων. *J. B.*

92. Τῆς κακηγορίας] Angl. καταγορίας. *J. B.*

1. Καταλελοίπατε] Ita omnino pro καταλελείπ. cum S. ſcribendum, ut c. 14. ubi recte in omnibus legitur. *M. du S.*

15. Ἀφ'

δρας, ἀφ' ὧν [a] εἶναί τις ἔδοξεν; ἐκτὸς εἰ μὴ κατὰ τὸν Θάμυριν, [b] ἢ τὸν Εὔρυτον εἴη τὸν φύσιν, ὡς ταῖς Μούσαις ἀντᾴδειν, παρ' ὧν εἴληφε τὴν ᾠδὴν, ἢ τῷ Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν, ἐναντία τοξεύων, καὶ ταῦτα, δοτῆρι ὄντι τῆς τοξικῆς.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν ὦ γενναῖε, κατὰ τοὺς ῥήτορας εἴρηταί σοι· ἐναντιώτατον γοῦν ἐστι τῷ πράγματι, καὶ χαλεπωτέραν σου ἐπιδείκνυσι τὴν τόλμαν, εἴγε τῇ ἀδικίᾳ καὶ ἀχαριστία πρόσεστιν, ὃς παρ' ἡμῶν τὰ τοξεύματα ὡς φὴς λαβὼν, καθ' ἡμῶν ἐτόξευες, ἕνα τοῦτον ὑποθέμενος τὸν σκοπὸν, ἅπαντας ἡμᾶς ἀγορεύειν κακῶς· τοιαῦτα παρὰ σοῦ ἀπειλήφαμεν, ἀνθ' ὧν σοι τὸν λειμῶνα ἐκεῖνον ἀναπετάσαντες, οὐκ [c] ἐκωλύομεν δρέπεσθαι, καὶ τὸ προκόλπιον ἐμπλησάμενον ἀπελθεῖν· ὥστε διά γε τοῦτο μάλιστα δίκαιος ἂν εἴης ἀποθανεῖν.

ΛΟΥΚ. Ὁρᾶτε· πρὸς ὀργὴν ἀκούετε, καὶ οὐδὲν τῶν δικαίων προσίεσθε. καίτοι οὐκ ἂν ᾠήθην ποτὲ ὡς ὀργὴ Πλάτωνος, ἢ Χρυσίππου, ἢ Ἀριστοτέλους, ἢ τῶν ἄλλων [d] ὑμῶν καθίκοιτο ἄν. ἀλλά μοι ἐδοκεῖτε μόνοι δὴ, πόρρω εἶναι τοῦ τοιούτου. πλὴν ἀλλὰ μὴ ἀκρι-

quibus hoc habet, ut eſſe aliquis videatur? Niſi forte eo ſit ingenio, quo Thamyris quondam aut Eurytus, ut occinat ipſis Muſis, a quibus canendi artem acceperit, aut cum Apolline contendat, jaculari auſus contra ipſum muneris hujus & artis ſagittandi auctorem.

7. PLAT. Iſta quidem, vir fortis, ex rhetorum arte declamaſti, maxime enim rebus ipſis ſunt contraria, & eo importuniorem oſtendunt audaciam tuam, quandoquidem injuriae huic ingratus etiam animus accedit, qui acceptis a nobis, quod fatere, telis, contra nos jaculatus ſis, hoc uno tibi ſcopo propoſito, de omnibus nobis male uti diceres. Haec a te praemia habemus, quod aperto tibi illo prato noſtro, non prohibuimus, quo minus meteres, & pleno ſinu abires. Itaque vel propter ipſum hoc mori dignus eras.

8. LUC. Videte, irae auſcultatis, neque juſtum quidquam admittitis: quamquam non putabam fieri umquam poſſe, ut ad Platonem, ad Chryſippum, aut Ariſtotelem, aut ad alium quemquam veſtrum ira perveniat; verum ſoli vos ab ejusmodi rebus videbamini eſſe remotiſſimi. Sed

a Εἶναί τις] Ἤδη τις ἔδοξεν. P. Angl. εἰδέναι *Marc.* Edd. vulgatam ſervant. *b* Ἢ τὸν] Ἐκεῖνον pro variante notatur, non vero unde. *c* Ἐκωλύομεν] Ἐκωλύσαμεν P. Angl. Vulgatum ſervant Edd. *d* Ὑμῶν] Ἡμῶν *J.* ὑμῶν recte *H. B2.* Fl.

21. Κατὰ τοὺς ῥήτορας] Ἐπεὶ παραδειγματικῇ κέχρηται τῇ πίστει· αὕτη δὲ μερική. τούτου χάριν ἐστὶ ῥητορική. οἱ γὰρ διαλεκτικοὶ ἀπὸ τοῦ καθόλου τὰς πίστεις περαίνουσι. *G.*

59. Πρὸς ὀργὴν] * Ὀργίλως. *G.*

* Ὀργίλως] In *V.* erat . . . γίλως, unde in Impreſſ. 17. factum eſt ὁ γέλων. Sed *Coll.* unde manaverit error, oſtendunt, in quibus, ἀντὶ τοῦ ὀργίλως eſt, & ὀρ. ita ſcriptum ut litera ρ ſit in media O (Φ). *M. du S.*

15. Ἀφ' ὧν] Angl. ἀφ' ὧν ἤδη τις εἶναι ἐδ. *J. B.*

Ἀφ' ὧν εἶναί τις ἔδοξεν] Ἀφ' ὧν εἰδέναι, & pag. eadem, παρ' ὧν εἴληφε τὴν ᾠδήν. Et illud, δοτῆρι ὄντι τῆς τοξικῆς. *Th. M.*

Ibid. Εἶναί τις ἔδοξεν] Sic iterum noſter in *Sympoſ.* c. 35. οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν σχημάτων. In *N. T. Ep* ad *Gal.* II, 6. ἀπὸ τῶν δοκούντων εἶναί τι. Et *Act.* V, 36. Θευδᾶς λέγων εἶναί τινα ἑαυτόν. Ad quem l. Rever. *Elſner.* etiam ex *Eurip.* Ion. 597. adfert, Ζητῶ τις εἶναι. *J. F. R.*

16. Θάμυριν] Superatus, oculis & lyra privatus eſt. vid. Il. B. 102. . . & *Plut.* 2074. 1. *M. du S.*

Ibid. Εὔρυτον] *Eurytus* artem jaculandi ſagittas ab Apolline accepit, a quo deinde Hercules didicit. *G. C.*

Εὔρυτον] Vid. *Odyſſ.* Θ. 224. Adde *Hyg.* f. 173. & 14. *M. du S.*

18. Ἀπόλλωνι ἐριδαίνειν] *Hom.* Odyſſ. Θ. 224. *M. du S.*

30. Ἐκωλύομεν] Angl. ἐκωλύσαμεν rectius. *J. B.*

33. Πρὸς ὀργὴν] Vid. *L. Bos* ad Ep. ad Rom. p. 98. *T. H.*

47. Φαίνωμαι] Lucianus exigens a Philoſophis, ut aliquis eligatur, qui cauſſae ſuae ſedeat judex, & vel omnes, vel unus ex eorum turba ſe accuſet, ait, Ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κᾆτα εἰ μέν τι ἀδικῶν φαίνωμαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. Poſcitur omnino φαίνωμαι, idque praecipue ob ſequens γνῷ. *Ego vero adverſus cri-*

Sed quidquid ſit, certe non indemnatum, viri admirabiles, nec ante judicium me occideritis. Veſtrum enim quoque hoc fuerit, non vi, nec prout quis robuſtior eſt, rem gerere, ſed jure lites dirimi, redditis invicem auditisque rationibus. Itaque judice capto accuſate me vos aut ſimul omnes, aut quemcunque pro univerſis dicturum ſuffragiis veſtris elegeritis: ego vero criminibus reſpondebo. Si deinde pareat, me feciſſe injuriam, idque de me ſtatuerit judicium, ſuſtinebo nimirum juſtam poenam, vos vero nihil per vim audebitis. Si vero, cognitione facta, purus vobis & reprehenſione indignus inveniar, abſolvent me ſcilicet judices, vos vero in eos iram vertetis, qui deceperunt vos, & contra nos incitarunt.

τόν γε ὦ θαυμάσιοι, μηδὲ πρὸ δίκης ἀποκτείνητέ με. ὑμέτερον γοῦν καὶ τοῦτο ἦν, μὴ βίᾳ, μηδὲ κατὰ τὸ ἰσχυρότερον πολιτεύεσθαι, δίκῃ δὲ τὰ διάφορα [e] διαλύεσθαι διδόντας λόγους, καὶ δεχομένους ἐν τῷ μέρει· ὥστε δικαστὴν ἑλόμενοι κατηγορήσατέ μου ὑμεῖς ἢ ἅμα πάντες, ἢ ὅν τινα ἂν χειροτονήσητε ὑπὲρ ἁπάντων. ἐγὼ δὲ ἀπολογήσομαι πρὸς τὰ ἐγκλήματα. κάτα [f] εἰ μέν τι ἀδικῶν [g] φαίνωμαι, καὶ τοῦτο περὶ ἐμοῦ γνῷ τὸ δικαστήριον, ὑφέξω δηλαδὴ τὴν ἀξίαν. ὑμεῖς δὲ βίαιον οὐδὲν τολμήσετε. ἢν δὲ τὰς εὐθύνας ὑποσχὼν, καθαρὸς ὑμῖν καὶ ἀνεπίληπτος εὑρίσκωμαι, ἀφήσουσι [h] μὲν οἱ δικασταί· ὑμεῖς δὲ, εἰς τοὺς ἐξαπατήσαντας ὑμᾶς καὶ παροξύναντας καθ' ἡμῶν τὴν ὀργὴν τρέψετε.

9. PLAT. Hoc vero illud fuerit, *Equum in campum*, ut tu impulſis in fraudem judicibus abeas. Ajunt enim te rhetorem eſſe & cauſidicum & verſutum in dicendo veteratorem. Quem vero judicem vis fieri, quem tu non muneribus corruptum, ut multa injuſte facitis, inducas, ut ſecundum te ferat ſententiam. LUC. Hac quidem cura vos libero: ſuſpectum

ΠΛΑΤ. Τοῦτο ἐκεῖνο, ἐς πεδίον τὸν ἵππον, ὡς παρακρουσάμενος τοὺς δικαστὰς, ἀπέλθοις. φασὶ γοῦν ῥήτορά σε, καὶ δικανικόν τινα εἶναι, καὶ πανοῦργον ἐν τοῖς λόγοις. τίνα δὲ καὶ δικαστὴν ἐθέλεις γενέσθαι, ὅν τινα μὴ σὺ δωροδοκήσας, οἷα πολλὰ ποιεῖτε ἄδικα, πείσεις ὑπὲρ σοῦ ψηφίσασθαι; ΛΟΥΚ. Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα· οὐδένα τοιοῦτον διαιτη-

την

e Διαλύεσθαι] Λύεσθαι ex Fl. Vulgatam tuetur *P.* *f* Εἰ μὲν] Ἢν P. εἰ μὲν. Fl. *g* Φαίνωμαι] Sic P. *B2.* & *Jenſ.* Reliqui vitioſe, φαίνομαι olim ediderant. *h* Μὲν] Με Angl. Rel. Edd. μέν.

55. Ἐς πεδίον τὸν ἵππον] Ἐς πεδίον τὸν ἵππον, * παροιμία ἐπὶ τῶν, ὁπηνίκα ἀποχεῖαν καὶ ἄνεσιν. τόδε ἐστὶ μέγα καὶ πρὸς ἐπίδειξιν συντεῖνον τῆς τοῦ ἐπιζητοῦντος δυνάμεως, τί καταλληλότερον † ἵππος πεδίῳ, πρὸς τὸ τὴν οἰκείαν ἐπιδείξασθαι ἀρετήν· ‡ παράλληλαι ταύτῃ τῇ § παροιμίᾳ καὶ ταῦται, ¶ ὕδωρ βατράχῳ στέαρ γαλῇ, καὶ Λυδῷ πράγματα. *V.*

56. Παρακρουσάμενος] Ἐξαπατήσας. *V.*

* Παροιμ.] Hanc enarrationem non agnoſcunt *C.*
† Ἵππος] Ἵππου legebatur, ſed *Du Soul* ου in ος mutavit.
‡ Παράλληλαι] Ita manu ſua correxit *M. du S.*, cum in impreſſo *Graev.* legeretur παράλληλοι. Quod tamen credo ſe eadem ratione tueri poſſe, qua Attici compoſita ac derivata in ος & ως communiter accipiunt. *J. F. R.*
§ Παροιμ.] Secundum hoc Prov. in *C.* reperitur; in *V.* deſiderabatur.
¶ Βατράχῳ] Verba duo ſequentia στέαρ γαλῇ, in Impr. omiſſa addidit. *M. du S.*

crimina me defendam; denique ſi qua in re viſus fuero injurius, idque de me judices ſtatuerint, meritas videlicet poenas dabo. *J. J.*

52. Ἀφήσουσι μὲν] Scribe, ut in Angl. C. ἀφήσουσί με· & ſic Interpres. *J. B.*

55. Ἐς πεδίον τὸν ἵππον] [Prov. *Plato* in Theaet. ἵππον εἰς πεδίον προκαλεῖς, Σωκράτην εἰς λόγους.] *A. V.*

Ἐς πεδίον τὸν ἵππον] Vid. & *Brodaeum*, qui Euſtathium affert hoc enodantem. *Theſ. Cr.* II. 501. *M. du S.*

Ἐς πεδίον τὸν ἵππον] Remittit *Soulius* ad *Brodaeum*. Ecce igitur hujus verba, ex Miſcel. *P.* 2. c. 22. Hoc eſt, quod dici ſolet: *Equum in planitiem*. Eraſm. in Adag. *Eq. in pl.* quod ita enodat *Euſtathius*: Ἵππος εἰς πεδίον, ἀντὶ τοῦ, εἰς πεδιάδα οἱ ἱππόται χρήσιμοι, ἐάν τις ᾖ ἐπὶ ἰδίως ἵππου νοήσῃ, ἐξεφαυλίζετο παρὰ τοῖς σοφοῖς, καὶ αὐτὸς, καὶ σολοικίζειν κατὰ νοῦν ἐλέγετο. *J. F. R.*

62. Θαῤῥεῖτε] Lucianus itaque ubi poſtulaſſet aliquem ſibi dari judicem, cui cauſam ſuam, ſi poſſet,

τὴν ὕποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι, καὶ ὅστις ἀποδώσεταί μοι τὴν ψῆφον ὁρᾶτε γοῦν, τὴν Φιλοσοφίαν αὐτὴν μεθ' ὑμῶν ποιοῦμαι δικάστριαν ἔγωγε. ΠΛΑΤ. Καὶ τίς ἂν κατηγορήσειεν, εἴγε ἡμεῖς δικάσομεν; ΛΟΥΚ. Οἱ αὐτοὶ κατηγορεῖτε, καὶ δικάζετε· οὐδὲν οὐδὲ τοῦτο δέδια. τοσοῦτον ὑπερφέρω τοῖς δικαίοις, καὶ ἐκ περιουσίας ἀπολογήσασθαι ὑπολαμβάνω.

ΠΛΑΤ. Τί ποιοῦμεν ὦ Πυθαγόρα, καὶ Σώκρατες; ἔοικε γὰρ ἀνὴρ οὐκ ἄλογα προκαλεῖσθαι, δικάζεσθαι ἀξιῶν. ΣΩΚ. Τί δὲ ἄλλο, ἢ βαδίζωμεν ἐπὶ τὸ δικαστήριον, καὶ τὴν Φιλοσοφίαν παραλαβόντες, ἀκούσωμεν ὅ, τι καὶ ἀπολογήσεται. τὸ πρὸ [a] δίκης γὰρ οὐχ ἡμέτερον, ἀλλὰ δεινῶς ἰδιωτικὸν, ὀργίλων τινῶν ἀνθρώπων, καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ τιθεμένων. [b] παρέξομεν γοῦν ἀφορμὰς τοῖς κακηγορεῖν ἐθέλουσι, καταλεύσαντες ἄνδρα μηδὲ ἀπολογησάμενον ὑπὲρ ἑαυτοῦ. καὶ ταῦτα, δικαιοσύνῃ χαίρειν αὐτοὶ λέγοντες. ἢ τί ἂν εἴποιμεν Ἀνύτου καὶ [c] Μελίτου πέρι, τῶν ἐμοῦ κατηγορησάντων, ἢ τῶν τότε δικαστῶν, εἰ οὗτος τεθνή-

id genus judicem, aut ambiguum, quique calculum mihi ſuum vendat, eſſe velim neminem. Videte enim, ipſam vobiscum Philoſophiam judicem vobis ipſe fero. PLAT. Quis igitur accuſet, ſiquidem nos judicaturi ſumus. LUC. Vos iidem & accuſate & judicate. Neque hoc quidquam metuo; tantum juſtitia cauſſae ſupero, & ex abundanti cauſſam me dicturum confido.

10. PLAT. Quid agimus, Pythagora & Socrates? videtur enim vir non praeter rationem provocare, dum judicari poſtulat. SOCR. Quid vero aliud, quam eamus ad tribunal, & adſumta Philoſophia audiamus, quid cauſae dicturus ſit. Indicta enim cauſſa damnare noſtrum non eſt, ſed valde idioticum, iracundorum hominum, & jus in manu ponentium. Praebebimus enim occaſiones volentibus male de nobis dicere, ſi indicta cauſſa virum lapidemus, idque homines gaudere nos juſtitia profeſſi, aut de Anyto ac Melito quid dicemus, meis accuſatoribus, aut de his, qui tum erant judices, ſi hic ne aqua quidem

dem

a Δίκης γὰρ] Poſthaec verba τιμωρήσασθαι inſerit *Pell.* *b* Παρέξομεν] Παρέξωμεν. *J.* Sed vulgatam tuentur reliquae. *c* Μελίτου] Sic *H. B2.* Fl. recte. alio loco Μέλητος mendoſe ſcribitur, uti in Δημ. c. 11.

77. Τὸ πρὸ δίκης γὰρ] Προσυπακουστέον καταψηφίζεσθαι. *V.*

79. Καὶ τὸ δίκαιον ἐν τῇ χειρὶ] Ἐν τῷ βιάζεσθαι, ἐν τῇ δυνάμει. *V.*

81. Καταλεύσαντες] * Λιθοβολήσαντες. *V.*

* Λιθοβολήσαντες] Λιθοβολεύσαντες. V. *M. du S.*

probaret, Plato totam hanc judicis poſtulationem ſuſpectam facit, aitque Lucianum in cauſis judicialibus verſatiſſimum ſimul & verſutiſſimum, aptum ſatis eſſe circumſcribendo & corrumpendo, quicumque ipſi daretur, judici. Ad id reſpondet Λυκῖνος· Θαῤῥεῖτε. τούτου γε ἕνεκα, οὐδένα τοιοῦτον διαιτητὴν ὕποπτον, ἢ ἀμφίβολον ἀξιώσαιμ' ἂν γενέσθαι. Et hic locus prava interpunctione peſſime habitus; & nihilo melior, ad mentem auctoris, oriri potuit interpretatio. Sic autem diſtingue, Θαῤῥεῖτε τουτου γε ἕνεκα. οὐδένα τοιοῦτον, &c. Secus illud τούτου γε ἕνεκα fuit ab Θαῤῥεῖτε divulſum, & ſequentibus adjectum. Vult enim Auctor, *De eo quidem ne eſtote ſolliciti. Neminem ego talem conſtitui mihi poſtulare judicem, qui ſit ſuſpectus vel anceps.* Plane uti nos hanc lectionem diſpoſuimus, deprehendimus poſtea haberi in editione Florentina, niſi quod illic particula γε, quam aliae editiones recte ſervant, eſt omiſſa. Mira profecto Interpretis prioris ſocordia, ut qui loquendi formulam aliquoties ab Noſtro alibi uſurpatam, non melius obſervarit, ut eam hoc in loco depravatam, integritati ſuae reddere non potuerit. Jam ſupra in Deor. dialogis p. 265. §. 15. Θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα. παῖδε γάρ μοι ἐστὸν δύω καλώ. *Ne ſis de hoc quidem ſollicitus: ſunt enim mihi duo pulchri filii.* Infra quoque in Cataplo c. 8. Μεγαπένθης. Ἀπολεῖται οὖν χρυσὸς τοσοῦτος; Κλωθώ. οὐκ ἀπολεῖται. Θάῤῥει τούτου γε ἕνεκα. Pro Imaginib. c. 16. Θάῤῥει ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας. *Ne ſis, mi Lucine, magnopere de hoc ſollicitus; quippe qui non futilem me defenſionis tuae habiturus ſis actorem.* De morte Peregrini c. 26. Ἀλλὰ θαῤῥεῖτω τούτου γε ἕνεκα. ἐγὼ

γὰρ

dem attributa (*& clepſydra*) moriatur? PLAT. Optime mones, Socrates. Itaque abeamus ad Philoſophiam. illa judicet, & nos ſententia illius ſtabimus.

11. LUC. Euge viri ſapientiſſimi, meliora iſta & magis legitima. Verum lapides ſervate, uti dixi, opus enim paullo poſt illis erit apud tribunal. Ubi vero Philoſophiam inveniat aliquis? nec enim ubi habitet, novi, quamquam longo tempore oberravi domo ejus quaerenda, ut illius conſuetudine uterer. Deinde cum inciderem in quoſdam palliolis amictos, & prolixas barbas ſubmittentes, qui ab illa ſe venire dicerent, putans hos ſcire, interrogabam. At illi, qui multo quam ego magis ignorarunt, aut plane non reſpondere mihi, ne ignorantiae ſuae convincerentur, aut aliam pro alia januam mihi demonſtrare. Itaque ad hodiernum diem nondum invenire domum potui.

12. Saepe vero vel mea conjectura, vel aliquo deducente ad januas quaſdam delatus ſum, firma cum ſpe tandem aliquando me inveniſſe, idque colligebam ex multitudine

ζεται, [d] μηδὲ τοπαράπαν ὕδατος μεταλαβών; ΠΛΑΤ. Ἄριστα παραινεῖς ὦ Σώκρατες· ὥστε ἀπίωμεν ἐπὶ τὴν Φιλοσοφίαν. ἡ δὲ, δικασάτω, καὶ ἡμεῖς ἀγαπήσομεν οἷς ἂν ἐκείνη διαγνῷ.

ΛΟΥΚ. Εὖγε ὦ σοφώτατοι, ἀμείνω ταῦτα, καὶ νομιμώτερα. τοὺς μέντοι λίθους φυλάττετε ὡς ἔφην. δεήσει γὰρ αὐτῶν μικρὸν ὕστερον ἐν τῷ δικαστηρίῳ. ποῦ δὲ τὴν Φιλοσοφίαν εὕροι τις ἄν; οὐ γὰρ οἶδα ἔνθα οἰκεῖ. καίτοι πάνυ πολὺν ἐπλανήθην χρόνον ἀναζητῶν τὴν οἰκίαν, ὡς ξυγγενοίμην αὐτῇ. εἶτα ἐντυγχάνων ἄν τισι τριβώνια περιβεβλημένοις, καὶ πώγωνας βαθεῖς καθειμένοις, παρ' αὐτῆς ἐκείνης ἥκειν φάσκουσιν, οἰόμενος εἰδέναι αὐτοὺς, ἀνηρώτων. οἱ δὲ πολὺ μᾶλλον ἐμοῦ ἀγνοοῦντες, ἢ οὐδ' ὅλως ἀπεκρίνοντό μοι, ὡς μὴ ἐλέγχοιντο οὐκ εἰδότες, ἢ ἄλλην θύραν ἀντ' ἄλλης ἀπεδείκνυον. οὐδέπω γοῦν [e] καὶ τήμερον ἐξευρεῖν δεδύνημαι τὴν οἰκίαν.

Πολλάκις δὲ αὐτὸς εἰκάσας, ἢ ξεναγήσαντός τινος; ἧκον ἂν ἐπί τινας θύρας, βεβαίως ἐλπίσας τότε γοῦν εὑρηκέναι· τεκμαιρόμενος τῷ πλήθει τῶν ἐσιόντων τε καὶ ἐξιόν-

d Μηδὲ] Μὴ δὲ *J. S.* μηδὲ *Bz.* & *P.* &c. e Καὶ τήμερον] Sic etiam *H. F.* Fl. & *P.*

86. Ὕδατος μεταλαβών] † Ἰστέον ὅτι οἱ ‡ Ἀθήνησι δικασταὶ ἐπέχειν βουλόμενοι τὰς ἀπεράντους φλυαρίας τῶν ῥητόρων, ὑδρίας ὕδατος ἐπλήρουν, καὶ διά τινος διατρήματος § παρεῖχον τῷ ὕδατι ἔκροιαν καὶ ἐν ἀρχῇ τῆς ἀφέσεως τοῦ ¶ κρουνίσκου ἐκέλευον τὸν ῥήτορα λέγειν, ἄχρις ἂν τὸ πᾶν ** ἐκρυῇ· ἅτε δὴ οὖν πρὸς τὸ μέτρον τοῦ ὕδατος τὸν λόγον ποιούμενοι, †† συνέτεμνον καὶ ἄκοντες τὴν δημηγορίαν· ὅθεν παροιμία, μὴ λέγε ἐν τῷ ἐμῷ ὕδατι.

Ὕδατος] Τοῦ δικαστικοῦ ὕδατος πρὸς ὃ τοὺς λόγους οἱ δικαζόμενοι ἐποιοῦντο. G.

† Ἰστέον] Huic ſimile ſcholion, iiſdemque paene conceptum verbis occurrit p. 16. Eundem etiam conſenſum alibi obſervare eſt, quo fit, ut credam duos hoſce ſcriptores multa ex eodem fonte hauſiſſe. *J. C.*

‡ Ἀθήνησι] Οἱ ἐν Ἀθήνησι legitur in V. male. *M. du S.*

§ Παρεῖχον] Παρήκων. V. *M. du S.*

¶ Κρουνίσκου] Ita in margine correxit *M. du Soul*: cum antea legeretur κρατηρίσκου. Recte quidem ſe habet correctio, ſed vellem addidiſſet, qua auctoritate facta ſit, quum altera lectio non tamen fuerit plane abſurda. *J. F. R.*

** Ἐκρυῇ] Ἐκροῖ legebatur in *Impr.* quod rurſus mutavit manus *Soulii*. Sed quum ſaepiſſime in marg. teſtetur, ſe ita ex collatione MS. *C.* & *V.* correxiſſe, etiam reliqua pleraque inde eum hauſiſſe credo. *J. F. R.*

†† Συνέτεμνον] Ἐνέτεμνον legebatur, noſter vero *Du Soul* adjecerat συν. Ita ut legere poſſis συνενέτεμνον vel συνέτεμνον; ſed poſterius eum voluiſſe, facile eſt conjicere, & iterum occurrit in Schol. ad c. 28. hujus dialogi. *J. F. R.*

γὰρ διομοσαίμην ἄν, &c. *J. J.*

Θαῤῥεῖτε τούτου γε ἕνεκα] Sic exhibui, ut cl. *Jenſius* juſſit, pravam interpunctionem tollendo. *J. F. R.*

70. Ἐκ περιουσίας] Adleverat orae *Ed. Graevii* clariſſ. *Hemſterhuſius*, *Dukerum* conſulendum ad Thucyd. VIII. p. 332. Sed eſt p. 532. n. 37. ubi ἐκ τοῦ περιόντος, & ἀπὸ περιουσίας, *ex abundanti*, ſive, *plus quam opus eſt*, ex Thucyd. adfertur, & haec Luciani verba eodem modo exponuntur. *J. F. R.*

79. Ἐν τῇ χειρί] In ferro & armis. *J. Br.*

86. Ὕδατος] *Aquam alicui fundere*, eſt ei locum dare dicendi & cauſam ſuam agendi, ad aquae enim menſuram certam oratores dicebant & clepſydram. *A. V.*

98. Παρ' αὐτῆς] Male olim vertebatur: *ad ipſam*. Vid. *L. Bos*, Obſ. crit. p. 50. *J. F. R.*

ἐξιόντων ἁπάντων σκυθρωπῶν, καὶ τὰ σχήματα εὐσταλῶν, καὶ φροντιστικῶν τὴν πρόσοψιν. μετὰ τούτων οὖν ξυμπαραβυσθεὶς, καὶ αὐτὸς ἐσῆλθον ἄν· εἶτα ἑώρων γύναιόν τι οὐχ ἁπλοϊκὸν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἐς τὸ [a] ἀφελὲς καὶ ἀκόσμητον ἑαυτὴν ἐπερρύθμιζεν, ἀλλὰ κατεφάνη μοι αὐτίκα οὐδὲ τὸ ἄφετον δοκεῖν τῆς κόμης ἀκαλλώπιστον ἐῶσα, οὐδὲ τοῦ ἱματίου τὴν ἀναβολὴν ἀνεπιτηδεύτως περιστέλλουσα. πρόδηλος δὲ ἦν κοσμουμένη αὐτοῖς καὶ πρὸς εὐπρέπειαν τῷ ἀθεραπεύτῳ δοκοῦντι προσχρωμένη. ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον, [b] καὶ φῦκος, καὶ τὰ [c] ῥήματα πάνυ ἑταιρικά. καὶ ἐπαινουμένη ὑπὸ τῶν ἐραστῶν [d] ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε. καὶ εἰ δοίη τις, προχείρως ἐδέχετο. καὶ τοὺς πλουσιωτέρους ἂν [e] παρακαθισαμένη πλη-

intrantium & exeuntium, qui ſeveri omnes viderentur, habitu compoſito, & vultu acriorem cogitationem prae ſe ferente. Cum his igitur clanculum me inſerciens & ipſe intrabam. Deinde vidi mulierculam minime candidam, quantumvis ad ſimplicitatem quamdam cultus expertem ſe concinnaret. Sed mox mihi apparuit ſcilicet, eam neque comas, quas negligenter ſolutas videri volebat, inornatas reliquiſſe, neque veſtis amictum ſine adfectatione compoſuiſſe. Manifeſto autem iis ſe rebus exornaverat, & ad decentiam, aſſimilato illo cultus neglectu, uſa fuerat. Sublucebat vero etiam aliquantum ceruſſae & fuci; verbaque omnino meretricia; laudarique ſe ab amatoribus pulchritudinis nomine gaudebat, &, ſi quis quid daret, accipiebat cupide, & cum ditioribus prope adſideret, pau-

a Ἀφελὲς] Ἀσφαλὲς vulgo edebatur in editt. novis & antiqq. Sed ἀφελὲς recte P. L. & *J*. Et recte conjecit *Graevius*. *b* Καὶ φῦκος] Deeſt in Fl. Habent autem *H*. & P. *c* Ῥήματα] *Gronov*. χρώματα. *Pell*. ῥύμματα. Sed nihil mutant Edd. *d* Ἐς τὸ] Articulus τὸ abeſt a Fl. Nihil mutat *H. P.* *e* Παρακαθισαμένη] Παρακαθιζομένη Fl. Sed cum vulgata facit *H. P.*

18. Ἀναβολὴν] Περιβολήν. *G.*

20. Ἀθεραπεύτῳ] Παντελῶς καταπεφρονημένῳ. *V.*

12. Ξυμπαραβησθεὶς] Emenda ξυμπαραβυσθεὶς. *J. Brod.* in Miſc. *P.* 2. c. 22. Sed ſic jam habuere Editt. *P. S.* &c. In qua igitur malam lectionem — βησθεὶς vult corrigi? In *Junt.* credo, ubi ſic editum fuiſſe, ſed manu *Soulii* correctum videtur, qui tamen nullam in ceteris variationem hic notavit. *J. F. R.*

14. Ἐς τὸ ἀσφαλὲς] Vertunt: *ibi mulierem quandam vidi non carentem fuco, etſi in modum quam maxime oportunum & incomtum ſe aptabat.* Eſtne τὸ ἀσφαλὲς *in modum quam maxime oportunum?* Hoc credant, qui nondum aere lavantur. Legendum, ἐς τὸ ἀφελὲς καὶ ἀκόσμητον, & verte: *Ibi mulierem quandam vidi non ſimplicem, etſi ſe compoſuiſſet, ut videretur maxime infucata, & inculta.* In aliis quoque locis hoc vocabulum ἀφελὲς, quod frequentius in *Luciano* reperitur, corruptum eſt in ἀσφαλὲς, uti videbimus. Mox addit, cum mulier illa forte invita nudaretur, ſe vidiſſe in illa περιδέραια χρυσᾶ τῶν κλοιῶν παχύτερα, *torques aureos boiis craſſiores.* Sic enim & codex Anglicanus, & mea excerpta, longe ἐμφατικωτέρως, quam quod in editis circumfertur, τῶν ἐγχέλεων παχύτερα. Sunt enim τὰ κλοῖα & ὁ κλοιὸς vincula ſive ferrea, ſive alius materiae craſſiora, quibus & captorum colla, manus, pedes vinciuntur, ut & quibus canes mordaces coërcentur. Xenoph. II. Ἑλλην. οἵγε ὥσπερ τοὺς δάκνοντας κλοιῷ δήσαντες παραδιδόασιν, οὕτω κἀκεῖνοι ὑμᾶς παραδόντες τῷ ἠδικημένῳ τούτῳ δήμῳ οἴχονται ἀπιόντες. *Sicut qui mordent catena vinciendos tradunt, ita illi* (Lacedaemonii) *vos poſtquam tradiderunt populo iſti injuria affecto tradiderunt.* Apud *Euſebium* Hiſt. Eccleſ. V, 32. vinculum ferreum, quo martyrum colla vinciebant, dicitur κλοιὸς σιδηροῦς. *Prudentio* eſt *boia*. *Colla boiis impedit.* *J. G. G.*

Ibid. Ἀφελὲς] Sic omnino legendum, praeeuntibus *Codd.* MSS. P. L. & Ed. *J*. Quod enim in reliquis eſt ἀσφαλὲς, ferri nulla ratione poteſt. *M. du S.*

Ἀφελὲς] Legendum omnino, quod jam vidit *Graevius*, ἀφελές. *J. M. G.*

21. Ὑπεφαίνετο δέ τι καὶ ψιμύθιον καὶ φῦκος καὶ τὰ ῥήματα πάνυ ἑταιρικὰ] Abſit ut credamus id poſterius factum, aut *Lucianum* velle innuere. Immo nihil verba meretricia ad praecedentia: & quid ad verbum in initio poſitum? Puto ſcripſiſſe καὶ τὰ χρώματα ut in Dearum judicio, μηδ᾽ οὕτω κεκαλλωπισμένην, μηδὲ τοσαῦτα ἐντετριμμένην χρώματα, καθάπερ ὡς ἀληθῶς ἑταίραν τινα. *J. G.*

Ibid. Ψιμύθιον καὶ φῦκος] *Bened.* vertit, *creta & fucus.* Sed, *ceruſſa & fucus* rectius Ill. *Spanh.* obſ. ad *Callim.* p. 446. f. Ubi plura de meretriciis his coloribus. *J. F. R.*

22. Ἐς τὸ κάλλος ἔχαιρε] Vertebatur olim: *admodum*

pauperes amatorum ſuorum ne reſpiciebat quidem. Saepe vero etiam ſi imprudens nudaretur, videbam monilia illius aurea anguillis craſſiora. Haec videns mea per veſtigia mox receſſi, miſeratus nempe infelices illos, qui ſe ab illa non naſo quidem, ſed barba duci paterentur, & Ixionis exemplo, inanem ſpeciem amplecterentur pro Junone.

13. PLAT. Illud quidem recte, neque enim in propatulo janua, neque nota omnibus. Caeterum ne opus quidem eſt domum ad illam ire. Hic enim illam in Ceramico operiemur, mox huc venturam in reditu ab academia, ut in Poecile inambulet, quod facere ſolet quotidie. Quin jam

σίον, τοὺς πένητας τῶν ἐραστῶν οὐδὲ προσέβλεπε. πολλάκις δὲ καὶ γυμνωθείσης αὐτῆς κατὰ τὸ ἀκούσιον, ἑώρων περιδέραια χρυσᾶ, τῶν [f] ἐγχέλεων παχύτερα. ταῦτα ἰδὼν ἐπὶ πόδας [g] αὖ εὐθὺς ἀνέστρεφον, οἰκτείρας δηλαδὴ τοὺς κακοδαίμονας ἐκείνους ἑλκομένους πρὸς αὐτῆς, οὐ τῆς ῥινός, ἀλλὰ τοῦ πώγωνος, καὶ κατὰ τὸν Ἰξίονα, εἰδώλῳ ἀντὶ τῆς Ἥρας ξυνόντας.

ΠΛΑΤ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας· οὐ γὰρ πρόδηλος οὐδὲ πᾶσι γνώριμος ἡ θύρα· πλὴν ἀλλ᾽ οὐδὲν δεήσει βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν· ἐνταῦθα γὰρ ἐν Κεραμεικῷ ὑπομενοῦμεν αὐτήν· ἡ δὲ ἤδη που ἀφίξεται, [h] ἐπανιοῦσα ἐξ Ἀκαδημίας, ὡς περιπατήσειε καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ. τοῦτο γὰρ ὁσημέραι ἔθος ποιεῖν αὐτῇ· μᾶλλον δὲ

f Ἐγχέλεων] Κλοιῶν A. G. P. L. Edd. ἐγχέλεων. *g* Αὖ] Ἦν *J.* Sed αὖ P. L. Et Edd. antiq. omnes. *h* Ἐπανιοῦσα] Ἀνιοῦσα Fl. vulgatam ſervant *H.* P.

29. Ἐγχελέων] Κλοιῶν. *G.*

33. Ἰξίονα] Nota hiſtoria quemadmodum Ixion cum Junonis ſimulacro ſeu nebula concubuerit, unde orti Centauri, dicti ſic παρὰ τὸ τὴν αὔραν κεντεῖν. *G.*

37. Ἐν Κεραμεικῷ] Ἀπὸ τοῦ κεραμεὺς κεραμέως γενικῆς, γίνεται κεραμεϊκὸς ἐν συναιρέσει κεραμεικός. *V.*

39. Ἐν τῇ Ποικίλῃ] Ἡ Ποικίλη στοὰ ἦν παρ᾽ * Ἀθηναίοις· ἐκαλεῖτο δὲ οὕτως ἐκ τῆς ποικίλης ἐν αὐτῇ ζωγραφίας. *V.*

* Ἀθηναίοις] Ἀθηναίων legebatur in *Impr.* ſed ων in οις mutaverat noſter *du Soul*; ideo ſic dedi, quia recte emendavit. *J. F. R.*

dum gaudebat; ſed rectius Cl. *Geſn.* vertit: *pulcritudinis nomine*; ideoque ego comma poſt ἐραστῶν ſuſtuli, & poſt κάλλος poſui, ut nexus fiat, ἐπαινουμένη ἐς τὸ κάλλος, ἔχαιρε. *laudata propter pulcritudinem, gaudebat.* Sic pro Imag. c. 23. V. *L. Bos* Obſ. cr. p. 50. Sic εἰς pro propter etiam *Ael.* V. H. XIV. 9. Ξενοκράτης . . ὑπὸ τοῦ Πλάτωνος εἰς τὸ ἄχαρι σκωπτόμενος. *Xenocrates quum a Platone ob ruſticitatem derideretur.* Quia autem τὸ κάλλος, docente *Heſych.* & *Euſtath.* etiam ſignif. *unguentum Veneris*, neſcio num ſimul ex joco ambiguo huc alludat. *J. F. R.*

26. Οὐδὲ προσέβλεπε] Id quod meretrices Corinthiacæ facere conſueverant: vid. Comicum in Plut. v. 149. & Schol. ibid. *L. BOS.*

29. Ἐγχέλεων] Angl. κλοιῶν. *J. B.*

Ἐγχέλεων] Κλοιῶν quidam Codices, (ut in *variantibus* notatum) confer. Ἀπ. μισθ. c. 1. *Eurip.* Κυκ. 183. de torque Paridis. *M. du S.*

Ἐγχέλεων] Retinendum puto, quia ratio reddi poteſt, cur κλοιῶν ſubſtitueret aliquis, qui non intelligeret, quid *anguillae* ſibi hic vellent, de *anguilla* ſubſtituenda *boiis*, neſcio an aliquis cogitare facile potuerit. Tum torques anguillarum figura decet non minus, quam muraenarum, unde dictas *muraenulas* torquium quoddam genus, conſtat, vid. Scheff. de torqu. p. 12. *J. M. G.*

Ἐγχέλεων] Etiam in Juntina clariſſ. *du Soul* deleverat ἐγχέλεων, & κλοιῶν correxerat, ac videtur voluiſſe in textum recipere. Sed rectius clariſſ. *Geſnerus* vulgatam ſervavit, cui addo, nihil inde confici, quod in *Apolog. pro merced. conduct.* c. 1. iterum vocabulum κλοιῶν occurrat, illic enim nec luſus idem, nec comparativus praecedit, ut hic. *J. F. R.*

32. Τῆς ῥινὸς] Eadem locutio occurrebat ſupra Deor. Dial. §. 3. *J. F. R.*

33. Ἰξίονα] Vid. *Hom.* Il. Ξ. 317. Conf. Deor. Dial. Dial. VI. *M. du S.*

36. Βαδίζειν ἐπὶ τὴν οἰκίαν] Subindicat vafer ſcurra, Platonem quoque non ſatis familiarem fuiſſe Philoſophiae & veritati. *J. M. G.*

37. Ἐν Κεραμεικῷ] De his omnibus locus dicendi ad *Pauſan.* *J. B.*

Ἐν Κεραμεικῷ] Gloſſa edit. Pariſ. „ *Ceramicus*, locus Athenis, ubi, qui in bello ceciderant, ſepeliebantur: a varietate picturarum *poecilus* dicta porticus: nam ibi bella varia, quae Athenienſes adverſus hoſtes geſſerant, depicta erant. meminit Pauſanias. *J. F. R.*

39. Ποικίλῃ] A pictura Polygnoti ſic dicta porticus, v. *Corn. Nep.* I. Miltiad. c. 6. & *Diog. Laert.* in *Zen.* p. 165. C. *M. du S.*

 41. Πρό-

δὲ ἤδη ᵃ προσέεισιν. ὁρᾷς τὴν κόσμιον τὴν ἀπὸ τοῦ σχήματος, τὴν προσηνῆ τὸ βλέμμα, τὴν ἐπὶ συννοίᾳ ἠρέμα βαδίζουσαν; ΛΟΥΚ. Πολ-

accedit. Viden' illam decenti habitu, adſpectu propitio; quae cogitabunda placide incedit. LUC. Multas video ſimiles

a Πρόσεισιν] Προσέρχεται P. *Angl.* Nihil mutant Edd.

42. Προσηνῆ] Πρᾶον. *V.*

41. Πρόσεισιν] Angl. προσέρχεται. *J. B.*
43. Ἠρέμα] *Compoſite.* *J. B.*
45. Καὶ μία πάντων] Fingitur Philoſophia more ſolito in porticum Poecilen procedens, non ſola, ſed aliquot comitibus ſtipata, Virtute nempe, Juſtitia, Veritate, & aliis, quae mox nominantur. Ita tamen Philoſophia huic turbae memoratur immixta, ut, quamvis omnes eſſent inter ſe admodum ſimiles, nihilominus Philoſophia dignoſci potuerit. Πολλὰς ὁμοίας ὁρῶ, inquit Λυκῖνος, τό γε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν, καίτοι μία πάντων φιλοσοφία ἐν αὐταῖς. Non caret ſoloeciſmo hic locus; neque enim πάντων, ſed πασῶν, res ipſa poſtulat ſatis manifeſto. Non tamen ego quidquam hic auſim immutare, quum & alibi ſimilia in hoc ſcriptore offenderim. Ecce in Amoribus, in deſcriptione templi Veneris Gnidiae c. 12. Καί πως εὐθὺς ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ τοῦ τεμένους, ἀφροδίσιοι προσέπνευσαν αὖραι. τὸ γὰρ αἴθριον, οὐκ εἰς ἔδαφος ἄγονον μάλιστα, λίθων πλαξὶ λείαις ἐστρωμένον, ἀλλ' ὡς ἐν Ἀφροδίτης, ἅπαν ἦν γόνιμον ἡμέρων καρπῶν, ἃ ταῖς κόμαις εὐθαλέσιν ἄχρι πόρρω βρύοντα τὸν πέριξ ἀέρα συνωρόφουν. *Et ſtatim ab ipſo delubro, Venereae nobis adſpirarunt aurae; nam ſubdialis pars non in pavimentum maxime ſterile, laevibus lateribus inſtrata, ſed ſicut in Veneris templo, tota erat fructuum mitium ferax, qui cum frondibus ſuis in longum uſque luxuriantes, ambientem aërem involvebant.* Patet clariſſime voculam ἃ ad τοὺς καρποὺς eſſe referendam. Sic pag. ſeq. ἦν δ' ὑπὸ ταῖς ἄγαν παλινσκίοις ὕλαις ἱλαραὶ κλισίαι ταῖς ἐνεστιᾶσθαι θέλουσιν. εἰς ἃ τῶν μὲν ἀστικῶν σπανίως ἐπεφοίτων τινές. *Erant autem ſub opacis hiſce ſylvis amoena tabernacula, eorum uſui, qui intus convivari vellent, comparata. In quae nonnulli quidem urbani ſe raro conferebant,* &c. Et hic ἃ, ubi poſcitur ἅς. In de Paraſito c. 26. Paraſitus, ubi variis argumentis demonſtraſſet, Paraſiticam artem generatim univerſis aliis artibus eſſe praeſtantiorem; eamdem hanc artem ſingulis quoque praeſtare artibus docturus, ita pergit, Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει (ἡ Παρασιτική) δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. φέρε δὴ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει σκοπῶμεν. *Igitur quantum communiter praeſtet* (Paraſitica) *omnibus, videor mihi demonſtraſſe. Age jam, quantum ſingulatim ſingulis praeſtet, conſideremus.* Perſpicuum eſt, dicendum fuiſſe πασῶν, non πάντων· reſpiciuntur enim τέχναι quocirca etiam in ſequentibus dicitur ἑκάστης, ſcilicet τέχνης. Sed & ſupra c. 13. promiſerat Paraſitus ſe probaturum, ὅτι Παρασιτικὴ κοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν. εἶτα ὅτι καὶ ἰδίᾳ ἑκάστης. Sic in Lapithis c. 4. pr. id ὑποσόλοικον *Lucianici ſtyli properantis* notat *Marcilius*, Ἀλλ' οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ἀκριβῶς γιγνώσκων πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν, ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι. *At non erat apud me ſic agendum, ut qui norim (cognoſcentem) apprime, te dicendi eſſe longe cupidiorem, quam ego ſim audiendi.* Et re vera debuerat γιγνώσκοντα. Quid tamen dicemus? Certe mihi vix credibile eſt, tam foedam labem ab politiſſimo auctore profectam; potius vel temporis injuriae, vel librariorum ſocordiae eam deberi exiſtimem; quamvis non omnino mihi perſuadeam, ipſos quoque veteres ſcriptores non aliquando leviter eſſe lapſos, quod ſecundae curae facile reſtituiſſent. Praecipue autem id exiſtimare non abſurdum tantopere eſt, quum & in hodiernis linguis non raro contingat, ut etiam exactiſſimi ſcriptores vernacula lingua ſcribentes, in phraſibus contra naturam linguae per oſcitationem quamdam impingant. Lubet hic paullum indulgere exemplis, ex ſcriptis aliorum etiam Graecorum petitis, ubi ὑποσόλοικόν τι reſidere exiſtimari poſſit, ſive ab ipſis auctoribus, ſive depravatione temporis & librariorum ortum. Apud *Aelianum* X. Ποικιλ. cap. 18. ubi legitur, Βουκολῶν δὲ κατὰ τὴν Σικελίαν ὁ Δάφνις, ἠράσθη αὐτοῦ νύμφη μία, καὶ ὡμίλησε καλῷ ὄντι καὶ νέῳ. haud dubie ſtyli ratio requirit Βουκολοῦντος τοῦ Δάφνιδος, quemadmodum & Interpres intellexit. Libro quoque XII. cap. 1. Ταῦτα ἀκούσασα ἡ παῖς καὶ δράσασα, τὸ φῦμα ἠφανίσθη. Patet & hic primos pro ſecundis caſibus eſſe poſitos. Similia exempla ſi non omnino ſoloecae, nimium certe ἀνακολούθου, orationis, notavit in *Hygino* Th. Munkerus in ſua de *Hygino* Diſſertatione; quale illud in Fab. CLXIV. *Quam pater gladio feriens, Adonis exinde natus eſt.* Non tamen ſunt omnia, quae in *Hygino* ſtribliginis nota inſignit ibi Vir Doctiſſimus, ab Auguſtei aevi ſcriptoribus alieniſſima. Sed hoc non eſt hujus loci. Poſſint huc quoque referri ex eodem *Aeliano*, quae leguntur lib. I. c. 15. de pullis columbarum, Νεοττῶν γινομένων ὁ ἄρρην ἐμπτύει αὐτοῖς, ἀπελαύνων αὐτῶν τὸν φθόνον, φασίν, ἵνα μὴ βασκανθῶσι δῆθεν τοῦτο. Geſnerus legit τοῦτον, ut effugiatur ſoloeciſmus. Sed ecce lib. XII. cap. 60. de congreſſu Dionyſii & Philippi, Πολλοὶ μὲν οὖν, ὡς εἰκός, καὶ ἄλλοι λόγοι ἐπεφύησαν. ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο. Poſceretur ἐκεῖνος, λόγος nempe. Et haec communicabamus quondam cum amico noſtro eruditiſſimo, Jac. Perizonio, ad *Aeliani* locum lib. XIV. cap. 37. qui vulgo ſic legitur, Ἔστι γάρ τι ταῖς χειρουργίαις σοφόν, καὶ ἐν τούτοις. καὶ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα δύναταί τις καταγνῶναι ἔχοντα ταύτῃ, ἐν δὲ τοῖς καὶ ἐκεῖνο &c. Rejiciunt Eruditi Fabrum legentem χειρουργίας. At ſicut nec ego Fabro adſentio; ita non video, ubi texturam horum verborum con-

les habitu, inceſſu, atque amictu: & tamen inter has quoque una tantum eſt 45 λας ὁμοίας ὁρῶ τόγε σχῆμα, καὶ τὸ βάδισμα, καὶ τὴν ἀναβολήν. καίτοι μία [b] πάντως ἦγε · ἀλη-

b Πάντως] Ed. Fl. Reliquae πάντων, male, vid. notas.

Τὰ σφιγγία & τὰ κουράλια] Hanc vocem interpretor alibi ut ſequentem κουράλια. *Bourd.* Hæc ultima vox κουράλια non mihi videtur ſana, & credo corruptam fuiſſe ab iis, qui σφιγγία intellexerunt armillas vel collaria, quaſi ἀπὸ τοῦ σφίγγειν dictum foret σφιγγίον, omne id quod premit aut ſtringit aliquam corporis partem. At ego non poſſum ſic intelligere σφιγγίον. Nam nec Græci viri nec Romani collaria aurea vel armillas geſtabant, Barbaricus mos erat geſtandi talia καλλωπίσματα, & ideo dictus eſt Torquatus Manlius ille Romanus, eo quod redierat a monomachia cum Gallo torque aureo inſignis, quem detraxerat hoſti, & eo ſpolio gloriabatur, cum mos non eſſet Romanis torques geſtandi, quod in eo erat extraordinarium & ἐξαίρετόν τι: nam ſi plures Romani ſoliti fuiſſent talia ornamenta geſtare, non fuiſſet ratio eum ita cognominandi ex re ſolita, & ei cum aliis Romanis communi. *Moſellanus* interpretatur σφιγγίον *amuletum*, ſed nullum auctorem habet ejus ſignificatus. Amuletum Græce dicitur περίαμμα, περίαπτον, ἀποτροπαῖον, nec puto Lucianum in re, quæ per plures voces Græcis uſitatas ſignificari poterat, voluiſſe uti voce, cujus ſignificatus erat omnino inſolitus, & ignotus. Igitur σφιγγίον, ut arbitror, diminutivum eſt vocis σφίγξ, quod eſt animal e ſimiarum genere, quo minus & exilius, eo pretioſius & magis æſtimatum: ea vocamus in Gallia *guenuches* & *apajous*. Eam vocem Græcam etiam Latinam fecit *Plinius* lib. 6. cap. 29. ubi de iis mercibus, quæ ab Adulito emporio Troglodytarum afferuntur, ait: *deferunt plurimum ebur, rhinocerotum cornua, hippopotamorum coria, celetum teſtudinum, ſphingia, mancipia.* Et rurſus eodem capite: *animal ſphingion.* Talia animalia ſæpe vidimus apud reges, principes viros, & luxuriantes divites, alligata per collum vel per ilia ſtipiti aliquando & ſphæræ e ligno vel metallo, ne libere vagari ſinantur, & ſic alligata παρέχουσι ἑαυτὰ ἕλκεσθαι κλοιῷ δεθέντα, & auro etiam vel ligari vel ornari ſolita fuiſſe teſtatur ipſe Lucianus infra adverſus indoctum: πίθηκος γὰρ ὁ πίθηκος, ἡ παροιμία φησὶ, κἂν χρύσεια ἔχῃ σύμβολα. His poſitis pro κουράλια (quam vocem *Moſellanus* interpretatur *coralia*, tamquam ſi κοράλια ſcriptum eſſet) legendum puto κουράσια vel κοράσια vel κοράλλια, quarum vocum idem eſt ſignificatus, nimirum παιδία vel παιδάρια, & duarum quidem, quas primo loco poſuit, frequentiſſima occurrunt exempla, ultimam κοράλλια. *Heſychius* habet ſic: Κοράλλιον, παιδάριον, κόριον, & paulo poſt: κοράλισκον, μειράκιον. Sic autem intelligendi ratio eſt, quod Romani divites & luxuriantes pueros pulchritudine & corporis mollitie inſignes trimulos vel quadrimos auro & gemmis ornatos habebant in deliciis, qualis erat ille Philocommodus Imperatori Commodo percarus, de quo Herodianus in Commodo: ἦν δὲ παιδίον πάνυ νήπιον, τούτων δὴ τῶν γυμνῶν μὲν ἐσθῆτος, χρυσῷ δὲ & λίθοις πολυτίμοις κεκοσμημένων, οἷς ἀεὶ χαίρουσι Ῥωμαίων οἱ τρυφῶντες. *Erat autem puerulus valde ſimplex ex iis, qui nudi ſine veſte auro & gemmis ornati, quibus delectantur Romani luxui dediti.* de iiſdem loquitur *Dio Caſſius* lib. 48. παιδίον τι τῶν ψιθύρων οἷα αἱ γυναῖκες γυμνὰ, ὡς πλήθει ἀθύρματος τρέφουσι. Quæ ſic vertit Xylander: *puellus quidam, quales garrulitate amabiles matronæ nudos delectationis cauſa alere ſolent.* Nec objiciatur pueris non convenire vocem ἕλκεσθαι & κλοιῷ δεθέντα: vox ἕλκεσθαι optime convenit voci σφιγγία, vox φέρεσθαι vero apprime convenit voci κορασια & aliis, quæ puellum ſignificant. Simiæ trahuntur, pueri portantur: κλοιὸς ſimiæ datur, ut trahatur: puero ut ornetur. Ideo in noſtra interpretatione nulla eſt abſurditas. *Palm.* Quæ notaverit ad hæc verba eruditiſſimus *J. Bochartus* deſcriptione digna judicavimus. Verbotenus itaque ipſe de Animalibus ſacr. ſcript. lib. 5. cap. 7. Part. II. pag. 703. edit. Londinenſ. Locum hunc quisquis attente legerit, mendoſum eſſe fatebitur in voce κουράλια, cum ea vox ad rem non faciat. In Oratione hac aulicæ vitæ moleſtias graphice depinxerat, & quam ſit indignum docto homine & liberaliter inſtituto, tenuis lucelli ſpe illectum, magnatibus operam ſuam addicere. Tamen idem jam ſenior in *Cæſaris* aulam ſe contulerat. Quod illi objiciens *Sabinus* quidam petit quot *Midæ*, quot *Crœſi*, quot *Pactoli* illi perſuaſerint ut chara illa libertate cui a pueris aſſueverat, abdicata, ſe huc illuc trahendum ac raptandum præberet, καθάπερ &c. *Ac ſi collum revinctum haberet aureo quodam collari, qualia ſunt delicatorum divitum monilia* & *corallia* (*id eſt monilia e corallio facta*) ita reddidit Cl. *Botius*; ſed quod illius pace dixero, ineptiſſime. Primo enim τὰ σφιγγία ſunt *ſphinges, non monilia.* 2. Et vel ſi monilia reddas, tamen τὰ σφιγγία & τὰ κουράλια non erunt *monilia ex corallio* ſed *monilia & corallia.* 3. Præter τοὺς πλουσίους *divites* inter *Romanos*, de quibus hic agitur, olim habuiſſe monilia corallina, merum ſomnium eſt, cum ne monilia quidem habuerint. Monile enim muliebre fuit ornamentum, ut notat *Servius* in librum ſeptimum *Æneidos.* 4. Denique *Lucianus* inepte diceretur aureo collari eſſe revinctus, qualia ſunt divitum monilia corallina. Nam utut ponas divites habere monilia, tamen iis monilibus non dicentur eſſe *revincti*, quaſi captivi detinerentur. Nec monile corallinum cum aureo collari tamquam ſimile conferri poteſt. Nihil enim eſt auro commune cum corallio. Itaque *Botius* hunc *Luciani* locum intactum præterire debuiſſet potius quam illi tam ridiculum ſenſum affingere, & verbis auctoris tam parum conſonum. Sed fortaſſe pro τὰ κουράλια legendum τὰ παρδάλια vel πορδάλια, ut ſignificetur *Lucianus* aurea catena eſſe revinctus, quomodo e ſimiarum genere ſphingia, & pardalia, ſeu pantheræ vinciri ſolent in opulentiorum ædibus. Sphingia dicimus cum *Plinio* libri 6. c. 29. Et τὰ παρδάλια vel πορδάλια cum *Philoſopho* libri ſecundi *Hiſtoria animalium* capite undecimo, & *Photio* in *Excerptis* ex *Philoſtrato.* Nobiliſſimus, atque idem do-

divitum ſimiolae & parvi ſciuri. Multum [a] κυράλια. πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου

a Κουράλια] Vid. nott.

doctiſſimus, mihique amiciſſimus *Dominus de Grentemeſnil* τὰ κουράλια mutat in τὰ κυνάρια. Cui conjecturæ ſuffragium adderem libens, ſi catelli vincti detinerentur, de quo hic videtur agi. Pro τὰ σφιγγία & τὰ κουράλια legebam olim τὰ ὀφίδια καὶ τὰ κολλάρια, *armillæ* & *collaria*, ſeu *monilia*. Quaſi verborum hic eſſet ſenſus, *Lucianum* aureis vinculis detineri, qualia ſunt opulentiorum armillæ & torques. Ὀφίδια proprie ſunt *anguiculi*, ſed & *armillæ anguium figuram habentes, quæque brachium in anguium modum circumplicant.* Ἐπικαρπίους ὄφεις vocat *Philoſtratus in Epiſtolis.* Et pluribus deſcribit *Nonnus* libro quinto Dionyſiæ. *Collarium* autem pro torque eſt *Romana* vox, qua *Plautus*, *Lucilius* & *Varro* uſi ſunt. unde קולרין *Kolarin* vel קולריא a *Kolaraja Chaldæis* & *Thalmudicis.* Et Græcis κολλάριον. *Heſychius* κλοιὸς, περιτραχήλιος δεσμὸς, κολλάριον, ἤτοι μανιακής. *Philoxenis* in *Gloſſis* κολλάριον *collarium. Ariſtophanis Scholiaſtes* in *Veſpas* κλοιὸς τὸ κολλάριον παρ' ἡμῖν λεγόμενον. Et in *Plutum*, κύφων δὲ δεσμός ἐστι ξύλινος, ὃν οἱ μὲν κλοιὸν ὀνομάζουσιν, οἱ δὲ κολιὸν lege κολλάριον. Itaque videbantur Luciani σφιγγία in ὀφίδια & κουράλια in κολλάρια ſine crimine poſſe mutari, quia hæ voces ab invicem non multum abludunt. Sed jam diſplicet hæc conjectatio. 1. Quia divites torquatos & armillatos non reperio, niſi inter barbaros, de quibus hic agi nemo dixerit. Torquatus quidem fuit *Manlius*, ſed peculiari de cauſa, quam nemo neſcit. Ita etiam nonnulli alii, non tamen opum, ſed virtutis cauſa torque donati. 2. κολλάρια ad pœnam potius quam ad ornatum pertinent. 3. Et vox erat ignota *Græcis* ævo *Luciani*, qui puriſſime ſcripſit, neque ſolet *Latina* vocabula uſurpare. 4. Denique aurea vincula, quibus *Lucianus* detineri credebatur, conferri vix poſſint cum armillis, & monilibus, a quibus non detinentur, qui illis utuntur ad ornatum. Hæc igitur conferre jam malo cum catenis aureis, quibus *Romani* Magnates ſphinges, & pardos devinciebant. Nam ad hæc quoque aurum adhibitum. Hinc de cervis *Martialis* libri primi *Epigrammate* 105.

Mordent aurea quod lupata cervi.

Et *Ovidius* de cervo quem occidit *Cypariſſus*, *Metamorphoſeos* libro decimo:

Pendebant tereti gemmata monilia collo.

Et *Plinius* lib. 8. cap. 32. *Vita cervis in confeſſo longa, poſt centum annos aliquibus captis cum torquibus aureis.* Proinde ſphinges quoque & pardos catenis aureis devinctos fuiſſe credibile eſt. Quo facit, quod ex *Philoſtrato* refert *Photius.* Act. 241. Ἁλῶναί ποτε ἐν Παμφυλίᾳ πορδάλιον στρεπτῷ ἅμα, ὃν περὶ τῇ δέρῃ ἔφερε· χρυσοῦν δὲ ἦν, καὶ ἐπιγέγραπτο Ἀρμενίοις γράμμασιν, βασιλεὺς Ἀρσάκης θεῷ Νυσίῳ. i.e. *Aliquando in* Pamphylia *captum fuiſſe pordalium* (id eſt *pantherum* ſeu *pardum*) *aureum torquem circa collum habentem*, Armeniis *literis ita inſcriptum*, *Rex Arſaces Deo Nyſæo.* Tamen ſi quis aliud vero ſimilius proferat, illud lubenter amplectar. Modo id concedatur, quod ut rem certam aſſero, vocem κουράλια in *Luciano* eſſe corruptam ac proinde nihil ex ea de corallio poſſe elici. *Almeloveen.*

Τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλια] Locus eſt vexatiſſimus, in quo ingenium exercuerunt viri magni Bochardus & Palmerius, nec non Cl. Bootius? Μονονουχὶ τὸ ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα, παρέχει ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ φέρεσθαι, καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα, οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλια. (*Heſych.* in οἰκούρια Alciphr. I. Ep. 39. p. 194.) Vocem κουράλια nihili eſſe, & Graecis ignotam jam viri docti monuerunt. Non vero amuleta, non collaria intelligi, aut has voces σφιγγία & κουράλια ſignificare poſſe iidem docuerunt veriſſime. Non poſſum tamen ſubſcribere doctiſſimo *Palmerio*, qui ex *Heſychio* κωράλλια, vel κουράσια legendum eſſe ſcivit. Pueros, illas delicias dominorum & dominarum, apud Romanos aureis catenis vinctos hinc inde ductos eſſe, quo vellent illos ſequi, nusquam lectum neque auditum. Certum eſt animal intelligi. quamvis autem nihil ad rem faciat locus Philoſtrati, quem ex Photio attulit Bochardus, ille enim tantum ſignificat pardum aureo collari ab Arſace ornatum dimiſſum & conſecratum fuiſſe Nyſaeo Deo, eumque torquem ideo ejus collo fuiſſe inditum, ut ſignum eſſet conſecrationis, non ut in aula vinctus traheretur & duceretur ad ſpectantium voluptatem, ſic etiam cervorum & hinnulorum cervices collaribus, ut etiam nunc in principum aulis, cingebantur: ſed loquitur de animali, quod torque, quo ducebatur & trahebatur ad libitum domini, inſtar σφιγγίου, ſimiae. Quamvis igitur, nihil ad rem hanc, de qua loquitur Lucianus, faciat iſte locus Philoſtrati, nec in hiſtoriis occurrat pardalus ſic fuiſſe domitus, ut in opulentiorum aedibus fuerit circumductus, facit tamen pro Bochardo quod legatur in praecedente diſſertatione in mercede conductis, ubi de eadem re loquitur, illos, qui divitibus operam ſuam locant, ſimiles eſſe leoni, qui alligatus funiculo hinc inde ducebatur. Ibi philoſophus, cum videret ſe libertatem perdidiſſe, queritur pag. 471. Νῦν δὲ τὸ τοῦ λόγου, λέων κρόκῃ δεθεὶς ἄνω καὶ κάτω περισύρομαι. *Nunc vero, ut ſolent dicere, leo filo vinctus ſurſum ac deorſum circumferor.* Nam quamvis proverbium ſit, traxit tamen originem a vero. Nota ex hiſtoria Androclis ex *Gellio* & *Aeliano.* vide *Plin.* Hiſt. Natural. lib. VIII. c. 16. Sic & pantheras & pardos cicuratos & olim fuiſſe conſtat ex vita Elagabali, & aliis hiſtoricorum monumentis, uti etiam nunc in India ad venandum cicuratur. *Martialis* lib. 1. ep. 84.

[a] βίου πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ [b] ἄνω τοῦ ποταμοῦ χωρεῖν, καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα, καὶ [c] παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον, τοῦτ' ἂν εἴη, οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης, μὰ Δί', οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπ' Ἰλίῳ γενομένων, ἀλλ' ἔργῳ ἀνατρεπομένων τῶν λόγων καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούντων.

Ταῦτα μὲν πρὸς [d] ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι· ἐπάξεις δὲ ἴσως καὶ πρὸς αὐτὸν ἐμὲ ξυμβουλήν τινα τοιαύτην, οὐκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φιλικὴν, καὶ οἵῳ σοι χρηστῷ καὶ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν. ἢν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν [e] ὑποδὺς τὸ σὸν πρόσωπον [f] ὑποκρίνωμαι, εὖ

ergo haec vita & illa ſcriptio diſcrepant, & hoc ſane fuerit illud, quod ajunt, *contra flumen retro ire, & inverſa omnia, & in pejus recantare*, non de Helena per Jovem, aut his quae ad Ilium geſta ſunt, ſed cum opere & factis retractantur, quae bene antea dicta videbantur.

2. Haec quidem ad te ipſum, ut conſentaneum, a te dicta ſunt. Subjicies autem forte ad me ipſum etiam conſilium quoddam ejusmodi non intempeſtivum, ſed amicum, teque virum bonum & ſapientem decens. Si igitur pro dignitate ſumtam perſonam tuam egero, bene res habet, & Elo-

a Βίου] Deeſt in W. male. b Ἄνω τοῦ ποταμοῦ] Ἄνω τοὺς ποταμοὺς. L. c Παλινῳδεῖν] Sic recte Edd. & W. Παλινοδεῖν male *Coll.* d Ἑαυτὸν] Σαυτὸν L. e Ὑποδὺς] L. & margo *A1W.* melius quam vulgatum ὑποδύεσθαι, quod in omnibus Edd. erat. f Ὑποκρίνωμαι] Conſt. & Vo. Δύνωμαι, notat *M. du S.* Sed nihil a vulgata abire Edd. & M.

26. * Παλινοδεῖν] Ἐναντίως ᾄδειν. *G.*

* Παλινοδεῖν] Data opera ſcripturam codicis expreſſimus. *M. du S.* Quid enim peccatum ſit, manifeſtum eſt. *J. F. R.*

Picta quod jugo deligata collo
Pardus ſuſtinet.

His puto poſſe defendi emendationem magni Bochardi; neque tamen auſim eam veram praeſtare. Facile poſſent alia ſubſtitui. ſed quod ſine ope libri veteris, in meo hic nullum eſt praeſidium, nihil affirmarim. *J. G. G.*

Τὰ σφιγγία καὶ κουράλια] Video in hac editione grandem notam his ſubjectam. In quibus ſane fruſtranea eſt Bocharti diſputatio contra Bootium: diſputare debuit in ipſa voce κουράλια, an ferri ea poſſet; prius certe, quam conjecturis nihil juvantibus concuteret, quod ſtabile & certum ſatis fecerat immenſa *Salmaſii* doctrina; per quam dicere etiam debemus fruſtra exerceri maluiſſe *Palmerium*, quam diſerte profiteri id omne, quod boni adferre huc poterat, ab eodem maximo viro occupatum eſſe. Nam ut σφιγγία manifeſte expoſuit animalcula, Latine ſpinturnicia pag. 377. Sic κουράλια ex *Heſychio* de parva κόρη pag. 90. magni operis, quae utraque huc bene conveniunt. *J. G.*

Ibid. Καὶ τὰ κουράλια] *Et torques e coralio, quod* inquit Plinius, *religioſum in primis geſtamen eſſe exiſtimant amoliendis periculis.* *J. Br.*

Καὶ τὰ κουράλια] An vox barbara ex *collarium* facta? An corallium lapis, ſ. torques ex corallio? vid. Codd. vett. *E. G.*

23. Κουράλια] Locus propemodum conclamatus, ad quem quod conferam, nihil habeo. Placet tamen prae reliquis, quae nuperrime prodiit, Illuſtriſſimi Spanhemii emendatio (p. 242.) legentis κολούρας, vel κλάρας, quae alia ſimiarum cauda carentium ſpecies a Salmaſio memoratur; *Plin. Exerc.* p. 267. Spanh. autem p. 242. novae editionis *de Uſu & praeſt. num.* Pro priore Palmerii, qua, ut ex Bocharto patet, κυνάρια reponebat, facit locus *Plut.* initio vitae Periclis, p. 277. Ξένους τινὰς ἐν Ῥώμῃ πλουσίους κυνῶν τέκνα καὶ πιθήκων ἐν τοῖς κόλποις περιφέροντας καὶ ἀγαπῶντας ἰδὼν ὁ Καῖσαρ, ὡς ἔοικεν, ἠρώτησεν, εἰ παιδία παρ' αὐτοῖς οὐ τίκτουσιν αἱ γυναῖκες; Κόλουρις apud eundem *Plutarchum* legitur, in fragmento Timocreontis Lyrici, quod in Themiſtocle affert 223. B. de vulpe dictum, cui amputata cauda eſt. Vide an hic κόλουρα legendum ſit, quod eodem ſenſu de quavis beſtia dicitur. *M. du S.*

Κουράλια] Cum aliquid tamen dandum eſſet in verſione quod reſponderet τοῖς κουραλίοις, in tanta ſententiarum diverſitate placuit & nobis aliquid audere, & ponere. Interim, quaſi legeretur σκιουράλια, quod a dictante non ſatis preſſe pronuntiatum in κουράλια mutaſſe librarius poteſt. Sciuri certe hodie in deliciis quorumdam: & fuiſſe olim vel maxime *amabiles*, apparet ex Martialis V, 38. *J. M. G.*

Κουράλια] Quia variationem neque in Codd. neque in

Eloquenti Deo ſacrificabimus: ſin minus, at tu quae deſunt adjicies. Tempus igitur eſt, converſa ſcena me ſilentio ſecandum urendumque, ſi opus ſit, ſalutis cauſſa praebere; te vero medicamenta inſpergere, cultrumque in promtu habere, & candens cauterium. Jamque ſumtis dicendi partibus tu haec ad me, Sabine, dicis.

ἂν ἡμῖν [g] ἔχοι, καὶ τῷ λογίῳ θύσομεν. εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα. ὥρα τοίνυν μετασκευάσαντας ἡμᾶς τὴν σκηνὴν, ἐμὲ μὲν σιωπᾶν, καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον, [h] καὶ καιόμενον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, σὲ δὲ ἐπιπάττειν τῶν φαρμάκων, καὶ τὴν σμίλην ἅμα πρόχειρον ἔχοντα, καὶ τὸ καυτήριον διάπυρον· καὶ δὴ παραλαβὼν τὴν ῥήτραν, σὺ ταῦτα πρὸς με ὁ Σαβῖνος ἤδη λέγεις.

3. Olim ſane, amice, ut par erat, ad famam tibi hoc ſcriptum profuit, & eo tempore, quo in magna concione recitaretur, ut narrarunt mihi, qui tum audiere,

Πάλαι μὲν, ὦ φιλότης, [i] ὡς εἰκὸς, εὐδοκίμηταί σοι τουτὶ τὸ σύγγραμμα, καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δειχθὲν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευ-

g Ἔχοι] Sic dedi ex W. & L. Ἔχῃ Edd. *b* Καὶ καιόμ. . . εἰ δέοι] Deſunt haec in W. *i* Ὡς Deeſt in W.

44. Τὴν ῥήτραν] Ῥήτραι. συνθῆκαι. ὁμολογίαι. Ταραντῖνοι δὲ νόμους † καλοῦσιν οἷον ψηφίσματα. Παρὰ Λακεδαιμονίοις δὲ ῥήτρα, Λυκούργου νόμος ὡς ἐκ χρησμοῦ τιθέμενος. οἱ δὲ ῥήτρας, ὁμολογίας. οἱ δὲ συγγράμματα· καὶ ῥητροφύλακας τοὺς συγγραμματοφύλακας. *V.*

† Καλοῦσι] Καὶ hic pro καλοῦσι habet C. *M. du S.*

in Edd. reperio, vulgatam intactam relinquo. Unam unius literae variationem Clar. *Jenſ.* in ferculo liter. ex Cod. Wit. notavit, qui exhibet κουράλλια, quod proxime ad Heſychianum κουράλλιον, παιδάριον, accedit, & cum alii jam nimii fuerint in verbis his inveſtigandis, & corrigendis, verbum non amplius addam. *J. F. R.*

24. Ἄνω τοῦ ποταμοῦ] *Eraſm.* in proverbio: ἄνω ποταμῶν. *J. Br.*

Ἄνω τοῦ ποταμοῦ] Vid. Νεκρ. Δ. VI. Et *Eurip.* Med. 410. In proverbium abierat, quo omnia inverſa ſignificabant. Sic apud *Diog. Laërt.* cum ementi ſe Diogenes Cynicus dixiſſet. *Age: fac ſis dicto audiens*; herus reſpondet, ἄνω ποταμῶν χωροῦσι παγαί. 146. C. *M. du S.*

Ἄνω τοῦ π.] Quid ſi melius ſit ἄνω τοὺς ποταμοὺς χωρεῖν vel τὸν ποταμόν; neque enim mirum eſt aliquem adverſo flumine ire; ſed ipſum flumen retro ire ad fontes ſuos, mirum fuerit. *J. M. G.*

26. Καὶ παλινῳδεῖν] *Eraſm.* in adagio: *Palinodiam canere.* *J. Br.*

27. Οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης] Steſichori Poëtae lyrici exemplo. *J. Br.*

Οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης] Conf. ſupra Μισθ. c. 11. *M. du S.*

Ibid. Ὑπὲρ Ἑλένης] Steſichori palinodia de Helena. F. G.

Ibid. Ἑλένης] Ut Steſichorus, coecitate punitus, quod maledixiſſet Helenae. Sed expoſuit omnia Eraſmus. *J. M. G.*

28. Ἰλίῳ] Tangit in Piſcat. & in Pſeudolog. *J. B.*

31. Πρὸς ἑαυτὸν] In σεαυτὸν mutarem, niſi & a noſtro alibi & ab aliis ita uſurpari paſſim cernerem. *M. du S.*

34. Καὶ οἵῳ σοι χρηστῷ] *Et qua tibi viro bono congruat.* *J. Br.*

36. Ὑποδὺς] L. optime. In reliquis enim quod exſtat ὑποδύσασθαι omnia conturbat. *M. du S.*

37. Τῷ λογίῳ] Et Mercurio, qui λόγιος appellatur, ſacrificabo. *J. Br.*

Τῷ λογίῳ] Conf. infra T. ult. *Pſeudol.* c. 24. Κακὸν κακῶς σε ὁ λόγιος Ἑρμῆς ἐπιτρίψειεν αὐτοῖς λόγοις. Et ſupra *Deor. Dial.* Plura Rever. *Elſner.* ad Act. Apoſt. XIV. 12. & *Th. Sellius* Obſervat. c. 16. *J. F. R.*

42. Τὴν σμίλην] *Scalpellum.* *J. Br.* Miſc. L. IX. c. 14. Quod non operae exiſtimaſſem addere, niſi viderem in Pariſina id redditum eſſe: *acum*; falſo; nam quia urendum & ſecandum ſe vult praebere, *ſcalprum* & *ferrum candens* iſtum adferre jubet. Scholiaſtes quidem ad c. 15. *Catapl.* generaliter tantum ait: Σμίλη, ἐργαλεῖον σκυλοτομικόν. Sed recte *Geſnerus* & ibi *ſcalprum* vertit. Nam ab acu ſutoria, ſive ſubula diſerte diſtinguitur eod. *Catapl.* c. 20. fin. τίς ἄρα μου τὴν σμίλην ἕξει, καὶ τὸ κεντητήριον. *J. F. R.*

44. Τὴν ῥήτραν] Iterum infra Τόξ. *M. du S.*

46. Πάλαι] Diligenter haec vox annotanda eſt, ut aetas praecedentis opuſculi perſpiciatur. *M. du S.*

50. Ὀπη-

δυμένοις, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν. ἥτε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ, οὐ μεμπτὴ, καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ, καὶ ἐμπειρία τῶν πραγμάτων, καὶ ὅτι ἕκαστα σαφῶς ἐλέγετο· καὶ [a] τὸ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις, ὡς μὴ ὑπ᾽ ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν ὑπάγοιεν. ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελτίω [b] ταῦτ᾽ εἶναι, καὶ τῇ μὲν Ἐλευθερίᾳ [c] μακρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζηλῶσαι δὲ τὸ ἀγεννέστατον ἐκεῖνο ἰαμβεῖον,

Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον.

ὅρα ὅπως μηδεὶς ἔτι [d] ἀκούσηταί σου ἀναγινώσκοντος αὐτό· ἀλλὰ μηδ᾽ ἄλλῳ παράσχῃς τῶν τὸν παρόντα [e] σου βίον ὁρώντων, ἐπελθεῖν τὰ γεγραμμένα· εὔχου δ᾽ Ἑρμῇ τῷ χθονίῳ, καὶ τῶν ἀκηκοότων πρότερον, πολλὴν λήθην κατασκεδάσαι. ἢ δόξεις [f] τῷ τοῦ Κορινθίου μύθου ταυτόν τι πεπονθέναι, κατὰ σαυτοῦ ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον. μὰ γὰρ τὸν Δί᾽,

& privatim apud eruditos, qui cognoſcere illud & in manu habere dignati ſunt. Etenim verborum in eo apparatus non contemnendus, & hiſtoriae multum, & rerum peritia, & quod aperte omnia dicerentur: & maxime, quod utilia omnibus eſſent, eruditis praeſertim, ne per ignorantiam ipſi in ſervitutem ſe conjiciant. Poſtquam vero mutata ſententia tibi viſum eſt, meliora haec eſſe, & longum libertati valedicere, imitarique ignavum illum verſiculum,

Ubi lucra magna, ſerviant & liberi:

vide, ne quis impoſterum audiat te illud praelegentem, ſed nec alii cuiquam eorum qui praeſentem vitam tuam inſpiciunt, copiam facito legendi; ſed infero Mercurio vota nuncupa, ut hos qui prius audiere, Lethaeis aquis perfundat: alioquin videbitur idem tibi uſu veniſſe, quod eſt in fabula Corinthia, & ipſe contra te Bellerophon ſcripſiſſe libellum. Ita enim me Jupiter amet,

a Τὸ] Deeſt in W. *b* Ταῦτ᾽] Ταῦτα W. *c* Μακρὰ] Μακρὰν P. *d* Ἀκούσηται] Ἀκούσει W. & Fl. non male, ſed & vulgata quam ceterae Edd. ſervant, bona, niſi quod P. ἀκούσηται cum jota ſubſcripto, quo nihil opus. *e* Σου] Sic L. recte; Σοὶ Edd. *f* Τῷ] Τω vel τὸ L. dubie.

50. Ὁπόσοι ὁμιλεῖν &c.] Ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ, καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν. Interpres: *quotquot cum ipſo verſari, & prae manibus habere dignati ſunt:* malim ego: quotquot eum (librum) *verſare, & in manibus habere voluerunt.* Ὁμιλεῖν τινι πράγματι eleganter dicitur, pro tractare & verſare aliquam rem, ea uti, & διὰ χειρὸς ἔχειν, pro ἐν χειρὶ ἔχειν. *Ael.* Hiſt. Anim. XVII. 37. Et alibi ſimiliter, διὰ στόματος ἔχειν. *L. Bos.*

Ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ] Ob oculos habuit *L. Bos* verſionem *Benedictinam*, quae in *Graeviana* Ed. quoque expreſſa eſt. Nam Pariſina, ſive *Obſopoei* ſic habet: *tum praecipue eruditorum manus occupabat, quotquot ejusmodi rerum ſtudioſi literas tractare operae pretium ducunt.* Utraque minus accurate; αὐτῷ enim ad ſuperius σύγγραμμα referendum. Ὁμιλεῖν τινι autem non ſolum de perſona dici, ſed & de rebus, libris, ſtudiis, recte ait *Bos.* Et ſic *Epict.* Sent. 2. ψυχὴ ὁμιλοῦσα ἀρετῇ. *anima virtuti dedita.* Noſter infra de Salt. c. 2. ὁμιλεῖν φιλοσοφίᾳ. Immo & de rebus corporeis *Hippocr.* Sect. VI. de Articul. pr. Ὁμιλέει δὲ ὁ βραχίων τῷ κοίλῳ τῆς ὠμοπλάτης πλάγιος. *Brachium autem lati ſcapularum oſſis cavo oblique inſeritur*, ut plura omittam. Alterum quoque διὰ χειρὸς, διὰ στόματος, pro ἐν χειρὶ, pervulgatum eſt, vid. rurſus infra c. 11. & alibi. Sed & διὰ στόμα ἔχειν invenio apud *Parthen. Nicaeenſ.* Erot. c. 12. Διὰ μνήμης autem φέρειν *Herodian.* L. 2. c. 2. §. 19. aliique. *J. F. R.*

61. Ὅπου τὸ κέρδος. .] Verſus eſt *Euripidis*, ad quem olim parodia alluſit Antigonus Cocles ille, dum Demetrio filio ſuadere volebat, ut Philan Antipatri filiam & Crateri viduam jam ætate aliquantum provectam duceret uxorem, Demetrius vero ob inæqualitatem ætatis eas nuptias aſpernabatur; dixit filio pater: Ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν γαμητέον. Refert *Plutarch.* in Demetrio. *J. P. a G.*

Ὅπου τὸ κέρδος. .] *Eurip.* Phoen. 398. Vid. *Plutarch.* in Demetr. p. 653. *M. du S.*

64. Τὸν παρόντα σοι βίον] *Quippe qui nunc ſervias.* *J. Br.*

68. Ὁ Βελλεροφόντης] *Eraſm.* in adag. *Bellerophontis literae.* *J. Br.*

Ὁ Βελλ.] Vide *Zenob.* paroemiographum. *A. V.*

Ibid. Βελλεροφόντης] *Hom.* Il. Z. 155...99. *M. du S.*

70. Εὐπρόσωπος] *Specioſum praetextum habens.* Vid. mox iterum Dial. hinc tertium, *Hermotimum.* Et ad Ep. ad Galat. VI. 12. Rever. *Elſner.* *J. F. R.*

79. Καὶ σὺ τὸν κολοιὸν] *Eraſm.* in Paroemia: *graculus Æſopicus.* *J. Br.*

Ibid. Κολοιὸν] Vid. *Æſopi* fab. Infra Ἀποφρ. c. 5. plene effert: κατὰ τὸν Αἰσώπου κολοιόν. *M. du S.*

80. Ὁμοιὰ

met, ut non video, quam cauſſam, quae quidem ſpeciem habeat, contra accuſantes poſſis dicere: praeſertim ſi cum riſu hoc faciant, laudantes ſcripta, & quae in illis elucet, libertatem, ipſum vero ſcriptorem ſervire videntes, qui ſponte collum jugo ſubmiſerit.

4. Non abſurde itaque dixerint, ſi dixerint, aut alterius cujusdam fortis viri eſſe librum, teque graculum alienis ſuperbire pennis; aut, ſi tuus ſit, idem te, quod Salaethum facere, qui acerbiſſima apud Crotoniatas lege contra adulteros lata, eam ob cauſſam celebratus, non ita multo poſt in adulterio cum fratris uxore deprehenſus eſt. Ad amuſſim igitur te quoque Salaethum illum aliquis dixerit. Quin tolerabilius ille amore qui captus eſſet, quemadmodum in cauſſa dicenda commemoravit, & ultro in ignem atque animoſe inſilierit, miſericordia licet illius jam tangerentur Cro-

οὐχ ὁρῶ τὴν ἀπολογίαν, ἥ τις ἂν εὐπρόσωπός σοι γένοιτο πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας· καὶ μάλιστα ἢν σὺν γέλωτι αὐτὸ ποιῶσιν, ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλευθερίαν, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὁρῶντες, καὶ ἑκόντα ὑποτιθέντα τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ.

Οὐκ ἀπεικότα γοῦν ἂν λέγοιεν, εἰ λέγοιεν, ἤτοι ἄλλου τοῦ γενναίου ἀνδρὸς εἶναι τὸ βιβλίον· καὶ σὲ τὸν κολοιὸν, ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι· ἢ εἴπερ σόν ἐστιν, ὅμοιά σε τῷ [g] Σαλαίθῳ ποιεῖν· ὃς πικρότατον κατὰ μοιχῶν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θεὶς, καὶ θαυμαζόμενος ἐπ' αὐτῷ, μετὰ μικρὸν αὐτὸς ἑάλω, μοιχεύων τοῦ ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα. [h] περὶ πόδα τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σάλαιθον [i] ἐκεῖνον φαίη τις ἄν· μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερος ἐκεῖνος, ἔρωτι μὲν ἁλοὺς ὡς ἔφασκεν ἀπολογούμενος, ἑκὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος, καίτοι ἐλεούντων αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν,

g Σαλαίθῳ] In marg. Cod. R. *Bourd.* Ζαλεύκῳ. Sed vulgatam ſervant Edd. *h* Περὶ] Παρὰ *J.* Fl. & L. Π Ald. Περὶ integre reliquae & M. *i* Ἐκεῖνον] Ἐκεῖνον εἶναι W.

41. Τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον] Κροτωνιατῶν νομοθέτης. *V.*

80. Ὅμοιά σε τῷ Σαλαίθῳ] In margine Cod. Regii Ζαλεύκῳ, mendoſe, ſunt enim variæ hiſtoriæ, patet conferenti. *J. B.*

81. Σαλαίθῳ] De *Zaleuco* ſimilia propemodum narrantur, niſi quod non ipſe moechus, ſed filius. V. *Æl.* Var. Hiſt. XIII. 24. *M. du S.*

84. Περὶ πόδα] Emendo, παραπόδως, τουτέστιν ἐγγὺς καὶ πλησίον. *J. Br.*

Περὶ πόδα] In *Apologia* pro iis qui *Mercede Conducti* vivunt, Auctor primo fingit ſe, qui in praecedenti libello tam bene ſciviſſet enumerare miſerias eorum, qui in potentiorum aedibus conducti viverent, graviter accuſari ab *Sabino* aliquo, quod ipſe volens ſciensque contra ſua ipſius praecepta committat, qui ſe quoque in alienam familiam alicujus miniſterii nomine tradiderit. Inter alia autem fingitur is *Sabinus* uti exemplo *Salaethi*, Crotoniatarum legislatoris; qui ubi graviſſimam in adulteros legem tuliſſet, ipſe paullo poſt in adulterio fratris uxoris deprehenſus fuerit. *Περὶ πόδα τοίνυν*, inquit *Sabinus* pag. 506. *καί σε τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον φαίη τις ἄν.* *Brodaeus* Miſcell. IX. cap. 14. legit παραπόδως. Sed poſt eum ſatis hunc locum munivit *Iſ. Caſaubonus* ad *Theophraſti* Charact. cap. 5. ubi docet περὶ πόδα Graecos dixiſſe *de omnibus, quae apta eſſent, & convenirent*; ubi & hunc eumdem locum adfert. Interpres *Benedictus* reddit, *Quare non inepte quiſpiam te Salaethum illum eſſe diceret*; niſi malis *dicat*, vel *dixerit*. *J. J.*

Περὶ πόδα] Retinui περὶ; nam περὶ πόδα de omnibus dici quae apta ſunt & conveniunt, vid. *Caſaub.* ad Theophr. Car. c. 5. de Ruſticitate, p. m. 138. *J. F. R.*

85. Ἐκεῖνον εἶναι] Ex W. hoc εἶναι, quod a reliquis Libris abeſt. *M. du S.*

Ἐκεῖνον εἶναι] Indicat *Solanus* ſibi in animo fuiſſe illud εἶναι in contextum recipere, quod ut non ineptum, ita tamen non plane neceſſarium, niſi plures Codd. addicant, quia facile ſubaudiri poteſt. Mollius tamen hic fluet oratio, ſi addatur, propter duo monoſyllaba, minus commode periodum claudentia. Qui igitur volet, addat. *J. F. R.*

88. Ἑκὼν] Lege ἑκῶν. *J. Br.* In Miſcel. L. IX. c. 14. Sed quid ſibi velit, adſequi non poſſum; nam aperta & ſana eſt vulgata lectio. *J. F. R.*

90. Ἐν-

τῶν, καὶ [a] ἐνδιδόντων [b] φυγεῖν εἰ βούλοιτο. τὸ δὲ σὸν, οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον, ἀκριβοῦντος μὲν ἐν τοῖς λόγοις τὴν τοῦ τοιούτου βίου δουλοπρέπειαν, καὶ κατηγοροῦντος εἴ τις εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσὼν, καὶ καθείρξας ἑαυτὸν, ἀνέχοιτο, μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων, καὶ ποιῶν. ἐν γήρᾳ δ' ὑστάτῳ, καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδὸν, οὕτως ἀγεννῆ λατρείαν ἐπανῃρημένου, καὶ μονονουχὶ καὶ ἐμπομπεύοντος αὐτῇ. ὅσῳ γοῦν φασιν ἐπισημότερος εἶναι δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος ἂν δόξειας εἶναι, ἀντιφωνοῦντος τοῦ νῦν βίου τῷ βιβλίῳ.

Καίτοι τί δεῖ [c] καινὴν ἐπὶ σὲ κατηγορίαν ζητεῖν, μετὰ τὴν θαυμαστὴν τραγῳδίαν λέγουσαν.

Μισῶ σοφιστὴν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός;

Οὐκ [d] ἀπορήσουσι δὲ οἱ κατηγοροῦντες καὶ ἄλλων παραδειγμάτων ἐπὶ σέ. ἀλλ' οἱ μὲν, τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν. οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς, Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν, ἢ Κρέων, ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν· ἔξω δὲ, Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος, ἀποθέμενοι τὰ προσω-

toniatae, & fugae atque exilii, ſi voluiſſet, copiam facerent. Tuum autem haud paullo abſurdius factum eſt, qui ſervilem hujus vitae humilitatem accurata oratione excuſſeris, accuſaverisque, ſi quis in divitis alicujus domum incidens & concludens ſe, ſexcenta incommoda & pati & facere ſuſtineat; extrema vero ſenectute, & ſuperato fere limine, ignavam adeo ſervitutem ſubieris, & tantum non in ea te, tamquam in pompa quadara oſtentes. Quanto igitur, inquiunt, inſignior eſſe videris, tanto magis idem videare ridiculus, reclamante quam nunc agis vita libello tuo.

5. Quamquam quid opus eſt, novam contra te accuſationem circumſpicere, poſt admirabilem illam Tragoediam, quae

Odi, inquit, *Sophiſtam qui ſibi nihil ſapit?*

Nec deerunt his, qui accuſare volent, etiam alia in te argumenta: ſed alii Tragicis te actoribus adſimilabunt, qui in ſcena quidem Agamemnon unusquisque aut Creon, aut ipſe adeo Hercules ſunt; extra vero Polus aut Ariſtodemus perſonis depoſitis fiunt

a Ἐνδιδόντων] Sic M. & Edd. *b* Φυγεῖν] Φυγὴν W. *c* Καινὴν] L. & *Anon.* Κενὴν Edd. omnes & M. Exc. *J.* quae καὶ νῦν. *d* Ἀπορήσουσι] Ἀπορήσουσιν male *J.*

91: Τὸ δὲ σὸν οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον] Ἀντὶ τοῦ πάνυ ἄτοπον, οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον εἶπεν. *V.*

90. Ἐνδιδόντων φυγεῖν] Hic recte Interpres Atticam expreſſit dictionem. *J. B.*

93. Εἰς πλησίου τινὸς] Οἶκον ſubaudio. *J. Br.*

96. Ἐν γήρᾳ . .] V. ſupra ad c. 1. *M. du S.*

97. Ὑπὲρ τὸν οὐδὸν] Ὑπὲρ τὸν γήραος οὐδόν. *Eraſm.* in adagio: *Limen ſenecta.* *J. Br.*

Ibid. Τὸν οὐδὸν] Frequens iſtud apud *Homerum.* *A. V.*

Τὸν οὐδὸν] *Hom.* Il. Ω. 487. & Odyſſ. O. 246. & 347. *Heſiod.* Ἐργ. 329. ἐπὶ γήραος οὐδῷ. Plato etiam uſus eſt hac phraſi ut ut poëtica. Vid. plura ad Ἑρμ. c. 77. *M. du S.*

3. Καινὴν] Pro κενὴν in Florentino exemplari erudita manus repoſuit καινὴν, quod forte huic loco convenientius. Interpres quoque, quaſi legiſſet καινὴν, *Ecquid attinet novam accuſandi rationem adverſum te quaerere?* ſaepe αι & ε confuſa. inde toties ἕτερος pro ἑταῖρος, & ex adverſo; de quo infra plura. *J. J.*

Καινὴν] Ex conjectura emendaveramus: nam quod in vulgatis legitur κενὴν, nihili eſt. Nunc ita etiam in L. legi video. Accedit quoque ad veram ſcripturam *J.* Ed. quae habet καὶ νῦν. quod manifeſto ex καινὴν corruptum ſententia ipſa diligenter inſpecta demonſtrabit. *M. du S.*

Καινὴν] Edidi ex L. & veſtigiis *Juntinae*, quae καὶ νῦν duobus accentibus, ſed voce una, habebat. Nec dubito καινὴν in ſuis Codd. legiſſe *Bourdelotium* in *Pariſ.* Ed. licet enim textus κενὴν exhibeat, tamen *novam* verſio latina reddidit, quam verſionem *Benedictus* ac *Graevius* quoque, quod mirandum, retinuere, dum interim κενὴν in Graeco edi paterentur. *J. F. R.*

5. Μισῶ σοφιστὴν] *Euripidis* ſenarius. *J. Br.*

Μισῶ σοφιστὴν] *Euripidis* verſus, teſte *Cicerone* Epiſt. ad Famil. XIII. 15. *A. V.*

Μισῶ σοφιστὴν] Ex *Medea* (vide eundem *Cic.* VII. 6. & in eum locum Victorii notam) ſed cum in noſtra non extet, aut aliam *Medeam* ſcripſerat Euripides, ut ſaepe duplices ſunt Veterum fabulae, aut ex alterius Euripidis *Medea* ſit oportet. Vid. not. Editionis *Graevii* ad eam Epiſtolam. Citat & *Plut.* 2067. Sed ſine nomine; & 1275. In Grotii *Florilegio inter incerta* ponitur p. 21. Adde *Barneſium* ad verſ. 255. *Incert.*

fiunt mercenarii, tragoedi qui excidunt interdum exſibilanturque, interdum vero etiam, ſi ita videatur ſpectatoribus, flagellis quidam illorum caeduntur. Alii idem tibi uſu veniſſe dicent, quod ſimiae, quam Cleopatrae aiunt fuiſſe. Illam enim edoctam aliquamdiu quidem ſaltaſſe decenter admodum, modulateque, ac multae fuiſſe admirationi quae & habitum ſuum ſervaret, & decorum cuſtodiret, & hymenaeum voce tibiaque canentibus motus accommodaret: conſpectis vero ficubus, opinor, aut amygdala procul jacente, longum vale dixiſſe tibiis & modis & ſaltationibus, correptosque fructus abjecta vel contrita potius perſona, devoraſſe.

6. Et tu igitur, dixerint, non actor ſed poëta rerum pulcherrimarum & legiſlator qui fueris, ab hac oſtenſa ficu ſimius eſſe, & a primoribus labris philoſophari convictus es, atque *Mente aliud celare, aliud ſed promere verbis;* ut jure aliquis de te dicat,

πεῖα, γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες, καὶ συριττόμενοι· ἐνίοτε δὲ, μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τῷ θεάτρῳ δοκῇ. ἄλλοι δὲ, τὸ τοῦ πιθήκου πεπονθέναι σὲ φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ, φασὶ γενέσθαι. ἐκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως, καὶ ἐμμελῶς, καὶ ἐπὶ πολὺ θαυμάζεσθαι μένοντα ἐν τῷ σχήματι, καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα, [e] καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι [f] συγκείμενον Ὑμέναιον. ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδας, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόῤῥω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα τοῖς αὐλοῖς, καὶ ῥυθμοῖς, καὶ ὀρχήμασι, συναρπάσαντα κατατρώγειν, ἀποῤῥίψαντα, μᾶλλον δὲ συντρίψαντα τὸ πρόσωπον.

Καὶ σὺ τοίνυν, φαῖεν ἂν, οὐχ ὑποκριτὴς, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καλλίστων, καὶ νομοθέτης γενόμενος, ὑπὸ ταυτησὶ τῆς ἰσχάδος παραφανείσης, ἠλέγχθης πίθηκος ὢν, καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν, καὶ ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγων, ὡς [g] εἰκότως ἂν

e Καὶ] Ἐν P. & marg. *A1.* non male. *f* Συγκείμενον] Συγκινούμενον B. *g* Εἰκότως] Εἰκότος *J.* & Fl. male. Reliquae recte, cum M.

22. Ἢ * ἀμύγδαλον] Ἡ ἀμύγδαλος. *V.*

24. Ῥυθμοῖς] Ῥυθμὸς, τάξις † εὔμελος ἀκολούθως τῇ ἁρμονίᾳ, μέλος εὐφρόσυνον. *V.*

* Ἀμύγδαλον κειμένην] Ait Lucianus; recte igitur notat Scholiaſtes ut rarum quid femineo genere ἡ ἀμύγδαλος dici pro fructu, qui vulgo τὸ ἀμύγδαλον, vel uſitatius ἡ ἀμυγδάλη, ut ap. *Pollucem* non ſemel. *J. F. R.*

† Εὔμελος] Sic & C. *M. du S.*

cert. Eurip. qui tamen Victorium non videtur vidiſſe. *M. du S.*

Μισῶ . .] Cic. ad Trebatium fam. 7, 6. *Qui ipſe ſibi ſapiens prodeſſe non quit, ne quidquam ſapit.* *J. M. G.*

8. Τραγικοῖς] Conf. ſupr. Μενιπ. ſive *Necyom.* c. 16. *M. du S.*

10. Πῶλος] Vid. ſupra *Necyom.* c. 16. *M. du S.*

12. Ἐκπίπτοντες δὲ] *Exacti, expulſi.* *J. Br.* in Miſc. nimis jam adductis, ita exhibet δὲ pro καὶ. Sed error typotheticus eſſe poteſt. *J. F. R.*

13. Μαστιγούμενοι] Vid. ſupra *Reviv.* c. 33. *M. du S.*

14. Τῷ θεάτρῳ] Τοῖς θεαταῖς. τῇ πάνυ. *Nobiliſſima illi Cleopatra.* *J. Br.*

15. Πιθήκου] Supra quoque non ſemel, ut *Reviv.* c. 36. &c. *J. F. R.*

21. Συγκείμενον] Mſ. συγκινούμενον. *J. B.*

Συγκείμενον] Fuerat in M. aliquid aliud, quo eraſo haec vox ſuperinducta eſt. Ego συγκινούμενον ſcriptum fuiſſe exiſtimo, ut eſt in Mſ. B. *M. du S.*

Συγκείμενον] Etſi συγκείμενον aliquo modo exponi queat, ut *convenientiam*, geſtuumve compoſitionem cum cantantibus convenientem ſignificet; tamen lectio *Cod.* B. συγκινούμενον adeo hac videtur melior, ut eam vel in contextum recipiendam putem, & verſiones jam olim ita ſunt compoſitae, ut hoc ipſum expreſſiſſe videantur. Conf. infra *de Salt.* c. 62. & 80. quae *Solanus* in marg. Juntinae conſulenda monuerat. *J. F. R.*

31. Ἕτερα] *Aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habere. Salluſt.* *A. V.*

Ἕτερα μὲν . .] *Hom.* Il. I, 313. *M. du S.*

Ibid. Κεύθων ἐνὶ φρεσὶ] *Hom.* Il. I. Ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃ. *J. Br.*

Κεύθων ἐνὶ φρεσὶ] Sic ille: ſed ap. *Hom.* βάζει pro εἴπῃ legas, quod tamen hic parvi refert. *J. F. R.*

ἄν τινα ἐπὶ σοῦ εἰπεῖν, ὅτι ἃ λέγεις καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖσθαι ἀξιοῖς, χείλεα μέν σου ἐδίηνεν, ὑπερῴην δ' αὐχμῶσαν καταλέλοιπε. τοιγαροῦν [a] παρὰ πόδας εὐθὺς ἔτισας δίκην, προπετῶς μὲν θρασυνάμενος πρὸς τὰς ἀνθρώπων χρείας, μετὰ μικρὸν δὲ μονονουχὶ ὑπὸ κήρυξιν ἐξομοσάμενος τὴν ἐλευθερίαν. καὶ ἔοικεν ἡ Ἀδράστεια τότε κατόπιν ἐφεστῶσά σοι εὐδοκιμοῦντι, ἐφ' οἷς κατηγόρεις τῶν ἄλλων, καταγελᾶν, ὡς ἂν θεὸς εἰδυῖα τὴν μέλλουσάν σοι ἐς τὰ ὅμοια μεταβολήν, καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον πτύσας πρότερον, ἠξίους κατηγορεῖν τῶν διὰ ποικίλας τινὰς τύχας, τοιαῦτα πράττειν ὑπομενόντων.

Εἰ γοῦν ὑπόθοιτό τις τῷ λόγῳ τὸν Αἰσχίνην μετὰ τὴν κατὰ τοῦ Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἁλῶναι, καὶ φωραθῆναι τὰ ὅμοια πάσχοντα, πόσον ἂν οἴει παρὰ τῶν ὁρώντων γενέσθαι τὸν γέλωτα, εἰ Τίμαρχον μὲν εὔθυνεν ἐπὶ τοῖς καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δὲ γέρων ἤδη, τοιαῦτα εἰς ἑαυτὸν παρηνόμει; τὸ δ' ὅλον, ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς [b] ἀπο-

quae dicis, & propter quae laudem adfectas, ea *Labra rigaſſe quidem*, *ſiccum liquiſſe palatum.* Itaque e veſtigio ſtatim poenas dediſti, qui temere audaciam ſumſeris contra hominum neceſſitates, paullo poſt autem tantum non ſub praecone libertatem ejuraveris. Ac videtur, laudibus tibi hominum ab accuſatione aliorum florenti, a tergo adſtans Adraſtea te deriſiſſe, quae tamquam Dea, futuram tuam ad idem vitae genus mutationem videret, atque illud etiam, quod non deſpuens ante in tuum ſinum, accuſares eos qui per quamdam fortunae varietatem facere talia ſuſtinerent.

7. Si quis igitur hoc declamationi argumentum ponat, Aeſchinem poſt Timarchi accuſationem ipſum deprehendi patientem ſimilia: quantum a ſpectantibus riſum putas oriturum, ſi Timarchum quidem in judicium vocet ob ea, quae in flore aetatis peccaverit, ipſe vero jam ſenex, eadem in ſe deſignet. In ſumma, Pharmacopolae illi ſimilis es, qui tuſſis remedium praedicans,

a Παρὰ πόδας] Sic W. *J.* Fl. *H. P.* Πόδα *S.* *b* Ἀποκηρύττων] Sic edidi ex L. & M. Ἀποκηρύττειν Edd.

40. Κατόπιν] Μετὰ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν ἰέναι. G.
41. * Τῶν ἄλλων καταγελᾶν] Ὁ νοῦς, ἀντὶ τοῦ μεγαλαυχούμενος καὶ γαυριῶν, ἐφ' οἷς τῶν εἰς ταῦτα μισθοφορούντων κατεκομψεύου. *V.*
43. Καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον πτύσας] Παροιμία, εἰς τὸν κόλπον πτύει, ἐπὶ τῶν † πάνυ μαλακῶν, καὶ τεθρυμμένων. Τοὺς γὰρ φρονηματίας καὶ ἐπηρμένους, καὶ τοῦτο αὐτὸ μεγαλόφρονας, οὐκ εἰς τὸν κόλπον φασὶ πτύειν, ἀλλὰ πόρρω, οὓς καὶ ἡ χυδαία λαλία ‡ μακροπτύστους καλεῖ διασύρουσα §. *V.*

* Melius hoc referretur ad θρασυνάμενος ſupra. *M. du S.*
† Πάνυ] Πάνυ legebatur in Edit. Sed facilis eſt correctio, ac de permultis ſimilibus non ſemper monebimus, ſed quantum poterimus, in tranſitu corrigemus. *J. F. R.*
‡ Μακροπτύστους] In C. marg. μακροπτύστας. Sed M vulgatam tuetur. *M. du S.*
§ Sequebantur hic plura, ſed ex alio ſcholio perperam repetita, quae recte delevit *M. du S.*

Κνύζων ἐνὶ φρεσὶ] Male omnes κνύζων, patet apud *Homer.* Il. 9. *J. B.*
34. Χείλεα . .] *Hom.* Il. X. 495. Vid. ſupra Dial. praeced. *J. F. R.*
36. Θρασυνάμενος] Sic quoque in *Junt.* legebatur; ſed mutavit *Solanus* ſive *Soulius*, in θρασυνόμενος, nulla auctoritate Cod. nec Edit. Ego cauſſam non video, ſed vulgatam ſervo, quae mihi vel melior videtur; quia aoriſtus eam vim habet, ut ſignificet id quod facere ſolemus, ut alibi jam pluribus dixi, quin & ſtatim ſequitur ἐξομοσάμενος. *J. F. R.*
43. Εἰς τὸν κόλπον πτύσας] *Eraſm.* in adag. *In tuum ipſius ſinum inſpue.* *J. Br.*
Εἰς τὸν κόλπον πτύσας] Sic p. 936. hac de re copioſe ad illud Petron. *ter me juſſit expuere.* *J. B.*
44. Πτύσας] Hujus moris, quod quidem ſciam, praeter Lucianum meminit hac in re nemo. Nam quod apud *Theophraſtum* aliosque id factitatum, viſo aliquo monſtro, aut mali ominis averruncandi cauſſa, legimus; longe, mea quidem ſententia, ab hoc more abhorret. Quo ſi quid arroganter forte in alios dictum eſſet, aut de ſe magnifice nimis praedicatum,

Adra-

cans, & ſtatim liberaturum ſe illa laborantes pollicitus, ipſe interim, convelli a tuſſi cerneretur.

8. Haec igitur, & in hoc genere multa alia, dicat aliquis tui ſimilis accuſator in argumento ita copioſo, & mille dicendi opportunitates praebente. Ego vero jam diſpicio qua via ad cauſſam dicendam adgrediar. Numquid optimum fuerit, ſponte me ſuccumbere, & tergum praebere, nec negare peccatum, ſed ad communem illam deprecationem confugere: Fortunam dico, & Parcam, & Fatum, ac rogare veniam hos, qui me reprehendant, cum ſciant, nullius rei penes nos arbitrium eſſe, ſed a praeſtantiore natura, aut potius ab una earum quas praediximus, agi non ſponte noſtra, ſed extra cauſſam undiquaque conſtitutos, quidquid dicamus faciamusque? An plane hoc plebejum, ut neque tu me, amice feras, talem defenſionem ſi praetendam, & Homerum advocatum adſciſcam, verſusque illius recitem,

κηρύττων βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο.

Ταῦτα μὲν, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα εἴποι τις ἂν, οἷος σὺ κατηγορῶν, ἐν οὕτως ἀμφιλαφεῖ τῇ ὑποθέσει, καὶ μυρίας τὰς ἀφορμὰς παρεχομένῃ. ἐγὼ δὲ ἤδη σκοπῶ ἥν τινα καὶ τράπωμαι πρὸς τὴν ἀπολογίαν. ἆρά μοι κράτιστον [c] ἐθελοκακήσαντα, καὶ τὰ νῶτα ἐπιστρέψαντα, καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον, ἐπὶ τὴν κοινὴν ἐκείνην ἀπολογίαν καταφυγεῖν; λέγω δὲ τὴν τύχην, καὶ μοῖραν, καὶ εἱμαρμένην, καὶ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν μοι τοὺς ἐπιτιμῶντας, εἰδότας ὡς οὐδενὸς ἡμεῖς κύριοι, ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δὲ μιᾶς τῶν προειρημένων ἀγόμεθα, οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι παντάπασιν ὄντες, ἃ ἂν λέγωμεν, ἢ ποιῶμεν, ἢ τοῦτο μὲν κομιδῇ ἰδιωτικὸν, καὶ οὐδ' ἂν σύ με, ὦ φιλότης, ἀνάσχοιο τοιαύτην ἀπολογίαν προϊσχόμενον, καὶ συνήγορον τὸν Ὅμηρον παραλαμβάνοντα, καὶ τὰ ἐκείνου ἔπη ῥαψῳδοῦντα,

Μοῖ-

c Ἐθελοκακήσαντα] Ἐθελοκακήσαντι P.

60. Ἀμφιλαφεῖ] Ἀμφιλαφεῖ ἀντὶ τοῦ ¶ ἀφθόνῳ, πολλαχῶς κεχορηγημένῃ. V.

¶ Ἀφθόνῳ] Male ἀφθόνως editum erat.

Adraſteae mox iram deprecaturos ſe, malaque averruncaturos ſuperſtitioſi homines ſperabant. Confer etiam Εὐχ. c. 15. Vide tamen locum ex *Æſchylo* a Plutarcho allatum in lib. de Iſide Ed. *Han.* p. 258. E. ἀποπτύσαι δεῖ καὶ καθήρασθαι τὸ στόμα, κατ' Αἰσχύλον. Locus autem *Theophraſti* hic eſt in Eth. Char. XVI. p. 49. μαινόμενόν τι ἰδὼν ἢ ἐπίληπτον φρίξας εἰς κόλπον πτύσαι. Vide *Theocr.* Id. VI. 39. & XXIV. 19. ὡς μὴ βασκανθῶ δὲ τρὶς εἰς ἐμὸν ἔπτυσα κόλπον. Ubi Scholiaſtes factitari hoc a mulierculis praeſertim docet τὸ νεμεσητὸν averruncantibus. *Callimachumque* adducit teſtem. *M. du S.*

47. Αἰσχίνην] Æſchinem contra Timarch. V. *Plut.* 624, 1. *M. du S.*

49. Τὰ ὅμοια πάσχοντα] *Muliebria patientem. J. Br.*

51. Εὔθυνεν ἐπὶ τοῖς] *Ejus reum fecit, quod in adoleſcentia commiſit criminis*, hoc eſt, *impudicitia. J. Br.*

54. Ἀποκηρύττειν] Scribe ἀποκηρύττων. *J. Br.*

Ἀποκηρύττων] Finiens deinde *Sabinus* ſuam in *Lucianum* accuſationem, τὸ δι' ὅλου, inquit, ἐκείνῳ τῷ φαρμακοπώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττειν βηχὸς φάρμακον, καὶ αὐτίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος, αὐτὸς μεταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο. Nemini prorſus dubium eſſe poſſit, quin *Lucianus* ſcripſerit ἀποκηρύττων. *Similis es illi Pharmacopolae, qui medicamen tuſſis praedicans, & ſe illico eos, qui laborarent illa, liberaturum promittens, interea ipſe conſpiciebatur a tuſſi male habens.* Hunc locum ita legendum, in mentem venit quoque *Brodaeo* dicto loco. *J. J.*

Ἀποκηρύττων] M. & L. uti Clar. *Jenſius* conjecerat. Caeteri libri ἀποκηρύττειν. *M. du S.*

77. Μοῖ-

Μοῖραν δ' ȣ̓ τινά φημι πεφυγμένον ἔμ-
μεναι ἀνδρῶν.

ϗ̀ [a] τὸ,

Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Εἰ δὲ τȣ̃τον ἀφεὶς τ̀ λόγον, ὡς ȣ̓ πάνυ ἀξιόπιςον, ἐκεῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων, μήτε ὑπ' ἄλλης τινὸς ἐλπίδ☉ τοιαύτης δελεασθεὶς, ὑποςῆναι τ̀ παρȣ̃σαν συνȣσίαν, ἀλλὰ τ̀ σύνεσιν, ϗ̀ ἀνδρίαν ϗ̀ μεγαλόνοιαν τȣ̃ ἀνδρὸς θαυμάσας, ἐθελῆσαι κοινωνῆσαι πράξεων τῷ τοιȣ́τῳ, δέδοικα [b] μὴ πρὸς τῇ ἐπιφερομένῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν, κᾆτα εὑρίσκωμαι ἥλῳ, φασὶν, ἐκκρȣ́ων τ̀ ἧλον, ϗ̀ μείζονί [c] γε τ̀ σμικρότερον ὅσῳ κολακεία τ̀ ἄλλων ἁπάντων κακῶν, τὸ δȣλοπρεπέςατον εἶναι, ϗ̀ ταύτῃ χείριςον νενόμιςαι.

Τί ȣ̃ν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα, μήτε ἐκεῖνα λέγειν δοκεῖ, ὑπόλοιπόν ἐςιν, ἢ ὁμολο-

Fatum equidem nullum dico effugiſſe virorum:

& illud,

Naſcenti nevit, genitrix cum funderet alvo.

9. Sin relicta hac oratione tamquam non valde probabili, illud dicam, me neque a pecuniae neque ab alia id genus cupiditate illectum, ſubiiſſe praeſentem convictum, ſed prudentiae, fortitudinis, & magnanimitatis in hoc viro admiratione voluiſſe in communionem venire illius actuum: metuo, ne ad intentatam accuſationem adulationis inſuper crimen ſubeam, deprehendarque clavo quod aiunt clavum ejicere, majori minorem, in quantum adulatio malorum omnium reliquorum maxime ſervile eſſe, & hoc ipſo nomine peſſimum, perhibetur.

10. Quid igitur, ſi neque haec neque illa dicenda videntur, aliud relinquitur, quam

a Τὸ] Τῷ male Fl. *b* Μὴ πρὸς &c.] Haec & ſequentia verba usque ad αἰτίαν, deſunt in W. *c* Γε] Abeſt haec particula ab Fl. adeſt in aliis, item in M. & P.

90. Καὶ μείζονί γε τ̀ μικρότερον] Τῷ μείζονι ἥλῳ τ̀ μικρότερον. V.

77. Μοῖραν μ̀] *Hom.* Il. Z. *J. Br.*

Μοῖραν] Lucianus accingens ſe ad *Apologiam*, non eo nomine ſe defenſurum cauſſam ait, quod quidquid faciat, lege & vi fati coactus faciat; nec ſe *Homerum* teſtem producturum, qui dixerit, Μοῖραν δ' ȣ̓ τινά φημι πεφυγμένον ἀνθρώπων εἶναι. Sed verſus ipſe, quem reſpicit hic Noſter, ſic Il. Z. 488. apud *Homerum* legitur,

Μοῖραν δ' ȣ̓ τινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν.
J. J.

Μοῖραν] Quam accurate legerit *Brodaeus*, hinc adparet. *J. F. R.*

Μοῖραν] Il. Z, 488. laudat etiam auctor Philop. p. 771. ut & jam citandum Il. Υ. 127. Od. H. 198. *J. M. G.*

Ibid. Ἔμμεναι ἀνδρῶν] Sic ex *Homero* legendum, non ut in omnibus libris eſt ἀνθρώπων εἶναι, quod ab inſcitis Librariis haud dubie profectum eſt. *M. du S.*

80. Γεινομένῳ ἀπένησε λίνῳ] *Hom.* Il. v. *J. Br.*

Γεινομένῳ ἀπένησε λίνῳ] Ecce quam belle rurſum, pro ἐπένησε, quod *Lucian.* & *Hom.* habent, dat ἀπένησε; & pro v. lege Υ. Ibique verſ. 128. *J. F. R.*

90. Ἥλῳ τ̀ ἧλον] *Eraſm.* in adag. *clavum clavo pellere.* *J. Br.*

Ἥλῳ τ̀ ἧλον] Sic pag. 271. Interpres *Ariſtoph. Suid.* Parœmiog. *J. B.*

Ἥλῳ τ̀ ἧλον] De hoc proverbio agit *Daviſ.* ad Cic. Tuſc. D. c. 35. ubi Cic. ait: *Etiam novo quidam amore veterem amorem, tamquam clavum clavo ejiciundum putant.* Ad quae ille: *Hieronymus* ad Ruſticum pag. 39. *Philoſophi ſaeculi ſolent, amorem veterem amore novo, quaſi clavum clavo, expellere.* Notum proverbium: Ἥλῳ τ̀ ἧλον, πασσάλῳ τ̀ πάσσαλον. Vid. *Pollucem* L. IX. c. VII. 120. *Suidam* in Ἥλῳ. Adde noſtrum infra pro Lapſ. c. 7. *J. F. R.*

97. Ἄγκυρα ἔτι ἄβροχ☉] *Eraſm.* in proverbio: *Sacram ancoram ſolvere.* *J. Br.*

Ibid. Ὀδύρεσθαι] Lucianus haeſitare ſe fingens, quo tamdem colore factum ſuum, ſuis ipſius praeceptis contrarium viſum, defendat & excuſet, Μία μοὶ ἴσως, inquit, ἐκείνη ἀγκύρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας, &c. Graecus Interpres, Ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας] ἁπλότητος ἦθος, ταῦτα καταχλευαςικά. Poſſet quis κατασκευαςικὰ, ſed ſine dubio legendum καταχλευαςικά id quod requirit ſenſus: loquitur enim ibi Lucianus κατὰ χλευασμόν. *J. J.*

98. Νόσον] Podagram an oculorum affectionem innuat, non liquet ex ſequentibus. *M. du S.*

4. Μηρὸν αὐτὰ] Caſtiga μικρόν. *J. Br.*

5. Καὶ

quam ut confitear, nihil quidquam ſani me quod dicam habere. Illa forte una mihi ancora adhuc in ſicco eſt, deplorare ſenectutem, & morbum, & cum his paupertatem, facere omnia ac pati perſuadentem, ut quis illam effugiat: ubi forte neq intempeſtivum fuerit Euripidis Medeam advocare, ut in medium progreſſa dicat pro me jambos illos paullum quiddam inflexos,

Nec me fugit, quantum ſceleſta moliar,
Sed major urget conſiliis inopia.

Illa enim Theognidis vel me tacente quis ignorat, non indignum putantis, vel in mare cetoſum abjicere ſe, vel montis ab aërii praecipitio, ſi quis hoc modo queat effugere pauperiem?

11. Haec igitur eſſe videntur, quae quis in tali re defendendi criminis cauſſa dicere habeat, quorum nullum unum per ſe valde ſpecioſum. At bono te, ſodalis, animo eſſe

γεῖν [d] μηδὲ ἓν ὑγιὲς εἰπεῖν ἔχειν; μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας, καὶ τὴν νόσον· καὶ μετὰ τούτων, τὴν πενίαν, πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσαν, ἴσως ἐκφύγοι τις αὐτήν. καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ, οὐκ ἄκαιρον ἴσως καὶ τὴν τοῦ Εὐριπίδου Μήδειαν παρακαλέσαι παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκεῖνα τὰ ἰαμβεῖα, μικρὸν αὐτὰ παρῳδήσασαν·

Καὶ μανθάνω μὲν, οἷα δρᾶν μέλλω κακά.
Πενία δὲ [e] κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Τὸ μὲν γὰρ τοῦ Θεόγνιδος κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν οὐκ ἀπαξιοῦντος, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον σφᾶς αὐτοὺς ῥίπτειν, καὶ κατὰ κρημνῶν γε ἠλιβάτων, εἰ μέλλοι τις οὕτως ἀποδράσεσθαι τὴν πενίαν.

Ταῦτα μὲν εἶναι δοκεῖ, ἅ τις ἂν ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσασθαι ἔχοι, οὐ πάνυ εὐπρόσωπον ἕκαστον αὐτῶν. σὺ δέ μοι θάῤῥει, ὦ ἑταῖ-

d Μηδὲ ἓν &c.] Μηδὲν ὑγιές τι μὴ ὁμολογεῖν W. At cum vulgata faciunt *P. H. J. Fl.* e Κρείσσων τῶν ἐμῶν] Κρείσσων δὲ πεῖνα] *Bourd.* At nil mutant Edd. nec M.

97. Ὀδύρεσθαι] Ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας ἀπλότητος * ἤθους ταῦτα κατασκευαστικά· ἀλλ' ὦ βωμολόχε, εἰς ταύτην κἀκεῖνοι ὧν κατέδραμες † ἀπηνῶς καταφεύγοντες ἀπολογίαν, λῆρόν σε καὶ φιλαίτιον καὶ μεμψίμοιρον ‡ ἀποφανοῦσι καὶ κώνωπα, φασὶ, μιμούμενον § αὐτόν. Τάχα γὰρ Σωκράτην ἐθέλων μιμεῖσθαι ¶ οἷς οὗτος Πρόδικον τὸν * Κεῖον καὶ τοὺς κατ' αὐτὸν ἀπελέγχει σοφιστὰς, ἐπὶ τὴν τοιαύτην ἀπέδραμες γλωσσαλγίαν. Ἀλλὰ γὰρ καλῶς ἔχει τοῖς ** Ὁμήρου συμβάλλειν. ἢ τοῖος δὲ ἐὼν . . . Πόντον ἐπιπλώσας ἑτάρους ἐρίηρας †† ἀγείρας, καὶ ὅσα λοιπά. *V.*

10. Ἠλίβατον] Ἠλίβατον, ὑψηλὸν, ἄβατον, ἢ ὅπου ὁ ἥλιος πρῶτον βάλλει ‡‡ Στησίχορος δὲ τάρταρον ἠλίβατον τὸν βαθὺν λέγει. Ἔνιοι δὲ ἠλίβατον ἀποδιδόασιν, ἡλίῳ φαινόμενον. *V.*

* Ἤθους] Ἦθος ante typis deſcriptum legebatur, ſed mutavit *M. du S.* Qui novem locis unum hoc Scholion correxit: nam & mox pro κατασκευαστ. . . editum erat καλασχευ . . . pro ὦ, οὖν, pro ὧν, ὡς &c quae mox vide. *J. F. R.*

a. In hoc libello cum *Hermotimo* Stoicae diſciplinae ſectatore rem ſe habere fingit Auctor; cumque eo quum de variis ſectis, tum de difficultate & fere ἀδυνάτῳ, certo inveniendi veriſſimae Philoſophiae diſciplinam optimam, diſputat. Itaque ubi Luciano profeſſus eſſet *Hermotimus* ſe Philoſophiae animum ſuum applicuiſſe jam dudum, omnemque ei diſciplinae vitam porro dicaturum, ut tamdem bonorum ex ea proffuentium compos fieret; reſpondet Lucianus, ſibi ſatis, ex multis, quae adfert, argumentis perſuaſum eſſe, eum ſerio Philoſophiae a multo tempore fuiſſe deditum. Δοκεῖς δέ μοι, pergit, ἀλλ' οὐδὲ ὄναρ ποτὲ ἀνιέναι σεαυτὸν, οὕτως ὅλως εἶναι ἐν τῷ πράγματι. Poſſet quis ſuſpicari, Lucianum ſcripſiſſe ὅλος. οὕτως ὅλος εἶναι ἐν τῷ πράγματι, *adeo totus in negotio eſſe*, ſcilicet *videris*. Ut in Deorum dial. XII. *Veneris* & *Cupid.* fin. dicitur Rhea ὅλη οὖσα ἐν τῷ Ἄττῃ, & ſimiliter alibi. Sed ſatis probum eſt vulgatum: ſic de Saltatione c. 3. Σὺ δὲ, κορυφῆς ὀφθαλμῶν ἔοικας ὅλως δεδουλῶσθαι. *Tu vero totus quantus es, videris in ſervitutem redactus.* Sic in Deor. dialogis XIX. f. Diana dicitur ὅλως πρὸς τῇ θήρᾳ εἶναι, *nil niſi venatum curare*; ſe totam venatui tradidiſſe. Ibid. Dial. XX. §. 15. Καὶ ὁ μὲν Ἔρως, ὅλως παρελθὼν ἐς αὐτὴν, ἀναγκάσει τὴν γυναῖκα ἐρᾷν. in his manifeſtiſſime ὅλως idem quod ὅλος, valet. Nec aliter in Dialogis Meretriciis X. §. 13. ὅλως περὶ τὸ μειράκιόν ἐστι. Graeci itaque pro adjectivis utuntur nonnumquam adverbiis, ut jam ex allatis exemplis patet. Minus id perſpexiſſe videtur Ampliſſimus *Cuperus* III. Obſerv. cap. 12. ubi in Aeliani Ποικιλ. lib. III. cap. 9. [δέδοικε δὲ τὸν ἕτερον, ἅτε ἐκ θεοῦ κατόχως ἐνθουσιῶντα] legendum cenſet κάτοχον. Commodiſſime κατόχως ibi pro κάτοχον exponi poteſt ex uſu Graecorum, adverbia non raro ita adhibentium, ut jam vidimus, & mox ultra videbimus. Adde ibi Eruditiſſimum *Kuhnium*, iſtius Aelianei loci vindicem. Ad hoc idem adhaeſit quoque *Jac. Tollius*, (p. 75.) qui apud Lucianum in De non temere cred. Calumn. §. 14. in verbis [καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν οὐ μάλα ἀηδῶς, καὶ ὅλως ἐρωτική.] legit pag. 416. edit. Amſt. ἀηδὴς pro ἀηδῶς. Idem ergo fieri oportebit in his ejusdem Luciani, in Phalaride c. ſive §. 5. ὅτε ἀφυλάκτως ὀλίγου δεῖν ληφθεὶς, ἐζήτουν τινὰ σωτηρίαν περὶ τῶν παρόντων. quia nempe ſicut hic ἀφυλάκτως ληφθεὶς, ita in citato De non temere cred. Calumn. libello c. 12. legitur quis ἀφύλακτος ληφθείς quemadmodum apud *Xenophontem* I. Κυροπ. οἱ δι' ἐξαπατῶντες τοὺς πολεμίους δύναιν̓) καὶ θαρσῆσαι ποιήσαντες ἀφυλάκτους λαμβάνειν. Apud *Demoſthenem* quoque I. contra Philipp. Ἀφύλακτος ληφθῇ. in margine notatur in alio libro legi ἀφυλάκτως. Promiſcue itaque locuti ſunt Graeci. Iterum Noſter adverbio ita utitur in de Aſtrologia §. 18. vel 19. Φαέθων δὲ, τοῦ ἠελίου δρόμον ἐτεκμήρατο, οὐ μὲν γε ἀτρεκέως, ἀλλ' ἀτελέα τὸν λόγον ἀπολιπὼν, ἀπέθανε. Et hic ἀτρεκέως pro ἀτρεκέα, ſive ad δρόμον, ſive λόγον referas. Clare quoque *Iſocrates* in Panathen. pag. 262. E. Ἐν ὀλίγαις ἡμέραις ἑώρων τούς τε νόμους ἀναγεγραμμένους, οὐχ ὁμοίως τοῖς νῦν κειμένοις, οὐδὲ τοσαύτης ταραχῆς καὶ τοσούτων ἐναντιώσεων μεστούς. *Paucis diebus leges in tabulas relatas, & publice propoſitas viderunt; non his, quas nunc habemus, ſimiles, neque confuſionis plenas, & inter ſeſe pugnantes.* Patet ὁμοίως hic plane pro ὁμοίους poſitum; ſequitur quoque μεστούς. *J. J.*

Ibid. Ὅλον] Ὅλος in W. & *Bz.* Nos ὅλον ex L. reſtituimus pro vulgato ὅλως. *M. du S.*

Ὅλος] Ὅλον ait *Solanus* ſe reſtituiſſe; ſed quis reſtitui deſiderat, ubi priſtina ſunt ſana; quare ei non obſecundavi, adverbium enim ſe recte habere, ſatis docuit Cl. *Jenſius*. Et ſi quid ab adverbio recedendum propter cacophoniam οὕτως ὅλως, potius jam amplector ὅλος duobus teſtibus & frequenti uſu munitum, quam durius illud ὅλον, quod ὄντα potius requireret, quam εἶναι. Eligat interim quod quisque voluerit; ſingula enim ſuos patronos invenient. *J. F. R.*

40. Οὐκ-

φαίνῃ οὐκ ἐς μακρὰν ἐπιλήψεσθαι τῆς εὐδαιμονίας, εἴ γε μὴ λέληθας ἡμᾶς καὶ πάλαι αὐτῇ συνών. ΕΡΜΟΤ. Πόθεν ὦ Λυκῖνε, ὃς νῦν ἄρχομαι παρακύπτειν ἐς τὴν ὁδόν; ἡ δ' Ἀρετὴ πάνυ πόῤῥω κατὰ τὸν Ἡσίοδον οἰκεῖ, καὶ ἔστιν ὁ οἶμος ἐπ' αὐτὴν μακρός τε καὶ ὄρθιος, καὶ τρηχὺς, ἱδρῶτα οὐκ ὀλίγον ἔχων τοῖς ὁδοιπόροις. ΛΥΚ. [a] Οὐχ ἱκανὰ οὖν ἵδρωταί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ [b] ὡδοιπόρηται; ΕΡΜ. Οὔ, φημί. οὐδὲν γὰρ ἐκώλυέ με πανευδαίμονα εἶναι, ἐπὶ τῷ ἄκρῳ γενόμενον. τὸ δὲ νῦν, [c] ἀρχόμεθα ἔτι ὦ Λυκῖνε.

mihi videris non ita multo poſt comprehenſurus iſtam felicitatem, niſi forte fugit nos, te olim cum illa verſari. HERM. Quî *poſſim*, Lycine, qui nunc tandem incipiam inſpicere in viam? Longe autem habitat Heſiodo teſte virtus, & eſt via ad illam longaque & praerupta, & aſpera, ſudorem excutiens non parvum viatoribus. LYC. Nondum ergo ſatis tibi ſudatum eſt, Hermotime, nec viae ſatis factum? HERM. Nondum, inquam. Nihil enim prohiberet me undique beatum eſſe, in ſummo ſi eſſem: nunc vix, Lycine, incipimus.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ τήν γε ἀρχὴν ὁ αὐτὸς οὗτος Ἡσίοδος ἥμισυ τοῦ παντὸς ἔφη εἶναι, ὥστε κατὰ μέσην τὴν ἄνοδον εἶναί σε ἤδη λέγοντες, οὐκ ἂν ἁμάρτοιμεν. ΕΡΜ. Οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο· πάμπολυ γὰρ ἂν ἡμῖν ἤνυστο. ΛΥΚ. Ἀλλὰ ποῦ γάρ σε φῶμεν τῆς ὁδοῦ τυγχάνειν ὄντα; ΕΡΜ. Ἐν τῇ ὑπωρείᾳ κάτω ἔτι, ὦ Λυκῖνε, ἄρτι προβαίνειν βιαζόμενον, ὀλισθηρὰ δὲ, καὶ τραχεῖα, καὶ δεῖ χεῖρα ὀρέγοντος. ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὁ διδάσκαλός σοι τοῦτο [d] ἱκανὸς ποιῆσαι, ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἄκρου καθάπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς, χρυσῆν τινα σειρὰν καθιεὶς, τοὺς αὐτοῦ λόγους, ὑφ' ὧν [e] σε

3. LYC. At initium idem ille Heſiodus totius dimidium ait eſſe. Itaque nihil erraverimus, ſi circa medium te adſcenſum eſſe dicamus. HERM. Nondum, ne hoc quidem. Multum enim ſic effectum eſſet. LYC. Sed ubinam viae verſari te dicemus? HERM. In ipſis adhuc montis radicibus, Lycine, ſed ſumma jam vi conantem progredi, lubrica autem eſt, & aſpera, & opus eſt, qui manum nobis porrigat. LYC. Magiſter ergo tuus, qui hoc faciat idoneus, qui deſuper ex ſummo ut Homericus ille Jupiter auream catenam demittat, ſermones ſuos, quibus nimirum at-

a Οὐχ] Οὐκ male *J.* Οὐχ recte *P. A1. S.* &c. *b* Ὡδοιπόρηται] Sic recte *B1.* & 2. ac W. Ceterae Edd. male ὁδοιπόρηται prima brevi. *c* Ἀρχόμεθα] Ita bene *B2.* & W. Nam ἀρχόμεσθα minus convenienter *H.* Fl. *S. P. A1.* *d* Ἱκανὸς] Ἱκανῶς W. male. Prius ſervant Edd. antiqq. & recentt. omnes. *e* Σε] Δὲ M. Σε Edd. omnes.

40. Οὐκ ἐς μακρὰν] Οὐκ εἰς μακρὸν χρόνον. *J. Br.*

44. Ἡσίοδον οἰκεῖ] Lin. 1. Oper. hæc tota diſſertatio *Heſiodum* de via illa virtutis interpretatur. *J. B.*

Ἡσίοδον οἰκεῖ] *Heſiod.* Ἐργ. 288. *M. du S.*

48. Ὡδοιπόρηται] Lucianus ex numero annorum, quos jam Philoſophiae ſtudio dederat Hermotimus, colligens eum non longe ab ipſa Virtute, quam pro ſummo bono petebant Philoſophi illi, abeſſe, ubi contrarium ex Hermotimo intelligit, ait, οὐχ ἱκανὰ οὖν ἵδρωταί σοι ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ὁδοιπόρηται; Et hic ſcilicet locus argumento eſt, quam immunis ſit ab inquinatiſſimis maculis exquiſitae hic elegantiae ſcriptor. Emenda ὡδοιπόρηται. Melius Grammaticae leges in hoc verbo ſervatae ſunt infra c. 27. τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας, &c. & in Vera Hiſt. c. 4. συνωδοιπόρουν ἡμῖν παραθέοντες. Eadem tamen ſpurcities ſimili in voce occurrit in Lexiphane c. 22. pr. προοδοποιῆται pro προωδοποιῆται. Ibid. §. 24. pari labe maculatus eſt ille libellus ab ſequioribus editoribus, qui pro προπαρεσκευασμένος dederunt προπαρασκευασμένος. *J. J.*

52. Ἀρχὴν . . . Ἡσίοδος] Heſiodeum cur non videatur, dixi ad Ἐνυπν. c. 3. *M. du S.*

53. Ἡσίοδος ἥμισυ] Etiam in marg. Ed. *Junt.* notaverat *Solanus* falſam hanc eſſe citationem. Sed & *Seidelius* in *Portula L. Gr. aurea* p. 8. Heſiodo adſcribit, non indicato tamen loco. *Eraſmus* in *Adag. principium dimidium totius*, Lucianum in *Hermot.* id hemiſtichium ex *Heſiodo* adferre ait; ſed & *Ariſtoteli* & *Platoni* uſurpatum indicat. Sed forſan Lucianum fefellerit hoc *Heſiodi* Ἐργ. 40. — ὅσῳ πλέον ἥμισυ παντός. Sed V. nott. ad Somn. §. 3. p. 5. *J. F. R.*

56. Πα-

attrahat te & levet ad ſe & virtutem, cum olim ipſe adſcenderit. HERM. Rem ipſam, Lycine, dixiſti. Quantum enim in illo eſt, olim extractus in altum eſſem, & cum illis verſarer. Sed ipſe nimis adhuc ſum imbecillus.

4. LYC. Verum confidere oportet, & bonum habere animum, & finem viae ſpectare, ſupernamque illam felicitatem, illo praeſertim una animum ſtudiumque adhibente. Interea quam tibi ſpem oſtendit, quando futurum ſit ut enitaris? proximone anno conjicit in arce te futurum, verbi cauſſa poſt myſteria altera, aut Panathenaea? HERM. Pauxillum narras, Lycine. LYC. Sed proxima Olympiade? HERM. Et hoc parum eſt, ut ad virtutis exercitationem, poſſeſſionemque felicitatis. LYC. Poſt duas ergo Olympiadas omnino: alioquin multam quis ſocordiam veſtram accuſaverit, ſi neque tanto tempore illud poſſitis, quo facile ſit ter a columnis inde Herculis ad Indos abire, indeque redire; etiamſi nec recto itinere neque ſemper progrediatur aliquis, ſed in gentibus interjectis oberret. Quamquam, quanto vis altiorem, & magis lubricum,

ἀνασπᾷ δηλαδὴ, καὶ [f] ἀνακουφίζει πρὸς αὑτόν τε καὶ τὴν ἀρετὴν αὐτὸς πρὸ πολλοῦ [g] ἀναβεβηκώς. ΕΡΜ. Αὐτὸ ἔφησθα, ὦ Λυκῖνε, τὸ γιγνόμενον. ὅσῳ γοῦν ἐπ' ἐκείνῳ πάλαι ἀνεσπάσμην ἄνω, καὶ συνῆν αὐτοῖς· τὸ δ' ἐμὸν, ἔτι ἐνδεῖ.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ θαῤῥεῖν χρὴ, καὶ θυμὸν ἔχειν ἀγαθὸν, ἐς τὸ τέλος τῆς ὁδοῦ ὁρῶντα, καὶ τὴν ἄνω εὐδαιμονίαν, καὶ μάλιστα ἐκείνου [h] συμπροθυμουμένου. πλὴν ἀλλὰ τίνα σοι ἐλπίδα [i] ὑποφαίνει, ὡς δήποτε ἀναβησομένῳ; ἐς νέωτα εἴκαζεν ἐπὶ τὸ ἄκρον ἔσεσθαί σε, οἷον [k] μετὰ τὰ μυστήρια τὰ ἄλλα, ἢ Παναθήναια; ΕΡΜΟΤ. Ὀλίγον φὴς, ὦ Λυκῖνε. ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐς τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα; ΕΡΜ. Καὶ τοῦτο ὀλίγον ὡς πρὸς ἀρετῆς ἄσκησιν, καὶ εὐδαιμονίας κτῆσιν. ΛΥΚ. Μετὰ δύο μὲν δὴ Ὀλυμπιάδας πάντως· ἢ πολλήν γ' ἂν ὑμῶν ῥαθυμίαν καταγνοίη τις, εἰ μηδ' ἐν τοσούτῳ χρόνῳ δύνασθε, ὅσον τρὶς ἀπὸ Ἡρακλείων στηλῶν εἰς Ἰνδοὺς ἀπελθεῖν, εἶτ' ἐπανελθεῖν ῥᾴδιον, εἰ καὶ μὴ [l] εὐθεῖαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζοι τις, ἀλλ' ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι περιπλανώμενος. καίτοι πόσῳ τινὶ βούλει ὑψηλοτέραν καὶ λισσοτέραν θῶμεν εἶναι τὴν ἄκραν, ἐφ'

f Ἀνακουφίζει] Sic Edd. omnes bene, item M. Sola *J.* ἀνακουφίζοι male. g Ἀναβεβηκώς] Ἐναβεβ. rurſus male *J.* Ceterae vulgatam tuentur cum M. h Συμπροθ.] Ξυμπροθ. W. i Ὑποφαίνει] Sic Edd. recte. Ὑποφαίνειν W. male. k Μετὰ], Sic Edd. & M. l Εὐθεῖαν] Ita habent G. W. P. L. Edd. vulgo εὐθύ.

75. * Εἰς νέωτα] † Μέλλων. *V.*

* Εἰς] Parvi eſt, quod εἰς citatum relinquo, quum in Auctore ipſo tamen legatur ἐς, id quod Luciano longe frequentius quam εἰς, & licet hic perinde ſit, tamen interdum praeſtat ἐς, interdum εἰς, ad pleniorem ſonum. Sed εἰς νέωτα dicitur in proverbiali locutione ap. *Theocritum*, qui ait: Ἀεὶ γεωργὸς εἰς νέωτα πλούσιος. *Semper agricola in novum annum dives.* *J. F. R.*

† Μέλλων] Deeſt ἑαυτὸν. In Exc. G. legitur μέλλον. *M. du S.*

56. Παντόπολυ] Placet πάμπολυ. *J. Br.* Sed & hoc jam habent Edd. *J. F. R.*

63. Ὁμήρου Ζεὺς] Iliad. Δ. *J. Br.*

Ὁμήρου Ζεὺς] Il. Θ. 18. Conf. ſupra *Deor. Dial.* XXI. pr. *M. du S.*

68. Ὅσῳ] Lege ὅσον invitis omnibus noſtris libris. *M. du S.*

77. Παναθήναια] De quibus, & aliis ſacris ceremoniis dico copioſe σὺν θεῷ alibi. *J. B.*

80. Ἀρετῆς ἄσκησιν] Hoc illud eſt quod Philoſophos omnes exercuit tamdiu, de quo locus alius dicendi, ut & de illo ſeq. εὐδαιμονίας κτῆσιν. *J. B.*

86. Εὐθεῖαν] Etſi εὐθὺ defendi poſſit; merito tamen hic auſcultamus quatuor Mſſ. & ſtylum noſtro uſitatum ſequimur. Vid. infra c. 15. plura exempla in indice forſan adparebunt. Εὐθεῖαν, τραχεῖαν &c. autem, omiſſo ὁδὸν, & aliis frequens eſſe, vid. *Bos* de Ellipſ. p. 107. Niſi hoc nimis vulgare. *J. F. R.*

90. Ἡμῶν]

ἐφ' ἧς ᵃ ὑμῶν ἡ ἀρετὴ οἰκεῖ, τῆς Ἀόρνου ἐκείνης, ἣν ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν Ἀλέξανδρος κατὰ κράτος εἷλεν.

4. ΕΡΜ. Οὐδὲν ὅμοιον, ὦ Λυκῖνε, οὐδ' ἔστι τὸ πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷον σὺ εἰκάζεις, ὡς ὀλίγῳ χρόνῳ καλεργασθῆναι, καὶ ἁλῶναι, οὐδ' ἂν μύριοι Ἀλέξανδροι προσβάλλωσιν, ἐπεὶ πολλοὶ ἂν οἱ ἀνιόντες ἦσαν. νῦν δὲ ἀνέρχονται μὲν οὐκ ὀλίγοι μάλα ἐῤῥωμένως, καὶ προσέρχονται ἐπὶ ποσὸν, οἱ μὲν, ἐπὶ πάνυ ὀλίγον, οἱ δὲ, ἐπὶ πλέον. ἐπειδὰν δὲ κατὰ μέσην τὴν ὁδὸν γένωνται πολλαῖς τοῖς ἀπόροις καὶ δυσχερέσιν ἐντυγχάνοντες, ἀποδυσπετοῦσί τε, καὶ ἀναστρέφουσιν, ἀσθμαίνοντες, καὶ ἱδρῶτι ῥεόμενοι, οὐ φέροντες τὸν κάματον. ὅσοι δ' ἂν εἰς τέλος διακαρτερήσωσιν, οὗτοι πρὸς τὸ ἄκρον ἀφικνοῦνται, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, εὐδαιμονοῦσι θαυμάσιόν τινα βίον τὸν λοιπὸν βιοῦντες, οἷον, μύρμηκας ἀπὸ τοῦ ὕψους ἐπισκοποῦντές τινας τοὺς ἄλλους. ΛΥΚ. ᵇ Παπαί, ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς

ponamus verticem illum, in quo virtus vobis habitat, Aorno illa, quam paucos intra dies vi cepit Alexander?

5. HERM. Nihil quidquam ſimile eſt, Lycine, neque res talis eſt, qualem tu imaginaris, quae exiguo tempore confici poſſit & capi; non, ſi ſexcenti ſimul Alexandri aggrediantur: ſic enim multi aſcenderent. Jam vero aggrediuntur quidem non pauci valde animoſe, & aliquantum procedunt, alii parum admodum, alii longius. Cum vero circa mediam jam viam ſunt, atque in impedita multa atque aſpera incidunt, difficultate victi pedem referunt, anhelantes, ſudore affluentes, ac laboris plane impatientes. Quotquot vero ad finem perſeverant, hi in arcem perveniunt, & ab eo inde tempore felices, admirabilemque vitam, quae reliqua eſt, viventes, velut formicas de alta quadam ſpecula reliquos intuentur. LYC. Papae, Hermotime, quantillos nos facis? ne aequales quidem Py-

a Ὑμῶν] Sic Edd. octo vett. & mſ. M. Sola *Junt.* ἡμῶν. b Παπαί] Βαβαὶ L. Nihil vulgatam movent *H. Fl. J. P.* &c.

90. Ἡμῶν] Sic optime Ed. *J.* Reliquae ὑμῶν, quod ſcio neminem probaturum, qui Lucianum attente legerit. *M. du S.*

Ὑμῶν] Quantumvis blandiatur *Juntinae* lectio ἡμῶν exhibentis, non tamen eam recipere auſim; quin perlectis praemiſſis, jam vulgatam ὑμῶν praefero. Nam cum *Lucini* perſona ſupra inducatur quaſi ignara quam longum & arduum ſit iter ad virtutem, non immerito videtur etiam hic dicere: *petram, ubi* vobis *Philoſophis & Heroibus virtus habitare creditur.* Conf. omnino c. 2. a verſ. 42. ad fin. *J. F. R.*

Ibid. Τῆς Ἀόρνου ἐκείνης] Diodor. L. ιζ. & Arrian. γ. *J. Br.*

Τῆς Ἀόρνου ἐκείνης] De hoc loco Id. Dial. Philipp. & Alex. Arr. Curt. alii. *J. B.*

98. Προσέρχονται] Verti, ac ſi legatur προέρχονται, quod verum puto. *J. M. G.*

7. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου] *Ac deinceps.* *J. Br.*

8. Οἷον μύρμηκας] Atque indignos qui hominum appellatione nominentur. *J. Br.*

9. Τινὰς τοὺς ἄλλους] Subduxerat *Solanus* pronom. τινὰς aſteriſcoque & numero notaverat variantem lectionem quaeſiturus atque additurus, at non invenit, nec opus eſt; etſi vel τινὰς vel articulus τοὺς abeſſe queat. Sed eſt pleonaſmus uſitatus, ut ſupra *Dial.* omnium primo, ſ. *Somn.* haud longe ab init. ταχέως τινὰ τὴν ἐπικουρίαν, ubi conf. not. Cl. *T. Hemſterh.* Adde, ſi lubet, *Budaei* Comment. p. 593. f. qui ex *Ariſtotele* adfert: Οὐ γάρ ἐστι γένος ἄνθρωπος τῶν τινῶν ἀνθρώπων. Et nos alios ejusmodi articulorum pleonaſmos indicantes, ad c. 26. hujus Dial. *J. F. R.*

10. Παπαὶ ὦ Ἑρμότιμε, ἡλίκους ἡμᾶς ἀποφαίνεις, οὐδὲ κατὰ τοὺς πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ χαμαὶ παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς] Interpres: *Papae Hermotime, quantulos nos facis, neque cum pygmais nos comparas, ſed omnino cum humi repentibus animalibus.* Sed χαμαὶ ἐν χρῷ τῆς γῆς num ſunt humi repentia animalia? non ſic Graeci loquuntur, ſed dicendum fuiſſet τοὺς χαμαὶ ὄντας, aut ἑρπετὰς. ſicut ſtatim, ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμεθα ἡμεῖς, ſed veram ſcripturam nobis oſtendit Mſ. Ἀλλὰ χαμαιπετεῖς παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. In praecedente pag. 507. non fruſtra idem codex: εἰ δὲ μὴ εὐθεῖαν, μηδ' ἀεὶ βαδίζει τις. ſane ἀττικώτερον hoc eſt quam vulgatum εὐθύ. Solet enim ὁδὸς in his frequentiſſime omitti. ſic apud *Xenoph.* εὐθείας ἐξεστηκέναι. *a recta via aberrare.* exempla paſſim obvia, nec tyronibus ignota. *J. G. G.*

12. Χαμαὶ . . .] *Homeri* & *Heſiodi* loca, quae primus indicavi, qui non viderit, dubitare hic non mirabor

ἐπεὶ

Pygmaeis illis, ſed humi omnino, in ipſa quaſi telluris cute, *deprimis.* nec mirum: jam enim altum ſapis, & e ſummo: nos vero colluvio illa, & quotquot humi repimus, cum diis vos etiam veneramur, jam ſuperatis nubibus, eo quo feſtinatis, olim delatos. HERM. Modo contingat ille adſcenſus, Lycine. Sed nimis multum ſupereſt.

6. LYC. Tamen non dixiſti, quantum ut tempori comparare poſſemus. HERM. Nempe nec ipſe accurate ſcio: conjicio tamen, viginti non amplius annos futuros, quibus interjectis, omnino quondam in ſummo futuri ſimus. LYC. Hercules tuam fidem! multum narras. HERM. Etenim de maximis rebus laboratur. LYC. Iſtuc quidem forte verum fuerit. Sed de viginti annis, utrum te illis victurum, magiſter tibi tuus promiſit, ceu non ſapiens modo, ſed divinus quidam aut fatidicus, aut ex eorum numero aliquis, qui Chaldaeorum rationes norunt? ajunt quippe ſcire talia. neque enim veri ſimile eſt, te re-

Πυγμαίους ἐκείνους, ἀλλὰ [c] χαμαιπετεῖς [d] παντάπασιν ἐν χρῷ τῆς γῆς. εἰκότως. ὑψηλὰ γὰρ ἤδη φρονεῖς, καὶ ἄνωθεν· ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς, καὶ ὅσοι χαμαὶ [e] ἐρχόμενοι ἐσμὲν, μετὰ τῶν θεῶν καὶ ὑμᾶς προσευξόμεθα ὑπερνεφέλους γενομένους, καὶ ἀνελθόντας οἷ πάλαι σπεύδετε. ΕΡΜΟΤ. [f] Εἰ γὰρ γένοιτο καὶ ἀνελθεῖν, ὦ Λυκῖνε. ἀλλὰ πάμπολυ τὸ λοιπόν.

ΛΥΚ. Ὅμως οὐκ ἔφησθα ὁπόσον, ὡς χρόνῳ [g] περιβαλεῖν. ΕΡΜ. Οὐδ᾽ αὐτὸς γὰρ οἶδα, ὦ Λυκῖνε, τἀκριβές. εἰκάζω μέντοι οὐ πλείω τῶν εἴκοσιν ἐτῶν ἔσεσθαι, μεθ᾽ ἃ πάντως που [h] καὶ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐσόμεθα. ΛΥΚ. Ἡράκλεις, πολὺ λέγεις. ΕΡΜ. Καὶ γὰρ περὶ μεγίστων ὦ Λυκῖνε οἱ πόνοι. ΛΥΚΙΝ. Τουτὶ μὲν ἴσως ἀληθές. ὑπὲρ δὲ τῶν εἴκοσιν ἐτῶν, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα, [i] πότερον ὁ διδάσκαλός σου καθυπέσχετο, οὐ μόνον σοφὸς, ἀλλὰ καὶ μαντικὸς ὤν, ἢ χρησμολόγος τις, ἢ ὅσοι τὰς Χαλδαίων μεθόδους ἐπίστανται; Φασὶ γοῦν εἰδέναι τὰ τοιαῦτα. οὐ γὰρ δή σέ γε εἰ-

c Χαμαιπετεῖς] Sic mſ. G. P. L. χαμαὶ tantum Edd. omnes & M. d Παντάπασιν] Πάντα παθεῖν W. male. e Ἐρχόμενοι] Ἑρπόμενοι *Gron* male. *M. du S.* f Εἰ] Sic recte ſine accentu Fl. P. Nam εἶ male *J. H.* g Περιβαλεῖν] Dedi ex W. P. L. Παραβαλεῖν Edd. h Καὶ] Deeſt in W. Agnoſcunt Edd. i Πότερον] Ita recte Edd. & M. Πρότερον male *Fl.*

18. Εἰ] Εὐκτικὸν τὸ εἰ. πολὺ δὲ παρὰ Πλάτωνι τοῦτο. M.

——— ἐπεὶ οὔ ποτε φῦλον ὁμοῖον
Ἀθανατῶν τε θεῶν, χαμαὶ ἐρχομένων τ᾽ ἀνθρώπων.

At nemo qui contulerit, dubitabit. χαμαιπετεῖς de tardis avibus uſurpatur, quae tamen volantes radunt, ut anſeres domeſtici &c. Vid. Ἰκαρ. c. 10. Uſurpat etiam *Pindarus Ol.* IX. Genuina & vere Lucianea ea eſt ſcriptura quam ſecutus ſum. Vid. Ἰκαρ. c. 6. Reperitur etiam in M. *M. du S.*

13. Ἐν χρῷ τῆς γῆς] *In ſuperficie terrae.* *J. Br.*

15. Καὶ ὅσοι χαμαὶ ἐρχόμενοι] Quum Opſopæus verterit *& quotquot per humum repentes ſumus*, Benedictus *& quotquot per humum repimus*, videntur legiſſe, quod pater margini adſcripſit, ἑρπόμενοι. Sed præterea, quum Baſileenſes ediderint μετὰ καὶ τῶν θεῶν ὑμᾶς, exiſtimans in ordine horum quatuor vocabulorum καὶ debere poni primum, non quartum, ut fecerunt *Bourdelotius* & *Benedictus*, putavit reponendum ἡμεῖς δὲ ὁ συρφετὸς καὶ ὅσοι χαμαὶ ἑρπόμενοι ἐσμὲν, καὶ μετὰ τῶν θεῶν ὑμᾶς &c. in quo tamen non ſtatuendum contra ſcriptos libros. *J. G.*

Ibid. Χαμαὶ ἐρχόμενοι] *Hom.* Il. E. 442. & *Heſiod.* Θεογ. 272. Repetit in Ἰκαρ. c. 6. Videtur tamen Cl. *Graevius* legiſſe in ſuo Cod. Mſ. ἑρπόμενοι, uti etiam legendum conjecerat Cl. *Gronovius*. *M. du S.*

21. Περιβαλεῖν] W. P. & L. In vulg. παραβαλεῖν. *M. du S.*

Περιβαλεῖν] Etſi non ſatis adfirmare queam, quae vera ſit lectio; tamen tribus optimae notae Codicibus obtemperaſſe, increpabit nemo. Verum *Anonymus* quidam margini Ed. *Hagen.* in qua aeque ac ceteris legebatur παραβαλεῖν, adleverat παραλαβεῖν, quod melius profecto. Ex manu autem conjicio, fuiſſe *Joannem Bellagrium*, qui nomen fronti hujus libri inſcripſerat. *J. F. R.*

26. Περὶ μεγίστων] Ἀγαθῶν. *J. Br.*

31. Χαλδ. μ.] Vide *Gell.* XIV. 2. *A. V.*

εἰκὸς, ἐπὶ τῷ ἀδήλῳ, εἰ βιώσῃ μέχρι πρὸς τὴν ἀρετὴν, τοσούτους πόνους ἀνέχεσθαι, καὶ ταλαιπωρεῖν νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, οὐκ εἰδότα εἴ σε πλησίον ἤδη τοῦ ἄκρου γενόμενον, τὸ χρεὼν ἐπιστὰν, κατασπάσει λαβόμενον τοῦ ποδὸς, ἐξ ἀτελοῦς τῆς ἐλπίδος. ΕΡΜ. Ἄπαγε. δύσφημα γὰρ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. ἀλλ' εἴη βιῶναι, ὡς μίαν γοῦν ἡμέραν εὐδαιμονήσω, σοφὸς γενόμενος. ΛΥΚ. Καὶ ἱκανή σοι ἀντὶ τῶν τοσούτων καμάτων ἡ μία ἡμέρα; ΕΡΜ. Ἐμοὶ μὲν καὶ ἀκαριαῖον ὁπόσον ἱκανόν.

ΛΥΚ. Τὰ δὲ δὴ ἄνω ὅτι εὐδαίμονα, καὶ τοιαῦτα, ὡς πάντα χρὴν ὑπομεῖναι δι' αὐτὰ, πόθεν ἔχεις εἰδέναι; οὐ γὰρ δὴ αὐτός πω ἀνελήλυθας. ΕΡΜ. Ἀλλὰ τῷ διδασκάλῳ πιστεύω λέγοντι· ὁ δὲ πάνυ οἶδεν, ἅτε ἀκρότατος ἤδη ὤν. ΛΥΚ. Ἔλεγε δὲ πρὸς θεῶν, ποῖα τὰ περὶ αὐτὴν, ἢ τινα τὴν εὐδαιμονίαν εἶναι τὴν ἐκεῖ ἦπου τινὰ πλοῦτον, καὶ δόξαν, καὶ ἡδονὰς ἀνυπερβλήτους; ΕΡΜ. Εὐφήμει, ὦ ἑταῖρε. οὐδὲν γάρ ἐστι ταῦτα, πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. [a] ΛΥΚ. Ἀλλὰ τίνα φησὶ τἀγαθὰ, εἰ μὴ ταῦτα ἕξειν πρὸς τὸ τέλος τῆς ἀσκήσεως ἐλθόντας; ΕΡΜ. Σοφίαν, καὶ [b] ἀνδρίαν, καὶ τὸ καλὸν αὐτὸ, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ πάντα ἐπίστασθαι βεβαίως πεπεισμένον, ᾗ ἕκαστα ἔχει. πλούτους δὲ, καὶ δόξας, καὶ ἡδονὰς, καὶ [c] ὅσα τοῦ σώματος, πάντα ταῦτα κάτω ἀφῆκε, καὶ ἀποδυσάμενος, ἀνέρχεται, ὥσπερ φασὶ τὸν Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα, θεὸν γενέσθαι. καὶ γὰρ ἐκεῖνος ἀπο-

bus incertis, an vitam ad virtutem usque perducturus ſis? tot labores ſuſtinere, & aerumnis vexari noctes ac dies, cum neſcias, an non te jam prope faſtigium enixum, inſtans fatum ex imperfecta ſpe pede prehenſum detrahat. HERM. Apage. mali enim ominis ſunt iſta: ſed vivere liceat, ut unum certe diem ſapientiae poſſeſſione beatus ſim. LYC. Ac ſatis tibi eſt pro tot laboribus unus ille dies? HERM. Mihi quidem minuta quamvis temporis particula ſatis eſt.

7. LYC. Supera autem illa beata eſſe ac talia, propter quae ſuſtinere omnia conſultum ſit, unde potes ſcire? neque enim ipſe unquam adſcendiſti. HERM. Ego vero magiſtro fidem habeo dicenti, ille quidem omnino novit, faſtigium jam adſecutus ſcilicet. LYC. Qualem autem dixit, per ego te Deos oro, illorum conditionem, aut quam ibi eſſe felicitatem? num quid divitias, & gloriam, & voluptates inexſuperabiles? HERM. Bona verba, amice, nihil enim iſta ad vitam cum virtute conjunctam. LYC. Quae igitur dicit bona, ſi haec non dicit, habituros, qui ad finem exercitationis pervenerint. HERM. Sapientiam, & fortitudinem, & ipſum honeſtum, & quod firma perſuaſione novit, quomodo ſe habeant ſingula. Divitias autem, & glorias, & voluptates, & quaecumque ſunt corporis, ea infra reliquit omnia, iiſque exutus adſcendit, ut Herculem aiunt, cum in Oeta conflagraſſet, Divum factum. Etenim

a ΛΥΚ.] Male deerat haec perſona in *J. Ald. Fr. H.* Aderat in reliqq. & marg. *Ar.* M. duo puncta, quibus perſonae ſolent deſignari. b Ἀνδρίαν] Ἀνδρείαν W. c Ὅσα] Ὅσαι W. Ὅσα *J.* male.

36. Τὸ χρεὼν ἐπιστὰν] *Fatum imminens.* *J. Br.*
43. Ἀκαριαῖον] Vid. rurſ. infr. c. 62. *M. du S.*
53. Πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀ. β.] Πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον· ἀλλὰ τίνα. &c. Excidit perſona Λυκίνου. Scilicet fuiſſe: πρὸς τὸν ἐν τῇ ἀρετῇ βίον. ΛΥ. ἀλλὰ τίνα. *Th. M.*
Ibid. Τῇ ἀρετῇ βίον] Poſt verba hæc ſcribe. ΛΥ. *J. Br.*
59. Πλούτους] Conf. ſupr. *Mar.* c. 12. *M. du S.* Et nos de plurali illo rariore mox infra, hoc Dial. c. 9. *J. F. R.*
62. Ἡρακλέα ἐν τῇ Οἴτῃ κατακαυθέντα] Quod ſupra narravit in Deor. Dial. JOVIS, AESCULAPII & HERCULIS. Vulgo autem credi ſolitum homines igne purgari, defunctosque igne quo cremabantur expurgari atque ad Deos tranſire, vide pluribus probantem Rever. *Jac. Elſner.* ad I. ep. ad Corinth. III. 15. *J. F. R.*
66. Διακριθεὶς] Munkerus ad *Hyg.* XXXVI. emendare jubet, ac legere συγκριθεὶς; ſed nulla medicina eget locus ſaniſſimus. *M. du S.*
84. Ἂν δουλεύῃ] Lege δουλεύοι. *F. G.*
Ἂν δουλεύῃ] Non male quidem *Gujetus* conjicit; & ſic rurſum infra c. 13. ſ. μάθῃς in μάθοις, mutat; item

enim ille quoque, abjectis quaecumque humana a matre habebat, puramque & ſinceram divinitatem, ipſo igni quaſi purgatam a ſcoriis ferens, evolavit ad Deos. Et hi ſane a philoſophia velut ab igni quodam liberati illis omnibus, quae admiratione digna aliis non recte rem putantibus videntur, in arcem evecti felix aevum agunt, divitiarum, & gloriae & voluptatum ne ſervantes quidem memoriam, ſed irridentes eos, qui eſſe aliquid iſta arbitrantur.

βαλὼν ὁπόσον ἀνθρώπειον εἶχε παρὰ τῆς μητρὸς, καὶ καθαρόν τε, καὶ ἀκήρατον φέρων τὸ θεῖον, ἀνέπτατο ἐς τοὺς θεοὺς [d] διευκρινηθὲν ὑπὸ τοῦ πυρός. καὶ οὗτοι δὴ ὑπὸ φιλοσοφίας, ὥσπερ ὑπὸ τινὸς πυρὸς, ἅπαντα ταῦτα περιαιρεθέντες, ἃ τοῖς ἄλλοις θαυμαστὰ εἶναι δοκεῖ, οὐκ ὀρθῶς δοξάζουσιν, ἀνελθόντες ἐπὶ τὸ ἄκρον, εὐδαιμονοῦσι, πλούτου, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν ἀλλ' οὐδὲ μεμνημένοι ἔτι, καταγελῶντες δὲ τῶν οἰομένων [e] ταῦτ' εἶναι.

8. LYC. Oeteum tibi Herculem juro, Hermotime, magnam tu mihi illorum fortitudinem praedicas, magnam felicitatem: verum hoc mihi expedi, utrum deſcendunt aliquando de arce illa ſua, ſi voluerint, uſuri illis, quae hic reliquerunt? an neceſſe eſt eos qui ſemel adſcenderunt, manere, verſari cum virtute, divitias & voluptates deridere? HERM. Non hoc ſolum *ita habet*, Lycine, ſed qui conſummatus ad virtutem fuerit, is neque ira, neque metu, neque cupiditatibus ſerviat, neque triſtitia, nec ulla in univerſum perturbatione afficiatur. LYC. Verum, ſi quidem fas eſt nihil cunctantem dicere quod res eſt —— ſed linguis, puto, favendum hic eſſe, neque per religionem licere inquirere in ea, quae fiunt a ſapientibus. HERM. Minime, quin tu loquere quidquid eſt, quod dicis. LYC. Vide, amice, quam valde cunctator ſim. HERM. Tu vero cunctari noli, apud me ſolum qui dicas.

ΛΥΚ. Νὴ τὸν Ἡρακλέα, ὦ Ἑρμότιμε, τὸν ἐν Οἴτῃ, ἀνδρεῖα καὶ εὐδαίμονα λέγεις περὶ αὐτῶν, πλὴν ἀλλὰ τόδε μοι εἰπὲ, καὶ κατέρχονταί ποτε ἐκ τῆς ἄκρας, ἢν ἐθελήσωσι χρησόμενοι τοῖς κάτω, ἃ καταλελοίπασιν, ἢ ἀνάγκη ἅπαξ ἀνελθόντας αὐτοὺς, μένειν, καὶ συνεῖναι τῇ ἀρετῇ, πλούτου καὶ δόξης καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας; ΕΡΜ. Οὐ μόνον τοῦτο, ὦ Λυκῖνε· ἀλλ' ὃς ἂν ἀποτελεσθῇ πρὸς ἀρετὴν, οὔτε ὀργῇ, οὔτε φόβῳ, οὔτ' ἐπιθυμίαις ὁ τοιοῦτος ἂν δουλεύῃ· οὐδ' [f] ἂν λυποῖτο, οὐδὲ ὅλως πάθος ἔτι τοιοῦτον πάθοι ἄν. ΛΥΚ. Καὶ μὴν εἴγε με δεῖ, μηδὲν ὀκνήσαντα, εἰπεῖν τἀληθὲς, ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ οἶμαι, [g] μηδ' ὅσιον [h] εἶναι ἐξετάζειν τὰ ὑπὸ τῶν σοφῶν γιγνόμενα. ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλ' εἰπὲ ὅ, τι καὶ λέγεις. ΛΥΚ. Ὅρα, ὦ ἑταῖρε, ὡς ἔγωγε, καὶ πάνυ ὀκνῶ. ΕΡΜ. Ἀλλὰ μὴ ὄκνει, ὦ γενναῖε, πρός γε μόνον ἐμὲ λέγων.

9. LYC. Caetera quidem, Hermotime, narrantem te proſequebar, credebam-

ΛΥΚ. Τὰ μὲν τοίνυν ἄλλα, ὦ Ἑρμότιμε, διηγουμένῳ σοι παρειπόμην, καὶ ἐπίστευον οὕτως

d Διευκρινηθὲν] Conſtans Edd. lectio & mſ. M. *e* Ταῦτα] Τί ταῦτα *Heinſ.* *f* Ἂν] Εἰ W. *g* Μηδ'] Μὴ δὲ *J.* *h* Εἶναι]. Sic *H. P. B2.* Fr. & P. Εἶ *J.* ἦ vero *A1.* Fl. & W.

item c. 22. ἂν εἴδῃς in εἴδοις, ac non ſemel alibi; verum quo frequentius id fit, eo jam minus neceſſarium arbitror, quia ſubjunctivus ſeſe tot exemplis tueri poteſt. *J.F.R.*

85. Πάθος] Stoici, teſte *Ariſtot.* II. Eth. ἀπαθείας τινὰς καὶ ἠρεμίας τὰς ἀρετὰς definiebant. *A.V.*

87. Ἀλλ' εὐφημεῖν χρὴ] *Bona verba.* Sunt verba ſolemnis hujus formulæ σίγα πᾶς ἔστω λεώς, εὐφημεῖν χρή. de qua copioſe Scal. ad Varr. pag. 94. leg. Schol. Sophoclis ad Oedip. Col. & ad Philoct. dico alibi. *J.B.*

88. *Μηδ' ὅσιον οἶμαι*] In P. & Edd. *multis eſt*, οἶμαι, μηδ' ὅσιον εἶναι. In W. *etiam*, *niſi quod pro* εἶναι habet ἦ. Fl. ἦ. Ed. *J* εἰ. Omnes prave. Ego itaque levi hac tranſpoſitione locum ſanaſſe mihi videor. Nihil enim jam relictum eſt, quod negotium faceſſat, facileque illud εἶναι pro οἶμαι ſcriptum fuerit, quod neceſſarium cum eſſet, alibi inſertum eſt, & pro εἶναι quidvis ab imperitis poſitum. *M. du S.*

οὕτως ἔχειν, σοφούς τε γίγνεσθαι αὐτοὺς, καὶ ἀνδρείους, καὶ δικαίους, καὶ τἄλλα· καὶ πῶς ἐκηλούμην πρὸς τὸν λόγον· ὁπότε δὲ καὶ [a] πλούτου ἔφησθα καταφρονεῖν σφᾶς, καὶ δόξης, καὶ ἡδονῶν, καὶ μήτε ὀργίζεσθαι, μήτε λυπεῖσθαι, πάνυ ἐνταῦθα (μόνω γάρ ἐσμεν) [b] ἐπέστην, ἀναμνησθεὶς ἃ πρότερον εἶδον ποιοῦντα. βούλει φῶ τίνα; ἢ ἱκανὸν καὶ ἄνευ τοῦ ὀνόματος; ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ καὶ τοῦτο εἰπὲ, ὅστις ἦν. ΛΥΚ. Διδάσκαλος αὐτὸς οὗτος ὁ σὸς, ἀνὴρ τἄτ' ἄλλα αἰδοῦς ἄξιος, καὶ γέρων ἤδη ἐς τὸ ὕστατον. ΕΡΜ. Τί οὖν δὴ ἐποίει; ΛΥΚ. Τὸν ξένον οἶσθα τὸν Ἡρακλεώτην, ὃς ἐκ πολλοῦ συνεφιλοσόφει αὐτῷ, μαθητὴς ὢν, τὸν ξανθὸν, τὸν ἐριστικόν; ΕΡΜ. Οἶδα ὃν λέγεις· Δίων αὐτῷ τοὔνομα. ΛΥΚ. Ἐκεῖνον αὐτὸν, ἐπεὶ τὸν μισθὸν, οἶμαι, μὴ ἀπεδίδου κατὰ καιρὸν, ἀπήγαγε [c] παρὰ τὸν ἄρχοντα ἔναγχος, περιθείς γε αὐτῷ θοἰμάτιον περὶ τὸν τράχηλον, καὶ ἐβόα, καὶ ὀργίζετο, καὶ εἰ μὴ τῶν συνήθων τινὲς ἐν μέσῳ γενόμενοι,

que rem ita habere, ſapientesque fieri illos & fortes, & juſtos, & reliqua, mulcebarque aliquantum ſermone illo tuo. Cum vero etiam divitiarum contemtores eſſe diceres & gloriae & voluptatum, & nec iraſci illos neque dolere, hic omnino (ſoli enim duo ſumus) inſtiti, cum in mentem veniret quae paullo ante videram facientem . . . vis dicam quem? an ſatis eſt etiam tacito nomine? HERM. Nequaquam, ſed hoc etiam dic, quis fuerit. LYC. Ipſe tuus ille doctor, reverentia dignus vir caetera, & ultimae aetatis ſenex. HERM. Quid is igitur faciebat? LYC. Hoſpitem noſti illum Heracleenſem, qui diu cum ipſo philoſophatus eſt, tamquam diſcipulus? rufum illum? contentioſum? HERM. Novi quem dicas. Dioni nomen eſt. LYC. Illum ipſum, cum mercedem puto in tempore non ſolveret, rapuit nuper ad magiſtratum, obtorto collo, vociferans & irarum plenus, & niſi familiarium quidam, qui commodum adeſſent, eripuiſſent ipſius ma-

a Πλούτου] Sic *J.H.* Fl. Fr. *S. A*1. Πλούτων P. ſola. b Ἐπέστην] Ἔπεστιν W. Sed prius Edd. conſtanter ſervant. c Παρὰ] Sic recte Codd. M. P. L. Περὶ vulgo Edd.

97. Ἐκηλούμην πρὸς τὸν λόγον] Sic in Nigrino & ſæpe alibi. pagina 281. & ſeq. repetit in Lapith. *J.B.*

98. Πλούτου] Quum ad Pariſinum exemplar deſcribatur haec Editio, idque hic habeat πλούτων ἔφησθα καταφρονεῖν, hoc ipſum editum fuiſſet, niſi prius reliquas Edd. conſuluiſſem, ex quibus nihil variationis notaverat *M. du S.* Evolvi itaque alias editt. ſex, easque Πλούτου habere deprehendi, non Πλούτων, & ſic ſupra c. 8. Πλούτου — καὶ ἡδονῶν καταγελῶντας ipſa etiam habet Pariſina. Alioqui non male πλούτων huc quadraret; ſed quia utrumque rectum, non auſus ſum uni Editioni prae omnibus, auſcultare. Nec tamen pluralem πλοῦτοι pro *divitiis* usquam alibi invenio, ne in Eccleſiaſticis quidem ſcriptoribus, ex quibus centena ſingularis exempla habet *Suicerus* in Theſ. Et ſic etiam plurali χρημάτων tamen ſingul. πλούτου addit *Ariſtot*. Pol. I. c. 6. ſcribens: ποιητικὴ γὰρ εἶναι τοῦ πλούτου καὶ χρημάτων, ibid. paullo poſt: πλοῦτος καὶ χρημάτων κτῆσις. Mox rurſus: παντὸς πλούτου, &c. ubi commode pluralem potuiſſet adhibere, ſi is fuiſſet uſitatus. Tum vero plurali recte utaris, ſi quaeras num duo ſint *Pluti?* vel an differat *Plutus* a *Plutone*, qui Rex eſſet inferorum, alter praeſes divitiarum, vel ipſae opes, ut videtur noſter diſtinguere, in *Timon*. c. 21. ubi *PLUTUS* ait, *ſe non ſuis ingredi pedibus, ſed a PLUTONE mitti*, de quo diſputat Illuſtr. *Spanh*. ad Ariſtoph. Plut. 727. Sed vel per jocum ibi ſic loquitur *Lucianus*, vel verum quod Cl. *Barlaeus* ibi notat; etſi *Plutus* a *Plutone* diverſus ſit apud poëtas, utrumque tamen divitias largiri creditum. Verum *Barlaei* notas Cl. *Hemſterh.* ibi non addidit, nec nos jam de *Pluto* re nimis nota plura diſputabimus. Quisque enim facile intelligit, ſi πλουτοδότης vocatur *Pluto*, & *Plutus* opes deſignat, recte dici Plutum a Plutone mitti. Etſi enim *Plutus* modo Deum, modo divitias ſignificet, *Plutonis* adpellatio tamen non ita promiſcua eſt, quin ea Deum fere tantum ſignificet, (& licet ſemel iterumque confundatur aliquod nomen, inde tamen non ſequitur; omnem differentiam ſublatam.) Interim pluralem πλούτων hoc loco recte legi poſſe credo, quia *Lucinus* ait: tu *Hermotime* mihi narrabas modo: *divitiarum contemtores eſſe philoſophos*; cumque ipſe *Hermotimus*, ad cujus verba reſpicitur, ſupra c. 7. etiam plurali uſus ſit, & hic commode eodem numero repetentur πλοῦτοι, veluti & in *Necyom*. c. 12. Πλούτοις τε καὶ ἀρχαῖς, iterum ibid. πλούτους λέγω, καὶ γένη. Philoſophicum enim eſſe videtur ſimilia plurali num. uſurpare, quae alias vix habent pluralem; ut alibi oſtendimus. Sed & *Xenoph. Epheſ.* L. 2. p. 32. πλούτων καὶ ἐπι-

manibus juvenem, crede mihi, correptum morſu naſum homini abſtuliſſet, adeo indignabatur.

ἀφείλοντο τὸν νεανίσκον ἐκ τῶν χειρῶν αὐτοῦ, εὖ ἴσθι, προσφὺς ἂν, ἀπέτραγεν αὐτοῦ τὴν ῥῖνα ὁ γέρων, οὕτως ἠγανάκτει.

10. HERM. Nam malus ille ſemper, & in reddendo quod debet ingratus. Aliis enim quibus foeneratur, nihil umquam tale fecit, ſolvunt quippe uſuras tempori. LYC. Quid vero, & ſi non ſolvant, o beate, ipſi curae eſt, purgato jam a philoſophia, & relictis illis in Oeta monte nihil jam indigenti? HERM. Putas enim ſua ipſum cauſſa laborare de talibus. Verum ſunt ipſi parvi liberi, quorum curam habet, ne inopes vitam agant. LYC. Oportebat, Hermotime, educere & illos ad virtutem, ut pari cum ipſo felicitate fruantur, & contemnant divitias.

ΕΡΜ. Πονηρὸς γὰρ ἀεὶ ἐκεῖνος, καὶ ἀγνώμων, ὦ Λυκῖνε, περὶ τὰς ἀποδόσεις. ἐπεὶ τούς γε ἄλλους, οἷς δανείζει, πολλοὺς ὄντας, οὐδὲν τοιοῦτό που [d] διατέθεικεν. ἀποδιδόασι γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους. ΛΥΚ. Τὶ [e] δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν, ὦ μακάριε, μέλει τι αὐτῷ, καθαρθέντι ἤδη ὑπὸ Φιλοσοφίας, καὶ μηκέτι τῶν ἐν τῇ Οἴτῃ καταλελειμμένων δεομένῳ; ΕΡΜ. Οἴει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν ἐκεῖνος περὶ τὰ τοιαῦτα ἐσπούδακεν; ἀλλ' ἔστιν αὐτῷ παιδία νεογνὰ, ὧν κήδεται, μὴ ἐν ἀπορίᾳ καταβιώσωσι. ΛΥΚ. Δέον, ὦ Ἑρμότιμε, ἀναγαγεῖν κἀκεῖνα ἐπὶ τὴν ἀρετὴν, ὡς συνευδαιμονοῖεν [f] αὐτῷ, πλούτου [g] καταφρονοῦντα.

11. HERM. Non vacat mihi, Lycine, de his diſputare tecum; jam enim feſtino ad ipſum audiendum, ne forte imprudens plane ſero veniam. LYC. Bono es animo, bone vir, hodie enim induciae

ΕΡΜ. Οὐ σχολή μοι, ὦ Λυκῖνε, περὶ τούτων διαλέγεσθαί σοι. σπεύδω γὰρ ἤδη ἀκροάσασθαι αὐτοῦ, μὴ καὶ λάθω τελέως ἀπολειφθείς. ΛΥΚ. Θάῤῥει, ὦ 'γαθέ. τὸ τήμερον

d Διατέθεικεν] Sic Fl. *H. P.* & M. Διατέθηκεν] *J.* *e* Δὲ] Δαὶ W. prius vero Edd. *f* Αὐτῷ] Αὐτοῦ W. male. *g* Καταφρονοῦντα] Καταφρονοῦντες W.

ἐπιμελείας. *J. F. R.*

7. Ἐς τὸ ὕςατον] *Valde.* *J. Br.*

11. Δίων] Fuit & illius nominis inſignis Sophiſta; ſed is diu ante hunc vixit. Confer haec potius cum Αλεξ. ubi de profligatiſſimo illius nominis homine etiam mentio fit. hunc ego ſuſpicor Sophiſtam etiam fuiſſe. *M du S.*

13. Ἀπεδίδου] Qui neſcit hoc verbum proprium eſſe mercedi ſolvendae, & ſaepiſſime cum ſubſtant. μισθὸς jungi, adeat Rever. *Jac. Elſner.* ad Evang. Matth. XX. 8. ubi ἀπόδος αὐτοῖς τὸν μισθὸν ex *Achill. Tat. Ariſtoph. Aelian.* & hoc Lucianeo teſtimonio probatur. *J. F. R.*

Ibid. Παρὰ] In impreſſis legitur περὶ, haud dubie corrupte. M. P. & L. recte παρά. *M. du S.*

20. ΕΡΜ. Πονηρὸς] Omiſſum *Non mirum*, aut ſimile quid, qua ratione & Romanos uti ſuo *Nam* vel *Enim*, oſtendimus ad *Quintil.* 2, 11, 7. Transferamus hoc etiam ad illud, quod mox ſequitur, οἴει γὰρ ὅτι ἑαυτοῦ χάριν κ. τ. λ. Hoc enim vult, *Non mirum te ita interrogare*, vel *Sentio cur ita interroges* &c. Nempe cum frequens admodum ſit id genus ellipſis, malim eam hic quoque adhibere, quam varias adeo particulae γὰρ ſignificationes tribuere. Hoc ſemel obſervatum ad plures interpretationis noſtrae locos pertinere videbit, qui volet attendere. *J. M. G.*

23. Ἀποδιδόασι γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρὸν τοὺς τόκους. Λυκ. τί δὲ, ἂν μὴ ἀποδιδῶσιν] An non videtur mutanda perſona, & Luciani nomen præponendum his omnibus? Certe efficacior erit luſus; quaſi, quum Hermotimus excuſaret eum, quod nihil adverſus alios ſævum ſtatueret, reſpondeat Lucianus ridens, id videlicet mirum non eſſe, quia illi obeant in fœnore ſolvendo conſtitutum tempus: tum pergit in eadem perſona. Quid autem? an ſic futurus eſſet, ſi non darent? *J. G.*

24. Κατὰ καιρὸν] Κατὰ καιρὸν fieri quid Graece dicitur, quod fit ſtatuto, opportuno tempore, quo nec ſerius nec citius fieri debebat. *Laërt.* Platone: Παρέδωκε δὲ αὐτὸν Πόλιδι Λακεδαιμονίῳ, κατὰ καιρὸν διὰ πρεσβείαν ἀφιγμένῳ. *Tradidit ipſum* (Platonem) *Polidi Lacedaemonio, qui opportune legatus ad ſe venerat.* Etiam εἰς καιρὸν dicunt: Alexis, εἰς καιρὸν ἥκεις. *Ariſtoph.* in Pluto pro eo ὡρικῶς dixit, quod Scholiaſtes interpretatur κατὰ καιρόν. Haec *L. Bos* in Epiſt. ad Rom. c. 5. 6. (p. 105.) Ubi & Κατὰ καιρὸν ὑπὲρ ἀσεβῶν ἀπέθανε, quem adeundum eſſe, in marg. *Graev.* Edit. notaverat *T. H.*

27. Ἐν τῇ Οἴτῃ] Vid. ſupra cap. 7. med. *J. F. R.*

38. Ἐπι-

γον γὰρ ἐκεχειρία ἐπήγγελται· ὥστε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ. ΕΡΜ. Πῶς λέγεις; ΛΥΚ. Ὅτι ἐν τῷ παρόντι οὐκ ἂν ἴδοις αὐτὸν, εἴγε χρὴ πιστεύειν τῷ προγράμματι· πινάκιον γάρ τι ἐκρέματο ὑπὲρ τοῦ πυλῶνος, μεγάλοις γράμμασι λέγον, τήμερον οὐ συμφιλοσοφεῖν. ἐλέγετο δὲ παρ' Εὐκράτει, τῷ πάνυ, δειπνήσας χθὲς, γενέθλια θυγατρὸς ἑστιῶντι, πολλά τε συμφιλοσοφῆσαι ἐν τῷ συμποσίῳ, καὶ πρὸς Εὐθύδημον τὸν ἐκ τοῦ Περιπάτου παροξυνθῆναί τι, καὶ ἀμφισβητῆσαι αὐτῷ, περὶ ὧν ἐκεῖνοι εἰώθασιν ἀντιλέγειν τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς. ὑπό τε [a] οὖν τῆς κραυγῆς, πονήρως τὴν κεφαλὴν διατεθῆναι, καὶ ἱδρῶσαι μάλα πολλὰ ἐς μέσας νύκτας, ἀποταθείσης, ὥς φασι, τῆς συνουσίας· ἅμα δὲ καὶ [b] ἐπεπώκει, οἶμαι, πλέον τοῦ ἱκανοῦ, τῶν παρόντων ὡς εἰκὸς φιλοτησίας προπινόντων, καὶ ἐδεδειπνήκει πλέον, ἢ κατὰ γέροντα· ὥστε ἀναστρέψας, ἤμεσέ τε ὡς ἔφασκον πολλὰ, καὶ μόνον [c] ἀριθμῷ παραλαβὼν τὰ κρέα, ὁπόσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι [d] παραδεδώκει, καὶ σημηνάμενος ἐπιμελῶς, τὸ ἀπ' ἐκείνου καθεύδει, μηδένα

denuntiatae ſunt, itaque ego tibi quod reliquum eſt viae remitto. HERM. Quid ais? LYC. Tibi illius jam copiam non futuram; ſi quidem fides habenda programmati. Tabella enim ſuſpenſa ſuper veſtibulum, magnis literis ſcripta ſignificabat, hodie illum non diſputare. Dicebatur autem apud Eucratem, nobilem illum, filiae ſuae natalem qui celebraret convivio, heri coenatus, tum diſputaſſe multa in convivio, tum Euthydemo Peripatetico iratior concertaſſe cum illo de iis, in quibus ipſi ſolent contradicere Stoicis; a clamore vero caput illi dolere, & ſudaſſe multum, protracta in mediam noctem, ut aiunt, diſputatione. Simul vero biberat, puto, plus quam ſatis fuit, cum, ut fieri ſolet, convivae illum largioribus invitatiunculis ad bibendum provocarent; porro plus, quam pro ſene, cibi ſumſerat. Igitur domum reverſus & vomuit, ut aiunt, copioſe, & cum primum adnumerari ſibi juſſiſſet carnis fruſta, quae puero a tergo ſtanti tradiderat, & curate ea obſignaſſet, ab eo inde tempore dormit, imperato ne quis intro admit-

a Οὖν] Sic P. & L. Αὖ Edd. b Ἐπεπώκει] Sic Edd. Πεπώκει W. & Ex. Fl. Πέπωκε P. L. c Ἀριθμῷ] Ἀριθμὸν Fl. male. Ἀριθμῷ reliquae, item M. & P. d Παραδεδώκει] Παρεδώκει B2. Alterum tuentur Edd. reliqq. & M.

38. Ἐκεχειρία] Ὅτι δεῖ τὰς χεῖρας ἀπέχειν τῶν ἔργων. Copioſe hac de re Schol. *Ariſtoph.* ad pac. *Heſych.* *J.B.*

Ibid. Ὥστε ἐγὼ ἀφίημι] Verba iſta, ὥστε ἐγὼ ἀφίημί σοι ὅσον ἔτι λοιπὸν τῆς ὁδοῦ, miſere converſa erant ab *Obſopoeo*, reddiderat enim: *itaque quod reliquum eſt itineris tecum una conficiam*; ſed correxit *Benedictus* vertens: *quare ego tibi quod viae reliquum eſt, remitto.* *J.F.R.*

43. Μεγάλοις γράμμασι] *Theod. Marcil.* ad Perſ. dico ad *Heliod.* *J.B.*

Ibid. Οὐ συμφιλοσοφεῖν] Infinitivus quidem loco imperativi frequentiſſime uſurpatur, vid. fratris *G. O. Reitzii* Belg. Graeciſſ. p. 386. Verum hic non adeo imperandi vim habet ille infinitivus, ſed publicandi; alioqui potius μὴ praemiſiſſet, quam οὐ. Varia autem verba poſt ejusmodi infinitivos poſſe ſuppleri, modo θέλει, modo δεῖ, modo προσήκει, vid. ibid. Ego hic ἐστὶ ſupplendum arbitror, ut ſit: *hodie non eſt philoſophari*, i. e. *non poſſum*. tumque punctum minus pono poſt λέγον. Si vero infinitiv. pendet a λέγον, ut verſio vult, comma ſufficiet. *J.F.R.*

44. Εὐκράτει] Male antea εὐκρίσει. *J.B.*

Εὐκράτει] De quo etiam multa in Φιλοψ. Forſan etiam de eodem in *Gallo*. Sed is mihi alius *Eucrates* videtur. Si tamen idem ſtatuendus ſit, inde colligere licebit nomen Stoici illius, quem audiebat Hermotimus: *Theſmopolis* enim illic memoratur depontanus ſenex, Micyllo odioſe virtutem & dialecticas ſubtilitates obganniens, de quo diſerte in Μισθ. c. 33. & 34. Alius Eucrates memoratur Dial. *Plut.* & *Merc.* ſeu ν. δ. V. *M. du S.*

50. Οὖν] P. & L. pro αὖ quod in reliquis eſt. *M. du S.*

55. Φιλοτησίας] Conf. ſupra de *Merced. Cond.* c. 16. *M. du S.*

57. Ἀρ. παραλ. τὰ κρέα] Hic adhuc mos uſurpatur a Theologis Pariſienſibus in ſolennibus initiandorum conviviis. *Longolius* in Excerpt. Apud *Theophr.* de Eth. Char. Περὶ ἀναισχυντίας. Προσκαλεσάμενος τὸν ἀκόλουθον, δοῦναι ἀπὸ τῆς τραπέζης. *Athen.* init. IV. Vid. *Caſaub.* ad Theophr. p. 219. *M. du S.*

70. Οὐδ' ἀναιμωτὶ] Ut in Tim. & paſſim alibi. *J.B.*

75. Σκε

mittatur. Haec autem e Mida audivi ejus ſervo qui narraret quibusdam ipſius diſcipulorum, qui & ipſi, multi ſane, reverſebantur.

εἰσδέχεσθαι παραγγείλας. ταῦτα δὲ Μίδου ἤκουσα τοῦ οἰκέτου αὐτοῦ διηγουμένου τισὶ τῶν μαθητῶν, οἳ καὶ αὐτοὶ ἀνέστρεφον μάλα πολλοί.

12. HERM. Uter vero, Lycine, diſceſſit ſuperior, doctorne meus an Euthydemus? numquid tale etiam narravit Midas? LYC. Primo quidem aequo fere Marte pugnatum eſſe, caeterum finis victoriae penes vos fuit, multumque fuit ſenex ſuperior. Euthydemum enim nec incruentum diſceſſiſſe ajunt, ſed vulnus habentem in capite maximum. Cum enim inſolens eſſet, & convellere noſtrum ſtudioſe vellet, & perſuaderi ſibi nollet, nec facilem refutanti ſe praeberet, optimus ille tuus magiſter, quem forte habebat ſcyphum, Neſtoreum quemdam, impingit in illum prope accubantem, & ita ſuperavit. HERM. Bonum factum! neque enim aliter oportebat adverſus eos qui cedere melioribus recuſant. LYC. Illa quidem, Hermotime, valde rationabilia. Quibus enim intemperiis agitatus Euthydemus virum ſenem incendit, irritari neſcium, & ira ſuperiorem, ſcyphum adeo gravem manu tenentem?

ΕΡΜ. Ἐκράτησε δὲ πότερος, ὦ Λυκῖνε, ὁ διδάσκαλος, ἢ ὁ Εὐθύδημος; εἴ τι καὶ τοιοῦτον ἔλεγεν ὁ Μίδας; ΛΥΚ. Τὰ μὲν πρῶτα φασίν, ὦ Ἑρμότιμε, ἀγχώμαλα σφίσι γενέσθαι. τὸ δ᾽ οὖν τέλος τῆς νίκης, καθ᾽ ὑμᾶς ἐγένετο, καὶ παραπολὺ ὁ πρεσβύτης ὑπερέσχε. τὸν γοῦν Εὐθύδημον, οὐδ᾽ [e] ἀναιμωτί φασιν ἀπελθεῖν, ἀλλὰ τραῦμα παμμέγεθες ἔχοντα ἐν τῇ κεφαλῇ. ἐπεὶ γὰρ ἀλαζὼν ἦν, καὶ ἐλεγκτικός, καὶ πείθεσθαι οὐκ ἤθελεν, οὐδὲ παρεῖχε ῥᾴδιον αὐτὸν ἐλέγχεσθαι, ὁ διδάσκαλός σου ὁ βέλτιστος, ὃν εἶχε σκύφον Νεστόρειόν τινα καταφέρει αὐτοῦ, πλησίον κατακειμένου, καὶ οὕτως ἐκράτησεν. ΕΡΜ. Εὖγε. οὐ γὰρ ἄλλως ἐχρῆν πρὸς τοὺς μὴ ἐθέλοντας εἴκειν τοῖς κρείττοσι. ΛΥΚ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Ἑρμότιμε, πάνυ εὔλογα. ἢ τί γὰρ παθὼν Εὐθύδημος, ἄνδρα γέροντα παρώξυνεν, ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα, σκύφον οὕτω βαρὺν ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντα.

Ἀλ-

e Ἀναιμωτὶ] Ἀναιμωτεὶ W.

67. Ἀγχώμαλα] Ἴσα, ἐγγὺς τοῦ ὁμαλοῦ. *V.*

75. Σκ. Νεστόρειόν τινα] *Capaciſſimum*. Iliad. Λ. *J. Br.*
Σκύφον Νεστόρειον] Talis rixa in Lapith. & apud *Helio.* lib. 5. de Scypho Neſtoreo Interp. *Martialis* ex Liad. 11. *J. B.*
Σκύφον Νεστόρ.] V. *Hom.* Il. Λ. 631. *M. du S.*
76. Νεστόρειον] Δέπας ἀμφικύπελλον, de quo *Homerus* & *Ariſtoteles* de apibus. *Martialis* VIII. 6. apud nos.

Hic duo longaevo cenſentur Neſtore fundi
Pollice de Pylio trita columna nitet.

(vulgo pro *columna*, *columba* legitur ap. Martial.) *Longol.* Poculum Neſtoris deſcribit *Homerus* Iliad. Λ. 635. Reſpicit autem noſter hos praecipue duos verſus:

Ἄλλος μὲν μογέων ἀποκινήσασκε τραπέζης
Πλεῖον ἐόν. Νέστωρ δ᾽ ὁ γέρων ἀμογητὶ ἄειρεν.
M. du S.

82. Ἀόργητον, καὶ θυμοῦ κρείττονα] Satis vulgaria erant, quae ſupra §. 10. ad v. καιρὸν ex *L. Bos* attulimus. Melius merentur addi quae idem ad haec Luciani verba commentatur, in Epiſt. ad Rom. p. 97. ſ. ad c. 2. 8. ubi ait: Differt proprie θυμὸς ab ὀργή. Θυμὸς *eſt fervor ſanguinis qui circa cor movetur: ira naſcens.* Schol. *Ariſtoph.* ad Ran. p. 252. Θυμός ἐστι ζέσις τοῦ περὶ καρδίαν αἵματος, δι᾽ ὄρεξιν ἀντιλυπήσεως κινουμένου, ἡ ὀργὴ ἐναρχομένη. Sic fere etiam *Laërtius* in Zenone. unde Aegyptii θυμὸν hieroglyphice inſinuabant per focum ardentem corde deſuper impendente. Non male *Euſtath.* ad Iliad. Α. θυμὸν deducit ἀπὸ τοῦ θύειν, i. e. ὁρμᾶν, *ſubito commoveri*, vel *furere*. Cic. θυμὸν vertit *excandeſcentiam*. Tuſc. IV. *Excandeſcentia*, inquit, *eſt ira naſcens.* Ὀργὴ vero *eſt libido ulciſcendi & puniendi eum qui laeſiſſe videtur injuria.* Ὀργή ἐστιν ἐπιθυμία τιμωρίας τοῦ ἠδικηκέναι δοκοῦντος, ut idem *Schol.* & *Laërt.* locis dictis. Unde *Euſtathius* ὀργὴν ἀπὸ τοῦ ὀρέγειν, i. e. *concupiſcere*, dictam putat, quia nihil aliud eſt ira, quam appetitus vindictae.

Quan-

'Αλλὰ, σχολὴν γὰρ ἄγομεν, τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν τρόπον ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς καὶ αὐτὸς εἰ δυνατὸν, [a] ἔτι συνοδοιποροίην ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ δὲ ἀρξάμενος; οὐ γὰρ ἀποκλείσετέ με δηλαδὴ φίλοι ὄντες. ΕΡΜ. Εἰ γὰρ ἐθελήσειας, ὦ Λυκῖνε, ὄψει ἐν βραχεῖ ὅσον διοίσεις τῶν ἄλλων, παῖδας εὖ ἴσθι οἰήσῃ ἅπαντας ὡς πρὸς σὲ, τοσοῦτον ὑπερφρονήσεις αὐτός. ΛΥΚ. Ἱκανὸν, εἰ μετὰ εἴκοσιν ἔτη γενοίμην τοιοῦτος, οἷος σὺ νῦν. ΕΡΜ. Ἀμέλει καὶ αὐτὸς κατὰ σὲ γεγονὼς, ἠρξάμην φιλοσοφεῖν τετταρακοντούτης σχεδὸν, ὁπόσα, οἶμαι, σὺ νῦν γέγονας. ΛΥΚ. Τοσαῦτα [b] γὰρ, ὦ Ἑρμότιμε. ὥστε τὴν αὐτὴν ἄγε, λαβὼν κἀμὲ, δίκαιον γάρ· καὶ πρῶτόν γέ μοι τοῦτο εἰπὲ, δίδοτε ἀντιλέγειν τοῖς μανθάνουσιν, ἤν τι μὴ ὀρθῶς λέγεσθαι δοκῇ αὐτοῖς; ἢ οὐκ ἐφίετε τοῦτο τοῖς νεωτέροις; ΕΡΜ. Οὐ πάνυ. σὺ δὲ, ἤν τι βούλῃ, ἐρώτα μεταξὺ, καὶ ἀντίλεγε· ῥᾷον γὰρ οὕτω [c] μάθῃς. ΛΥΚ. Εὖγε, νὴ τὸν Ἑρμῆν, ὦ Ἑρμότιμε, αὐτὸν, οὗ ἐπώνυμος ὢν τυγχάνεις.

13. Verum enim vero, quando otioſi ſumus, quid non narras mihi tuo ſodali, quomodo primum animum ad philoſophiam appuleris? ut ipſe quoque, ſi fieri poſſit, iter illud veſtrum ingrediar, initio ab hac inde hora facto. Neque enim excludetis me videlicet, amicum amici. HERM. Modo velles, Lycine! paullo poſt videres quantum ſuperes alios, pueros, mihi crede, judicabis, ad te ſi comparentur, omnes: tantum illos ſuperabis ſapientia. LYC. Satis mihi fuerit, ſi poſt viginti annos talis fiam, qualem te nunc video. HERM. Noli eſſe ſolicitus, ego quoque, qua nunc tu es, aetate philoſophari coepi, quadraginta circiter annorum, quot tu jam, puto, natus es. LYC. Nempe totidem, Hermotime. Itaque eadem via ſuſceptum me quoque ducito; aequum enim eſt. Sed primum quidem hoc mihi dic, Permittitis ne contradicere diſcentibus, ſi quid minus recte dictum illis videatur? an non conceditis hoc junioribus? HERM. Non usquequaque. At tu ſi quid volueris, inter *dicendum* interrogato, & contradicito, ſic enim diſces facilius. LYC. Bene ita me Mercurius amet (Gr. *Hermes*) cujus tu nomine appellaris.

14. At

[a] Ἔτι συνοδ] Ita dedi ex G. P. W. L. & marg. *A1*. Edd. enim male ἐπισυνοδοιποροίην. [b] Γὰρ] Γοῦν *Marc.* [c] Μάθῃς] Nihil hic variare Fl. Neque in ſeqq. capitibus quidquam variationis eſſe, *Solanus* quinquies repetit, ad verba δίδοτε, ἐφίετε &c. quae ſubjicere nihil attinet.

Quando igitur haec duo vocabula ὀργὴ & θυμὸς junguntur in oratione, reddenda ſunt, *ira & excandeſcentia:* non *iracundia* & *animus*, quemadmodum eſt apud interpretem *Luciani* in Hermot. h. l. quod is reddit: *Virum ſenem exaſperabat, alienum ab iracundia, animoque potiorem* (Pariſ. animoque longe praeſtantiorem.) Rectius poſuiſſet — *ſenem ab omni ira atque excandeſcentia plane alienum.* i. e. ſenem, qui non tantum irae, verum etiam ipſi excandeſcentiae, irae naſcenti reſiſtere poteſt, ab ea ſe vinci non finit. Alia phraſi diceretur: Οὐ μηδὲ ὀργὴ μηδὲ θυμὸς καθίκεται. Sic fere *Lucian.* in Reviviſcent. c. 8. pr. — ὡς ὀργὴ Πλάτωνος ἢ Χρυσίππου — καθίκοιτο ἄν. i. e. *Iram poſſe tangere Platonem vel Chryſip.* vel, *numquam putaveram, philoſophum iratum poſſe fieri.* q. d. Credidi ſemper philoſophos hoc affectu eſſe liberos. Non intellexit vim phraſeos interpres, vertens: *Ego vero me numquam in Platonis, vel Chryſippi — iram incidere poſſe exiſtimaſſem.* Similiter *Lucian.* Bacch. c. 2. ἄνθρωπον ὀργίλον καὶ θυμικὸν legimus. Haec ille. Κρείττων certe frequentiſſime ſignif. eum qui vincit, ſuperior eſt. veluti ἥττων qui vincitur, & quidem vel primitiva haec eſt ſignificatio, cum a κράτος *robur* derivetur, & ſic κρατεῖν *vincere*, *in poteſtate habere.* Sic inquam noſter ſupra, *de Merc. Cond.* §. 19. f. κρείττονας χρημάτων eruditos vocat, *pecunia ſuperiores.* Nec non *Thucyd.* L. 2. 60. p. 135. χρημάτων κρείσσων. *pecunia invictus.* Ita fere κρείττων λόγος, de quo ſupra egimus. Et ſic noſter paullo ſupra pr. c. 12. ἐκράτησε δὲ πότερος; *Uter vero diſceſſit ſuperior? J. F. R.*

84. Τί οὐ διηγῇ μοι ἑταίρῳ ὄντι, ὃν τρόπον ὡρμήθης τὸ πρῶτον φιλοσοφεῖν, ὡς & αὐτὸς εἰ δυνατὸν, ἐπισυνοδοιποροίην ὑμῖν, τὸ ἀπὸ τοῦ δὴ ἀρξάμενος] Monſtroſum verbum ἐπισυνοδοιποροίην potuerunt ne tam diu tolerare edi-

14. At illud mihi dic, una ne via eſt ad philoſophiam ducens, veſtra illa Stoicorum, an verum ego audivi, & alios multos eſſe (*qui diverſas vias ſequantur?*) HERM. Sane quam multi, Peripatetici, & Epicurei, & qui Platonis ſibi nomen inſcribunt, & rurſus alii quidam Diogenis, & Antiſthenis aemuli, & qui a Pythagora ſunt, & adhuc plures. LYC. Vera dicis: multi enim ſunt. Utrum vero eadem iſti, Hermotime, dicunt, an diverſa? HERM. Omnino diverſa. LYC. Sed verum quidem puto omnino unum illorum eſſe, at non omnia, ſi quidem ſunt diverſa. HERM. Recte ſane.

Ἀτὰρ εἰπέ μοι, μία τις ὁδός ἐστιν ἡ ἐπὶ φιλοσοφίαν ἄγουσα, ἡ τῶν Στωϊκῶν ὑμῶν; ἢ ἀληθῆ ἐγὼ ἤκουον, ὡς καὶ ἄλλοι πολλοί τινές εἰσι; ΕΡΜ. Μάλα πολλοὶ Περιπατητικοὶ, καὶ Ἐπικούρειοι, καὶ οἱ τὸν Πλάτωνα ἐπιγραφόμενοι. καὶ αὖ Διογένους ἄλλοι τινὲς, καὶ Ἀντισθένους ζηλωταὶ, καὶ οἱ ἀπὸ τοῦ Πυθαγόρου, καὶ ἔτι πλείους. ΛΥΚ. Ἀληθῆ ταῦτα, πολλοὶ γάρ εἰσι. πότερον δὴ, ὦ Ἑρμότιμε, τὰ αὐτὰ οὗτοι λέγουσιν, ἢ διάφορα; ΕΡΜ. Καὶ πάνυ διάφορα. ΛΥΚ. Τὸ δέ γε ἀληθὲς, οἶμαι, πάντως που ἓν ἦν αὐτῶν, ἀλλ' οὐ πάντα διάφορά γε ὄντα. ΕΡΜ. Πάνυ μὲν οὖν.

15. LYC. Age ergo, amice, reſponde mihi, cui tandem *argumento* fidem tu primum habens, cum philoſophatum ires, ac multae tibi januae paterent, caeteris relictis, Stoicorum illam ingreſſus ſis, ac per eam decreveris ad virtutem intrare, velut ſola ea vera ſit, & rectam viam oſtendat, reliquis ad caeca & exitum non habentia loca ducentibus; quo, inquam argumento iſta tum colligebas? Nec velis mihi illum qui nunc es te ipſum cogitare, vel ſemiſapientem, vel ſapientem plane, qui meliora judicare prae nobis, qui de

Ibid. Τό τε — τὸ πλῆθος] Non adſentior *Solano* artic. τὸ delendum, quia jam praeceſſit τό. Sed vel ideo omnino retinendum, & ab ignorantibus quibusdam librariis dedita opera omiſſum credo; nam repetitio illa articuli non eſt inuſitata, ad numerum oratorium complendum, qui & hic longe eſt ſuavior, ſi addatur articulus, quam ſi dematur. Immo & emphaſin habet; & Lucianus alibi non ſemel ſic repetit. Vid. nos ſupra ad c. 5. Hermotimi; quod miror fugiſſe noſtrum, qui hunc Auctorem tamen tam crebro pervolvit. Nam Dialogo primo, ſ. *Somn.* c. 15. Τῆς δὲ τῆς δικαιοσύνης, probat ipſe, & eleganter ſic ſaepe poni, fatetur. Addo *Theodoret.* Dial. I. c. XI. pr. Εἴτε Ἰουδαῖοι τὴν δὲ τὴν πρόῤῥησιν νενοήκασιν. *Ariſtoph.* Plut. 524. Περὶ τῆς ψυχῆς τῆς ἑαυτοῦ (etſi hoc poſterius paullo aliter ſe habeat, cum alter ille articulus aliud nomen habeat junctum, cujusmodi repetitionem nimis eſſe frequentem ac pueris notam dicet Lector, qualis eſt illa in S. Oratione Dom. τὸν ἄρτον ἡμῶν τὸν ἐπιούσιον, vel haec *Hippocratis* S. I. aphor. 16. καὶ τοῖσιν ἄλλοισιν, τοῖσιν οὕτως εἰθισμένοισι διαιτᾶσθαι.) Quid igitur dicas de loco iſto *Galeni* ad Hippocr. art. quem *Foëſius* adducit ex ſua Galeni edit. p. 624. 34. καὶ οἱ τόνοι ἀπὸ τῶν ἐπικαιροτάτων τῶν ἐν τῷ σώματι, anne ibi ex proxime praegreſſa ſyllaba male repetitum credas? Ego non. Sed addo rurſum *Herodian.* L. 2. 2. 16. ὁ δῆμος ὁ Ῥωμαίων. Ejusdem, & alius generis pleonaſmos articuli & pronominum vid. in nott. *Jenſii*, *Solani*, & *Hemſterhuſii* ad Dial. Marin. III. p. hujus Edit. 296—7. *J. F. R.*

 15. Ἀπο-

αὐτῶν, οὐ μετρίως ταράττει με καὶ ἀπορεῖν ποιεῖ· καὶ μάλιστα οἱ ἡγεμόνες [a] ὑπερδιατεινόμενοι, καὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἐπαινοῦντες. οὐ γὰρ οἶδα ἥν τινα τραπόμενος, ἢ τῷ μᾶλλον ἀκολουθήσας, ἀφικοίμην ἂν πρὸς τὴν πόλιν.

ΕΡΜ. Ἀλλ' ἐγώ σε ἀπολύσω τῆς ἀπορίας. τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν, ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας, οὐκ ἂν σφαλείης. ΛΥΚ. Τίσι λέγεις; τοῖς κατὰ ποίαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν; ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; αὖθις γὰρ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἄπορον, ἐν ἄλλῃ μορφῇ ἀναφαίνεται, ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας [b] μετεληλυθόσι. ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο φής; ΛΥΚ. Ὅτι ὁ μὲν, τὴν Πλάτωνος τραπόμενος, καὶ συνοδοιπορήσας μετ' αὐτοῦ, ἐκείνην ἐπαινέσεται δηλονότι· ὁ δὲ, τὴν Ἐπικούρου ἐκείνην, [c] καὶ ἄλλος ἄλλην· σὺ δὲ, τὴν ὑμετέραν· ἢ πῶς γὰρ ὦ Ἑρμότιμε οὐχ [d] οὕτω; ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ; ΛΥΚ. Οὐ τοίνυν ἀπέλυσάς με τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἔτι ὁμοίως ἀγνοῶ τῷ μᾶλλον χρὴ πιστεῦσαι τῶν ὁδοιπόρων. ὁρῶ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν, καὶ αὐτὸν, καὶ τὸν ἡγεμόνα, μιᾶς πεπειραμένον, καὶ ἐκείνην ἐπαινοῦντα, καὶ λέγοντα ὡς αὐτὴ μόνη ἄγει ἐπὶ τὴν πόλιν· οὐ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀφῖκται πρός τι τέλος, καὶ εἶδέ τινα πό-

me perturbat, & in conſilii inopiam conjicit: ac duces maxime quantum poſſunt, & ultra contendentes, ſuamque ſinguli laudantes. Neque enim, in quam converſus, aut quem maxime ſecutus ad civitatem perveniam, ſcio.

27. HERM. At ego iſta te conſilii inopia liberabo. Si enim his, Lycine, fidem habueris, qui viam illam ante fecerunt, non erraveris. LYC. Quibus dicis? & qua via euntibus, aut quem ducum ſecutis? rurſus enim nobis eadem conſilii inopia alia ſe forma offert, cum a rebus ad viros tranſivimus. HERM. Quid ita ais? LYC. Quoniam hic quidem in Platonis viam digreſſus, eoque viae duce (comite) uſus illam nimirum laudabit; ille vero Epicuri viam, atque alius aliam: tu autem, veſtram: nam qui non ita fiat, Hermotime? HERM. Et cur non? LYC. Non tu liberaſti me dubitatione, ſed adhuc aeque ignoro, cui viatorum magis credendum ſit. Video enim unumquemque illorum cum ipſum, tum ducem, unius modo viae periculum feciſſe, & illam laudare, ac dicere ſolam ferre in urbem; neque tamen habeo unde ſciam vera illum dicere: Verum veniſſe illum ad finem quemdam, & vidiſſe civitatem aliquam, forte illi dederim.

a Ὑπερδιατεινόμενοι] Sic W. Ὑπ...τεινάμενοι Edd. b Μετεληλυθόσι] Μετεληλυθός. W. male. c Καὶ] Abeſt a W. adeſt in Edd. d Οὕτω] Sic *H. J. P. S. A1.* Οὕτως Fl. & M.

11. Ὑπερδιατεινόμενοι] Φιλονεικοῦντες. *V.*

15. Ἀπολύσω τῆς ἀπορίας] Ut in Nigr. & Hercul. Gall. & paſſim. *J. B.*

18. Ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων] *Brod.* Miſcel. IX. c. 16. in ſuo exemplari legens καὶ τί τῶν ἡγεμόνων, reſtitui volebat: τίσι, non immerito: ſed cum jam τίνι inveniam in Edd. nihil opus eſt conjectura τίσι. *J. F. R.*

27. Οὕτω] Parvi refert quam ſcripturam hic eligas, οὕτω, an οὕτως; nam ſi ad ſequentem vocalem perſonae Ἑρμότ. reſpicias, οὕτως rectius erit; ſi vero dicas perſonarum nomina non pertinere ad filum orationis; ſed ad ſequens πῶς in legendo tranſitum fieri, οὕτω potius locum habebit, quia tum conſonans ſtatim poſt οὕτω ſequitur. *J. F. R.*

36. Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν ...] Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣ ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι. Ἡδέως εἰς Κόρινθον, ἐλθεῖν ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος, οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι. ἄδηλον ἔμοιγ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως. &c. Locum totum adſcripſi, quia librariorum culpa diſtortiſſimus eſt, verbis ultro citroque peſſime trajectis. In ſeriem vero ſuam redigi & recorrigi ſic poteſt. Εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, ἄδηλον. Ἡδέως εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν ἔχω, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι, ἄδηλον ἔμοιγ' οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως. *Th. M.*

38. Ἢ δῖον] In omnibus ante *Salmurienſem*, ἰδίως legebatur, corrupte. L. ἴσως — ὡς εἶδεν, ex quo nihil boni elicias. *Benedictus* ex conjectura, ut videtur, ὡς δῖον, quod ad verum propius accedit. Haud du-

tim. Utrum vero illam viderit, quam oportebat; cujus cives eſſe tu non minus quam ego volumus; an cum Corinthum eundum eſſet, ille Babylonem delatus Corinthum ſe vidiſſe putarit, illud mihi quidem adhuc obſcurum eſt. Neque enim quisquis urbem vidit, Corinthum vidit, ſiquidem non ſola urbs eſt Corinthus. Quod autem maxime inopem me conſilii reddit, illud eſt, quod novi, unam neceſſario eſſe veram viam, quippe cum & Corinthus una ſit, reliquas autem quovis potius quam Corinthum ducere, niſi in tantum quis deſipiat, etiam eam quae ad Hyperboreos fert, & quae ad Indos, Corinthum ducere. HERM. Et quomodo hoc fieri poſſit, Lycine, alia cum alior-ſum ducat?

28. LYC. Ergo, pulcher Hermotime, non parva deliberatione opus eſt, ad electionem viarum pariter ac ductorum: neque id quod eſt in proverbio hic agemus, *Quocumque nos pedes tulerint, eo imus:* alioquin imprudentes pro ea quae Corinthum fert, alteram quae Babylonem aut Bactra ducit, ingrediamur. Neque vero conſultum eſt fortunae permittere, ut qui forte optimam capeſſituri ſimus, licet ſine examine in unam quamcumque viarum ingre-

λιν, δώσω αὐτῷ ἴσως. εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, [e] ἢ δέον εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, ὁ δ᾽ εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑωρακέναι, ἄδηλον ἔμοιγ᾽ οὖν ἔτι. οὐ γὰρ πάντως ὁ τινὰ πόλιν ἰδὼν, Κόρινθον εἶδεν, εἴ γε οὐ μόνη πόλις ἐστὶν ἡ Κόρινθος. ὃ δὲ δὴ μάλιστα εἰς ἀπορίαν με καθίστησιν, ἐκεῖνό ἐστι, τὸ εἰδέναι ὅτι πᾶσα ἀνάγκη μίαν εἶναι τὴν ἀληθῆ ὁδόν. καὶ γὰρ ἡ Κόρινθος μία ἐστίν. αἱ δ᾽ ἄλλαι πανταχόσε μᾶλλον, ἢ εἰς Κόρινθον ἄγουσιν, εἰ μή τις οὕτω σφόδρα [f] παραπαίοι, ὡς οἴεσθαι καὶ τὴν εἰς Ὑπερβορέους, καὶ τὴν εἰς Ἰνδοὺς ἄγουσαν, εἰς Κόρινθον στέλλειν. ΕΡΜ. Καὶ πῶς οἷόν τε, ὦ Λυκῖνε; ἄλλη γὰρ ἀλλαχόσε ἄγει.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ καλὲ Ἑρμότιμε, οὐ μικρᾶς δεῖ βουλῆς ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ὁδῶν τε, καὶ ἡγεμόνων. οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ποιήσομεν, ἔνθα ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν, ἐκεῖσε ἄπιμεν. ἐπεὶ λήσομεν οὕτως, ἀντὶ τῆς εἰς Κόρινθον ἀγούσης, τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος, ἢ Βάκτρων ἀπιόντες. οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽ ἐκεῖνο καλῶς ἔχει, τῇ τύχῃ ἐπιτρέπειν, ὡς τάχα ἂν τὴν ἀρίστην ἑλομένους, εἰ καὶ ἄνευ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ἐπὶ μίαν τῶν ὁδῶν ἡντιναοῦν. δυνατὸν μὲν γὰρ καὶ

e Ἢ δέον] Ἠδέως Edd. omnes male, praeter S. quae ὡς δέον. Ἢ δέον recte margo A1W. Et ſic correxerat Anonym. in H. Ἴσως ὡς εἶδον. L. Εἰ δέον Heinſ. Aliter Marcil. quem vid. f Παραπαίοι] Παραπαίη Fl. & M. a recentiore manu. Vulgatam ſervant reliqq.

40. Οὐ γὰρ πάντως * ὁ τινὰ πόλιν . .] Τὸ παροιμιῶδες μέτεισιν ἐκεῖνο· οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς. V.

* Ὁ τινὰ] Male ὅ τινα editum erat.

dubie ſcribendum ἢ δέον, quod & ad ſcripturam codicum proxime accedit, & rei accommodatiſſimum eſt; uti ex textu & verſione noſtra ſatis patebit. (Hanc Emendationem inter inſigniores in Specimine quod anno 1708. a me Cantabrigiae editum eſt, locum ſuum tueri volui.) *M. du S.*

Ἢ δέον] Interpretatus ſum, ac ſi legeretur pro illo ἡδέως, quod ab Aldo inde obſedit libros, tenui mutatione, ἤ, δέον κ. τ. λ. Simillima conſtructione mox utitur de *Homerico* ſagittario. Caeterum Corinthum hic nominavit procul dubio, ut ſimul nos admoneret illius οὐ παντὸς ἀνδρὸς εἰς Κόρινθόν ἐσθ᾽ ὁ πλοῦς, vel *Non cuivis homini contingit adire Corinthum.* *J.M.G.*

Ἢ δέον] Sic dare ex veſtigiis veteris ſcripturae & monente *Solano*, non dubitavi, qui in marg. *Junt.* notat δέον ſimiliter poni ſupra hoc *Dial.* c. 10. f. item c. 28. f. nec non c. 73. f. Quin potius vid. de *Merc. cond.* c. 11. & 31. med. ubi καὶ πολλάκις καταπεῖσαι δέον, οὐδὲ τοῦτο συγκεχώρηται. *J.F.R.*

55. Ἔνθα ἂν οἱ πόδες φέρωσιν] *Eraſm.* in Proverb. *quocumque pedes ferunt.* *J.Br.*

64.

καὶ τοῦτο γενέσθαι· καὶ ἴσως ποτὲ ἐγένετο ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ. ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι [a] δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν, οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῇ κατακλείειν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς ὥς ἡ παροιμία φησὶ, τὸν Αἰγαῖον, ἢ τὸν [b] Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας. ὅτε οὐδ' αἰτιασαίμεθ' ἂν εὐλόγως τὴν τύχην, εἰ τοξεύουσα, καὶ ἀκοντίζουσα, μὴ πάντως ἔτυχε [c] τοῦ ἀληθοῦς, ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις τοῖς ψεύδεσιν, ὅπερ οὐδὲ τῷ Ὁμηρικῷ τοξότῃ ὑπῆρξεν. [d] ὃς δέον τὴν πελειάδα κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ, τὴν μήρινθον [e] ἔτεμεν· ὁ Τεῦκρος, οἶμαι. ἀλλὰ παραπολὺ ἐκεῖνο εὐλογώτερον τῶν πολλῶν [f] τρωθήσεσθαι καὶ περιπε-

diamur. Etenim poteſt quidem id quoque fieri, & forte aliquando in longo tempore factum eſt. At nos de tantis rebus non puto oportere periculoſam temere aleam jacere, neque in anguſto adeo concludere ſpes noſtras, *viminea*, quod eſt in proverbio, *ſcapha Aegeum* Ioniumve mare auſos *trajicere:* ubi nec fortunam cum ratione accuſaremus, ſi ea ſagittando vel jaculando non omnino feriat verum, quippe quod unum ſit inter mille mendacia: quale quid nec Homerico illi ſagittario contigit, qui cum columba dejicienda eſſet, lineam telo rupit, Teucrum fuiſſe arbitror. Sed multo rationabilius eſt ſperare futurum ut de multis *quiddam* (*quodcumque ſit*) feriatur, & in

a Δεῖν] Sic Edd. Δεῖ P. *b* Ἰόνιον] Recte Edd. Ἰώνιον Cod. M. prave, vid. nott. *c* Τοῦ] Τῆς W. Nihil mutant Edd. vett. *d* Ὃς] Sic *J.* Fl. *A1.* *S.* & M. Ὡς *P.* *H.* Fr. *B2.* male. *e* Ἔτεμεν] Ἐνέτεμεν W. *f* Τρωθήσεσθαι] Τιτρωθήσεσθαι *Pell.*

66. Ὡς ἡ παροιμία φησὶ] Παροιμία, Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς * πλέοι. *V.*

* Πλέοι] Πλέοις editum fuerat; ſed πλέοι in V. & M. legi notaverat *So'anus*; itaque illi quidem obſecundavi, etſi πλέοις verum credam; nam & ſic edidit Cl. *Hemſterh.* in fragm. *Menandr.* quas in notis mox adlego, & ſecunda perſona proverbiis propria. *J. F. R.*

64. Δεῖν] Recipiendam credes ſcripturam Cod. P. ac legendum οὐκ οἶμαι, δεῖ; ſi conferas mox c. 36. f. ubi μάλιστα, οἶμαι, δεῖ ſine variatione legitur; ſi vero minus hiantem orationem amas, vulgatam praeferes. *J. F. R.*

Ibid. Παραβόλως ἀναῤῥίπτειν] Fieri quidem poſſe ait Lucianus, ut quis optimo Philoſophiae generi operam dare cupiens, nulloque de eligendo optimo, examine habito, forte in optimum incidat, ἡμᾶς δέ γε, inquit, περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν, οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῇ κατακλείειν τὴν ἐλπίδα, ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶν, τὸν Αἰγαῖον, ἢ τὸν Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας. Vertit Benedictus, *Nec equidem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpem temere abjiciamus, aut in anguſtum coactam concludamus, virgultea ſcapha, quod ajunt, Aegaeum aut Ionium mare transmittere volentes.* Sed profecto cum Lucianus dicit, ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω μεγάλων, οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναῤῥιπτεῖν, non id vult, quod finxit Interpres, *Nec equidem par eſſe puto, ut de rebus adeo magnis ſpem temere abjiciamus*, verum longe aliud quid. Nimirum diſputaverat in antecedentibus de tot diverſis Philoſophorum ſectis, qui tamen ſinguli ſe jactarent veros eſſe ad ipſam Virtutem (ſive ſummum bonum) ὁδηγούς. At fieri non poſſe, contendit Noſter, ut omnes, ſinguli diverſam ab aliis inſiſtentes viam, ad petitum terminum ducant; quare in ſummo verſetur is errandi & numquam ad optatum finem perveniundi diſcrimine, qui ut quaeque ſe prima ipſi obtulerit, illi ſe ſectae tradat: nam unam tantum veram eſſe poſſe viam. Atque adeo *nos quidem*, pergit, *oportere arbitror in rebus tanti momenti non ita temere aleam jacere*, & rem fortunae permittere (ut praeceſſit) *neque ſpem noſtram in anguſtiam quamdam* (quae facile ſcilicet nos poſſit fallere & perdere) *redigere, virgultea ſcapha Aegaeum Ioniumve mare tranſmittere volentes.* Ἀναῤῥιπτεῖν hoc in loco per ellipſin τοῦ, κύβον, eſt *aleam jacere.* Integram locutionem habes in Harmonide c. 3. med. ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναῤῥιψομένῳ τὸν κύβον, & in Pro-Imaginibus c. 16. Τολμήσω ἀναῤῥῖψαι τὸν κύβον. De Ἀναρίπτειν per ellipſin τοῦ, κύβον, vide plura apud *Iſ. Caſaubonum* ad Suetonii Julium, cap. 32. *J. J.*

66. Ἐπὶ ῥιπὸς] *Eraſm.* in proverbio: *Aegeum ſcaphula tranſmittere.* *J. Br.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] Parœmiogr. hoc autem proverbium εἴρηται ἐπὶ τῶν πάνυ ἀπόρων καὶ θεοῦ μόνου εἰς λύσιν ἐπιτρεπομένων. *J. B.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] *Crate viminea.* *F. G.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] Θεοῦ θέλοντος, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις, inquit Poë-

in telum quaſi incidat, quam unum illud omnino ex omnibus. Non parvum autem eſſe periculum, ſi ſpe illa inducti, futurum ut melius fortuna pro nobis eligat, pro recta via in erronearum aliquam ignorantia incidamus, ita me puto colligere: neque enim redire jam & retro navigare ad ſalutem facile eſt, ſi quis ſemel ſpiranti ſe *aurae*, ſolutis retinaculis, permiſerit; ſed neceſſe eſt in pelago jactari nauſeantem plerumque, metuentem, & gravato ob agitationem capite: cum oportuiſſet ab initio, ante aliquando, quam portu exires, conſcenſa ſpecula videre, ferensne ſit & ſecundus ventus Corinthum navigare volentibus;

σεῖσθαι τῷ τοξεύματι ἐλπίζειν, ἢ πάντως ἐκεῖνο τὸ ἓν ἐξ ἁπάντων. ὁ δὲ κίνδυνος ὅτι οὐ μικρὸς, εἰ ἀντὶ τῆς ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἐς τῶν πεπλανημένων μίαν ἀγνοοῦντες ἐμπέσοιμεν, ἐλπίζοντες ἄμεινον αἱρήσεσθαι τὴν τύχην ὑπὲρ ἡμῶν, εἰκάζειν οἶμαι. οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι, καὶ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ἢν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πλεούσῃ τις αὑτὸν, τὰ ἀπόγεια λυσάμενος· ἀλλ' ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει διαφέρεσθαι, ναυτιῶντα ὡς τὸ πολὺ, καὶ δεδιότα, καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ σάλου, δέον ἐξ ἀρχῆς πρὶν ἐκπλεῦσαι, ἀναβάντα ἐπὶ σκοπήν τινα, σκέψασθαι εἰ ἐπίφορόν ἐστι καὶ οὔριον τὸ πνεῦμα τοῖς [g] εἰς Κόρινθον διαπλεῦσαι ἐθέ-

g Εἰς Κόρινθον] Κόρινθόν δὲ W. P. Nihil mutant Fl. *J. H. P.* &c.

Poëta ἄδηλος. Similiter *Ariſtoph.* in Pace. Κέρδους ἕκατι, κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. *AE. M.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] Meminit hujus proverbii *Ariſtoph.* in Εἰρήνῃ, quem vide, & ejus Schol. *A. V.*

Ἐπὶ ῥιπὸς] *Plut.* 720. Θεοῦ θέλοντος κἂν ἐπὶ ῥιπὸς πλέοις. ait *M. du S.* Et quia *Vorſtius* modo *Ariſtophanis* mentionem fecit, crederes *Plutum* Ariſtophanis indicari; ſed *Plutarchum* innuit; qui id ut *Pindari*, ſed addubitans tamen, adducit. Illa autem ſcribendi ratio moleſta eſt, & quoties *Herod.* ſcribit noſter, haereas, num *Herodotus* an *Herodianus* intelligendus. Vel *Ariſt.* ſitne *Ariſtoteles*, *Ariſtides* an *Ariſtophanes*. *Ariſtoph.* vero Εἰρην. v. 698. idem proverb. habet, ſed de avaro uſurpat. Inter *Menandri* ſententt. rectius videtur relatum ab Cl. *Hemſterhuſio* No. 22. p. 161. textus Graeci. *J. F. R.*

67. Ἰόνιον] Recte vulgata, nam ſic ſcribitur, ſecunda brevi, vid. *Strab.* L. 2. p. 185. (al. 123. 124.) bis, & non ſemel alibi: *Dion. Alex.* de ſit. Orb. 94. Ἥν τε καὶ Ἰονίην περιναιέται ἠυδάξαντο. Etſi Ἰώνων natio ſecunda producta exaratur. Vid. eumd. *Strab.* L. VIII. p. 588. (al. 383.) & ſeqq. plus decies, ut auctoritt. poëticas in re notiſſima omittam. effertur autem maſc. gen. ὁ Ἰόνιος, quia κόλπος intelligitur. *J. F. R.*

70. Ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις] Hoc fert caſus ſaepe, ut qui verbi cauſſa ad orbem clavis multis confixum collineet, unum quemcumque clavum de tam multis feriat, ejiciatque: at unum aliquem & certum v. g. qui in ipſo centro, aut in ſumma apſide ſit fixus, excutere, artis eſt, aut caſus rariſſimi. *J. M. G.*

71. Ὁμηρικῷ τοξότῃ] *Hom.* ad finem Il. Ψ. *J. Br.*

Ὁμηρικῷ τοξότῃ] *Hom.* Il. Ψ. 865. *M. du S.*

72. Ὅς δέον] Similem caſum expreſſit etiam *Virg.* Æn. V. *M. du S.*

73. Ἔτεμεν] Non opus eſt lectione Cod. W. ἐπέτεμεν. Sed ſi quid mutatione indigeret locus, ἀπέτεμεν, vel ἀπέταμεν ex ipſo potius *Hom.* reponendum, qui ait l. c. Ἀντικρὺ δ' ἀπὸ μήρινθον τάμε πικρὸς ὀϊστός. Verum nulla mutandi neceſſitas; nam alioqui etiam μὲν ingerendum, quod in Homero quoque praecedit, & ad δὲ refertur. Sed & hoc ſaepe omittitur, vid. ſupr. de *Mercede cond.* c. 4. Plura addere temporis anguſtia prohibet. *J. F. R.*

75. Τῶν πολλῶν] *Unum e multis quae ferire deſtinamus.* *J. Br.*

Τῶν πολλῶν] An τῶν πολλῶν τι; *F. G.*

78. Ἀγούσης] Intellige τῆς ὁδοῦ. *J. Br.*

83. Τῇ πλεούσῃ] Interpretatus ſum non τῇ πλεούσῃ ſc. νηῒ, *navi eunti* quod inſolens mihi videbatur, ſed quaſi legeretur tenuiſſima mutatione πνεούσῃ, *ſpiranti*, nimirum αὔρᾳ *aurae*. *Vela ventis dare, navem auſtro permittere*, ſolennia ſunt, & ſexcenties tali in re uſurpata. *J. M. G.*

Τῇ πλεούσῃ] Omnino adſentior Reverendo *Jac. Elsnero*, ad Act. Apoſt. XXVII. 15. p. m. 483. monenti πνεούσῃ legendum, intellecto αὔρᾳ, veluti eod. cap. verſ. 40. ἐπάραντες τὸν ἀρτέμονα τῇ πνεούσῃ. Quod pluribus adſertum vid. ibidem. Etſi enim πλεούσῃ, intellecto νηῒ aliquem ſenſum habere videtur, alterum tamen longe melius; nam ſi ad λυσάμενος, quocum connectendus eſt ſenſus, reſpicias, videbis rectius procedere, ſi vento te credere dicaris, poſtquam jam ſoluta ſit navis, quam navi, cui te commiſiſſe dici potius deberes ante, quam ſolveretur. *J. F. R.*

Ibid. Πλεούσῃ] Quid hoc ſit, neſcire me fateor. Forſan πνεούσῃ. Sed neque ſic ſatis, unde habeat, aſſequor. *M. du S.*

Ibid. Τὰ ἀπόγεια λυσάμενος] *Qui jam oras reſolverit.* *J. Br.*

ἐθέλουσι. καὶ, νὴ Δία, κυβερνήτην ἕνα τὸν ἄριστον ἐκλέξασθαι, καὶ ναῦν εὐπαγῆ, οἵαν διαρκέσαι πρὸς τηλικοῦτον κλύδωνα.

ΕΡΜ. Οὕτω γε ἄμεινον, ὦ Λυκῖνε, παραπολύ. πλὴν οἶδά γε ὅτι ἅπαντας ἐν κύκλῳ περιελθὼν, οὐκ ἄλλους ἂν εὕροις, οὔτε ἡγεμόνας ἀμείνους, οὔτε κυβερνήτας ἐμπειροτέρους τῶν Στωϊκῶν. καὶ ἢν ἐθελήσῃς γε ἀφικέσθαι ποτὲ [a] πρὸς Κόρινθον, ἐκείνοις ἕψῃ, κατὰ τὰ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος ἴχνη προϊών· ἄλλως δὲ, ἀδύνατον. ΛΥΚ. Ὁρᾷς τοῦτο ὡς κοινὸν, ὦ Ἑρμότιμε, εἴρηκας; εἴποι γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ ὁ τῷ Πλάτωνι ξυνοδοιπορῶν, καὶ ὁ Ἐπικούρῳ ἑπόμενος, καὶ οἱ ἄλλοι, μὴ ἂν ἐλθεῖν με εἰς τὴν Κόρινθον, εἰ μὴ μεθ' ἑαυτοῦ ἕκαστος. ὥστε, ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ, ὅπερ γελοιότατον, ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ [b] γὰρ ἀσφαλέστατον [c] τὸ τοιοῦτον, ἄχρις ἂν εὕρωμεν τἀληθῆ ὑπισχνούμενον.

Ἐπεὶ φέρε, εἰ καθάπερ νῦν ἔχω ἀγνοῶν ἔτι ὅστις ἐξ ἁπάντων ἐστὶν ὁ ἀληθεύων, ἑλοίμην τὰ ὑμέτερα, σοὶ πιστεύσας ἀνδρὶ φίλῳ, ἀτὰρ μόνα γε εἰδότι τὰ τῶν Στωϊκῶν, καὶ μίαν ὁδὸν ὁδοιπορήσαντι ταύτην· ἔπειτα θεῶν τις ἀναβιῶναι ποιήσειε Πλάτωνα, καὶ Πυθαγόραν, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ τοὺς ἄλλους· οἱ δὲ περιστάντες ἐρωτῷέν με, καὶ, νὴ Δί', εἰς δικαστήριον ἀγαγόντες, ὕβρεως ἕκαστος δικάζοιντο, λέγοντες, ὦ βέλτιστε Λυκῖνε, τί

&, per Jovem, gubernatorem unum optimum deligere, & navim bene compactam, quae durare ad tantum fluctum poſſit.

29. HERM. Ita quidem, Lycine, multo melius. Verum novi equidem, te, ſi circulo omnes obeas, nec duces meliores inventurum, neque peritiores gubernatores Stoicis: & ſi quidem pervenire aliquando Corinthum volueris, illos ſequere, per Chryſippi Zenoniſque veſtigia progreſſus: aliter vero fieri non poteſt. LYC. Vides, quam commune illud, Hermotime, dixeris. Eodem enim modo & qui cum Platone viam faciat, & qui Epicurum ſequatur, & reliqui, non perventurum me Corinthum, niſi ſecum, quisque dixerit. Itaque aut credere omnibus oportet, quod maxime ridiculum, aut fidem denegare ſimiliter. Longe enim tutiſſimum tale quid fuerit, dum qui vera promittat inveniamus.

30. Nam, age, ſi ita uti nunc habeo, ignarus adhuc quis ex omnibus verum dicat, veſtra eligam, fide tibi habita, viro amico, ſed qui ſola tamen Stoicorum *dogmata* didiceris, & unam hanc viam iveris; ac deinde Deus aliquis in lucem revocet Platonem, & Pythagoram, & Ariſtotelem, & reliquos: iique circumſtantes me interrogent, quin, Hercle, ad tribunal tractum injuriarum unusquisque, poſtulent, dicentes, quo animi impetu, bone Lycine, aut

a Πρὸς] Εἰς τὴν W. P. Vulgatam retinent Edd. omnes. *b* Γὰρ] Nihil hic variare Edd. notat *M. du S.*
c Τὸ τοιοῦτον] Sic Edd. *J.* Fl. *H. P. A1.* Τὸ τοιοῦτο M.

93. Παραπολὺ] *Brodaeus* inveniens παιπόλυ, monuerat legendum: ὦ Λυκῖνε παράπολυ. Sed ſic jam, ut ille emendat, invenio ubique, excepto accentu, qui melius erat in vulgatis: ita ut neſciam, unde tot vitioſas lectiones hauſerit. *J. F. R.*

8. Τὸ τοιοῦτον] Recte, vid. quae ſupra dixi ad Dial. *pro Lapſ.* c. 17. & *Vit. auct.* 15. Immo ſic ubique noſter, ut fere credam, quotiens uno alteroque loco τοιοῦτο invenias, in τοιοῦτον mutandum, ſemper enim una alterave priſca editio ſic habet; ſed quia & alterum probum, leve fuerit, ſi forte hic illic a nobis neglectum ſit. *J. F. R.*

25. Ἐξαρκέσει] Quo Lucianus convincat Hermotimum, ſedulum eſſe omnium ſectarum inſtituendum examen ante, quam quis ſe huic illive committat; nec ullius ſequendam eſſe auctoritatem; [redacted] argumento: *Quid ſi ego ignarus, quis ex omnibus Philoſophis veram teneat viam, vos ſequerer, tibi, homini amico, at ea tantum, quae ſunt Stoicorum, ſcienti, unamque hanc viam calcanti, credens; deinde Deus aliquis ab inferis exiſtere faceret Platonem, Pythagoran, Ariſtotelem, alios; illi vero circumſtantes me rogarent, & profecto in jus rapientes me, ſinguli contumeliae accuſarent, dicentes,* Luciane, Bone Vir, qua re motus, vel cui tamdem fide habita, Chryſippum, & Zenonem, homines nuperrime natos, praetuliſti no-

aut cujus auctoritate, Chryſippum & Zenonem nobis praetuliſti, homines heri & nudius tertius natos, nobis multum natu majoribus, qui neque ſermonem communicaveris nobiſcum, nec omnino quae dicimus exploraveris? Haec, *inquam*, ſi dicant, quid illis reſpondeam? Satiſne mihi erit dixiſſe, Hermotimo, amico homini, fidem habui? At ego novi illos dicturos, Nos, Lycine, Hermotimum illum tuum, quis homo ſit, neſcimus; neque ille nos. Itaque non decebat damnare univerſos, neque contra abſentes & inauditos nos ferre arbitrium, ac fidem habere homini, qui unam modo philoſophiae viam, & forte ne hanc quidem accurate ſatis perſpexerit. Legum latores autem, Lycine, non ita facere judices jubent, nec alteram quidem partem audire, alteram dicere pro ſe non pati, ſed ſimiliter audire utramque, quo facilius, comparatis invicem orationibus, quid verum falſumve ſit inveniant: & ſi tamen ita non fecerint *judices*, provocandi ad aliud tribunal poteſtatem lex tribuit. Talia fere dicturos illos veri ſimile eſt.

31. Aut forte illorum aliquis praeterea me interroget, dic mihi, Lycine, ſi quis Aethiops, qui alios nunquam homines, quales nos ſumus, uſurpaſſet oculis, eo quod patria pedem non extuliſſet, hic igitur in concione Aethiopum adſeveraret atque diceret, nusquam terrarum homines eſſe al-

παθὼν, ἢ τίνι ποτὲ πιστεύσας, Χρύσιππον καὶ Ζήνωνα προετίμησας ἡμῶν, πρεσβυτέρων ὄντων παραπολὺ, χθὲς καὶ πρώην γενομένους, μήτε λόγου μεταδοὺς ἡμῖν, μήτε πειραθεὶς ὅλως ὧν φαμέν; εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκριναίμην αὐτοῖς; ἢ ἐξαρκέσει μοι, ἂν εἴπω, ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί; ἀλλὰ φαῖεν ἂν, οἶδ᾽ ὅτι, ἡμεῖς, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἴσμεν τὸν Ἑρμότιμον τοῦτον, ὅστις ποτέ ἐστιν, οὐδὲ ἐκεῖνος ἡμᾶς· ὥστε οὐκ ἐχρῆν ἁπάντων καταγιγνώσκειν, οὐδὲ ἐρήμην ἡμῶν καταδιαιτᾷν, ἀνδρὶ πιστεύσαντα μίαν ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ, καὶ οὐδὲ ταύτην ἴσως ἀκριβῶς κατανοήσαντι. οἱ δέ γε νομοθέται, ὦ Λυκῖνε, οὐχ οὕτω προστάττουσι τοῖς δικασταῖς ποιεῖν, οὐδὲ τοῦ ἑτέρου μὲν ἀκούειν, τὸν δὲ ἕτερον, οὐκ ἐᾶν λέγειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ, ἃ οἴεται ξυμφέρειν, ἀλλ᾽ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ὡς ῥᾷον [d] ἀντεξετάζοντες τοὺς λόγους, εὑρίσκοιεν τἀληθῆ τε καὶ ψευδῆ. καὶ ἤν γε μὴ οὕτω ποιῶσιν, ἐφιέναι δίδωσιν ὁ νόμος εἰς ἕτερον δικαστήριον τοιαῦτα, ἅττα εἰκὸς φέρειν αὐτούς.

Ἢ τάχ᾽ ἄν τις αὐτῶν καὶ προσέροιτό με, εἰπέ μοι, λέγων, ὦ Λυκῖνε, εἴ τις Αἰθίοψ [e] μὴ δὲ πώποτε ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν, οἷοι ἡμεῖς ἐσμὲν, διὰ τὸ μὴ ἀποδεδημηκέναι τοπαράπαν, ἐν τινὶ συλλόγῳ τῶν Αἰθιόπων διϊσχυρίζοιτο, καὶ λέγοι μηδαμόθι τῆς γῆς ἀνθρώπους

d Ἀντεξετάζοντες] Ita recte *J. B2.* & W. Ἀντεξετάζοντας male *A1. H. Fl. P. S.* habebant. e Μὴ δὲ πώποτε] Sic *J. A1.* & *S.* Μηδὲ πώπ. ceterae & M. Μηδεπώποτε *B2.*

nobis multo majoribus, neque nobiſcum collocutus, & ne tactis quidem illis, quae nos cenſemus? *Talia ſi dicerent, quid tandem reſponderem illis? Num ſufficeret, ſi dicerem, me obſequutum Hermotimo, homini amico? Atqui opinor dicerent; Nobis, o Luciane, ignotus eſt Hermotimus ille*, &c. Totum locum propoſui, ut ex ipſius orationis filo pateret, ultima in Graecis vitioſe legi [εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκριναίμην αὐτοῖς; ἢ ἐξαρκέσει μοι, ἂν εἴπω, ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί;] & reponendum ἢ ἐξαρκέσειέ μοι. Loquendi haec ratio Noſtro eſt frequentatiſſima. In eodem hoc Hermotimo c. 64. Οὐδενὸς ἀνθρώπων βίος ἐξαρκέσειεν ἄν. *Nullius hominis vita ſufficeret.* in Harmonide c. 3. ὡς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. *Qui unus eſſet inſtar omnium.* Et alibi ſimiliter plus millies. Sic apud *Aelianum* XI. Ποικιλ. IX. ubi Epaminondas ad armigerum, bonis captivi alicujus ditatum, ait, ἐμοὶ μὲν ἀπόδος τὴν ἀσπίδα· σεαυτῷ δὲ πρίω καπηλεῖον ἐν ᾧ καταζήσεις; non dubium mihi eſt, quin legendum ſit καταζήσειας. *J. J.*

37. Ὡς ῥᾷον] Ὅς ῥᾷον inveniens *J. Brodaeus*, ὡς ῥᾳοῦ corrigere jubet, Miſc. IX. c. 16. Sed non dubito, quin ὡς ῥᾷον voluerit, ac per typothetarum incuriam ῥᾳοῦ inde factum ſit; verum & ego non aliter quam edi curavi, usquam inveni. *J. F. R.*

46. Διϊσχυρίζοιτο] *Benedict.* vertit, *affirmaret*, *Opſopoeus*

πους εἶναι λευκοὺς, ἢ ξανθοὺς, μηδὲ ἄλλο τι ἢ μέλανας, ἆρα πιστεύοιτ' ἂν ὑπ' αὐτῶν; [a] ἢ εἴποι τις ἂν πρὸς αὐτὸν τῶν πρεσβυτέρων Αἰθιόπων, σὺ δὲ δὴ, πόθεν ταῦτα, ὦ θρασύτατε, οἶσθα, οὐ γὰρ ἀπεδήμησας παρ' ἡμῶν οὐδαμόσε, οὐδὲ, νὴ Δία, τὰ παρὰ [b] τοῖς ἄλλοις [c] οἶδας ὁποῖά ἐστι, φαίην ἂν ἔγωγε δίκαια ἐρωτῆσαι τὸν πρεσβύτην; ἢ πῶς, ὦ Ἑρμότιμε, συμβουλεύεις; ΕΡΜ. Οὕτω· δικαιότατα γὰρ [d] ἐπιπλῆξαι δοκεῖ μοι. ΛΥΚ. Καὶ γὰρ ἔμοιγε, ὦ Ἑρμότιμε. ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο οὐκ ἔτ' οἶδα, εἰ ὁμοίως καὶ σοὶ δόξει· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πάνυ δοκεῖ.

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον; ΛΥΚ. Ἐπάξει δηλαδὴ ὁ ἀνὴρ, καὶ φήσει πρὸς μὲ ὧδέ πως. ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν, ὦ Λυκῖνε, τὰ Στωϊκῶν μόνα εἰδὼς, καθάπερ ὁ σὸς φίλος οὗτος ὁ Ἑρμότιμος, ἀποδημήσας δὲ [e] μηδὲ πώποτε, μήτε ἐς Πλάτωνος, μήτε παρὰ τὸν Ἐπίκουρον, [f] μηδὲ ὅλως πρὸς ἄλλον τινά. εἰ τοίνυν λέγοι, μηδὲν οὕτω καλὸν εἶναι, μηδ' ἀληθὲς παρὰ τοῖς [g] πολλοῖς, οἷα

bos, vel flavos, neque aliud usquam niſi nigros, numquid fidem apud illos inveniat? Aut ſi quis ei de majoribus natu Aethiopibus dicat, Tu vero unde haec, audaciſſime, noſti, qui neque usquam a nobis peregre abſueris, neque Hercle res aliorum quales ſint noveris? dicamne ego merito ſic interrogaſſe ſeniorem? aut quid conſulis, Hermotime? HERM. Sic eſt. juſtiſſime enim illum mihi videtur increpuiſſe. LYC. Nimirum mihi quoque, Hermotime. Sed quod ſequitur, non jam novi an aeque tibi placeat: mihi certe hoc etiam magno videtur opere.

32. HERM. Quale id eſt? LYC. Subjiciet nempe vir ille, & ita fere mecum aget, Hac igitur ratione ac proportione ſervata ponatur nobis aliquis, Lycine, qui Stoicorum placita ſola norit, ut amicus hic tuus Hermotimus, nunquam autem neque in Platonis *regnum*, neque ad Epicurum, neque ad alium quemquam peregrinatus fuerit. Is ergo ſi dicat, nihil ita pulchrum eſſe neque verum apud alios, quam ſint ea quae

a Ἢ] Sic *J.* Fl. P. H. & M. b Τοῖς ἄλλοις] Ita Edd. *J.* Fl. *H.* &c. Τῶν ἄλλων P. c Οἶδας] Deeſt in W. & Ex. Fl. Adeſt in Edd. & P. d Ἐπιπλῆξαι] Ita dedi ex G. W. & P. Codicib. & ſic voluit *Marcil.* Ἐκπλῆξαι male Edd. e Μὴ δὲ] Sic *J. H.* Fl. Μηδὲ *P.* aliaeque & M. quod hic non improbem. Μηδεπώποτε iterum 82. junctim. f Μηδὲ] Aliae Edd. hic rurſus μὴ δὲ. Sed nil refert. g Πολλοῖς] Ἄλλοις *Vo.* Vulgatam ſervant Edd. & M.

potius adcuratius: *pertinaciter adſirmabat.* Rev. *Elſner.* ad Evang. Luc. XXII. 59. vulgatum reprehendit, qui *adſirmabat* reddiderit, & *Bezam* rectius, *adſeverabat* dediſſe, ac teſtimoniorum ſatis adfert, unde hujus verbi vis pateat. *J.F.R.*

50. Ἢ εἴποι τις] Qui bene totam orationis ſeriem conſideraverit, illum animadverſurum puto, requiri ad ſententiam implendam, conditionalem particulam εἰ, quam interpretando certe expreſſam nemo indignabitur; etſi forte, dum liber aliquis ſuccurrat, contexto ipſi eam ſine nota inſeri modeſtiores nolint. Concurſus ille & hiatus, ἢ εἰ εἴποι, fecit ut interjectum εἰ tanto facilius eliderετur. *J.M.G.*

57. Δικαιότατα γὰρ ἐκπλῆξαι] *Δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι.* *Th.M.*

Δικαιότατα γὰρ ἐκπλῆξαι] Recte *Marcilius* conjecit *δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι δοκεῖ μοι*, legendum eſſe pro ἐκπλῆξαι. Mſ. hanc conjecturam ſtabiliente, & vertendum *juſtiſſime videtur illum increpaſſe*, non ut vulgo, *conſternaſſe.* *J.G.G.*

Ibid. Ἐπιπλῆξαι] Secutus ſum Mſſ. Gr. W. & P. Impreſſi mendoſe ἐκπλ. *M. du S.*

Ἐπιπλῆξαι] Idem verbum pro vulgato ἐκπλῆξαι repoſui ſupra c. 20. *J.F.R.*

62. Ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν] Ineptiſſime Opſopoeus. *Nempe vir ille probabili inductione inferet dicturus. Ergo abſurde propoſitus eſt nobis quispiam*, quaſi vocem ἀνάλογον ad ſuperiora ligari voluerit; ne dicam illud *abſurde* non apparere in Græcis, aut ſic quoque peſſime Græcam vocem reddidiſſe. Melius Benedictus: *Addet nimirum ille & ſic dicet. Eadem igitur ratione nobis proponatur aliquis.* Pater ad hæc Græca adſcripſit recte, *viciſſim nobis proponatur.* *J.G.*

Ἀνάλογον] *Analogiam* ſive proportionem Geometricam cogita, ut ſe habet α Aethiops ille domo nunquam egreſſus ad β judicium ferendum de colore exterarum gentium; ſic ſe habet γ Hermotimus ignarus reliquarum ſectarum ad δ arbitrium de ſectis. Iſta adnotare ſuppuderet, niſi vel virorum doctorum circa hunc locum conatus oſtenderent, negligi ſaepe eruditum illum geometrarum pulverem; & orbem diſcen-

quae ſunt in Porticu, & quae illa dicit: nonne merito videatur tibi temerarius eſſe, qui de omnibus pronuntiet, cum unum modo ſciat, & nunquam alterum ex Aethiopia *illa ſua* pedem protulerit? Quid vis illi reſpondeam? HERM. Veriſſimum illud nempe, Nos quidem Stoicorum *dogmata*, & praecipue quidem illa, ediſcere, ut qui ſecundum illa philoſophari poſtulemus: neque tamen ignorare, quae dicantur ab aliis. Magiſtrum enim & illa inter docendum enarrare, atque eadem deinde evertere.

33. LYC. An putas hic tacituros Platonem & Pythagoram, & Epicurum, & reliquos, ac non potius cum riſu ad me dicturos, Quid agit, tuus, Lycine, ſodalis Hermotimus? Aequum cenſet adverſariis de nobis noſtris credere, ac talia eſſe putat noſtra, qualia illi dixerint, vel ignorantia, vel quod verum *ſtudio* occultant. Utrum igitur ſi quem Athletarum videat meditantem ante certamen, calcibus peten-

τὰ τῆς στοᾶς ἐστι, καὶ ἃ ἐκείνη φησὶν, οὐκ ἂν εὐλόγως θρασὺς εἶναι δόξειέ σοι, περὶ πάντων ἀποφαινόμενος, καὶ ταῦτα, ἓν εἰδὼς, οὐδὲ πώποτε ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθών; τί βούλει ἀποκρίνωμαι αὐτῷ; [h] ΕΡΜ. Τὸ ἀληθέστατον ἐκεῖνο δηλαδὴ, ὅτι ἡμεῖς τὰ μὲν Στωϊκῶν, καὶ πάνυ ἐκμανθάνομεν, ὡς ἂν κατ᾽ ταῦτα φιλοσοφεῖν ἀξιοῦντες· οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα. ὁ γὰρ διδάσκαλος κἀκεῖνα μεταξὺ καὶ διέξεισι πρὸς ἡμᾶς, καὶ ἀνατρέπει γε αὐτὰ, [i] προσθεὶς αὐτός.

[k] ΛΥΚ. Ἢ νομίζεις ἐνταῦθα σιωπήσεσθαι ἡμῖν τοὺς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ἄλλους; οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας ἂν εἰπεῖν πρὸς ἐμὲ, οἷα ποιεῖ, ὦ Λυκῖνε, ὁ ἑταῖρός σου ὁ Ἑρμότιμος; ἀξιοῖ τοῖς ἀντιδίκοις περὶ ἡμῶν πιστεύειν, καὶ οἴεται τοιαῦτα εἶναι τὰ [l] ἡμέτερα, ὁποῖα ἂν ἐκεῖνοι φῶσιν, ἢ οὐκ εἰδότες, ἢ κρυπτόμενοι τὰ ἀληθές; οὐκοῦν εἴ τινα καὶ τῶν ἀθλητῶν ἴδῃ ἀσκούμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα,

ἢ

h ΕΡΜ.] Omiſſa *Hermotimi* perſona in Edd. reſtituta ex *Marcil.* & punctis W. *i* Προσθεὶς] Προθεὶς *Vo.* Sed nil mutant Edd. nec M. *k* ΛΥΚ.] Deerat in Edd. *l* Ἡμέτερα] Ita recte *J. S.* & L. Ὑμέτερα male *Ald. Fl. H. P. F.*

cendi antiquum truncari etiam ſaeculo noſtro, ſubinde obſervarem. *J.M.G.*

69. Πολλοῖς] Pro πολλοῖς nimis mallem ἄλλοις, & ita tranſtuli. Qui novit, quomodo in MSS. ſaeculi IX. & X. diſtrahatur interdum α litera, non improbabilem conjecturam habebit. Cui non placet aliquid mutari, ille in interpretatione noſtra facile *aliis* ſubſtituet *multos*. *J.M.G.*

73. Οὐδὲ πώποτε] Conf. infr. *Συγγρ.* c. 29. pr. *M. du S.*

74. Τί βούλει ἀποκρ. αὐτῷ; τὸ ἀλ.] Excidit notatio perſonae Ἑρμοτίμου, ſcilicet fuiſſe, αὐτῷ; Ἑρμότ. τὸ ἀληθέστατον. *Th. M.*

75. ΕΡΜ. τὸ ἀληθ.] W. recte, uti ex punctis colligere eſt: aliter enim non ſolet ille Codex. In reliquis *Luciano* abſurde tribuuntur. *M. du S.*

ΕΡΜ.] Non ipſam hic Hermotimi perſonam appoſuit Lucianus, quod aliquamdiu putabam: ſed ipſe Lycinus, quid reſponderi poſſit pro Hermotimo occupat. Hermotimus ipſe ſtupet hic, & poſt longum demum Lycini ſermonem ſatis breviter, nec minus male reſpondet. *J.M.G.*

ΕΡΜ.] Recte quidem hanc perſonam inſeri voluit *Sambuc.*; ſed in marg. *Junt.* notaverat id factum ex punctis quae in Cod. W. i. e. *Wittiano* exſtare ad deſignandas perſonas ſolent. In marg. *Hag.* vero ſcripſit, ſe id ex Cod. M. habere. *J. F. R.*

81. Προσθεὶς αὐτός. ἢ νομίζεις] Excidit notatio perſonae Λυκίνου. Προσθεὶς αὐτός. ΛΥΚ. ἢ νομίζεις. *Th. M.*

Προσθεὶς] Leg. προθείς. *A. V.*

82. ΛΥΚ. ἢ] Novam hanc perſonam, quamvis repugnent codices, poſtulat ſententia. Niſi forſan malis incipere ejus partes a καὶ ἀνατρέπει γε; ac tunc quidem προσθεὶς ſtare aliquatenus poteſt. Mutavi etiam ἢ in ἦ. *M. du S.*

88. Ἡμέτερα] Pariſina quidem Edit. habebat ὑμέτερα aeque ac *H.* aliaeque duae; ſed ſphalma tantum typographicum eſſe, ex verſione patet, quae *noſtra* exhibebat. *J. F. R.*

91. Λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα] Sic in Epiſt. I. ad *Corinth.* IX. 27. ὡς οὐκ ἀέρα δέρων. Ad quem plura Cl. L. *Bos* p. 137–38. quem conſulendum etiam monuerat Cl. T. *Hemſt.* in marg. Ed. *Graev.* *J. F. R.*

92. Ὡς

ἢ πὺξ κενὴν πληγήν τινα καταφέροντα, [a] ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν δῆθεν παίοντα, εὐθὺς ἀνακηρύξει αὐτὸν ἀγωνοθέτης ὢν, ὡς ἄμαχόν τινα· ἢ ἐκεῖνα μὲν οἰήσεται ῥᾴδια εἶναι, καὶ ἀσφαλῆ τὰ νεανιεύματα, οὐδενὸς ἀνθαιρουμένου αὐτῷ, τὴν δὲ νίκην τηνικαῦτα κρίνεσθαι, ὁπόταν καταγωνίσηται τὸν ἀντίπαλον αὐτὸν, καὶ κρατήσῃ, ὁ δ' ἀπαγορεύσῃ, ἄλλως δὲ οὔ; μὴ τοίνυν [b] μὴ δὲ Ἑρμότιμος, ἀφ' ὧν ἂν οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ σκιαμαχῶσι πρὸς ἡμᾶς οὐ παρόντας, οἰέσθω κρατεῖν αὐτοὺς, ἢ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα εἶναι, ὡς ἀνατρέπεσθαι ῥᾳδίως. ἐπεὶ [c] τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι τοῖς τῶν παιδίων οἰκοδομήμασιν, ἃ κατασκευάσαντες ἐκεῖνοι ἀσθενῆ, εὐθὺς ἀνατρέπουσιν, ἢ καὶ, νὴ Δία, τοῖς τοξεύειν μελετῶσιν, οἳ κάρφη τινὰ συνδήσαντες, ἔπειτα ἐπὶ κοντοῦ πήξαντες, οὐ πόρρω προθέμενοι, στοχάζονται ἀφιέντες· καὶ ἤν τύχωσί ποτε, καὶ διαπείρωσι τὰ κάρφη, ἀνέκραγον εὐθὺς, ὥς τι μέγα ποιήσαντες, εἰ διεξελήλυθεν αὐτοῖς τὸ βέλος διὰ τῶν φρυγάνων. ἀλλ' οὐ Πέρσαι γε οὕτω ποιοῦσιν, οὐδὲ Σκυθῶν, ὅσοι τοξόται. ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτοὶ κινούμενοι ἀφ' ἵππων, ὡς τὸ πολὺ τοξεύουσιν, ἔπειτα δὲ, καὶ τὰ τοξευόμενα κινεῖσθαι ἀξιοῦσιν, οὐχ ἑστῶτα, οὐδὲ περιμένοντα τὸ βέ-

tem aëra, aut vanam pugno plagam inferentem, quaſi adverſarium feriat: continuone, ſi praeſes ſit certaminis, illum praeconio ornabit pro invicto? an potius facilia illa putabit, & periculi expertes juvenis luſus, victoriam vero tum decerni, cum ipſum adverſarium certamine vicerit, isque victum ſe faſſus fuerit: alias vero non. Ne igitur Hermotimus, ex eo quod magiſtri ipſius umbratiles forte velitationes adverſus abſentes nos inſtituunt, vincere illos arbitretur, aut talia eſſe noſtra, quae facile adeo evertantur: cum ea ratio ſimilis ſit puerorum aedificationibus, quas cum infirmas admodum ſtruant, celeriter evertunt; aut his, qui ſagittandi artem meditantur, qui ſtipulas quasdam colligatas & in conto defixas proponunt intervallo non longo, atque ad eas deinde collineant: & ſi quando feriant, trajiciantque ſtipulas, exclamant continuo, ut in magno facinore, ſi ſarmenta telum tranſierit. Verum ita Perſae certe non faciunt, neque Scytharum qui ſunt ſagittarii. Sed primo ipſi dum moventur in equis, ut plurimum ſagittant: deinde vero ea etiam quae petuntur, volunt moveri, non ſtare & expectare ſagittam

a Ὡς] Sic *J.* Abeſt in ceteris Edd. & M. b Μὴ δὲ] Ita disjunctim *J. H.* Fl. & M. Reliquae fere μηδὲ.
c Τὸ τοιοῦτον] Sic *J.* Fl. *H. P.* &c.

92. Ὡς τὸν ἀνταγ.] Deerat ὡς in reliquis, ſolus *J.* habet. *M. du S.*

96. Ἀνθαιρουμένου] Ἀνταιρουμένους pro ἀνταιρομένους eod. hoc ſenſu legitur ap. *Thucyd.* III. p. 184. 25. Sed Cl. *Dukerus* in notis (ad quem me rurſus remiſit *T. Hemſt.*) multis exemplis probat, non ἀνταιρού ἐμαυ, ſed ἀνταιρό ἐμαυ hic Graece dici; quod certum eſt; nam eſt ab αἴρω & αἴρομαι *tollo*, non ab αἱρέω *eligo*. Cum vero & in nonnullis ſcriptis, plurimisque editis *Thucydidis* recte legi ἀνταιρομένους adfirmet, haud ſcio an nimis religioſus fuerit, quod tamen in contextum recipere non ſit auſus. *J. F. R.*

99. Ἀπαγορεύσῃ] Quod digito erecto ſignificabant. *M. du S.*

5. Τὸ τοιοῦτον] Conſtantem Editionum lectionem eſſe, *Solanus* adnotarat, nec quidquam variationis in Codicibus reperit, ut opinor, alioqui addidiſſet. Quid igitur ſibi vult illa ſupervacua adnotatio? An ſperavit ſe inventurum ubi articulus ille abundans ante pronomen deſit? Vix credo; nam & noſter alibi non ſemel ita ſolet, ut mox indicabo; quanto autem magis abundaret articulus in illo *Ariſtotelis* de Gen. anim. III. 6. pr. Τὸ δὲ αὐτὸ τοῦτο ποιεῖ. Iterum ibid. fin. Τὸν μὲν τρόχον αὐτὸν αὐτὸν ὀχεύειν. Noſter ſupr. c. 10. ἥτις ἡ καταστροφή. Ut alia omittam. Sed τοιοῦτον pro τοιοῦτο ſcribi notandum duxit. Verum & hoc noſtro cum Atticis familiare eſſe, jam bis ter alibi diximus hoc Dialogo. Vid. Indicem, vel ſupr. c. 29. iterum fin. §. 34. & pr. §. 35. hujus Dial. ubi itidem artic. additur. *J. F. R.*

6. Οἰκοδομήμασιν] Eadem Jul. Imperator in Epiſt. ἴσα τοῖς Ὁμηρικοῖς παισὶ παίζομεν, οἳ παρὰ τὰς θῖνας ὅτι ἂν ἐκ πηλοῦ πλάσωσιν, ἀφιᾶσιν αἰγιαλῷ κλύζεσθαι. Locus autem *Homeri* quem imitandum ſibi proponit

Ju-

tam, dum incidat, ſed fugere quantum licet maxime. Beſtias enim ut plurimum dejiciunt ſagittis, & aves quidam eorum feriunt. Si vero etiam ad ſcopum tentanda ſit vis & contentio plagae, lignum quod ictum repellat, aut ſcutum e crudo boum tergore, propoſitum trajiciunt, & ita ſperant per arma quoque ſagittas ſuas tranſituras. Dic igitur, Lycine, a nobis Hermotimo, magiſtros ipſius propoſita ſarmenta ſagittis transjicere, deinde viros armatos a ſe devictos, gloriari: & pictas imagines noſtras pugnis invadere, iisque, ut facile eſt ad exiſtimandum, victis, nos a ſe putare ſuperatos. Noſtrum vero quisque dixerimus ad eos, Achillis iſta, quae ille de Hectore,

Nec galeae poterunt vultumque minasque tueri Noſtrae,

Haec, inquam, univerſi, & pro ſe unusquisque.

34. Plato vero videtur mihi enarraturus aliquid de Sicilia, qui pleraque ejus novit. Nempe Syracuſio Geloni graveolens fuiſſe os ajunt, idque diu ipſum ignoraſſe, cum nemo auderet indicare tyranno, donec pe-

λος, ἔστ᾽ ἂν ἐμπέσῃ, ἀλλὰ διαδιδράσκοντα ὡς ἔνι μάλιστα. θηρία γέ τοι ὡς τὸ πολὺ κατατοξεύουσι, καὶ ὀρνίθων ἔνιοι τυγχάνουσιν. ἢν δέ ποτε καὶ ἐπὶ σκοποῦ δέῃ πειραθῆναι τοῦ τόνου τῆς πληγῆς, ξύλον ἀντίτυπον, ἢ ἀσπίδα ὠμοβοΐνην προθέμενοι, διελαύνουσι, καὶ οὕτω πιστεύουσι, κἂν δι᾽ ὅπλων σφίσι χωρῆσαι τοὺς ὀϊστούς. εἰπὲ τοίνυν, ὦ Λυκῖνε, παρ᾽ ἡμῶν Ἑρμοτίμῳ, ὅτι οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ φρύγανα προθέμενοι, κατατοξεύουσιν, εἶτα φασὶν ἀνδρῶν ὡπλισμένων κεκρατηκέναι, καὶ εἰκόνας ἡμῶν γραψάμενοι, πυκτεύουσι πρὸς ἐκείνας· καὶ κρατήσαντες, ὡς τὸ εἰκὸς, κρατεῖν ἡμῶν οἴονται. ἀλλὰ φαίημεν ἂν ἕκαστος πρὸς αὐτοὺς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ἐκεῖνα, ἅ φησι περὶ τοῦ Ἕκτορος,

[d] Οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος [e] λεύσσουσι μέτωπον.

Ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος.

Ὁ Πλάτων δ᾽ ἄν μοι [f] δοκεῖ καὶ διηγήσασθαί τι τῶν ἐκ Σικελίας, ὡς ἂν εἰδὼς τὰ πλεῖστα. τῷ γὰρ Συρακουσίῳ Γέλωνι, φασὶ δυσῶδες εἶναι τὸ στόμα, καὶ τοῦτο ἐπὶ πολὺ διαλαθεῖν αὐτὸν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, μέχρι δή τινα γυναῖκα ξέ-

d Οὐ γὰρ] Ὅτι οὐ γὰρ W. Abeſt ὅτι ab Edd. *e* Λεύσσουσι] Λεύσσουσι apud *Homer.* legitur; ſed nihil mutant Edd. Luciani. *f* Δοκεῖ] Sic L. & marg. *A1W.* Δοκῇ Edd.

Julian. eſt Iliad. 5. Tangit Piſid.

Ὦ συλλογισμῶν εὔθλαστα κύματα,
Καὶ κτίσμα χαῦνον παιδικῶν ἀθυρμάτων,
Τὰ λεπτὰ κάρφη συλλεγόντων εἰς στέγην.

Habet ſequens illud ἀσπίδα ὠμοβοΐνην. Ex Homero. *J.B.*

26. Παρ᾽ ἡμῶν Ἑρμοτίμῳ] *Nuntia igitur noſtro nomine Hermotimo.* *J.Br.*

35. Οὐ γὰρ . . .] *Hom.* Il. Π. *J.Br.*

Οὐ γὰρ ἐμ.] *Hom.* Il. Π. 70. *M. du S.*

Οὐ γὰρ] Mſ. W. praemittere ὅτι, probo Graeciſmo, Cl. *Jenſ.* in Fercul. liter. p. 144. notat, & remittit ad Lectt. ſuas Lucian. p. 97. Sed ea nota ad *Dear. judic.* §. 1. pertinens cum ibi non ſit inſerta, alibi breviter ea utemur, etſi haec ſatis nota. *J. F. R.*

36. Ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες, ἐν τῷ μέρει ἕκαστος] Opſopœus *haec quidem uno ore dicturi ſunt omnes, ſingulatim autem alius alia.* Omnino nimium large & vage. Benedictus, *hae ſimul omnes, ſingulatim unusquisque dixerit*, unde neicio, qui intellexerit. Et cur igitur non etiam ita vertit in de Saltatione. ὅταν γὰρ ἀκροχειρισάμενοι καὶ παίσαντες ἀλλήλους καὶ παισθέντες ἐν τῷ μέρει παύσωνται. Ubi reddit *mutuo*, non ſingulatim. Sed Lucianus innuit talia dictum iri ab omnibus omnino, ab unoquoque, ſi per circulum dicendi vices irent, ſua vice, ut quoque de Laconicis pueris in loco citato. Id ita pronunciat, ut de Alexandro in Pſeudomanti, λαμβάνων δὲ οὐκ αὐτὸς ἐχρῆτο μόνος, ἀλλὰ πολλοὺς ἤδη περὶ αὐτὸν ἔχων συνεργοὺς, ἅπασιν ἔνεμεν ἑκάστῳ τὸ κατ᾽ ἀξίαν. De ſaltatione, καὶ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἑκάστου αὐτῶν. quod non ſatis lucide in Latinis efferunt. Et infra οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλους ἀριθμοὺς εἰπεῖν. *J. G.*

39. Ἐκ Σικελίας] *Aliquod e Sicilia exemplum* ubi aliquando peregrinatus eſt. *J. Br.*

ξένην ᵃ συνενεχθεῖσαν αὐτῷ, τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι· τὴν δὲ, ᵇ παρὰ τὴν γυναῖκα ἐλθόντα τὴν ἑαυτοῦ, ὀργίζεσθαι, ὅτι οὐκ ἐμήνυσε πρὸς αὐτὸν, εἰδυῖα μάλιστα τὴν δυσωδίαν. τὴν δὲ, παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ. ὑπὲρ γὰρ τοῦ μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς, ᶜ μὴ δὲ ὁμιλῆσαι πλησίον, οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τοῦ στόματος. καὶ Ἑρμότιμος τοιγαροῦν ἅτε μόνοις τοῖς Στωϊκοῖς ξυνὼν, φαίη ἂν ὁ Πλάτων, εἰκότως ἀγνοεῖ ὁποῖα τῶν ἄλλων τὰ στόματά ἐστιν. ὅμοια δ' ἂν καὶ Χρύσιππος εἴποι, ἢ ἔτι πλείω τούτων, εἴπερ λιπὼν αὐτὸν ἄκριτον, ἐπὶ τὰ Πλάτωνος ὁρμήσαιμι, πιστεύσας τινὶ τῶν μόνῳ Πλάτωνι ὡμιληκότων. ἑνί τε λόγῳ ξυνελὼν φημι, ἄχρις ἂν ἄδηλον ᾖ τίς ἀληθής ἐστι προαίρεσις ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδὲ μίαν αἱρεῖσθαι· ὕβρις γὰρ ἐς τὰς ἄλλας ᵈ τὸ τοιοῦτον.

ΕΡΜ. Ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Ἑστίας, Πλάτωνα μὲν, καὶ Ἀριστοτέλην, καὶ Ἐπίκουρον, καὶ τοὺς ἄλλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν· οὐ γὰρ κατ' ἐμὲ ἀνταγωνίζεσθαι αὐτοῖς· νῶϊ δὲ, ἐγώ τε, καὶ σὺ, ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξετάσωμεν εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ φιλοσοφίας πρᾶγμα, οἷον ἐγώ φημι αὐ-

regrina mulier congreſſa illi auderet etiam dicere, uti ſe res haberet: illum vero ad conjugem cum veniret ſuam, iratum fuiſſe ipſi, quod ſibi non indicaſſet, cum maxime graveolentiam illam ſciret: illam vero ignoſci ſibi petiiſſe, ſe enim, quod virum alium experta non eſſet, neque ex proximo ſermones cum quoquam miſcuiſſet, putaſſe viris omnibus tale quiddam os olere. Etiam Hermotimus igitur, qui ſolis cum Stoicis fuerit, dicat Plato, ignorat, nec id mirum, qualia aliorum ſint ora. Similia vero etiam Chryſippus dicat, aut plura hiſce, ſi quidem relinquens ipſum inauditum ad Platonica me conferam, fidemque habeam eorum alicui, qui ſolo cum Platone verſati fuerint. Uno denique verbo comprehendens omnia ajo, donec obſcurum ſit, quae vera ſit in philoſophia ſecta, nullam earum eſſe ſectandam. Iſta enim contumelia fuerit in reliquas.

35. HERM. Per Veſtam, Lycine Platonem, & Ariſtotelem, & Epicurum, & reliquos patiamur quieſcere, neque enim cum illis contendere meum eſt. Nos vero, ego, inquam, & tu per nos ipſos quaeramus, ſit ne tale quid philoſophia, quale ego

a Συνενεχθεῖσαν] Ita habere *J. H.* Fl. *S.* & M. notat *M. du S.* b Παρὰ] Περὶ Ex. Fl. Παρὰ Cod. P. cum Edd. c Μὴ δὲ] Sic *J. H.* Fl. & M. Μηδὲ ceterae Edd. d Τὸ τοιοῦτον] Sic Edd. conſtanter legere notat *M. du S.*

49. Μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς] Τοῦτο * καὶ περὶ Δίωνος ἱστοροῦσιν τοῦ † Προυσαέως· ὃν καὶ διὰ τοῦτο κατ' εὐφημισμὸν χρυσόστομον ‡ ἐπωνόμασαν. *V.*

62. Ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Ἑστίας] § Φίλον ὄντα κατὰ τῆς Ἑστίας ¶ ἐξορκοῖ· αὐτὴ γὰρ ἡ πρὸς τὸ εἶναι ἡμᾶς, ** αἰτιᾶται, καθ' ἃ ὁ Πλάτων ἐν Κρατύλῳ ἐτυμολογῶν αὐτὴν ἀποφαίνεται· καὶ πρὸς φιλίαν †† αὐτὴ συνάγει διὰ τὸ κατ' οἶκον ἐσχάρας τοῦτο ‡‡ προμηθουμένη. *V.*

* Καὶ] Hanc conjunct. in Edit. omiſſam ſupplevit *M. du S.*
† Πρυσαέως] Sic C. & M. In V. Πρυσιέως erat. *M. du S.*
‡ Ἐπωνόμασαν] Ὠνόμασαν Edit. *Clerici*, quam correxit *M. du S.*
§ Non nova formula. Vid. *Athen.* L. IV. p. 166. D. *M. du S.*
¶ Ἐξορκοῖ] Ἐξορκεῖ prave Edit. *Cler.* Sed correxit *M. du S.*
** Αἰτιᾶται] Ex M. ſupplevit illa decem verba ab αἰτιᾶται ad ἀποφαίνεται, reliquaque vitioſa reſtituit *M. du S.*
†† Αὐτὴ] Αὐτῆς prave Edit. *Cler.* Emendata ex eod. fonte.
‡‡ Προμηθουμ.] Προμυθουμένη Edit. eadem, emendata ab eodem.

87. Εἰδότα οὐκ ἂν ποτε] Placet εἰδότα ὡς οὐκ ἂν ποτε. *J. Br.*

Εἰδότα] Luciano, contendenti non poſſe optimam & veriſſimam ſectam eligi, niſi quis omnes perluſtrarit, & examinarit, objecerat Hermotimus, utrum ſi unus aliquis affirmaret bis duo efficere quatuor, opus eſſet omnes alios homines rogare, num id verum foret; an ipſe per ſe ſatis poſſet ſcire, id ita eſſe. Omnino, reſpondet Lucianus, eum id per ſe ſatis ſcire poſſe. Infert itaque Hermotimus, Τί ποτ' ἂν ἀδύ-

ego ajo eſſe. Aethiopas autem, & Gelonis uxorem Syracuſis evocare ad hunc ſermonem quid attinebat? LYC. At illi quidem e veſtigio abeant, ſi ſuperflui tibi videntur ad noſtram diſputationem: tu vero jam dicito, mirabile enim quiddam videris dicturus. HERM. Videtur mihi, Lycine, & facile quidem fieri poſſe, ut aliquis, qui ſola Stoicorum *placita* didicerit, ſciat ex his verum, etiamſi aliorum *ſententias* non perſequatur, atque ediſcat ſingulas. Ita vero conſidera. Si quis hoc tibi ſolum dicat, dyadas duas quaternarium numerum efficere, numquid opus eſt te in circuitu interrogare reliquos, quotquot ſunt numerorum periti, num quis forte ſit, qui quinque aut ſeptem dicat eos eſſe; an vero ſtatim noris vera illum dicere? LYC. Statim, Hermotime. HERM. Quid tandem igitur fieri tibi non poſſe videtur, ut aliquis in Stoicos incidat vera dicentes, & perſuaderi ſibi ab iis patiatur, nec amplius opus reliquis habeat, cum ſciat, nunquam quae quatuor ſint quinque poſſe fieri, neque ſi ſexcenti Platones aut Pythagorae dicant.

τὸ εἶναι. Αἰθίοπας [e] δὲ, ἢ τὴν Γέλωνος γυναῖκα, τί ἔδει καλεῖν ἐκ Συρακουσῶν ἐπὶ τὸν λόγον; ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπίτωσαν ἐκποδὼν, εἴ σοι δοκοῦσι περιττοὶ εἶναι πρὸς τὸν λόγον· σὺ δὲ λέγε ἤδη· θαυμαστὸν γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας. ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι, ὦ Λυκῖνε, καὶ πάνυ δυνατὸν εἶναι μόνον τὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκμαθόντα, εἰδέναι τἀληθὲς ἀπὸ τούτων, κἂν μὴ τὰ τῶν ἄλλων ἐπεξέλθῃ τις ἐκμανθάνων ἕκαστα. οὑτωσὶ δὲ σκόπει, ἤν τις λέγῃ πρὸς σὲ μόνον τοῦτο, ὡς αἱ δύο δυάδες, τὸν τέτταρα ἀριθμὸν ἀποτελοῦσιν, ἆρα δεήσει περιϊόντα σε πυνθάνεσθαι τῶν ἄλλων, ὅσοι ἀριθμητικοὶ, μή τις ἄρα εἴη πέντε, ἢ ἑπτὰ λέγων αὐτὰς εἶναι, ἢ αὐτίκα εἰδείης ἂν ὅτι ἀνὴρ ἀληθῆ λέγει; ΛΥΚ. Αὐτίκα, ὦ Ἑρμότιμε. ΕΡΜ. Τί ποτ' οὖν ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθεσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα [f] ὡς οὐκ ἂν ποτε τὰ τέτταρα πέντε [g] γένοιτο, οὐδ' ἂν μυρίοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι [h] λέγωσιν.

36. LYC. Nihil hoc ad diſputationem noſtram, Hermotime: ea enim de quibus inter omnes convenit, cum his de quibus

ΛΥΚ. Οὐδὲν πρὸς ἔπος, ὦ Ἑρμότιμε· τὰ γὰρ ὁμολογούμενα τοῖς ἀμφισβητουμένοις εἰκά-

e Δὲ] Γε W. f Ὡς] Ex Cod. W. Male enim abeſt ὡς ab omnibus Edd. ὅτι conjecerat *Jenſ.* ex Bz. g Γένοιτο] Sic *A1. H.* Fl. *F. Bz. S.* & M. Γένοιντο *J.* & *P.* h Λέγωσιν] Ita Edd. optimae & M. Λέγουσι male Fl.

70. Ἀπίτωσαν ἐκποδὼν] Procul faceſſant. *G.*

ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνον τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ, πείθεσθαί τε αὐτοῖς, καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων, εἰδότα οὐκ ἂν ποτε τὰ τέτταρα πέντε γένοιτο, οὐδ' ἂν μυρίοι Πλάτωνες, ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν; Omnino excidit ὅτι, legendumque, εἰδότα ὅτ' οὐκ ἂν πότε, &c. Id namque ait Hermotimus, *Quid ergo? num tibi videtur fieri non poſſe, ut quis tantum in Stoicos incidens, qui vera dicant, eos ſequatur, neque deſideret unquam alios; ut qui noverit, numquam quatuor fieri poſſe quinque, licet vel ſexcenti Platones vel Pythagorae id affirment?* ultimae ſyllabae in praecedenti voce [εἰδότα] affinitas videtur erroris in deſcribendo dediſſe cauſſam. *J. J.*

Εἰδότα ὡς . .] Recte Cl. *Jenſ.* conjunctionem ſupplendam cenſuit, quae in Edd. deerat, verum cum ὡς jam in Cod. invenerimus, non aegre feret, nos id admiſiſſe prae ὅτι, quod ex Edit. eſt, ut in variantt. indicavimus. *J. F. R.*

Ibid. Ὡς οὐκ ἂν πότε] Cl. *Jenſius* in vulgatis recte vidit aliquid deeſſe. W. Codex, quem ipſe poſtea contulit, habet ὡς. Ὅτι Bz. *M. du S.*

90. Οὐδὲν πρὸς ἔπος] *Eraſm.* in proverbio: *Nihil ad verſum.* Hoc alibi explicuimus. *J. Br.*

73. Et tu ſane cum ex fabulatore quodam audiſſes, mulierem eſſe quae pulchritudine naturam ſupergreſſa, vel Gratias ipſas aut Caeleſtem illam *Venerem* vincat, non explorato prius, utrum vera dicat, & ſit ne terrarum alicubi iſta mulier, ſtatim amare eam coepiſti, ut Medeam ajunt ex inſomnio amore Jaſonis correptam. Quod autem maxime te in amorem illum induxit, aliosque, quotquot eandem quam tu umbram amant, quantum conjectura aſſequor, hoc erat, quod is qui de muliere praedicabat, poſtquam ſemel fides illi habita eſt, quaſi vera diceret, *ea* ſubjunxit, *quae* conſequentia *& cohaerentia eſſent ſuperioribus.* Ad hoc enim ſpectabatis ſolum, & propter hoc ipſum naſo quaſi alligatos traxit, cum primam ſemel velut anſam ei dediſſetis, duxitque ad amatam recta, quam dicebat, via. Facilia enim, reor, caetera, neque quisquam veſtrum ad ingreſſum reflexa cogitatione, vera ne eſſet *via?* exploravit, & num forte imprudens quam non oportebat inſtitiſſet? ſed praeeuntium ſequebatur veſtigia, uti oves ſuum ſolent ducem, cum deceret ad introitum & principio ſtatim videre, intrandumne ſit?

ἀναπλάττουσιν, οὔτε γενόμενα πώποτε, οὔτε γενέσθαι δυνάμενα· καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεὼς πιστεύουσιν αὐτοῖς, καὶ κηλοῦνται ὁρῶντες, ἢ ἀκούοντες τὰ τοιαῦτα, διὰ τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι.

Καὶ σὺ δὴ μυθοποιοῦ τινος ἀκούσας, ὡς ἔστι τις γυνὴ ὑπερφυὴς τὸ κάλλος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτάς, ἢ τὴν Οὐρανίαν [b] εἶναι, μὴ πρότερον ἐξετάσας εἰ ἀληθῆ λέγει, καὶ εἰ ἔστι που τῆς γῆς ἡ ἄνθρωπος αὕτη, ἤρας εὐθύς, ὥσπερ φασὶ τὴν Μήδειαν, ἐξ ὀνείρατος ἐρασθῆναι τοῦ Ἰάσονος· ὃ δὲ δὴ μάλιστά σε πρὸς τὸν ἔρωτα ἐπηγάγετο, καὶ τοὺς ἄλλους δέ, ὁπόσοι τοῦ αὐτοῦ σοι εἰδώλου ἐρῶσι, τοῦτο ἦν, ὥς γε μοι εἰκάζοντι φαίνεται, τὸ τὸν λέγοντα ἐκεῖνον περὶ τῆς γυναικός, ἐπείπερ ἐπιστεύθη τὸ πρῶτον, ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἀκόλουθα ἐπάγειν. εἰς τοῦτο γὰρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο εἷλκεν ὑμᾶς τῆς ῥινός, ἐπείπερ ἅπαξ τὴν πρώτην λαβὴν ἐνεδώκατε αὐτῷ, καὶ ἦγεν ἐπὶ τὴν ἀγαπωμένην, δι᾽ ἧς ἔλεγεν εὐθείας ὁδοῦ. ῥᾴδια γάρ, οἶμαι, τὰ μετὰ ταῦτα, καὶ οὐδεὶς ὑμῶν ἔτι ἐπιστρεφόμενος εἰς τὴν εἴσοδον, [c] ἐξήταζεν εἰ ἀληθής ἐστι, καὶ εἰ μὴ ἔλαθε, καθ᾽ ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰσελθών, ἀλλ᾽ ἠκολούθει τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι, καθάπερ τὰ πρόβατα πρὸς τὸν [d] αὐτῶν ἡγούμενον, δέον ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ, καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν [e] εὐθὺς σκέψασθαι, εἴπερ [f] εἰσιτητέον.

Ὡ

b Εἶναι] Sic Edd. & M. Οἶμαι L. Ἐκείνην *Pell.* & *Marc.* Καὶ *Solanus.* *c* Ἐξήταζεν] Ita bene *J.* Fl. *H. P.* & W. Ἐξήταξεν male *S.* *d* Αὐτῶν] Sic *J. H. P.* P. & M. Deeſt in Fl. *e* Εὐθυς] Αὐτων marg. *AIW.* *f* Εἰσιτητέον] Ita Fl. *J. P. S.* &c.

17. Λαβὴν] Ἀφορμὴν, μέμψιν, ἐπαφήν. *V.*

80. Ὡς ὑπὸ τοῦ ἐρομένου] *Ut ab eo qui hoc percunctatur.* *J. Br.*

91. Παραπέμψει] Conf. infra Δικ. c. 1. Εὐχ. c. 1. Ἐπ. Κρον. c. 17. & Ἑταιρ. Διαλ. c. 1. *M. du S.*

92. Τὰ καινὰ] Quæ a Stoicis paradoxis merito abhorrent. *J. Br.*

94. Ἱπποκενταύρους καὶ χιμαίρας] *Virgil.* VI. Æn. facit centauros & ſcyllas in infernum veſtibulo ſtabulare, cum ſomniis. Centauros & Chimæram fuiſſe negat *Lucret.* L. IV. & V. *G. C.*

5. Ἢ τὴν Οὐρανίαν εἶναι] Ἢ τὴν οὐρανίαν ἐκείνην, &c. nempe ἀφροδίτην. *Th M.*

Ibid Οὐρανίαν] De ſtatua intellige, quae Athenis celebratiſſima. V. *Meurſ.* AG. IV. 830. Simulacrum erat marmoreum, Phidiae opus. Erat & aliud Alcamenis, ib. 855. Pro εἶναι L. habet οἶμαι. Neutrum placet. Credo ſcriptum fuiſſe καὶ. *M. du S.*

21. Εἰ ἀληθής ἐστι] *Brod.* IX. Miſc. 16. ait: εἰ ἀληθῆ emenda εἰ ἀληθής ἐστι. Sed quod is emendat, id noſtrae Edd. jam recte habebant. *J. F. R.*

30. Πε-

Ὃ δέ φημι, σαφέστερον ἂν μάθοις, ἤν τι τοιοῦτον ὅμοιον παραθεωρήσῃ αὐτῷ. λέγοντος γάρ τινος τῶν μεγαλοτόλμων τούτων ποιητῶν ὡς γένοιτό ποτε τρικέφαλος, καὶ ἑξάχειρ ἄνθρωπος, ἂν τὸ πρῶτον ταῦτα ἀπραγμόνως ἀποδέξῃ, μὴ ἐξετάσας εἰ δυνατὸν, ἀλλὰ πιστεύσας, εὐθὺς ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς ὁ αὐτὸς εἶχεν ἓξ, καὶ ὦτα ἓξ, καὶ φωνὰς τρεῖς ἅμα ἠφίει, καὶ ἤσθιε διὰ τριῶν στομάτων, καὶ δακτύλους τριάκοντα εἶχεν, οὐχ ὥσπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις [a] ταῖς χερσί· καὶ εἰ πολεμεῖν δέοι, αἱ τρεῖς μὲν χεῖρες ἑκάστη, πέλτην, ἢ γέῤῥον, ἢ ἀσπίδα εἶχεν· αἱ τρεῖς δὲ, ἡ μὲν, πέλεκυν κατέφερεν, ἡ δὲ, λόγχην ἠφίει, ἡ δὲ, τῷ ξίφει ἐχρῆτο. καὶ τίς ἔτι ἂν ἀπιστήσειε ταῦτα λέγοντι αὐτῷ, ἀκόλουθα γὰρ τῇ ἀρχῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν εὐθὺ σκοπεῖν εἴπερ δεκτέα, καὶ εἰ συγχωρητέα οὕτως ἔχειν. ἢν δ' ἅπαξ ἐκεῖνα δῷς, ἐπιῤῥεῖ τὰ λοιπὰ, καὶ οὔποτε στήσεται, καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκ ἔτι ῥᾴδιον, ἐπείπερ ἀκόλουθα, καὶ ὅμοιά ἐστι τῇ συγχωρηθείσῃ ἀρχῇ, ἅπερ καὶ ὑμεῖς πάσχετε.

74. Quod autem dico apertius intelligas, ſi conſideres & conferas ejusmodi quiddam ſimile. Si enim audacium horum poëtarum aliquis dicat, fuiſſe quondam tricipitem & ſex manibus hominem, ſi primum iſta facile recipias, non explorato, fierine poſſit? Sed fide illi habita; ille ſtatim conſequenter ſubjungat caetera: eundem hominem ſex habuiſſe oculos, & aures totidem, & voces eodem tempore ternas emiſiſſe, & oribus tribus ſumſiſſe cibum, & triginta habuiſſe digitos, non decem, ut quisque noſtrum, in ambabus manibus: ac ſi bellica opera opus eſſet, tres quidem manus peltam, aut cratem, aut ſcutum habuiſſe; trium vero reliquarum unam dejeciſſe ſecurim, alteram emiſiſſe lanceam, tertiam uſam gladio. Et quis adhuc fidem negaret dicenti talia? conveniunt enim principio, de quo ſtatim videndum erat, poſſet ne recipi? & an concedendum ſit, rem ita habere. Ubi vero ſemel illa dederis, adfluunt quaſi reliqua, nec usquam ſubſiſtent, ipſumque illud negare fidem non jam facile, cum conſequentia ſint & conceſſis principiis ſimilia: quod quidem vobis accidit.

a Ταῖς] Ex W. Abeſt ab Edd.

30. Ποτὲ τρικέφ.] Geryon. Vid. *Apollod.* II. p. 51. B. *M. du S.*

39. Πέλτην, ἢ γέῤῥον ἢ ἀσπίδα] Uterque interpres medium vertit *parmam Perſicam*. An credimus utique Lucianum voluiſſe ea voce id exprimere? Et cur non peltæ addunt interpretes gentem, cui illa in uſu? *J. G.*

53. Οὐκ ἐννοοῦντες] Iſta verba οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτο ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῶν, καὶ ψεῦδος ὂν, peſſime interpretantur: *nec in mentem veniat ni falſum etiam ſit, quod priori eſt conſentaneum*, cum haec ſit ſententia: *non conſiderantes ſicubi quid ſe invicem conſequatur*, (vel *ſibi congruat*,) *quamvis falſum ſit.* ut ſi quis credat bis quinque eſſe ſeptem, *credat etiam* quater quinque eſſe quatuordecim, paullo poſt δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, non eſt, ut Latinus, *datis uniuscujusque ſectae principiis*, ſed *admittentes*, *concedentes principia uniuscujusque ſectae.* ſtatim haec quoque verba non intellexerunt interpretes, καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψεύδους τῆς ἀρχῆς ὁρμώμενος, *cumque a falſo principio exordiatur, vera tamen ad falſam demonſtrationem vult dicere.* Haec ex Graecis verbis ne ridiculis extorqueas, quae ſic interpretanda: *& poſtulat pro demonſtratione vera dicere, ex falſo principio progrediens.* hoc eſt pro demonſtratione vult haberi principium, quod ponit, quia verum dicat, ſeu hoc ipſum verum dicere, quod jactat, vult pro demonſtratione accipi, cum tamen illud principium, quod pro vero circumfert, ſit falſum. *J. G. G.*

Ibid. Εἴ πῃ] Forſan εἴπερ. Certe ſenſus eſt, *numquid antecedentibus ſatis conſonum, falſum tamen ſit.* In M. & Fl. εἴ τι. *M. du S.*

Ibid. Ἀκ. τι αὐτῷ] Sic *Plato* p. 2. B. τὸ ὅσιον ταυτὸν αὐτῷ αὐτῷ & αὐτὸ αὐτῷ ὅμοιον. Mutarunt *P. S.* & *A.* ac fecerunt prave αὐτῶν. *M. du S.*

54. Καὶ ψεῦδος] Καὶ cum Clar. *Graevio* hic vertit *quamvis*, reverend. *Elſnerus*, ad Evang. Joan. XVII. 25. ubi καὶ ὁ κόσμος σε οὐκ ἔγνω, ἐγὼ δέ σε ἔγνων. quod eod. modo reddit: *etſi mundus te non cognoſcat, ego tamen te cognoſco*, adducitque *Thucyd.* VI. p. 421. Τῶν ἔπειτα ἀνθρώπων προσποίησιν ξυγγενείας τισὶ, καὶ μὴ οὖσαν, καταλιπόντες, ubi καὶ μὴ οὖσαν quoque ſignif. *quamvis nulla* (cognatio) *intercedat.* Sed cum Cl. *Geſner.* paullo aliter vertat, ego me non interponam, quid enim voluerit Lucianus, ex praemiſſis ſatis adparet. *J. F. R.*

55. Αἱ-

cidit. Prae amore enim & ſtudio, non ante explorato uti ſe vobis habeant, quae ſunt circa unumquemque ingreſſum, proceditis, tracti a conſequentia, non advertentes animum, ſi qua ſit quod ſequatur ex illis, & idem ſit falſum. Ut ſi quis dicat bis quinque ſeptem eſſe, tuque fidem illi habeas, non & ipſe apud te dinumerans, inferet ſcilicet, etiam quater ſumta quinque efficere quatuordecim, & quousque ille voluerit: qualia etiam admirabilis geometria efficit. Nam illa quoque hos, qui verſantur circa principia, abſurda quaedam poſtulata poſcit, eaque dari ſibi aequum cenſet, quae tamen ne conſiſtere quidem poſſunt, puncta quaedam individua, & lineas latitudine omni carentes, & id genus plura; deinde putribus illis fundamentis ſimilia inaedificat, & poſtulat vera ad demonſtrationem dicere, initio a falſis principiis facto.

ὑπὸ γὰρ δὴ ἔρωτος, καὶ προθυμίας, οὐκ ἐξετάσαντες τὰ κατὰ τὴν εἴσοδον ἑκάστην, ὅπως ὑμῖν ἔχει, προχωρεῖτε ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι, οὐκ ἐννοοῦντες [b] εἴ πῃ γένοιτ' ἂν ἀκόλουθόν τι [c] αὐτῷ, καὶ ψεῦδος ὄν. οἷον, εἴ τις [d] λέγοι τὰ δὶς πέντε, ἑπτὰ εἶναι, καὶ σὺ πιστεύσειας αὐτῷ, μὴ ἀριθμήσας ἐπὶ σαυτοῦ, ἐπάξει δηλαδὴ, ὅτι καὶ τετράκις πέντε, τεσσαρακαίδεκα πάντως ἐστὶ, καὶ μέχρις ἂν [e] ὅτου ἐθελήσῃ, οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ. κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ, ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα, καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα, οὐδὲ συστῆναι δυνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν, ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη.

75. Eodem modo vos quoque conceſſis ſectae cujusque principiis, his quae ſequuntur fidem adjungitis, & ſignum veritatis illorum conſequentiam illam putatis, quae & ipſa tamen falſa eſt: deinde alii quidem veſtrum ſpei ſuae immoriuntur ante quam

Κατὰ ταυτὰ τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης, πιστεύετε τοῖς ἑξῆς, καὶ γνώρισμα τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶναι, ψευδῆ οὖσαν. εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν, ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι, πρὶν ἰδεῖν

b Εἴ πῃ] Sic Edd. & P. Εἴ τι W. & Ex. Fl. c Αὐτῷ] Ita habet Cod. M. & Edd. *Ald.* Fl. *J. H. B2.* Αὐτῶν *P. S. A.* d Λέγοι] Sic M. Λέγει Edd. e Ὅτου] Ita ſola *J.* Ceterae ad unam omnes cum M. ὅτι. Sed P. Cod. ὅτι.

71. Εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν ..] Optime torqueri poſſunt in fratrum Collegia; & quod dicit, ἀλλ' ἔχουσι παραμυθίαν, in *Dial. Achillis* & *Antilochi* dixit, φέρει δὲ παραμυθίαν καὶ ἡ κοινωνία τοῦ πράγματος. G.

55. Λέγοι] Ita, uti conjeceram, M. Reliqui λέγει. *M. du S.*

59. Ὅτου] Ex Ed. *J.* eſt. Reliquae ὅτι, & ipſi Codd. M. & P. niſi quod hic ὅτι praefert. *M. du S.*

63. Σημεῖά τινα] Sic enim ea definit *Euclides*: Σημεῖόν ἐστιν, οὗ μέρος οὐδέν· γραμμὴ δὲ μῆκος ἀπλατές. quæ nullo pacto conſiſtere poſſe credunt Epicurei. *J. Br.*

Σημεῖά τινα ἀμερῆ] Eſt in primis illis Geometriæ definitionibus quod jure quis carpat: dicendum enim fuit *ſuperficiem* eſſe extrema corporis, in quo corpore craſſities quidem, ſed cujus in ſuperficie nulla habetur ratio. *Lineas* vero extrema ſuperficiei, quando non tota jam, ſed diviſa in partes contiguas conſideratur, nulla latitudinis, quae ceteroquin ſuperficiei ineſt, ratione habita: *Puncta* linearum extrema, ſive id, in quo lineae diviſae partes ſe mutuo contingunt. Atque haec quidem vera, firma & inconcuſſa maneant: neu ſi quid in eo ediſſerendo aut definiendo a Geometris peccatum, Arti certiſſimae & praeſtantiſſimae fraudi ſit. Quod ſi in rebus hujusmodi, cujusquam auctoritas valeret: Luciani certe nulla ratio habenda foret, qui ſe Mathematicarum diſciplinarum rudem omnino prodit. Vide, quaeſo, ſi non memineris, quam imperite Pythagoraeorum Symbolicam figuram in Πται. deſcripſerit, c. 5. Vide etiam quam iniquus ſit in viros illos ſummos qui Matheſin excoluerunt, Ἱππ. c. 3. *M. du S.*

64. Τὰ τοιαῦτα] Ubi legitur, Σημεῖά τινα ἀμερῆ, καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς, καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα, mirum ni perperam illud ultimum τὰ τοιαῦτα iteratum eſt ab dormitantibus deſcriptoribus. *J. J.*

[a] ἰδεῖν τἀληθὲς, καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων· οἱ δὲ, κἂν αἴσθωνται ἐξηπατημένοι, ὀψέποτε γέροντες ἤδη γενόμενοι, ὀκνοῦσιν ἀναστρέφειν, αἰδούμενοι εἰ δεήσει τηλικούτους αὐτοὺς ὄντας ἐξομολογήσασθαι, ὅτι πράγματα παίδων ἔχοντες οὐ συνίεσαν, ὥς τε ἐμμένουσι τοῖς αὐτοῖς ὑπ' αἰσχύνης, καὶ ἐπαινοῦσι τὰ παρόντα, καὶ ὁπόσους ἂν δύνωνται, προτρέπουσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ὡς ἂν μὴ μόνοι ἐξηπατημένοι ὦσιν, ἀλλ' [b] ἔχωσι παραμυθίαν τὸ καὶ πολλοὺς καὶ ἄλλους τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς. καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ὁρῶσιν, ὅτι ἢν τἀληθὲς εἴπωσιν, οὐκ ἔτι σεμνοὶ, ὥσπερ νῦν καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δόξουσιν, οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως. οὐκ ἂν οὖν ἑκόντες εἴποιεν εἰδότες ἀφ' οἵων ἐκπεσόντες, ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. ὀλίγοις δ' ἂν πάνυ ἐντύχοις, ὑπ' ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν, ὅτι ἐξηπάτηνται, καὶ τοὺς ἄλλους ἀποτρέπειν τῶν ὁμοίων [c] πειρωμένους. εἰ δ' οὖν τινι τοιούτῳ ἐντύχοις, Φιλαλήθη τε κάλει

verum viderint, ſuosque illos deceptores damnaverint: alii vero, licet ſero denique ſenes jam facti deceptos ſe ſentiant, redire tamen cunctantur pudore nimirum deterriti, ſi oporteat, id aetatis cum ſint, fateri, ſe imprudentes puerorum tractaſſe ludibria: itaque manent in iisdem prae pudore, & laudant praeſentia, & quotquot poſſunt ad eadem hortantur, ne ſoli ſint decepti, ſed ſolatium habeant ex eo, quod multis etiam aliis eadem quae ſibi uſu venerint. Nam rurſus illud quoque vident, ſi verum dicant, ſe non jam graves ut adhuc, & ſupra vulgus elatos viſum iri, neque honorem eundem conſequuturos. Nunquam ergo voluntate dixerint, quantumvis ſciant, quibus exciderint, & quam ſimiles videantur reliquis. Paucos omnino reperias ſatis fortes, uti audeant dicere, ſe deceptos eſſe, & dehortari alios, qui ſimilia tentent. [In talem ergo ſi incidas, veritatis amicum voca,

[a] Ἰδεῖν] Ἰδὴ male P. Vulgatam tuentur priſcae Edd. [b] Ἔχωσι] Sic J. H. P. Ἔχουσι Fl. M. & Coll. [c] Πειρωμένους] Nihil hic mutare J. Fl. P. notat M. du S. Non invenit ergo variationem. At marg. Ai. πειρωμένοις habet.

77. Ἐξομολογήσασθαι] Cl. *Jenſ.* in ferculo liter. p. 9. & 10. exiſtimat hoc verbum ſolis fere ſacris ſcriptoribus proprium, nec facile alibi reperiri; ſed non aegre feret, ſcio, ſi ei hunc *Luciani* locum oppoſuero, aliosque ex *Plutarch.* Num. p. 71. 76. *Coriolan.* 215. & p. 943. Nec non *Heliod.* L. IX. p. 427. quos adfert Rever. *Jac. Elſn.* ad Euang. *Matth.* III. 6. ut probet verbum ἐξομολογεῖσθαι etiam profanis ſcriptoribus non inuſitatum eſſe. *J. F. R.*

Ibid. Πράγματα παίδων ἔχοντες] *Puerilibus quibusdam nugis vacare.* *J. Br.*

82. Παραμυθίαν] Confer ſupra Νεκρ. Διαλ. XV. §. 3. *M. du S.*

Παραμυθίαν] Illa *Soulii* citatio nihil aliud vult, quam *Juntinam* Ed. ibi male habuiſſe περὶ μυθίαν. quod vitium *H.* quoque cum obliderct, ex aliis & collatione hujus Lucianei loci id ſuſtulerat *Soulius* ſive, ſi mavis, *Solanus.* At id in variantibus lectt. ibi non comparet. Nec refert. Id autem omiſſum, quia Edit. *Juntin.* in qua editionum varietates notaverat noſter, non poſſidebat Clar. *Hemſterh.* Etſi forſan, ſi poſſediſſet, ejusmodi minutias non adnotaſſet. Cur autem nos notemus, in praefatione dicendi locus erit. *J. F. R.*

96. Ἢ ἰδόντες] Angl. εἰδότες. *J. B.*

Ibid. Εἰδότες] A. P. & L. Melius quam quod in ceteris & ipſo M. ἰδόντες. *M. du S.*

1. Καὶ λήθη —— πρὸ Εὐκλείδου] Duo inveniuntur Euclidæ inter Archontas, quorum nomina ſuperſunt. Primus anno 2. Olympiadis 88. quinto anno belli Peloponneſiaci, de quo non eſt hic ſermo. Alter anno 2. Olympiadis 94. quem intelligit hoc loco Lucianus, eo enim præturam obtinente facta eſt amneſtia, ut narrat *Xenophon* Lib. 2. Hellenicorum. Ideo ſæpe apud auctores hiſtoriæ & rhetoras fit mentio τῶν πρὸ Εὐκλείδου, quorum non licebat meminiſſe, nec ea exprobrare, & eo anno Athenienſium reſpublica inſtaurata fuit, facta inter cives pace. *J. P. a G.*

2. Τῶν πρὸ Εὐκλείδου] Apud *Montfaucon* in *Biblioth. Coslej.* p. 490. In Excerptis inſcriptis Συναγωγὴ λέξεων χρησίμων ἐκ τῶν τοῦ Λουκιανοῦ, ad h. l. haec legas: Τὰ πρὸ Εὐκλείδου νῦν ἐξετάζοντα. Παροιμία. Ὅτι ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ οἱ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἀθηναίων περιγινόμενοι τριάκοντα τυράννους ἔστησαν παρ' αὐτοῖς, οἵ τινες τῶν πολιτῶν μετὰ ταῦτα κακῶς ἐκέχρηντο τοῖς λοιποῖς. καταλυθέντων οὖν τῶν τυράννων, καὶ γινομένου μετ' αὐτοὺς Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἄκυρα εἶναι. Quae ideo hic repeto, ut cum ſuperiore Scholio conferri, & videri queat, idem eſſe, ſed nonnulla aliter legi.

ca ; & frugi , & juſtum , & ſi vis etiam philoſophum. Huic enim ſoli nominis hujus honorem non invideam. Reliqui autem aut veri nihil ſciunt , cum ſcire ſe putent ; aut quod ſciunt occultant , prae timiditate & pudore , & quod praeferri aliis cupiunt.

76. Quamquam , per ego te Minervam oro, quaecumque dixi jam relinquamus hic depoſita omnia , ſitque eorum oblivio , ut eorum quae ante Euclidem Archontem facta ſunt ; ponamusque hanc Stoicorum philoſophiam veram eſſe , aliam vero quamcumque nullam : ac videamus deinde , num illa talis ſit , ad quam pervenire , & quam aſſequi aliquis poſſit ; an vero fruſtra laborent , quotquot illam concupiverunt. Audio enim admirabilia quaedam promiſſa , de eorum felicitate , qui ad faſtigium ejus delati ſint : ſolos quippe illos vera bona habituros in univerſum omnia. Quod vero ſequitur , melius tute noris , incideriſne unquam in Stoicum talem , & ſummum Stoi-

τὸν τοιοῦτον, καὶ χρηστὸν, καὶ δίκαιον, καὶ εἰ βούλει, φιλόσοφον· οὐ γὰρ ἂν φθονήσαιμι τούτῳ [d] μόνῳ τοῦ ὀνόματος· οἱ δ' ἄλλοι, [e] ἢ οὐδὲν ἀληθὲς ἴσασιν οἰόμενοι εἰδέναι, ἢ [f] εἰδότες, ἀποκρύπτονται ὑπὸ δειλίας, καὶ αἰσχύνης, καὶ τοῦ προτιμᾶσθαι βούλεσθαι.

Καίτοι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς, ἅπαντα μὲν ἃ εἴρηται, ἐάσωμεν, αὐτοῦ καταβαλόντες, καὶ λήθη τις ἔστω αὐτῶν, ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος πραχθέντων. ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶναι τὴν Στωϊκῶν, ἄλλην δὲ μηδ' ἡντιναοῦν, ἴδωμεν εἰ ἐφικτὴ αὕτη, καὶ δυνατή ἐστιν, ἢ μάτην κάμνουσιν, ὁπόσοι ἐφίενται αὐτῆς. τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, [g] ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον ἐλθόντες. μόνους γὰρ τούτους [h] πάντα συλλαβόντας ἕξειν τὰ τῷ ὄντι ἀγαθά. τὸ μετὰ ταῦτα δὲ, σὺ ἄμεινον [i] εἰδείης, εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ [k] καὶ Στωϊκῶν τῷ

d Μόνῳ] Deeſt in Fl. Adeſt in reliqq. item in M. ac P. e Ἢ οὐδὲν] Οἳ οὐδὲν W. Nihil a vulgat. abeunt *J.* Fl. *H. P.* f Εἰδότες] Ex P. L. & *Angl.* Ἰδόντες Edd. g Ἡνίκα] Sic Edd. *J.* Fl. *H. P.* Ἡλίκα Gr. h Πάντα] Πάντας W. male. i Εἰδείης] Sic Edd. Εἰδοίης W. k Καὶ] Ἐς W. k Καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ] Ἐς Στωϊκὸν τὸ ἄκρον P. A. Sed vulgat. ſervant *J.* Fl. *P.*

2. * Ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος πραχθέντων] Ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ Λακεδαιμόνιοι τῶν Ἀθηναίων περιγενόμενοι λ' τυράννους ἔστησαν παρ' αὐτοῖς. οἵτινες παραλαβόντες τινὰς τῶν πολιτῶν, μετὰ τούτων κακῶς ἐχρήσαντο τοῖς λοιποῖς. Καταλυθέντων οὖν τῶν τυράννων, καὶ γενομένου μετ' αὐτοὺς Εὐκλείδου ἄρχοντος, ἵνα μὴ μνησικακήσωσιν ἀλλήλοις οἱ πολῖται, συνθήκας ἐποίησαν, ὥστε τὰ πρὸ Εὐκλείδου ἀνεξέταστα εἶναι. *V.*

* Hoc jam ſupra habuimus totidem verbis , nec ſemel in hujusmodi repetitiones delapſus eſt Scholiaſtes noſter. *J. C.* Tam imperite autem deſcripſit hoc Scholium ex Κατάπλ. N. 52. (v. c. 5. ejus Dial.) ut ultima illius eo ſpectantia , huc etiam retulerit ; quae ego delevi. *M. du S.*

legi. Adde , ſi lubet , Schol. & Commentatores ad *Ariſtoph. Plut.* v. 1147. *J. F. R.*

Ibid. Πρὸ Εὐκλείδου] Ἀμνηστία. *F. G.*

Πρὸ Εὐκλείδου] Vide Scholia , & Καταπλ. c. 5. *M. du S.*

7. Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις] Τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας , ἡνίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον. Latinus interpres : *Etenim promiſſiones admirandas audio , quando qui ſummum faſtigium attigerint , felicitate potientur.* ἡνίκα hic quam frigeat , nemo non videt. Luciani manus eſt ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν , *ad quantam felicitatem perventuri ſint.* Superius in ſomnio c. 7. ἡλίκα τὰ ἀγαθὰ πορίῃ λιθοξόος γενόμενος. *quanta bona conſequeris , ſi evadas ſtatuarius.* ſic alibi apud noſtrum ἡλίκα θαυμάσια, *quam admiranda.* Nihil tritius. *J. G. G.*

9. Ἡνίκα] *Demoſth.* 210. C. θαυμάσια ἡλίκα. Noſter ipſe c. 2. ἆθλα θαυμάσια ἡλίκα εἴρηκας. Sed nihil tamen hic muto ; quia ἡνίκα neceſſario retinendum eſt , ut ſententiae conſulatur, niſi aliter ſuperiora ſcribantur , hunc in modum , ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμασίας ἡλίκας, ὡς εὐδ— quod minus elegans foret. *M. du S.*

11. Τὰ τῷ ὄντι ἀγαθὰ] *Quæ haud dubie ſunt bona.* *J. Br.*

Ibid. Τῷ ὄντι] Vid. idem ſupra Ἀλκ. ſub init. *M. du S.*

13. Καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ] Melius quam in Anglic. ἐς Στωϊκὸν τὸ ἄκρον. *J. B.*

τῷ ἄκρῳ, οἷῳ μήτε λυπεῖσθαι, μήτ' [a] ὑφ' ἡδονῆς καλασπᾶσθαι, μήτ' ὀργίζεσθαι· φθόνου δὲ κρείτλονι, καὶ πλούτου καλαφρονοῦντι, καὶ συνόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι, καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου. ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδέων, ἀτελὴς, κἂν πάντα πλείω ἔχῃ. εἰ δὲ τοῦτο οὐχὶ, οὐδέπω εὐδαίμων.

ΕΡΜ. Οὐδένα τοιοῦτον εἶδον. ΛΥΚ. Εὖγε, ὦ Ἑρμότιμε, ὅτι οὐ ψεύδῃ ἑκών. εἰς τί γοῦν ἀποβλέπων φιλοσοφεῖς, ὅταν ὁρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον τὸν σὸν, μήτε τὸν ἐκείνου μήτε τὸν πρὸ αὐτοῦ· μηδ' ἂν εἰς δεκαγονίαν ἀναγάγῃς μηδένα αὐτῶν σοφὸν ἀκριβῶς, καὶ διὰ τοῦτο εὐδαίμονα γεγενημένον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, ὡς ἀπόχρη κἂν πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος. ὁμοίως γὰρ [b] ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι, καὶ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ, ὅ, τε παρὰ τὴν θύραν ἔξω ἑστὼς, καὶ ὁ πόῤῥω. διαλλάττοιεν δ' ἂν ὅτι μᾶλλον οὐ-

corum, qui nunquam vincatur dolore, ad voluptatem nunquam detrahatur, iraſcatur nunquam, qui invidia major ſit, divitiarum contemtor, & verbo beatus, qualem oportet eſſe, canon qui haberi velit & regula vitae ad virtutem *compoſitae*. Qui enim vel minima in re deficiatur, imperfectus eſt, quantumvis omnibus in rebus *aliis* ſuperet. Hoc vero ſi ſit, non *eſt*; nondum, *inquam*, *eſt* beatus.

77. HERM. Talem equidem vidi neminem. LYC. Recte iſtud, Hermotime, quod non mentiris prudens ac volens. Quo igitur conſilio philoſopharis, cum videas, neque tuum magiſtrum, neque qui illius fuit, neque qui ante iſtum; neque ſi ad decimam quaſi generationem adſcendas, quemquam illorum plane ſapientem, & propter hoc beatum fuiſſe. Neque vero illud recte dixeris, ſufficere tibi, ſi vel prope felicitatem venias. Nihil enim profeceris: nam aeque extra limen eſt & ſub divo, tam qui ad januam ſtat foris, quam qui e longinquo: & in hoc forte differant, quod

a 'Υφ'] Sic recte Fl. *S. A.* & M. 'Εφ' *J. H. P. Fr. Bz.* & *Ald.* male, vid. nott. b Ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι] Ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἑστμὼν Edd. Sed ἐστι Codd. M. & L.

33. Διαλάττοιεν] Διαφέροιεν. *V.*

14. 'Υφ' ἡδονῆς] M. Fl. *S. A.* recte. In reliqq. mendoſe ἐφ', niſi quod in *J.* excidit litera ε, vel υ. *M. du S.*

'Υφ' ἡδονῆς] Male *Solanus* Aldinam Ed. incuſat, aut ſaltem non ſatis expreſſit, quid illa habeat. Video enim illam, nimirum Aldinam primam, neque ἐφ' neque ὑφ' habere, ſed ſic: μήθ' φ' ἡδονῆς, unde tam ὑφ' quam ἐφ' efficias, id quod eodem modo in *Juntina* ſe habuiſſe, recte obſervarat idem. *J. F. R.*

15. Φθόνου δὲ κρείτλονι] Vid. ſupra ad c. 12. hujus Dial. vel c. 19. de *Merced. cond.* ubi de hac phraſi, perfacili, ſed interdum non intellecta, paucis egi. Hic tamen plus videtur ſignificari. Nam *invidiâ major*, eſt quidem, *qui non perturbatur invidia*, *qui ſpernit invidiam*, vel cui ea nocere non poteſt, ut *Horat.* 2. Od. XX. — *Invidiaque major urbes relinquam.* Sed & poteſt invidia tam activa quam paſſiva ſimul intelligi, i. eſt qui neque invidet alteri, neque curat, ſi alter illi invideat, utrumque enim philoſophum decet. *J. F. R.*

19. Κἂν πάντα πλείω ἔχῃ] *Vorſt.* legit κἂν κατὰ πάντα πλεονεκτήσῃ τὰ ἄλλα. *M. du S.*

31. Ἔξω τοῦ οὐδοῦ ἐστι] Veritate victus recepi *Solani* emendationem, & mutavi Cl. *Geſneri* verſionem, pro *viam*, *limen* reponens. In Edd. variationem non aliam repperi, quam quod *Ald.* & *Hag.* habeant ὀδοῦ ἑστμων, enclitice. Aliae ἑστμὼν cum accentu. Et quamvis ἐστι hic quoque accentum amittere debeat, expreſſi tamen Mſſ. ſcripturam. *J. F. R.*

Ibid. Τοῦ οὐδοῦ] Τῆς ὁδοῦ in omnibus, etiam in M. & L. legitur: abſurde. Quis enim *extra viam ſtare eum* dici ferat, *qui foribus adſtat?* Audacter itaque repono τοῦ οὐδοῦ, ut *extra limen*, quod rei accommodatiſſimum, *ſtare* jam dicatur. Poëtica quidem eſt vox οὐδὸς, ſed Luciano familiaris. Sic *Μισθ.* c. 23. πάντα γὰρ ταῦτα, τὸ γένος, τὴν ἐλευθερίαν, τοὺς προγόνους, ΕΞΩ ΤΟΥ ΟΥΔΟΥ καλαλείψων ἴσθι, &c. Adde Ἀπ. μισθ. c. 5. Οἰκ. c. 18. & Δημοσθ. c. 49. Eodem argumento utebantur Stoici, quo probarent omnia peccata eſſe aequalia, apud *Diog. Laërt.* p. 192. F. καὶ γὰρ ὁ ἑκατὸν σταδίους ἀπέχων Κανώβου, καὶ ὁ ἕνα, ἐπίσης οὐκ εἰσὶν ἐν Κανώβῳ. | Quod & *Suidas* affert in v. Κανωβ. Emendationem hanc reperies in notis Viri Clariſſ. *Johannis Clerici*, ad fragm. Menandr. p. 250. editis menſe Septembr. anni 1709. quum ego jam in ſpecimine

quod ille magis excruciabitur, qui e proximo videat, quibus ſibi *bonis* carendum ſit. Deinde, ut prope felicitatem ſis, (dabo tibi enim hoc) tantum laboras? teque conteris, tantumque tibi vitae ſpatium effluxit, dum te non reſpicis, dum labores, dum vigiliae te humi deprimunt? ac denuo laborabis, ut ais, viginti alios minimum annos, ut octuagenarius ſenex (& quis ſponſor tibi eſt te tantum victurum?) tamen ſis illorum unus qui nondum beati ſunt? niſi forte ſolum te putas illud conſequuturum & perſequendo capturum, quod ante te multi admodum & boni viri & multum celeriores, perſequendo non comprehenderunt?

78. Sed comprehende etiam, ſi ita videtur, & habe tibi univerſum. Primo quidem non video, quid demum ſit illud bonum, quod tantis laboribus aequiparari poſſit? Deinde quantum eſt temporis reliquum, quo illo fruaris, ſenex jam & ſuavitatibus omnibus non amplius tempeſtivus, & alterum jam pedem, quod ajunt, habens

τὸν ἀνιᾶσθαι, ὁρῶν ἐγγύθεν οἵων ἐστέρηται· ἵνα [c] πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας (δώσω γὰρ τοῦτό σοι) τοσαῦτα πονεῖς κατατρύχων σεαυτόν· καὶ παραδεδράμηκέ σε ὁ βίος ὁ τοσοῦτος ἐν ἀκηδίᾳ, καὶ καμάτῳ, καὶ ἀγρυπνίαις κάτω νενευκότα, καὶ εἰσαῦθις πονήσεις, ὡς φὴς, ἄλλα εἴκοσιν ἔτη τοὐλάχιστον, ἵν' ὀγδοηκοντούτης γενόμενος. [d] ἢ τίς ἐγγυητής ἐστί σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα; ὅμως ἧς ἐν τοῖς μηδέπω εὐδαιμονοῦσιν, εἰ μὴ μόνος οἴει τεύξεσθαι τούτου, καὶ αἱρήσειν διώκων; ὃ πρὸ σοῦ μάλα πολλοὶ, καὶ ἀγαθοὶ, καὶ ὠκύτεροι παραπολὺ διώκοντες οὐ κατέλαβον.

Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε, εἰ δοκεῖ, καὶ ἔχε ὅλον συλλαβών. τὸ μὲν δὴ πρῶτον, οὐχ ὁρῶ ὅ, τι ποτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, ὡς ἀντάξιον δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων. ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπολαύσεις αὐτοῦ, γέρων ἤδη, καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὤν, καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν [e] τῇ σορῷ ἔχων·

εἰ

c Πλησίον] Πλίον *P.* ſola male. d Ἢ] Εἰ *B2.* Nil mutat *J. H.* Fl. *P.* ᾗ M. e Τῇ σορῷ] Sic *J.* Fl. *H. P.* &c. Τῷ M. Sed ſupra ſcriptum eſt τῇ.

54. Τὸν ἕτερον πόδα . . .] In *Apologia* dixit, τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα. G.

mine meo, quod prodiit menſe Februar. anni 1708. publici juris feceram. *M. du S.*

Ibid. Ἐστιν] Sic M. & L. Melius quam ut in reliquis eſt ἐσμέν. *M. du S.*

35. Πλησίον] Haec vox in *P.* neſcio an conſulto, certe prave, mutata eſt; πλίον enim ibi legitur. In omnibus impr. & M. recte πλησίον. *M. du S.*

40. Εἴκοσιν ἔτη] Vid. ſupr. c. 59. fin. *M. du S.*

41. Ἢ τίς ἐγγυητής] Mira ſunt haec. *B2.* εἰ, nihilo melius M. ᾗ. Quid ſcripſerit Lucianus neſcio; certe nihil horum. *M. du S.*

46. Διώκοντες οὐ κατέλαβον] Sic fere in Novo Foedere, epiſt. ad Rom. IX. 30. Ὅτι ἔθνη τὰ μὴ διώκοντα δικαιοσύνην, κατέλαβε δικαιοσύνην. Ad quae verba *L. Bos.* p. 114. ait: Διώκειν proprie dicitur, qui fugientem perſequitur: Καταλαβεῖν vero, qui eum, quem perſequitur celeri curſu, comprehendit. Duo haec verba juncta, uti hic reperiuntur apud Comicum in *Theſmophor.* Ἔτ' ἂν καταλάβοις, εἰ διώκεις ταύτῃ; *Adhuc ipſum comprehenderes*, ſi inſequereris hac? Apud *Dion. Halic.* L. V. p. 313. ἢ οἱ διώκοντες κατελάμβανον. Et *Artemid.* L. I. p. 295. οὐδὲ δραπέτην διώκων κατέλαβεν. Haec ille. Sic Latini *perſequi* pro hoſtili animo fugientem perſequi, & aliquid ſequi donec adquiras, in bonam partem; vid. *Ambigua* noſtra, ubi & exempla quaedam Graeca verbi διώκειν dedimus, pluraque jam dare poſſemus, niſi haec ſatis nota arbitraremur. Minime tamen vulgaria erant, quae ibidem ex doctiſſ. conſobrini *Abreſchii* obſervatt. ad *Heſych.* petenda indicavimus; quaeque videantur in obſervatt. miſcellan. ab eruditis Britanis inchoatis. Vol. V. T. III. anni 1735. p. 92. ubi docemur διώκειν generaliter ſignificare *celeriter currere*; adeoque interdum etiam de fugiente dici, velut *Heſych.* Διώκειν, etiam interpretatur, μεθ' ὁρμῆς φεύγειν, ac *Thucyd.* VIII. c. 102. Τὴν δίωξιν εὐθὺς ποιούμενοι. quod aliis exemplis probat idem *Abreſchius* ibidem. *J. F. R.*

48. Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε] Satis abſurde *Obſopoeus* verterat: *Sed eſto, ſi videtur te comprehendiſſe*, quaſi κατέλαβε legeretur; quod tamen non poſſe fieri ſequens ἔχε ſatis docere poterat; at forſan voluit: *ſi videtur, te comprehendiſſe*, pro *ſi videris comprehendiſſe*, tumque nimis ambigue. *J. F. R.*

54. Τῇ σορῷ] Id verum eſſe jam dixi ſupra in *Apolog.*

εἰ μήτι ἐς ἄλλον, ὦ γενναῖε, βίον ᵃ προγυμνάζεις ᵇ σεαυτὸν, ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν, ἄμεινον διαγάγοις, εἰδὼς ὅν τινα τρόπον χρὴ βιοῦν· ὅμοιον, ὡς εἴ τις ἐς τοσοῦτον σκευάζοιτε, καὶ εὐτρεπίζοι, ὡς δειπνήσων ἄμεινον, ἄχρις ἂν λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς.

Ἀλλὰ μὴν, οὐδ᾽ ἐκεῖνό πω καταμεμάθηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν ἀρετὴ, ἐν ἔργοις δήπου ἐστὶν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν, καὶ σοφὰ, καὶ ἀνδρεῖα· ὑμεῖς δὲ, (τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τοὺς ἄκρους τῶν φιλοσοφούντων φημὶ,) ἀφέντες ταῦτα ζητεῖν, καὶ ποιεῖν, ῥημάτια δύστηνα μελετᾶτε, καὶ συλλογισμοὺς, καὶ ἀπορίας, καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβετε· καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ. ἀφ᾽ ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τουτονὶ θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς προσομιλοῦντας ἐς ἀπορίαν καθίστησι, καὶ οἶδεν ὡς χρὴ ἐρέσθαι, καὶ σοφίσασθαι, καὶ πανουργή-

in capulo; niſi forte aliam ; generoſe, vitam meditaris, ut in eam delatus, melius vivas, qui quomodo vivendum ſit didiceris: quod eſt ejusmodi, ac ſi quis tantum paret atque adornet ad coenandum melius, donec fame imprudens pereat.

79. Verum neque illud dum animadvertiſti, puto, in operibus ſcilicet ineſſe virtutem, ut in faciendo juſte, ſapienter, fortiter: at vos (vos cum dico, ſummos philoſophorum dico) mittentes iſta quaerere & facere, in voculis miſeris exercemini & ſyllogiſmis, & dubitationibus, & majorem vitae partem in his conteritis; & qui in hiſce vicerit, ille pulchram vobis retuliſſe victoriam videtur. Quarum rerum cauſſa hunc etiam, puto, doctorem admiramini, ſenem hominem, quod qui ſecum colloquantur in dubitationem conjicit, & quomodo interrogandum ſit novit, & cavillationibus atque fraudibus quomodo uten-

ᵃ Προγυμνάζεις] Προγυμνάζῃς M. ᵇ Σεαυτὸν] Sic Edd. priſcae. Ἑαυτὸν W.

log. c. 13. *Brod.* Miſc. IX. 16. f. ait: hoc enucleat *Eraſm.* in proverbio: *alterum pedem in cymba Charontis habere.* ſed pro τῇ σορῷ ſcribit τῇ σοφῷ non ſua, ſed operarum culpa. Interim genus recte ibi expreſſit. *J. F. R.*

55. Ἄλλον . . βίον] Hoc vero eſt quod nos Chriſtiani firmiſſimis ducti rationibus, Auctore ipſo Deo, ſperamus; quos adeo nihil eorum quae hic a Luciano adducuntur, ab inſtituto retrahere aequum eſt, cum ne nos quidem tangant. Quamquam neque tantam ejus rationibus ineſſe vim, rem recte reputans invenies, ut vel a Philoſophiae ſtudio homines Ethnicos deterrere prorſus valeant. Etſi enim perfectionem illam omnibus ſuis numeris abſolutam aſſequi non dabatur, ope tamen philoſophiae & meliores ſeſe & beatiores iis, quos ſapientiae nulla cura tenet, evaſuros in hac vita, ad virtutis ſapientiaeque ſtudium ſatis magnum momentum videri decuit. Neque ea Luciani mens, ut homines a Sapientiae ſtudio retraheret, ſed ut a futilibus Logicorum tricis atque captionibus aliisque Philoſophiae ſui temporis vitiis ad vitam recte atque honeſte inſtituendam, ut in ſequentibus videbis, revocet. Quemadmodum Iſocrati operam dantes irridet apud *Plutarchum* M. Cato in ejus Schola ſeneſcentes, *apud inferos, ſi Diis placet, arte uſuros.* p. 641. Confer autem noſtrum *Au.* c. 21. ad quem locum eadem dicta putes. *M. du S.*

68. Διατρίβετε] Conf. infra *Συμπ.* c. 7. *M. du S.*

74. Ἀφύλα] Angl. & Mſ. ἄφυλα. *J. B.*

Ἀφίλα] Lege ἀφύλα. *F. G.*

Ἀφυκτα] B. A. & M. Reliqui corrupte ἄφυκτα. *M. du S.*

83. Ὁλκοῦ] Ὁλκὸν de corpore ſerpentis dici idoneus auctor *Nicander Θηριακ.* p. 162. & praeſertim 166. Ὁλκῷ δὲ τροχόωσαν ἅλων εἰλίξατο γαίῃ. Caeterum *tractum* etiam Latini, certe poëtae, dixerunt non minus quam *volumen.* Germanicus in Arateis 424. de hydro, *tractu ſubit ille leonem* add. Nemeſia. ecl. 4, 40. *tortu non ſquamea tractu Signat humum ſerpens*, ubi Burmannus & Germanicum laudat, & *Ovidium* Met. 15, 725. Itaque non male ὁλκὸν, qui ἀπὸ τοῦ ἕλκειν ſit, ut a *trahendo tractus*, ſic reddi arbitrabar. De *volumine* res nota. *J. M. G.*

84. Ἐκχέας] Vid. ſupra Ἀναβ. c. 24. *M. du S.*

Ἐκχέας] Praeterea ad hoc verb. notabat idem *Solanus*, ἐγχέας in *J. H.* & *Fl.* legi. Sed & legitur in reliquis, certe in *Ald.* 1. & *S.* An igitur dubitavit, num ἐγχέας praeſtaret? quia *infuſam in mortarium aquam* recte vertitur. Sed nihil opus; nam aqua prius aliunde effunditur, ante, quam infundatur in mortarium. Nec quidquam novi eſt, praepoſitionem ſequi contrariam illi cum qua verbum eſt compoſitum. Sic enim ſupra Dial. omnium primo §. 15. πρὸς μὲ ἀποδύεται, ubi πρὸς & ἀπὸ *ad* & *ab* tamen junguntur, vel potius ſeſe excipiunt. Sic Latinis oculos omnium in ſe *avertit* & *advertit* eod. ſenſu dicitur, (quod jam diximus in libello noſtro *de Ambiguis.*) Ita fere *de Domo* c. 3. f. ἀπολαύουσιν ἐκ τῶν ποιητῶν ἐνδοθεν. *Arrian.* de Exped.

tendum; & ad incitas quomodo redigi aliquis poſſit. Plane igitur fructu relicto, qui in operibus eſt, circa corticem negotioſi eſtis, foliis vos invicem veſtris in congreſſibus perfundentes. Aut ſunt alia quae facitis, Hermotime, omnes a prima luce ad veſperam? HERM. Non, ſed haec ipſa. LYC. Nonne igitur recte dicat aliquis, relicto vos corpore umbram captare, aut exuvias ſerpentis tractu ipſo ac volumine corporis neglecto? aut potius ſimile quid illi facere, ſi quis aquam in mortarium infuſam ferreo piſtillo contundat, neceſſarium quid, & quod ad rem faciat, a ſe putans peragi, ignorans, aquam manere aquam, ſi tundendo perdat, quod ajunt, humeros.

σαι, καὶ ἐς ᶜ ἄφυκτα ἐμβαλεῖν· καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες (οὗτος δὲ ἦν περὶ τὰ ἔργα) περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε, τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις. ἢ γὰρ ἄλλα ἐστὶν, ἃ πράττετε, ὦ Ἑρμότιμε, πάντες ἕωθεν ἐς ἑσπέραν; ΕΡΜ. Οὐκ, ἀλλὰ ταῦτα. ΛΥΚ. Ἦ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη, τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν, ἐάσαντας τὸ σῶμα, ἢ τοῦ ὄφεως τὸ σύφαρ, ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ; μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ὥσπερ εἴ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐγχέας ὑπέρῳ σιδηρῷ ᵈ πτίττοι, πράττειν ἀναγκαῖόν τι καὶ προὔργου οἰόμενος, οὐκ εἰδὼς, ὅτι ἂν ἀποβάλῃ, φασὶ, τοὺς ὤμους πτίττων, ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει.

80. Et concede mihi, ut hic te jam interrogem, Veliſne, excepta doctrina, aliis in rebus ſimilis eſſe magiſtri tui, aeque ira-

Καί μοι δὸς ἐνταῦθα ἤδη ἐρέσθαι σε, εἰ ἐθέλοις ἂν ἔξω τῶν λόγων τὰ ἄλλα ἐοικέναι τῷ διδασκάλῳ, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω

c Ἄφυκτα] Ἄφυλα Edd. omnes male. Ἄφυκτα recte M. mſ. B. & *Angl.* d Πτίττοι — πτίττων] Ex *Schol.* Πλήττοι & πλήττων. Edd. omnes. Πτήττοι & πτήττων M. unde veſtigia verae lect. tamen adparent.

82. Τὸ σύφαρ] Ἡ γοῦν τὸ δέρμα. *V.*
Ibid. Ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ] Ἀμελήσαντες τοῦ ὁλκοῦ, ἢ γοῦν τοῦ σώματος, λέγεται γὰρ ὁλκὸς καὶ τὸ σῶμα τοῦ ὄφεως, ἀπὸ τοῦ ἕλκω λέγεται * ὁλκὸς, καὶ ἀπὸ τούτου ἴχνος, ἢ γοῦν ἡ † κοινῶς συρμή. ὥσπερ πούς & τὸ μέρος τοῦ σώματος & τὸ ἀπὸ τούτου ἴχνος. *V.*

* Ὀλκὸς] Ἀλκὸς prave editum fuerat, quod correxit *M. du S.*
† Κοινῶς] Exc. G. idem habent. *M. du S.*
‡ Πλίον] Sequebatur ἐκπεπηρωμένον, quod merito delevit idem, quia ex paulo poſt ſequenti Scholio huc irrepſerat, neque adgnoſcere C. adnotat *M. du S.*
§ Τοῦ] Inſeruit articulum *Solanus*, qui in edito aberat; nec dubito quin ex Cod. V. *J. F. R.*

85. Προὔργου] Προὔργου πρὸ ἔργου, συμφέρον, πλέον; Ἰσοκράτης φησίν. ἵνα προὔργου τι γίνηται, ἀντὶ τοῦ ‡ πλίον. *V.*
87. Τοὺς ὤμους πτίττων] Πτίττων ἀντὶ § τοῦ πτίσσων, ¶ ὃ περὶ τῆς ἄχνης λέγεται ὅθεν πτισάνη τὸ ἔνδυμα ** τῆς ἄχνης. *V.*

¶ Ὃ περὶ τῆς ἄχνης] Exc. G. & V. ὅπερ ἐπὶ τοῦ ἄτου (leg. ἄρτου) *M. du S.*
** Τῆς ἄχνης] Exc. G. & V. τοῦ ἄτου (leg. ἄρτου) Cur a ſcriptura codicis V. tantopere receſſerit Cl. *Clericus* ſaltem monere debuerat, & unde haec deſumſerit, quae rejectis aliis obtrudit. *M. du S.*

Exped. Alex. 2. 1. ἐς Μακεδονίαν ἀποστρέψειν τὸν πόλεμον. Ubi εἰς & ἀπὸ quoque ſunt oppoſita; ſed pro ἀποστρέφειν etiam ἐπιστρέφειν dici poſſet, exiguo quidem diſcrimine. Ita ἐκφέρειν εἰς δῆμον, *efferre in vulgus*, notum. *J. F. R.*

85. Πτίττοι — πτίττων] Scholia πτίσσων vel πτίττων. M. autem hic πτήττων, & ſupra πτήττοι. Quod Emendationem Doctiſſimi *Kuſteri* apud *Suidam* in ἂν ἀπολλῇς &c. egregie confirmat. Vid. *Plut.* 799. 2. Impreſſi omnes πλήττ—. *M. du S.*

91. Οὕτω μὲν ὀργίλος] Quaerit Lucianus, num Hermotimus excepta eruditione, velit praeceptori ſuo ſimilis eſſe, οὕτω μὲν ὀργίλος, οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὢν, καὶ φιλήδονος νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. ΕΡΜ. τίσι γε; ΛΥΚ. ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσομαι. primo male μικρολόγος vertitur *ita minutus*; cum ſit *ſordidus*, avarus; dein quid interrogatio τίσι γε ſibi velit, non video. Nam cum dixiſſet Lucianus, velis ne praeceptori tuo praeter doctrinam ſimilis eſſe, cum ſit tam iracundus, tam ſordidus, tam rixoſus, & voluptatis per Jovem amans, licet multis non videatur talis eſſe. Subdit Hermotimus: *Quibus nam?* Sed Lucianus ſubjicit narrationem de ſordibus & iracundia alterius Philoſophi ſenioris, quae quaeſtioni Hermotimi non conveniunt. Cum tamen omnino ad convincendum Hermotimum oſtendendum fuiſſet, quibusnam videretur eſſe φιλήδονος; neo quicquam ſoleat omitti a Luciano, quod ad Hermotimi pertinaciam expugnandam faciat. Itaque haec cum accuratius expendiſſem, perſuaſi mihi levi mutatione locum

οὕτω δὲ μικρολόγος, οὕτω δὲ φιλόνεικος ὤν, καὶ φιλήδονος, νὴ Δί', εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς [a] δοκεῖ. ΕΡΜ. [b] Τισί γε. ΛΥΚ. Ὦ Ἑρμότιμε, θέλεις διηγήσομαι ἃ πρώην ἤκουσα ὑπὲρ φιλοσοφίας τινὸς λέγοντος ἀνδρὸς πάνυ γεγηρακότος, ᾧ πάμπολλοι τῶν νέων ἐπὶ σοφίᾳ πλησιάζουσιν; ἀπαιτῶν γὰρ παρά τινος τῶν μαθητῶν τὸν μισθὸν, ἠγανάκτει, λέγων ὑπερήμερον εἶναι, καὶ [c] ἐκπρόθεσμον τοῦ ὀφλήματος, ὃν ἔδει πρὸ ἑκκαίδεκα ἡμερῶν ἐκτετικέναι τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ, οὕτω γὰρ συνθέσθαι, καὶ [d] ἐπὶ ταῦτα ἠγανάκτει.

Παρεστὼς ὁ θεῖος τοῦ νεανίσκου, ἄγροικος ἄνθρωπος, [e] καὶ ἰδιώτης ὡς πρὸς τὰ [f] ὑμέτερα, πέπαυσο, εἶπεν, ὦ θαυμάσιε, τὰ

cundus, aeque ſordidus, aeque contentioſus uti ſis, aeque voluptuarius, *talis enim eſt* per Jovem, licet vulgo talis non videatur. HERM. Quibusdam certe. LYC. Visne, Hermotime, tibi referam, quae nuper audivi quendam pro philoſophia dicere hominem plane ſenem, cujus domum multi admodum juvenes ſapientiae cauſſa frequentant. Is dum repoſcit ab aliquo diſcipulorum mercedem, indignabatur, dicens, ipſum intra diem praeſtitutum non ſoluiſſe debitum, quod ſolutum jam ab illo oportuiſſet, ſexdecim diebus ante, nempe pridie Kalendas illius menſis: ita quippe conveniſſe.

81. Adſtans autem avunculus adoleſcentis, homo ruſticus, & ad haec veſtra imperitus, Deſine, inquit, homo admirabilis,

[a] Δοκεῖ] Δοκῇ W. Nil mutant Edd. antiquae. [b] Τίσι γε;] Sic M. & Edd. Τισί γε Fl. Τί σιγᾷς; *Graev.* [c] Ἐκπρόθεσμον] Ἐκπρόθετον W. Sed in marg. notata eſt vulgata lectio. [d] Ἐπὶ ταῦτα] Sic Ald. *H. S. P.* & M. Ἐπιτ. Fl. Ἐπεὶ ταῦτα *J.* & L. [e] Καί] Omiſſum in *J.* habent Fl. *H. P. B2.* & M. In *Juntina* ἄνθρωπος per compendium ſcriptum ſic: ἄνος. [f] Ὑμέτερα] Ἡμέτερα Ex. Fl. Sed cum vulgata facit P.

cum hunc foede inquinatum ſic poſſe purgari: εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ. τί σιγᾷς ὦ Ἑρμότιμε. *Quid taces Hermotime.* maxime hanc meam emendationem firmat antiquiſſima editio Luciani *Florentina*, anni 1496. quam primam eſſe puto, in qua legitur quidem τισί γε, ſed ſine diſtinctione perſonarum. Sic n. illa habet: εἰ καὶ μὴ τοῖς πολλοῖς δοκεῖ τισί γε ὦ Ἑρμότιμε. Aequis lectoribus non difficulter, ſpero, me probaturum, hic me non fefelliſſe Divam Criticen. *J.G.G.*

94. Τί σιγᾷς] Emend. *Graevii* in textum recipere non dubitavi. Fl. τισί γε. Sic c. 55. Vid. & c. 83. *M. du S.*

Τίσι γε] Magnum ingenium *Graevii*, magna optimis artibus parta gloria. Itaque ratio hic reddenda, cur non ſecutus ſim ipſius emendationem. Nempe, quia illam non ex libro protulit: illud vero quod habent conſtanter libri, optimam habet ſententiam. Jam diu vacillat Hermotimus, jam diffidere ſuo doctori didicit, jam crapulam viri & rixas ſupra commemoratas aliis quam ante oculis intuetur. Igitur cum dicit *Lycinus*, An illius velit eſſe ſimilis? & in fine ponit ea verba quibus docet, profecto vitioſum eſſe hominem, quantumvis vulgo talis eſſe non videatur: modeſte Hermotimus, & velut immurmurans, τισί γε, inquit, h. e. *at quibusdam tamen*, mihi in primis, poſtquam opera tua viſum recepi, talis videtur, cujus proinde ſimilis eſſe equidem jam nolim. *J.M.G.*

Τίσι γε] *Solani* & *Graevii* periculo lectionem priſtinam movere poſſem, ſed mea auctoritate non auderem, etſi eorum conjectura perplacet. *Solanus* quoque perſonam ΕΡΜ. ante τί & ΛΥΚ. poſt σιγᾷς deleverat, quod neceſſarium erat, ſi cum illo σιγᾷς legat. At quum Cl. *Geſnerus* commodum ſenſum ex vulgata eliciat, eam ſine Codicis ullius auctoritate immutare, fas non eſt; alioqui fateor etiamnum mihi adridere *Graevianam* emendationem; tum quia illud τί σιγᾷς noſtro uſitatum, tum quia non ſic ſolet illud τίσι γε uſurpare. Immo quo plus conſidero, eo magis perſpicio nexum orationis id poſtulare; languet enim alioqui nova illa interrogatio θέλεις διηγήσωμαι; Si vero praemiſerit *quid taces?* concinnius ſequitur, *vin' igitur pergam?* id eſt, *quia taces, ego porro narrabo.* Jam vero ſignum interrogandi quod poſt τίσι γε aderat in Edd. etiam omiſi, quia Cl. *Geſn.* ſic velle video. *J.F.R.*

96. Τινὸς λ. ἀ.] Non poſſum hic cum Viro eximio & de me optime merito ſentire, qui haec de alio Philoſopho dicta vult. Dicuntur certe de Hermotimi magiſtro, ſive is Theſmopolus fuerit, ut ſuperius innui, aut alio quovis nomine notus homo. Miror autem in toto hoc Dialogo Luciani non ſolitam moderationem, qua hominis ſordidiſſimi nomen reticere ſuſtinuit. Unde colligo, omnia ejus opuſcula in quibus nominatim in ſui temporis homines invehitur, ab eo poſt XL. aetatis annum ſcripta. *M. du S.*

3. Ἕνη καὶ νέα] Vid. *Ariſtoph. Schol.* ad Nub. Act. IV. Sc. 1. 1. ubi fuſe enarrat qua ratione id nomen ultimo menſis diei inditum ſit, quia eodem die luna

&

lis, dicere, maxima te adfectum injuria, ſi pro verbis a te emtis pretium nondum perſolvimus. Atqui quae vendidiſti nobis, eadem adhuc habes & ipſe, neque quidquam deceſſit tibi doctrinarum. Caeterum quarum rerum deſiderio ab initio commendavi tibi adoleſcentem, in iis rebus ille nihilo melior tua opera factus eſt, qui Echecratis vicini mei filiam virginem rapuerit, & aegre judicium de vi effugiſſet, niſi talento redemiſſem injuriam a pauperculo homine Echecrate. Matri vero alapas nuper dedit, deprehenſus ab ea cum ſub veſte efferret cadum, ut haberet, puto, quas conferret ſymbolas. Quantum ad iram, excandeſcentiam, impudentiam, audaciam, mendacia, multo melius ſuperiore anno

μέγιστ' ἠδικῆσθαι λέγων, εἰ ῥημάτια παρὰ σοῦ πριάμενοι, μηδέπω ἐκτετίκαμεν διάφορον· καίτοι ἃ μὲν ἡμῖν πέπρακας, ἔτι ἔχεις καὶ αὐτὸς, καὶ οὐδὲν ἔλαττον γέγονέ σοι τῶν μαθημάτων· τὰ δ' ἄλλα, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπιθυμῶν, συνέστησά σοι τὸν νεανίσκον, οὐδ' οὐδὲν ἀμείνων γεγένηται διὰ σὲ, ὃς τοῦ ἐμοῦ γείτονος Ἐχεκράτους τὴν θυγατέρα [g] συναρπάσας, παρθένον οὖσαν διέφθειρε, καὶ ὀλίγου δίκην [h] ἔφυγε βιαίων, εἰ μὴ ἐγὼ ταλάντου ὠνησάμην τὸ πλημμέλημα παρὰ πένητος ἀνδρὸς τοῦ Ἐχεκράτους· [u] τὴν μητέρα δὲ πρώην ἐῤῥάπισεν, ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος [i] τὸν κάδον, ὡς [k] ἔχοι συμβολὰς, οἶμαι, καταθεῖναι· τὰ μὲν γὰρ ἐς ὀργὴν, καὶ θυμὸν, καὶ ἀναισχυντίαν, καὶ ἐς τόλμαν, καὶ ψεῦδος, μακρῷ τινι ἄμεινον εἶ-

g Συναρπάσας] Nihil hic variationis notat *Soulius*. Sed cum P. haberet συναρσάσας. Id ex *J.* correxi. h Ἔφυγε] Ἔφυγον habebant Edd. & W. Ἔφυγεν ſola *S.* recte. i Τὸν κάδον] Τὸν κάδην vitioſe omnes, praeter *J.* & Fl. & W. qui κάδον quoque exhibet. Marg. *A1W.* ſic quoque corrigit. k Ἔχοι] Ex *S.* & *A.* vid. nott.

10. Διάφορον] Ἀνάλωμα. *G.*
18. Πλημμέλημα] Ἁμάρτημα. *V.*
21. Κάδον] Μέτρον οἰνηρὸν. γαυλὸς ὑπὸ * Σολίων. κεράμιον ὑπὸ Ἰώνων. *V.*

* Σολίων] Exc. G. σολίων. Non adgnoſcunt C. poſteriorem hanc Scholii partem. *M. du S.*

& deſinit & incipit. Adde & *Plut.* in Solone, p. 168. 1. *M. du S.*

7. Ἰδιώτης] Non ſimpliciter *hominem privatum* ſignificare, ſed ἄμουσον, *rudem* & *incultum*, ex addito ἄγροικος adparet, & ex aliis quos adduxit *Jenſ.* Vid. ſupra, ad c. 67. Adde, ſi lubet, Rever. *Elſner.* ad Act. Apoſt. IV. 13. *J. F. R.*

10. Ἐκτετίκαμεν διάφορον] Recte ibi Interpres. eſt enim διάφορον ex *Suid.* τὸ τίμιον *merces*. Cætera hujus Dialogi antea ſum interpretatus. *J B.*

Ibid. Διάφορον] Confer infra *Amor.* c. 8. *M. du S.*

17. Δίκην ἔφυγον] Scribo ἔφυγεν. *J. Br.* Sed quia *S.* hoc jam habet, ego ἔφυγε propter euphoniam ſcribere non dubitavi. *J. F. R.*

Ibid. Ἔφυγεν] W. Cod. & plerique impreſſi ἔφυγον. *S.* recte mutavit. *M. du S.*

10. Αὐτοῦ ἐλάβετο] *Quod eum manu prehendiſſet* *J. Br.*

11. Τὸν κάδην] *Cadum, ut ſymbolum daret ac deponeret.* *J. Br.*

Τὸν κάδον] Sed vide quam parum recte κάδην ſcribat, pro κάδον. *J. F. R.*

Τὸν κάδον] Mirum eſt in editis legi ὅτι αὐτοῦ ἐλάβετο, ὑπὸ κόλπου ἐκκομίζοντος τὴν κάδην. Quid eſt κάδης, aut ubi invenitur? leg. κάδον, hoc eſt *vini cadum in ſinu efferentis.* quae mox addit de crocodilis, & cornibus, intelligenda ſunt de ſyllogiſmis Stoicorum, quos ſic nominabant. vide ſuperius in βίων πράσει. In ead. pagina ὁ φιλόσοφος ὁρᾷ οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν. Vertitur: *vide mi Hermotime cujusmodi reſponſum, quam ſene dignum philoſophus ille reddiderit.* Atqui πρεσβυτικὸν reſponſum eſt *anile reſponſum*, ut patet ex ſequentibus: ἐπεὶ καὶ αἱ τίτθαι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου. καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες. *ſiquidem etiam aviae talia de pueris dicunt, nimirum ad magiſtrum illis eundum, nam licet boni nihil poſſint diſcere, nihil mali tamen committent, dum ibi manebunt.* *J. G. G.*

Ibid. Κάδον] Mirum eſt in omnibus impreſſis, ſi a Fl. & *J.* abeas, κάδην hic legi. W. recte κάδον. *M. du S.*

22. Ἔχοι] Antiquiores Edd. & ipſe M. ἔχει *B2.* & *P.* ἔχῃ melius. *S.* & *A.* rectius ἔχοι. *M. du S.*

Ἔχοι] Vix obſequerer *Salmurienſi* ſoli, niſi res ita manifeſta foret, ut paullo ſupra in ἔφυγε pro ἔφυγον. Sed eo ipſo quod M. non ἔχῃ, ſed ἔχει habet, adparet eum ἔχοι dare voluiſſe; ideo vulgatum ἔχῃ ſecurus ejeci. *J. F. R.*

εἶχε πέρυσιν, ἢ νῦν· καίτοι ἐβουλόμην ἂν αὐτὸν ἐς ταῦτα ὠφεληθῆναι ὑπὸ σοῦ μᾶλλον, ἤπερ ἐκεῖνα εἰδέναι, ἃ καθ' ἑκάστην ἡμέραν πρὸς ἡμᾶς οὐδὲν δεομένους, ἐπὶ τὸ δεῖπνον διεξέρχεται, ὡς Κροκόδειλος ἥρπασε παιδίον, καὶ ὑπέσχηται [a] ἀποδώσειν αὐτὸ, ἂν [b] ἀποκρίνηται ὁ πατὴρ οὐκ οἶδ' ὅ, τι· ἢ ὡς ἀναγκαῖόν ἐστιν ἡμέρας οὔσης, μὴ νύκτα εἶναι. ἐνίοτε δὲ καὶ κέρατα ἡμῖν ὁ γενναῖος ἀναφύει, οὐκ οἶδ' ὅπως περιπλέκων τὸν λόγον· ἡμεῖς δὲ, γελῶμεν ἐπὶ τούτοις· καὶ μάλιστα ὅταν ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα, μελετᾷ πρὸς αὑτὸν ἕξεις τινὰς, καὶ σχέσεις, καὶ καταλήψεις, καὶ φαντασίας, καὶ τοιαῦτα πολλὰ ὀνόματα διεξιών. ἀκούομεν δὲ αὐτοῦ λέγοντος, ὡς καὶ ὁ θεὸς οὐκ ἐν οὐρανῷ ἐστιν, ἀλλὰ διὰ πάντων πεφοίτηκεν, οἷον ξύλων, καὶ λίθων, καὶ ζώων, ἄχρι καὶ τῶν ἀτιμοτάτων. καὶ τῆς γε μητρὸς ἐρομένης αὐτὸν τί ταῦτα ληρεῖ, καταγελάσας αὐτῆς, ἀλλ' ἢν τὸν λῆρον τοῦτον, ἔφη, ἐκμάθω ἀκριβῶς, οὐδὲν [c] κωλύσει με μόνον πλούσιον, μόνον βασιλέα εἶναι, τοὺς δὲ ἄλλους, ἀνδράποδα καὶ καθάρματα νομίζεσθαι, ὡς πρὸς ἐμέ.

Τοιαῦτα τοῦ ἀνδρὸς εἰπόντος, ὁ φιλόσοφος,

quam nunc habuit. Atqui volui ego in hiſce potius illum a te juvari, quam illa ſcire, quae quotidie ad nos nihil opus habentes in coena diſputat, ut crocodilus puerum rapuerit, illumque ſe reddituram promiſerit, ſi reſpondiſſet pater neſcio quid? aut, neceſſe eſſe ſi dies ſit, non eſſe noctem. Interdum & cornua nobis bonus vir, ſermone neſcio quomodo perplexo, producit. At nos ridemus iſta, & maxime quoties obturatis auribus meditatur, *habitus* quosdam, & *relationes*, & *comprehenſiones*, & *viſa*, & nomina id genus plura perſequens. Audimus autem illum dicere, non in caelo eſſe Deum, ſed ire per omnia, ut ligna, & lapides, & animalia, ad res usque contemtiſſimas. Ac cum mater ipſum interrogaret, quorſum iſta nugaretur? deridens illam, verum, inquit, ſi perdidicero accurate nugas illas, nihil prohibebit, ſolum me divitem, ſolum regem eſſe, reliquos vero mancipia & purgamenta ad me putare.

82. Haec ille cum dixiſſet, quod reſpon-

a Ἀποδώσειν] Sic recte J. P. &c. & M. Ἀποδώσει male Fl. b Ἀποκρίνηται] Ita bene B2. Fl. H. P. & M. Ἀποκρίνεται male J. c Κωλύσει] Κωλύσῃ Ex. Fl. Sed pro vulgata ſtant J. H. P. & P.

29. Ὡς κροκόδειλος] Ὄλεθρε, πάλιν ἐπὶ τὰ σαυτοῦ. M.

29. Ὁ Κροκόδειλος] Hoc ante explicatum eſt, atque etiam illud καὶ κέρατα ἀναφύει. *J. Br.*

Ὁ Κροκόδειλος] Studio expreſſi *Brodeanum* ὁ pro ὡς, etſi feſtinantis aberrationem credo. *J. F. R.*

Ibid. Κροκόδειλος] Vid. ſupra, *Dial. mort.* I. non ita longe ab initio, & *Vit. Auct.* c. 22. *M. du S.*

33. Κέρατα] Vid. iterum ſupra *Dial. mort.* I. *M. du S.* Immo & ſaepe alibi de hoc Syllogiſmi fraudulenti cognominatione dictum eſt, ut in *Vit. auct.* &c. *J. F. R.*

35. Ἐπιβυσάμενος τὰ ὦτα] *Ne quid audiat, quod eum, hac apud ſe meditantem, turbet atque interpellet.* *J. Br.*

43. Ληρεῖ] Variationis notam adpoſuerat *Solanus*, nec tamen addiderat qualis ea eſſet, fors rurſus ληρεῖ quaeſivit; ſed Indicativus ſeſe recte habet. Vid. nos ſupr. ad c. 61. *J. F. R.*

45. Μόνον βασιλέα] Hæc ſunt nunquam ſatis deriſa Stoicorum ſomnia. *J. Br.*

48. Ὁ φιλόσοφος] *Filii præceptor.* *J. Br.*

54. Καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδὼς] Perperam reddunt, *philoſophia, & praeter hanc verecundia*; ſenſus enim eſt: *philoſophia & reverentia erga eam.* Ita πρὸς ſæpe ſumitur, ut in Tyrannicida. . . Τῶν πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ. In *Abdicato* . . Εὐνοίας πρὸς ἐμέ. Sic etiam pro *Imagin.* . . . *Pſeudomant.* . . . Τὸ πρὸς ἀλήθειαν ἔχοντι. Sed ipſiſſimum hoc ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς, eſt in L. *de Saltatione* . . . Οἵου μοι ἔφη θαύματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρησεν. *H. V.*

Καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδὼς] Quod Cl. *Horat. Vitringa* in priſtina verſione reprehendit, ex Benedictina eſt; id nec *Obſopoeus* melius reddiderat: *philoſophia juxta ac verecundia.* Recte Cl. *Geſnerus* jam dedit, etiam non viſa *Vitringae* correctione, quam ego ex ejus nott.

ſponſum ei philoſophus dederit, jam vide, Hermotime, quam ſenile. Dixit enim. Verum niſi ſe ad me applicuiſſet, nonne putas multò illum deteriora perpetraturum fuiſſe, quin carnifici forte fuiſſe tradendum? adeo jam frenum illi quoddam philoſophia impoſuit, & adverſus eam reverentia, atque ob id ipſum moderatior vobis eſt & adhuc tolerabilis. Adfert enim illi pudorem quendam, ſi indignus iſto habitu & nomine iſto videatur, quae nimirum ſequuntur illum, & paedagogi in morem continent. Itaque dignus ſim ſi non eorum, in quibus meliorem illum reddidi, mercedem a vobis capere; at certe eorum, quae philoſophiae reverentia facere intermiſit: quandoquidem nutrices etiam parvos in ſcholam cenſent mittendos, quum ſi nondum bonum quidquam poſſint diſcere, certe mali nihil dum ibi manent, faciant. Equidem reliqua mihi omnia impleviſſe videor, & quocumque volueris eorum, qui noſtra non ignorant, adſumto, cras ad me veni, videbiſque ut interroget, ut reſpondeat, quot res didicerit, & quot jam legerit libros, de axiomatis, de ſyllogiſmis,

ὅρα οἵαν ἀπόκρισιν ἀπεκρίνατο, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς πρεσβυτικήν. ἔφη γάρ, ἀλλ' εἴ γε μὴ ἐμοὶ ἐπλησίαζεν οὗτος, οὐκ οἴει μακρῷ χείρω ἂν αὐτὸν ἐξεργάσασθαι, ἢ καί, νὴ Δία, ἴσως τῷ δημίῳ παραδεδόσθαι; ὡς νῦν γε χαλινόν τινα ἐμβέβληκεν αὐτῷ ἡ φιλοσοφία, καὶ ἡ πρὸς ταύτην αἰδώς, καὶ διὰ τοῦτο, μετριώτερός ἐστιν ὑμῖν, καὶ φορητὸς ἔτι. φέρει γάρ τινα αἰσχύνην αὐτῷ, εἰ ἀνάξιος φαίνοιτο τοῦ σχήματος καὶ τοῦ ὀνόματος· ἃ δὴ παρακολουθοῦντα, παιδαγωγεῖ αὐτόν· ὥστε δίκαιος ἂν εἴην, εἰ καὶ μὴ [d] ὧν βελτίω ἀπέφηνα, μισθὸν παρ' ὑμῶν λαβεῖν, ἀλλ' οὖν ἐκείνων γε, ἃ μὴ δέδρακεν, αἰδούμενος φιλοσοφίαν, ἐπεὶ καὶ αἱ τίτθαι τοιάδε λέγουσι περὶ τῶν παιδίων, ὡς ἀπιτέον αὐτοῖς ἐς διδασκάλου. καὶ γὰρ ἂν μηδέπω μαθεῖν ἀγαθόν τι δύνωνται, ἀλλ' οὖν φαῦλον οὐδὲν ποιήσουσιν ἐκεῖ μένοντες. ἐγὼ μὲν οὖν τὰ ἄλλα πάντα ἀποπλῆσαί μοι δοκῶ, καὶ ὅν τινα ἂν ἐθέλῃς τῶν εἰδότων τὰ ἡμέτερα, ἧκέ μοι ἐς αὔριον παραλαβών, ὄψει τε ὅπως ἐρωτᾷ, καὶ πῶς ἀποκρίνεται, καὶ ὅσα μεμάθηκε, καὶ ὅσα ἤδη ἀνέγνωκε βιβλία, περὶ ἀξιωμάτων, περὶ συλλογισμῶν, περὶ καταλή-

[d] Ὧν] Ὃν male W. Ὧν Fl. *J. H. P.*

53. Δημίῳ] Τῷ κολάζοντι τοὺς παραγενομένους. *V.*

nott. Mſſ. quae quidem numero admodum ſunt paucae, inſerui. Et mirandum videtur, in locutione tam vulgari aberrare potuiſſe priſcos interpretes; nam πρὸς cum accuſativo ſignificare *adfectum eſſe erga*, vel *adverſus* aliquem, ex omnibus Auctt. conſtat; ſic *Herodian*. I. 4. 6. Ἐκ γὰρ ὧν διάκειμαι πρὸς ὑμᾶς. Ibid. 9. 15. ἀπεχθῶς πρὸς τὸν Περέννιον διακείμενοι. Sed plane Lucianeae dictioni ſimilis haec ap. eumd. *Herodian* I. 8. 5. Καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους αἰδώς· quod non opus eſt pluribus adſtruere. Interim excuſabilis eſt error, quia alibi tamen recte per *juxta* vel *cum* redditur, ut ap. eumd. *Herodian*. I. 5. 5. Κοινὴν εἶναί μοι πρὸς ὑμᾶς τὴν ἐπὶ τοῖς καταλαβοῦσιν ἀλγηδόνα, καὶ μηδέν τι ἧττον ὑμᾶς ἐμοῦ δυσφορεῖν. *Communem eſſe mihi vobiſcum ſuper his calamitatibus moerorem, & vos non minus quam me graviter ferre.* Et III. 6. 5. τοῦτο πρὸς ἐκεῖνον ἐνειμάμην. *Hoc cum illo diviſi*, (*communicavi*) ac non ſemel alibi. *J.F.R.*

64. Ἀπιτέον] Recte quidem. Sed alibi dicit ἀπιτητέον & εἰσιτητέον, ut hoc Dial. c. 73. f. &c. *J.F R.*

Ibid. Ἐς διδασκάλου] Scil. οἶκον. Vid. de hac Ellipſ. not. *Jenſii* ſupra ad Libell. de Sacrif. c. 1. & infra ad *Paraſit*. ſive Lectt. Lucian. p. 351. Adde *Hom*. Il. Z. 47. Ἐν ἀφνειοῦ πατρός. *Ariſtoph*. Plut. 84 & Nub. 961. Plura *Kuſter*. ad Plut. *Ariſtoph*. 237. & 242. Et *Maittaire* de Dialect. p. 73. & *Solan*. ad Somn. c. 1. *J.F R.*

67. Ἀποπλῆσαι] Conf. infra Ἀποκηρ. c. 9. & 19. Item Τοξ. c. 51. *M. du S.*

68. Τῶν εἰδότων] Τῶν εἰδόντων legerat in ſuo exemplari *Brod*. vid. Miſc. IX. c. 16. Sed ſibi placere ait εἰδότων. Quod jam in Edd. inveni, nec quidquam variationis ab *Solano* notatum eſt. *J. F.R.*

71. Ἀνέγνωκε βιβλία] Stoicorum libros. *F.G.*

Ἀνέγνωκε βιβ.] Chryſippi liber erat περὶ ἀξιωμάτων. *Diog. Laërt*. 210. C. & περὶ καταλήψεως, idem 213. A. Alterius Stoici reliquos eſſe ſtatuendum eſt. Apud *Arrianum* etiam οὗτός φησιν ἤδη καὶ δι' αὐτοῦ δύναται Χρύσιππον ἀναγινώσκειν. I. c. 4. *M. du S.*

λήψεως, περὶ καθηκόντων, καὶ ἄλλα ποικίλα· εἰ δὲ ἢ τὴν μητέρα ἔτυπτεν, ἢ παρθένους συνήρπαζε, τί ταῦτα πρὸς ἐμέ; οὐ γάρ παιδαγωγόν με ἐπέστησας αὐτῷ.

Τοιαῦτα γέρων ἄνθρωπος ὑπὲρ Φιλοσοφίας ἔλεγε. σὺ δὲ καὶ αὐτὸς ἂν φαίης, ὦ Ἑρμότιμε, ἱκανὸν εἶναι, ὡς διὰ τοῦτο φιλοσοφοίημεν, ὡς μηδὲν τῶν φαυλοτέρων πράττοιμεν· ἢ ἐπ᾽ ἄλλαις ἐλπίσιν ἐξ ἀρχῆς φιλοσοφεῖν ἠξιοῦμεν, οὐχ ὡς τῶν ἰδιωτῶν κοσμιώτεροι εἴημεν περινοστοῦντες; τί οὖν οὐκ ἀποκρίνῃ καὶ τοῦτο; ΕΡΜ. Τί [a] δὲ ἄλλο; ἢ ὅτι καὶ δακρῦσαι ὀλίγου δέω; ἐς τοσοῦτό [b] μου καθίκετο ὁ λόγος ἀληθὴς ὤν, καὶ ὀδύρομαι ὅσον ἄθλιος χρόνον [c] ἀνάλωκα, καὶ προσέτι μισθοὺς οὐκ ὀλίγους τελῶν ἀντὶ τῶν πόνων· νυνὶ γάρ, ὥσπερ ἐκ μέθης ἀνανήφων, ὁρῶ οἷα μέν ἐστιν ὧν ἤρων, ὁπόσα δὲ πέπονθα διὰ ταῦτα.

ΛΥΚ. Καὶ τί δεῖ δακρύων, ὦ χρηστέ; τὸ γὰρ τοῦ μύθου ἐκεῖνο πάνυ συνετόν, οἶμαι, ὃν

de comprehenſione, de officiis, & alia varia. Si vero aut matrem pulſavit, aut rapuit virginem; quid ea ad me? neque enim paedagogum me illi praefeciſtis.

83. Talia ſenex pro Philoſophia dicebat. Tu vero & ipſe forte dixeris, Hermotime, ſatis eſſe, ſi propter hoc philoſophemur, ne quid pejus faciamus: aut num alia ſpe philoſophari ab initio poſtulavimus? non idea, ut idiotis decentiores circumiremus? cur igitur non reſpondes hoc quoque? HERM. Quid vero aliud, quam quod parum abeſt quin illacrimer, adeo in animum meum penetravit vera ratio; ac deploro, quantum miſer temporis inſumſerim, mercedes inſuper non parvas laborum meorum perſolvens. Jam enim velut ab ebrietate reſipiſcens video, qualia ſint quae amabam, quae autem propter ea perpeſſus ſim.

84. LYC. Et quid lacrimis opus eſt? o bone! valde enim prudens conſilium arbi-

a Δὶ] Δαὶ W. Nihil mutant vulgatam Fl. *J. H. P. Ald.* 1. b Μου] Μι W. ſolus. c Ἀνάλωκα] Sic recte Edd. & M. Ἀνήλωκα *B2*.

73. Περὶ καθηκόντων] Περὶ καθήκοντος, ſingulari numero, libros inſcripſere Zeno, Cleanthes, Chryſippus, Panætius. *Officia*, numero multitudinis, maluit Cicero. *Quod de inſcriptione generis, non dubito quin καθῆκον* officium *ſit: niſi quid tu aliud Sed inſcriptio plenior* de Officiis, inquit ille lib. 13. epiſt. ad Atticum, ep. 2. Τὰ καθήκοντα quoque legere eſt apud *Suidam* in καθήκοντα, & apud *Laertium* in Zenone Cittico. *AE.M.*

87. Ἀνάλωκα] Tyroni dico, cave hic quicquam mutes; ſic enim docent Grammatici ſæpius eherri, & omnino ſic Demoſthenes aliique, quod ideo moneo, quia *B2.* mutavit. *M. du S.*

93. Αἴσωπος] Periit haec cum multis aliis, Æſopi fabula; neque enim in Æſopo hodierno, aut in reliquis fabularum antiquis ſcriptoribus invenitur. *M. du S.*

94. Ἐπὶ τὴν κυματώδη] Cum Hermotimus deploraret jacturam temporis, quam impenderat philoſopho, reſpondet Lucianus, nihil lachrymis profici, prudentius facturum, ſi Aeſopo in fabulis monenti obſequatur: ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τὴν κυματώδη, ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *ubi dicit*, inquit interpres, *quendam in littore maris conſediſſe, ut numeraret undas.* vides ἐπὶ τὴν κυματώδη plane omitti ab interprete. Sed locum hunc mendoſum eſſe non animadvertiſſe interpretes vix credi poſſet, niſi res ipſa loqueretur. Ipſi Grammaticorum canones docebant, dicendum fuiſſe ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον τῇ κυματώδει. Mſ. pro ἐπὶ τὴν κυματώδη ſcribit ἐπὶ τὴν κυματωγήν. quod argumento eſt ἐπὶ τῇ ἠϊόνι eſſe gloſſam, & interpretationem magiſtri, quae in contextum irrepſit. Indubie ſcripſit Lucianus: ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τὴν κυματωγὴν καθεζόμενον ἀριθμεῖν τὰ κύματα. *Dixit enim quendam in crepidine littoris conſediſſe, ut numeraret fluctus.* Κυματωγὴ eſt ἠϊὼν κυματώδης, littus, quod fluctibus pulſatur. *Heſych.* Κυματωγή, ῥαχία, αἰγιαλοῦ ὑπεραγωγή. Uſu etiam hac voce Lucianus eſt in Cataplo: Ἀπόξηροι δὲ εἰσὶ πέτραι καὶ ὀξεῖαι, ὑπὸ φθεγγόμεναι τῷ κλύσματι, καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγήν, καὶ τὸν ἦχον μέγαν. *Erant rupes nudae & aſperae, quas fluctus pulſabant, & valde horribilis erat illa crepido & magnus ſtrepitus.* Extat etiam apud *Herodotum* in Calliope, ut dudum *Budaeus* obſervavit, apud quem tamen male ſcribitur κυματώγη, & in Mſ. Luciani κυματογή. *Euſtath* ad Odyſſ. ε. ἐπιωγαί, ἐξοχαὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς καὶ πλατεῖς αἰγιαλοί. μάλιστα δὲ τόποι σκέπην ἔχοντες. ἔνθα καὶ ἰωὴ τουτέστι, πνοὴ ἄγνυται μὴ δυναμένη δηλαδὴ προϊέναι. καθ᾽ ὁμοιότητα δὲ τούτου, καὶ κυματωγὴ παρ᾽ Ἡροδότῳ ἡ ἀκτὴ ἔνθα δηλαδὴ τὰ κύματα ἄγνυνται. *J.G.G.*

Ibid. Κυματώδη]. Vid. Τιμ. ſub finem: μὴ μέντοι ἐς βάρ-

bitror ſabulae, quam narrabat Aeſopus. Dicebat enim, hominem ſedentem in litore ad fluctuoſum mare, numeraſſe fluctus. Cum vero ſubinde erraret, graviter tuliſſe & excruciatum eſſe, donec adſtans vulpes ei diceret, quid laboras, mi homo, eorum cauſſa, qui praeterierunt? cum oporteat eos qui hinc oriuntur numerare incipere; neglectis illis. Et tu igitur, quoniam ita tibi videtur, in reliquum melius feceris, ſi communem omnibus vitam velis vivere, & civem te gerere de vulgo unum, nihil alienum aut inflatum ſperans; nec pudeat te, ſi recte ſapis, ſenem hominem mutatis quaſi partibus ad id, quod melius eſt, tranſire.

85. Caeterum haec, quaecumque dixi, omnia, amice, noli me putare contra Porticum paratum, aut ſuſceptis eximiis contra Stoicos inimicitiis dixiſſe. Sed communis ad omnes pertinet ratio. Eadem enim ad te dixiſſem, ſi Platonis aut Ariſto-

Αἴσωπος διηγεῖτο. ἔφη γὰρ ἄνθρωπόν τινα ἐπὶ τῇ ἠϊόνι καθεζόμενον, ἐπὶ τῆς [d] κυματωγῆς, ἀριθμεῖν τὰ κύματα, σφαλέντα δὲ, ἄχθεσθαι καὶ ἀνιᾶσθαι, ἄχρι δὴ τὴν κερδὼ παραστᾶσαν εἰπεῖν αὐτῷ, τί, ὦ γενναῖε, ἀνιᾷ τῶν παρελθόντων ἕνεκα; δέον τὰ ἐντεῦθεν ἀρξάμενον ἀριθμεῖν, ἀμελήσαντα ἐκείνων· καὶ σὺ τοίνυν ἐπείπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ἐς τὸ λοιπὸν ἂν ἄμεινον ποιήσαις βίον τε κοινὸν ἅπασι βιοῦν ἀξιῶν, καὶ συμπολιτεύσῃ τοῖς πολλοῖς, οὐδὲν ἀλλόκοτον, καὶ τετυφωμένον ἐλπίζων, καὶ οὐκ αἰσχύνῃ, ἤνπερ εὖ φρονεῖς, εἰ γέρων ἄνθρωπος [e] μεταμαθήσῃ, καὶ μεταχωρήσεις πρὸς τὸ βέλτιον.

Ταῦτα πάντα, ὦ Φιλότης, ὁπόσα εἶπον, μή με νομίσῃς κατὰ τῆς στοᾶς παρεσκευασμένον, ἔχθραν τινὰ ἐξαίρετον πρὸς Στωϊκοὺς ἐπανῃρημένον εἰρηκέναι· ἀλλὰ κοινός ἐπὶ πάντας ὁ λόγος· τὰ γὰρ αὐτὰ πρὸς σὲ εἶπον ἄν, εἰ τὰ Πλάτωνος. [f] ἢ Ἀριστοτέλους [g] ἤρησο,

τῶν

[d] Κυματωγὴν] Ita Codd. C. L. M. P. & marg. A1W. Κυματώδη male Edd. omnes. [e] Μεταμαθήσῃ] Sic dedi ex W. & L. Edd. enim male μεταθήσῃ. [f] Ἢ] Καὶ male P. Nihil in vulg. mutant Edd. [g] Ἥρεσο] Edd. ἤρησο. Bz. ᾕρησο cum puncto ſubſcripto.

96. Κερδὼ] Ἀλώπεκα. V.

9. Ἐπανῃρημένον] Προῃρημένον, θέλοντα. V.

βάθος, ὠγαθὲ, ἀλλ' ὅσον ἐς βουβῶνας ἐπεμβὰς ὀλίγον πρὸ τῆς κυματώδους γῆς. ubi itidem in Mſ. legitur κυματώγης pro duobus poſtremis verbis. Pronuntiat ex *Euſtathio Tan. Faber*, vulgatam eſſe gloſſema. Mihi, cui Euſtathius ad manum nunc non eſt, nondum liquet. Locus a Cl. *Graevio* laudatus non in *Cataplo* reperitur, ſed in *Navigio*: verum in eo nihil video quod de littore intelligi κυματωγὴν cogat. Aliunde habere hanc fabulam *Ælianus* videtur, qui XIII. 15. Var. Hiſt. nomen iſti fatuo facit, Κοικυλίων. G. M. P. & L. κυματωγὴν habent; ſed in M. quem ſolum ipſe inſpexi, prius fuerat κυματώδη. *Polyaen.* παρὰ τὴν ἠϊόνα παίζειν, Strat. I. p. 28. *M. du S.*

Κυματωγὴν] Etſi *Solanus* Editionum lectionem κυματώδη ſervari maluerit, ego hic *Graevio* & quinque Mſſ. potius auſcultavi, licet alterutrum pro gloſſemate poſſit haberi, ut ἐπὶ τῇ ἠϊόνι, aut ἐπὶ τὴν κυματωγὴν ſuperfluum ſit. *J. F. R.*

5. Μεταμαθήσῃ] *Ald. Junt. Hag. P.* Fl. nec dubito quin & reliquae, habebant μεταθήσῃ. Quod mutavi, quia μεταμαθήσῃ hic longe aptius; ſignificat enim, *alia vel meliora diſcere*, ac *priſtina dediſcere*, quod notum. Sed & *mutare animum* recte vertitur ap. *Ariſtoph.* in Plut. 925. Οὐδ' ἂν μεταμάθοις; ΣΥ. Οὐδ' ἂν δοίης γέ μοι τὸν Πλοῦτον αὐτόν. *J. F. R.*

10. Ἐπὶ πάντας] Scil. φιλοσόφους. *J. Br.*

12. Ἥρησο] Dicit ſe haec diſputaſſe contra Stoicos, non quod ſingulari quodam odio illos prae ceteris philoſophorum ſectis proſequatur, ſed quod Hermotimus huic ſe mancipaſſet, idem dicturus, ſi aut Platonem aut Ariſtotelem ſectaretur. ſed in Graecis verbis menda latet. Sic eduntur: τὰ γὰρ αὐτὰ πρός σε εἶπον ἂν εἰ τὰ Πλάτωνος, ἢ Ἀριστοτέλους ἤρησο, τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς. ſed quid eſt ἤρησο? legendum omnino ᾕρησο. ſi aut Platonem aut Ariſtotelem praetuliſſes, ſectatus eſſes. αἱρεῖσθαί τινος eſt aliquem ſectari. Hinc αἱρέσεις ſunt ſectae philoſophorum pag. ſeq. κεκολασμένη δίαιτα eſt adſtricta ſevera vivendi ratio, quam in victu & amictu tenebant philoſophi, cui opponuntur ἄνετα πάντα καὶ ἐλεύθερα, *libera omnia & ſoluta*, ut *Cicero* loquitur. Sic & *Plutarch.* in Lycurgo duram illam diſciplinam, qua pueri Lacedaemoniorum coercebantur, vocat δίαιταν κεκολασμένην. *J. G. G.*

Ἥρησο] Tenui ſpiritu omnes antea ſcribebant. *M. du S.*

Ἥρησο] Monente *Solano* ſpiritum aſperum adſumſi; etſi *Brod.* quoque ſcribit ἤρησο, *delegiſſes.* Sed ex *Bz.* pun-

τῶν ἄλλων ἀκρίτων ἐρήμην καταγνούς. νῦν δὲ ἐπεὶ τὰ Στωϊκῶν προετίμησας, πρὸς τὴν στοὰν ἀποτετάχθαι ὁ λόγος ἔδοξεν, οὐδὲν ἐξαίρετον πρὸς αὐτὴν ἔχων.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις, ἄπειμι οὖν ἐπ' αὐτὸ τοῦτο, ὡς μεταβαλοίμην καὶ αὐτὸ δὴ τὸ σχῆμα. ὄψει οὖν οὐκ εἰς μακρὰν οὔτε πώγωνα ὥσπερ νῦν λάσιον, καὶ βαθὺν, οὔτε δίαιταν κεκολασμένην, ἀλλ' ἄνετα πάντα, καὶ ἐλεύθερα, τάχα δὲ καὶ πορφυρίδα μεταμφιάσομαι, ὡς εἰδεῖεν ἅπαντες, ὅτι μηκέτι μοι τῶν λήρων ἐκείνων μέτεστιν· ὡς εἴθε γε καὶ ἐξεμέσαι δυνατὸν ἦν ἅπαντα ἐκεῖνα, ὁπόσα ἤκουσα παρ' αὐτῶν· καὶ εὖ ἴσθι, οὐκ ἂν ὤκνησα καὶ ἐλλέβορον πιεῖν διὰ τοῦτο ἐς τὸ ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρύσιππος, ὅπως μηδὲν ἔτι [a] ἐννοήσαιμι ὧν φασι. σοὶ δ' οὖν οὐ μικρὰν χάριν οἶδα, ὦ Λυκῖνε, ὅτι με [b] παραφερόμενον ὑπὸ θολεροῦ τινος χειμάρρου, καὶ τραχέος, ἐπιδιδόντα ἐμαυτὸν, καὶ κατὰ ῥοῦν συῤῥέοντα τῷ ὕδατι, ἀνέ-

telis ſectam ſecutus eſſes, reliquis indicta cauſſa damnatis. Nunc vero cum Stoicorum ſectam praetuliſſes, ad porticum intenta videbatur oratio, quae eximium nihil contra eam habeat.

86. HERM. Bene dicis. Abeo igitur ad hoc ipſum, ut ipſum etiam mutem habitum. Videbis enim non ita multo poſt neque barbam uti nunc hirſutam & prolixam, neque victum ita caſtigatum, ſed remiſſa omnia atque libera. Forte autem purpuram etiam induam, uti ſciant omnes, nihil mihi jam eſſe cum illis nugis. Utinam etiam evomere liceat, quaecunque ex illis audivi. Et noris me non cunctanter helleborum propterea bibiturum, contraria quam Chryſippus ratione, nimirum ne quid amplius eorum quae dicunt, in mentem mihi veniat. Tibi igitur gratiam, Lycine, non parvam habeo, quod me turbido torrente ablatum, atque aſpero, cum jam ceſſiſſem fluctibus, & ſecundo flumine cum aqua ferrer, extraxiſti, ſuperve-

niens

a Ἐννοήσαιμι] Νοήσαιμι W. ἐννοήσ. Fl. Ceterae recte, ut exhibuimus. b Παραφερόμενον] Περιφερόμενον Edd. Sed prius habent L. & marg. A1W.

punctum ſubſcriptum addidi; eſt enim ab αἱρέομαι, *eligo*, non ab ἔρομαι interrogo, & plusquamperf. paſſivae formae in hoc verbo active valet, veluti τεθέαμαι *vidi*, *Evang. Joan.* I. 32. δέδεκται *accipit*, *Act.* VIII. 14. Sunt enim haec verba deponentia. Sic *Herodian.* I. 13. 15. ἐδεδουλῶντο active ponit. Miror itaque Cl. *Graevium rogare* quid ſit ᾕρητο? *J.F.R.*

20. Οὔτε δίαιταν κεκολασμένην] Id eſt, *neque caſtigatam* (h. e. *ſtrictiorem*) *vivendi rationem.* Sic *Ælian.* V. H. XI. 3. κεκολασμένη τροφῇ διαβιώνας. *L. Bos.*

Ibid. Δίαιταν] Vid. ſupr. *Nigrin.* c. 7. ex diviſione *Soulii*; ſed quia alia ibi facta capitum diviſio, erit caput proximum vel alterum ab illo, quod jam inquirere non vacat. *J.F.R.*

26. Ἐλλέβορον πιεῖν &c.] Alii multi bonique hoc de Carneade. Ediſſertavi hoc ἀμφίλογον ad A. *Perſii* S. V. *Th. M.*

Ἐλλέβορον πιεῖν] Conf. infra (Ver. Hiſt. 2. c. 18.) *F. G.*

Ἐλλέβορον πιεῖν] Ipſe Lucianus infra, veræ Hiſtoriæ Lib. 2. ἠκούομεν δὲ καὶ περὶ Χρυσίππου, &c. Diximus pluribus ad *Laërtium.* *AE. M.*

27. Ἐς τὸ ἔμπαλιν] *Ut eorum omnium obliviſcerer.* *J. Br.*

Ibid. Ἔμπαλιν ἢ ὁ Χρ.] Chryſippum enim helleboro cerebrum purgaſſe, ut ad meditandum aptior eſſet, memoria proditum eſt. Vid. *Menagii* not. ad *Diog. Laërt.* & noſtrum in B. πρ. c. 23. & Ἱσ. β. c. 18. *M du S.*

Ibid. Ἢ ὁ Χρύσιππος] Qui adverſus Carneadem diſputaturus helleboro caput purgaſſe fertur. Parum abfuit quin præterirem verba hæc, ὕδωρ ἐν ὅλμῳ πλήττειν in adagio: *Aquam in mortario tundere*, & illa, ὁ γνώμων φασὶ, in proverbio *Gnomon & regula*, explicari. *J. Br.*

Ibid. Χρύσιππος] Vid. infra Ἱσ. β. c. 18. & ſupra B. πρ. c. 23. *M. du S.*

30. Παραφερ.] Ex L. haec ſcriptura; in quo tamen mendoſe παραφυρ— legebatur. In reliquis περιφερ— minus apte. Vid. Τιμ. c. 25. *M. du S.*

Παραφερ.] Etſi primo intuitu admodum blanditur vulgatum περιφερόμ. quia *agitatum*, *circumerrantem* ſignif. tamen id non vult Noſter, ſed *abreptum*, *delatum* eo quo tempeſtas fluctusque volunt, i. e. *vulgarem opinionem ſequebar*, *non utens libero ratiocinio*, quod ipſe mox per συῤῥέοντα τῷ ὕδατι clarius exponit. Ideoque non dubitavi trium Codd. lectionem recipere. *J.F.R.*

34. Θεὸς ἐκ μηχανῆς] Miror *Brodaeum*, qui hic more ſolito non dixerit, vid. *Eraſm.* in Proverb. *J.F.R.*

35. Εὑρί-

niens tanquam ille in Tragoediis praeſens ex machina Deus. Videor autem mihi non praeter rationem caput etiam raſurus, ut qui e naufragiis ſervantur liberi, quippe qui & ipſe ſalutis recuperatae feſtum diem hodie acturus ſim, tanta ab oculis amota caligine. In philoſophum autem de reliquo, ſi vel invitus aliquando ingrediens per viam incidero, ita averſabor, ita cavebo, ut canes rabioſos *ſolemus.*

σκασας, ἐπιςὰς τὸ τ̃ τραγῳδῶν τῦτο, θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς· c δοκῶ δέ μοι ὐκ ἀλόγως ἂν ϰ̀ ξυρήσαϑαι τ̃ κεφαλὴν, ὥσπερ οἱ ἐκ τ̃ ναυαγιῶν ἀποσωθέντες ἐλεύθεροι, ἅτε ϰ̀ σωτήρια τήμερον d ἄξων, τοσαύτην ἀχλὺν ἀποσεισάμενος τ̃ ὀμμάτων. Φιλοσόφῳ δὲ ἐς τὸ λοιπὸν, κἂν ἄκων ποτὲ ἐν ὁδῷ βαδίζων ἐντύχω, ὕτως ἐκτραπήσομαι, ϰ̀ περιςήσομαι, ὥσπερ τὺς λυττῶντας τ̃ κυνῶν.

HERODOTUS, SIVE AETION.

ΗΡΟΔΟΤΟΣ, Η ΑΕΤΙΩΝ.

UTinam Herodoti reliqua etiam imitari liceret! non omnia dico, quae viro aderant, majus enim voto illud quidem; ſed vel unum *quiddam* de omnibus, verbi cauſſa, venuſtatem orationis, aut compoſitionem, aut domeſticam illam Ionicae linguae & nativam *ſuavitatem*, aut ſen-

1 c Ηροδότυ εἴθε μ̃ καὶ τἄλλα μιμήσαϑαι δυνατὸν ἦν. ὐ πάντα φημὶ, ὅσα προσῆν αὐτῷ, (μεῖζον γ̃ εὐχῆς τῦτό γε) ἀλλὰ κἂν ἓν ἐκ τ̃ ἁπάντων, οἷον, ἢ κάλλος τ̃ λόγων, ἢ ἁρμονίαν αὐτ̃, ἢ τὸ οἰκεῖον τῇ e Ἰωνίᾳ, ϰ̀ προσφυὲς, ἢ τ̃ γνώμης

c Δοκῶ] Δωκῶ *J.* ſola male. d Ἄξων] Ἄξειν Fl. & M. Ἄξων ceterae & Cod. P. e Ἰωνίᾳ] Ἰονίᾳ male *H.* & *B2.* Ceterae recte Ἰωνίᾳ.

34. Θεὸς ἐκ μηχανῆς ἐπιφανείς] Ἐπὶ τ̃ παραδόξων ϰ̀ παραλόγων. οἱ * γ̃ τ̃ τραγῳδιῶν ποιηταὶ ὅταν εἰσήγαγον εἰς τὴν σκηνὴν † ἣ τόλμα ὥστε συγχυθῆναι τοὺς θεατὰς πρὸς τὰ εἰρημένα ἢ ἐλεεῖν τοὺς ἠτυχηκέναι δόξαντας, ὡς ἀνάξια πεπονθότας ἢ μισῆσαι τοὺς πεποιηκότας ἢ παρανομήσαντας, εἰώθασι θεοὺς εἰσάγειν ‡ οὐκ ἐπ' αὐτῆς τ̃ σκηνῆς ὁρμωμένους· ἀλλὰ ἐξ ὕψους ἀπὸ τινὸς μηχανῆς ἣν ἔβλεπον μ̃ πρότερον οἱ θεαταί. κατ' ἐκείνην δὲ τὴν ἡμέραν § ὁ φοβούμενος ἐδείκνυε τὸ τῦ θεοῦ πρόσωπον, ϰ̀ τῦ κατὰ ¶ στολὴν τῦ δράματος, ἐλέγετο δὲ θεὸς ἀπὸ μηχανῆς. *V.*

ΗΡΟΔΟΤΟΣ Η ΑΕΤΙΩΝ] * Σημειῶσαι ἐν τούτῳ τῷ λόγῳ ὑπέδειξεν ὡς ἐπιδείξεως ἄγαν κίττων τοὺς ἑαυτοῦ περιεργάζετο λογους. *V.*

* Γὰρ] Aberat in Ed. Inſeruit *M. du S.*
† Ἡ τόλμα] Ἡ τολμᾶν C. Sed excidiſſe alia quaedam vox videtur *M. du S.*
‡ Οὐκ ἐπ' αὐτῆς] Ἐπ' αὐτοῖς Edit. *Clerici.* quam correxit *M. du S.*
§ Ὁ φοβούμενος] Mire ſane haec corrupta. Ego malim ὁ φοβ. Et Καταστολήν. *M. du S.*

¶ Στολὸν] Στολὴν, εἶναι. C.
* Unum hoc Scholion quinque vitiis laborabat, quae ope Coll. ſe correxiſſe monet *Solanus.* Nam pro ὑπέδειξεν in Ed. *Cler.* legebatur ἐξ[illegible], pro ἐπιδείξεως, ἐπιδεῖξαι ὡς. Pro κιττων, ἀττικίζων editum quidem erat, cum in ipſo Cod. V. tamen legeretur κιττων. Pro περιεργάζετο denique, περιεργάσατο. Merito igitur hunc ſecutus ſum. *J. F. R.*

35. Ξυρήσαϑαι] Vid. ſupr. de *Merced. Cond.* c. 1. *M. du S.*
36. Ἐλεύθεροι] Conf. infr. Εὐχ. c. 2. *M. du S.*
ΗΡΟΔΟΤΟΣ] Eſt λαλιὰ, ſive προσλαλιὰ, cujusmodi etiam ſupra *Inſomnium*, & infra περὶ τῦ οἴκου. Ex ἱππίας ἢ βαλανεῖον. Et περὶ τ̃ διψάδων. *Th. M.*
3. Μεῖζον γ̃ εὐχῆς] Confer ſupra Μισθ. c. 12. *M. du S.*
5. Ἁρμονίαν] i. e. compoſitionem, numeros, quod in Herodoto agnoſcit & praedicat *Dionyſius Halic.* περὶ συνθέσ. ſ. 3. p. 22. Uptoni, ſeq. ubi etiam illud alterum de Ionica ſuavitate illuſtratur, ἵνα μή τις ὑπολάβῃ τὴν διάλεκτον εἶναι τ̃ ἡδονῆς αἰτίαν τῇ λέξει κ. τ. λ. denique ita concludit, ἐξ ὧν ἄν τις τεκμήραιτο, ὅτι οὐκ ἐν τῷ κάλλει τ̃ ὀνομάτων ἡ πειθὼ τ̃ ἑρμηνείας ἦν, ἀλλ' ἐν τῇ συζυγίᾳ. Add. Quintil. 9, 4, 19. *In Herodoto, cum omnia leniter fluunt, tum ipſa* διάλεκτος *habet eam jucunditatem, ut latentes etiam numeros complexa videatur.* Paullo ante ſ. 16. *Neque mihi*, inquit, *quamlibet magnus auctor Cicero perſuaſerit, Lyſiam*, Herodotum, *Thucydidem parum ſtudioſos* compoſitionis *fuiſſe* &c. *J. M. G.*

8. Πέ-

μης τὸ βέλτιον, ἢ ὅσα μυρία καλὰ ἐκεῖνος ἅμα συλλαβὼν ἔχει, πέρα τῆς εἰς μίμησιν ἐλπίδος. ἃ δὲ ἐποίησεν ἐπὶ τοῖς συγγράμμασι, καὶ ὡς πολλαχῶς τοῖς Ἕλλησι [a] γνώριμος ἐν βραχεῖ κατέστη, ἐγὼ καὶ σὺ καὶ ἄλλος ἂν μιμησαίμεθα. πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας εὐθὺ τῆς Ἑλλάδος, ἐσκοπεῖτο πρὸς ἑαυτὸν, ὅπως ἂν τάχιστα, καὶ ἀπραγμονέστατα ἐπίσημος καὶ περιβόητος γένοιτο, καὶ αὐτὸς, καὶ τὰ συγγραμμάτια. τὸ μὲν οὖν περινοστοῦντα, νῦν μὲν Ἀθηναίοις, νῦν δὲ Κορινθίοις ἀναγιγνώσκειν, ἢ Ἀργείοις, ἢ Λακεδαιμονίοις ἐν τῷ μέρει, ἐργῶδες καὶ μακρὸν ἡγεῖτο εἶναι, καὶ τριβὴν οὐ μικρὰν ἐν τῷ τοιούτῳ ἔσεσθαι. οὔκουν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν, οὕτω κατ' ὀλίγον [b] ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν· ἐπεβούλευε δὲ εἰ δυνατὸν εἴη, ἀθρόους που λαβεῖν τοὺς Ἕλληνας ἅπαντας. ἐνίσταται οὖν Ὀλύμπια τὰ μεγάλα

tentiarum divitias, aut quae ſexcenta pulchra ille una complexus habet, imitandi omnem ſpem transgreſſa. Caeterum quae circa libros ſuos hiſtoricos faciebat, & ut Graecis multis in locis brevi innoteſceret, *illud* ego, & tu, & *quivis* alius imitemur. Cum enim domo e Caria verſus Graeciam navigaret, diſpiciebat apud ſe, qua tandem ratione quam celerrime, & minimo labore inſignis & celebris tum ipſe, tum ſi quid ſcripſiſſet, fieret. Jam circumire, & nunc Athenienſibus, nunc Corinthiis recitare, aut Argivis, a[illegible] Lacedaemoniis particulatim, labo[illegible] longum eſſe ducebat, moramque in ea re haud parvam eſſe futuram. Noluit igitur negotium hoc diſtrahere, neque diſperſe ita & minutatim conciliare & cogere *ſibi* notitiam *hominum*: verum eo intendit animum, ut, ſi fieri poſſet, confertos alicubi Graecos univerſos deprehenderet. Inſtant igitur magna

a Γνώριμος] Deerat in Edd. Aderat in L. & *J.* Item in marg. *AIW.* b Ἀγείρων καὶ συλλέγων] *Graev.* ἀγείρειν καὶ συλλέγειν. At nihil mutant *J. Ald.* Fl. *F. H. B2. P. S. A.*

12. Οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας] Ἡ Ἀλικαρνασσὲς γὰρ τῆς Καρίας. *V.*

8. Πέρα τῆς . . ἐλπίδος] Conf. ſupra Μισθ. c. 7. fin. *M. du S.*

9. Συγγράμμασι] Συγγράμματα Herodoti eſſe *libros* ipſius *hiſtoricos*, ſatis ex iis conſtat, quae de vi hujus verbi ad *Thucydidis* principia diſputantur ab *H. Stephano.* *J. M. G.*

10. Γνώριμος] Vox haec, ſine qua manca prorſus ſententia, in omnibus tamen vulgatis deerat. Nos ex L. & Ed. *J.* reſtituimus. *M. du S.*

11. Ἐν βραχεῖ κατέστη] Hic aliquid deſideratur. An γνώριμος? Sic infra: γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγένοντο, pag. ſeq. *F. G.*

Ἐν βραχεῖ κατέστη] Vide ut rem acu tetigerit *Gujetus.* Id ipſum enim quod omiſſum conjecit, in L. & *J.* inventum reſtituimus. *J. F. R.*

12. Πλεύσας γὰρ οἴκοθεν ἐκ τῆς Καρίας] Cum *Plinio* non concordat Lucianus, nec *Suidas* cum Luciano. Nam *Plinius* L. 12. c. 4. de ebore haec ait: *tanta erat eboris auctoritas, urbis noſtra* CCCX. *anno; Tunc enim auctor ille* (Herodotus) *hiſtoriam eam condidit in Thuriis in Italia.* Non igitur e Caria ſolvens adiit Græcos & conventum Olympiacum, ut hiſtoriam ſuam in ea celebritate recitaret (ut hoc loco ſcribit Lucianus) ſi eam tum demum ſcripſit, cum patria relicta factus eſt Thurius civis. At *Suidas* cum *Plinio* & *Luciano* pugnat. Sic enim ſcribit in voce Ἡρόδοτος· μετέστη δὲ ἐν Σάμῳ διὰ Λύγδαμιν τὸν ἀπὸ Ἀρτεμισίας τρίτον τύραννον Ἀλικαρνάσσου. ἐν οὖν τῇ Σάμῳ καὶ τὴν Ἰάδα ἠσκήθη διάλεκτον, καὶ ἔγραψεν ἱστορίαν ἐν βιβλίοις θ', id eſt: *Seceſſit vero Samum propter Lygdamin tertium ab Artemiſia tyrannum Halicarnaſſi factum. Sami igitur & dialectum Ionicam exercuit, & hiſtoriam ſcripſit in libris novem.* Quis eam litem dirimet? Plinius antiquior, Lucianus omnis Græcanicæ antiquitatis, ſi quis alius, callens. Suidas ſua omnia ex antiquis auctoribus, qui ſuo tempore exiſtabant, habet. Conjecturæ etiam utrinque militant. Ex laudibus, quibus abunde perfundit Artemiſiam, videtur ea ſcripſiſſe, dum ſub tyrannide Lygdamidis ejus foeminæ nepotis vivebat. At contra dialectus Ionica, qua exacte utitur, ſuadet, eum non amplius Halicarnaſſum habitaſſe, quando hiſtoriam ſcripſit: nam Dorica Dialectus ibi erat in uſu. Itaque quando ἀπορία me torquet, (ut verbis Ciceronis utar) nullo præjudicio te onerabo Lector, & integrum hoc σκέμμα tibi relinquam examinandum. *J. P. a G.*

Πλεύσας] Confirmat hic locus quod *Scaliger* ὁ πάνυ in notis ad Euſ. Chron. p. 104. aſſeruit, ſcilicet ante ſcriptam ab Herodoto hiſtoriam, quam Thurios trajiceret. Vid. etiam Cl. *Fabricii* Biblioth. Gr. 661.

gna Olympia: & Herodotus, rem ipſam putans, venire ſibi tempus maxime deſideratum, obſervato pleno concilio, collectis undique jam proceribus, ingreſſus in poſticum *templi Jovis Olympii*, non ſpectatorem, ſed certatorem ſe Olympiorum profeſſus eſt, canens hiſtorias, & eo usque demulcens hos qui adeſſent, ut Muſae ipſius libri, qui & ipſi novem eſſent, vocarentur.

2. Jam igitur multo ipſum magis noſſe omnes, quam victores ipſos Olympiae; nec erat cui Herodoti nomen non eſſet auditum, partim quod ipſi illum Olympiae audiſſent, partim quod ab his, qui ex concilio venerant, percontando percepiſſent: & ſicubi conſpiceretur modo, digito monſtrabatur, Hic ille Herodotus eſt, *dicentium*, qui praelia cum Perſis Ionico ſermone conſcripſit, qui victorias noſtras hymno celebravit. Hunc ille talem hiſto-

καὶ ὁ Ἡρόδοτος, τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν οἱ νομίσας τὸν καιρὸν, οὗ μάλιστα ἐγλίχετο, πλήθουσαν τηρήσας τὴν πανήγυριν, ἁπανταχόθεν ἤδη τῶν ἀρίστων συνειλεγμένων, παρελθὼν ἐς τὸν [c] ὀπισθόδομον, οὐ θεατὴν, ἀλλ' ἀγωνιστὴν Ὀλυμπίων παρεῖχεν ἑαυτὸν, ᾄδων τὰς ἱστορίας, καὶ κηλῶν τοὺς παρόντας, ἄχρι τοῦ καὶ Μούσας κληθῆναι τὰς βίβλους αὐτοῦ, ἐννέα καὶ αὐτὰς οὔσας.

Ἤδη οὖν ἅπαντες αὐτὸν ᾔδεσαν πολὺ μᾶλλον, ἢ τοὺς Ὀλυμπιονίκας αὐτούς. καὶ οὐκ ἔστιν ὅστις ἀνήκοος ἦν τοῦ Ἡροδότου ὀνόματος, οἱ μὲν, αὐτοὶ ἀκούσαντες ἐν Ὀλυμπίᾳ, οἱ δὲ, τῶν [d] ἐκ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι, καὶ εἴ που γε φανείη μόνον, ἐδείκνυτο ἂν τῷ δακτύλῳ. ΟΥΤΟΣ ΕΚΕΙΝΟΣ, Ἡρόδοτός ἐστιν, ὁ τὰς μάχας τὰς Περσικὰς Ἰαστὶ συγγεγραφὼς, ὁ τὰς νίκας ἡμῶν ὑμνήσας. τοιαῦτ' ἐκεῖνος ἀπέλαυσε τῶν ἱστοριῶν,

[c] Ὀπισθόδομον] *J.* dubie an ἐπισθόδομον. Ceterae recte ὀπισθ. [d] Ἐκ] Gr. ἀπό. Nihil mutant Edd. ſed ἐκ τῶν habent pro τῶν ἐκ.

27. Ἐγλίχετο] Γλίχομαι. λίαν ἔχομαι. ἐπιθυμῶ. γενικῇ καὶ αἰτιατικῇ. *V.*

661. Nihil tamen repugnat, quin novis curis, dum Thuriis degebat, primam illam Editionem, ut ita dicam, Hiſtoriae ſuae, locupletarit & ornarit; quae etiam Nobiliſſimi Scriptoris nuperi *Humphredi Prideaux* ſententia eſt; quem vide P. I. L. VI. Gallicae autem a me factae verſionis T. II. p. 206. *M. du S.*

11. Συγγραμμάτια] Diminutivum iſtud quis ferat de Herodoti hiſtoriis uſurpatum? Eam autem quam habemus non alia ſcripta, intelligi, ſequentia demonſtrant. Lege ergo, meo periculo, invitis libris omnibus, συγγράμματα. *M. du S.*

22. Κατ' ὀλίγον ἀγείρων] Vid. ſupr. *Catapl.* c. 17. *J. F. R.*

Ibid. Ἀγείρων καὶ συλλέγων] Haec verba οὔκουν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρων καὶ συλλέγων τὴν γνῶσιν, videntur, ratione locutionis emendatae poſtulante, ſic eſſe reſcribenda, οὔκουν ἠξίου διασπᾶν τὸ πρᾶγμα, οὐδὲ κατὰ διαίρεσιν οὕτω κατ' ὀλίγον ἀγείρειν καὶ συλλέγειν τὴν γνῶσιν. *Noluit igitur ita rem diſcerpere, neque partitione tali minutatim colligere & comparare ſibi famam.* Nam quamvis participia ſaepe ponantur pro infinitivis, ut Grammatici loquuntur, hic tamen locum non habent, pendent n. ab ἠξίου καὶ οὐδὲ, Nec dubito quin pag. 573. ſit ſcribendum οἱ δὲ ἐκ τῶν ἀπὸ τῆς πανηγύρεως ἡκόντων πυνθανόμενοι in editionibus, ἀπὸ non habetur, cum tamen ſententia loci vocem eam requirat. *J. G. G.*

29. Ὀπισθόδομον] De gradibus templi habitas has orationes docet *Philoſtr.* ep. XIII. p. 919. ἀπὸ τῆς τοῦ νεὼ βαλβῖδος. & vit. *Apollon.* l. II. c. 2. p. 141. c. 31. p. 170. ἀπὸ τῆς κρηπῖδος τοῦ νεώ. AG. X. 95. Vid. *Philoſtr.* Gorgia p. 493. ubi τὸν μὲν λόγον τὸν Πυθικὸν ἀπὸ τοῦ βωμοῦ ἤχησεν, Et mox: ὁ δὲ Ὀλυμπικὸς λόγος &c. De Ὀπισθοδόμῳ vid. notas ad Ἱππ. c. 32. *M. du S.*

33. Μούσας] Non ergo Herodotus ipſe ea ſuis libris nomina fecit; quamvis non deſint qui id incaute nimis credunt. Vid. etiam Συγγρ. c. 42. *M. du S.*

36. Ὀλυμπιονίκας] *Caſaub.* ad *Theocr.* *Scal.* ad *Catull.* ex *Suid.* innominato. de Hippia, ipſe poſtea, *Cic.* *Apul.* de Prodico, Xenophon, & nos ad ſomnium Luciani, de Anaximene & Polo. id. p. 208. *Ariſtot.* *Diog. Laërt.* de Ætione, *Theocrit.* Epithap. Æſcul. de nuptiis Alexandri & Roxanes, *Arrian.* *Curt.* *J. B.*

38. Οἱ δὲ τῶν ἐκ] In omnibus libris erat ἐκ τῶν. Mutavi ego, & feci, οἱ δὲ τῶν ἐκ τῆς . . . ſaepe enim ſic uſurpatur & apud Noſtrum & apud alios Scriptores. *M. du S.*

44. Τῶν ἱστοριῶν] Intellige ἕνεκα τῶν ἱστ. ellipſi nimis frequenti quam ut exemplis firmetur. Ut *Hom.* Il. A. 65. Εἴ τ' ἄρ' ὅγ' εὐχωλῆς ἐπιμέμφεται, εἴθ' ἑκατόμβης. *Sive is nos OB vota non reddita incuſat, ſive ob Hecatomben.* *J. F. R.*

ριῶν, ἐν μιᾷ συνόδῳ πάνδημόν τινα κοινὴν ψῆφον τῆς Ἑλλάδος λαβὼν, καὶ ἀνακηρυχθεὶς οὐχ ^a ὑφ' ἑνὸς, μὰ Δία, κήρυκος, ἀλλ' ἐν ἁπάσῃ πόλει, ὅθεν ἕκαστος ἦν τῶν πανηγυριστῶν.

Ὅπερ ὕστερον κατανοήσαντες, ἐπίτομόν τινα ταύτην ὁδὸν ἐς γνῶσιν, Ἱππίας τε ὁ ἐπιχώριος αὐτῶν σοφιστὴς, καὶ Πρόδικος ὁ Κεῖος, καὶ Ἀναξιμένης ὁ Χῖος, καὶ Πῶλος ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ ἄλλοι συχνοὶ, λόγους ἔλεγον ἀεὶ καὶ αὐτοὶ πρὸς τὴν πανήγυριν, ἀφ' ὧν γνώριμοι ἐν βραχεῖ ἐγίγνοντο.

Καὶ τί σοι τοὺς παλαιοὺς ἐκείνους λέγω σοφιστὰς, καὶ συγγραφέας, καὶ λογογράφους, ὅπου καὶ τὰ τελευταῖα ταῦτα, καὶ Ἀετίωνά φασι τὸν ζωγράφον, συγγράψαντα τὸν Ῥωξάνης, καὶ Ἀλεξάνδρου γάμον, εἰς Ὀλυμπίαν καὶ αὐτὸν ἀγαγόντα, τὴν εἰκόνα ἐπιδείξασθαι, ὥστε Προξενίδαν, Ἑλλανοδίκην τότε ὄντα, ἡσθέντα τῇ τέχνῃ, γαμβρὸν ποιήσασθαι τὸν Ἀετίωνα.

Καὶ τί τὸ θαῦμα ἐπῆν τῇ γραφῇ αὐτοῦ ^b ἤρετό τις, ὡς τὸν Ἑλλανοδίκην δι' αὐτὸ, οὐκ ἐπιχωρίῳ τῷ Ἀετίωνι συνάψασθαι τῆς θυγατρὸς τὸν γάμον; ἔστιν ἡ εἰκὼν ἐν Ἰταλίᾳ,

riarum ſuarum fructum cepit, in uno conventu publicum quoddam & commune totius Graeciae ſuffragium qui ferret, ornareturque praeconio non ab uno ſane praecone, ſed in unaquaque urbe, unde ſinguli ſpectatorum eſſent.

3. Quod quidem poſtea conſiderantes, hanc nempe compendiariam quandam ad notitiam hominum viam, Hippias ex ipſa illa *Elidis* regione Sophiſta, & Ceus Prodicus, & Anaximenes Chius, & Agrigentinus Polus, & frequentes alii, ſemper verba & ipſi fecerunt ad concilium, unde nobiles brevi *tempore* facti ſunt.

4. Et quid tibi antiquos illos Sophiſtas dico, & hiſtoricos, & rhetoras, cum nuper adeo etiam Aëtion pictor dicatur, depictis *a ſe* Roxanes & Alexandri nuptiis, Olympiam & ipſe deportatam eam tabulam oſtendiſſe, *ſucceſſu eo* ut Proxenidas, judex certaminis qui tum eſſet, delectatus arte generum ſibi Aëtionem aſſumeret.

5. Et quid in pictura ipſius mirum inerat, roget aliquis, ut arbiter certaminum propter illud Aëtioni, non civi, nuptias filiae conciliaret? Eſt illa in Italia, & ipſe eam vi-

a Ὑφ' ἑνὸς] Ἀφ' ἑνὸς male Fl. *b* Ἤρετο] Sic *J.* Fl. *B2. H. S.*

51. Ἱππίας] *Hippias Eleus*, ut ex Platone etiam conſtat, quem vide in eo Dialogo, cui *Hippias major* titulus eſt, ſtatim ab initio p. 95. Olympiam ibi dicitur acceſſiſſe inſtructus cum aliis multis, tum λόγοις πολλοῖς καὶ παντοδαποῖς. Adde & *Cic.* de Orat. III. (IV.) 32. *Philoſtratus* in ejus vita p. 496. ἔθελγε τὴν Ἑλλάδα ἐν Ὀλυμπίᾳ λόγοις ποικίλοις καὶ πεφροντισμένοις εὖ. *M. du S.*

53. Ἀναξιμ.] Anaximenes hic etiam ſtatuae honorem conſecutus eſt Olympiae, non minus quam Gorgias. De utroque *Pauſan.* Eliac. 2. p. 376. *J. M. G.*

54. Καὶ ἄλλοι] Sic Gorgias apud *Philoſtratum* p. 493. Et *Lyſias* ap. Plut. in X. Rhet. De orationibus habitis aut Olympiae aut in aliis celebritatibus. Vide notas ad *Philoſtr.* p. 169. & *Creſſol.* Theatr. Rhet. III. 6. *M. du S.*

Ibid. Λόγους ἔλεγον] Exempla ejuſmodi locutionum bene multa vid. ap. *Jenſ.* ad *Jov. Trag.* c. 22. *J. F. R.*

59. Ὅπου] Etſi vulgo locum ſignificat; tamen & pro *cum*, *quando*, *quandoquidem* uſurpatur, veluti Latini ſolent, obſervante eod. *Jenſ.* p. 276. Sic ſupra in *Hermot.* c. 39. ὅπου γε, καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον. &c. In *Abdicato* c. 23. Ἀτελὴς ἡ τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς, καὶ προεδρίας, καὶ ἀτελείας, καὶ προνομίας διδόασι. Ad 16 *Hippocr.* S. 2. aph. 10. Τὰ σώματα χρὴ, ὅκου ἄν τις βούληται καθαίρειν, εὔροα ποιέειν. *Corpora quando quis purgare vult, fluida faciat oportet.* Ibid ruſ. aph. 2. Et S. I. aph. 7. Poteſt & verti *ubi*, quod hic eodem redit, modo de tempore quoque accipias. *J. F. R.*

60. Συγγράψαντα] De pictore uſurpari vix credo. Lego itaque γράψαντα, ut Ζεῦξ. c. 3. pr. *M. du S.*

66. Ἤρετο] Commodius legeretur ἤροιτο. *M. du S.*

68. Ἐν Ἰταλίᾳ] An aliquis ejus meminerit, neſcio. *M. du S.*

71. Χρῆμα παρθένου] Et haec locutio, ſive pleonaſmus non infrequens. *Ariſtoph.* Plut. 895. πολὺ χρῆμα τεμαχῶν. Et *Nub.* 2. τὸ χρῆμα τῶν νυκτῶν. Alia ſimilia *Spanhem.* ibid. Plura frater cariſſ. G. O. *Reitz.* in Belga Graeciſſ. p. 537—6. *J. F. R.*

74. Τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν] Dixi ad *Petron.* de tædis Hymenæi, notum & multa Sc. ad Catull. *J. B.*

75. Κα-

vidi, ut etiam narrare tibi poſſim. Thalamus eſt pulcherrimus, & lectus nuptialis: & aſſidet Roxane virgo undique pulcherrima, humi defixos habens oculos, pudore adſtantis Alexandri. Cupidines autem quidam renidentes, alter quidem a tergo imminens, reducit a capite flammeum, oſtenditque Roxanen ſponſo. Alius autem aliquis verniliter ſane demit pede ſandalium, ut jam recumbat. Cupido alius laena prehenſum Alexandrum trahit verſus Roxanem [illegible] nixus validiſſime. Rex autem ipſe quidem coronam offert puellae. Comes autem & deductor ſponſi Hephaeſtion una adſtat, facem ardentem gerens, puero innixus formoſiſſimo. Hymenaeus puto eſt, neque enim adſcriptum eſt nomen. In altera autem tabulae parte, Cupidines alii luſus agunt in armis Alexandri, duo quidem haſtam illius ferentes, bajulos imitati, cum trabem ferentes onere pandantur. Alii autem duo, unum in Clypeo jacentem, regem nempe ipſum quoque, *tanquam in cur-*

κἀγὼ εἶδον, ὥστε καὶ σοὶ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι· θάλαμός ἐστι περικαλλὴς, καὶ κλίνη νυμφική. καὶ ἡ Ῥωξάνη κάθηται πάγκαλόν τι χρῆμα παρθένου, ἐς γῆν ὁρῶσα, αἰδουμένη ἑστῶτα τὸν Ἀλέξανδρον. ἔρωτες δέ τινες μειδιῶντες, ὁ μὲν κατόπιν ἐφεστὼς, ἀπάγει τῆς κεφαλῆς τὴν καλύπτραν, καὶ δείκνυσι τῷ νυμφίῳ τὴν Ῥωξάνην. ὁ δέ τις, μάλα δουλικῶς ἀφαιρεῖ τὸ σανδάλιον ἐκ τοῦ ποδὸς, ὡς κατακλίνοιτο ἤδη. ἄλλος τῆς χλανίδος τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπειλημμένος ἔρως, καὶ οὗτος ἕλκει αὐτὸν πρὸς τὴν Ῥωξάνην, πάνυ βιαίως ἐπισπώμενος. ὁ βασιλεὺς δὲ, αὐτὸς μὲν στέφανόν τινα ὀρέγει τῇ παιδί. πάροχος δὲ καὶ νυμφαγωγὸς Ἡφαιστίων συμπάρεστι, δᾷδα καιομένην ἔχων, μειρακίῳ πάνυ ὡραίῳ ἐπερειδόμενος. ὑμέναιος, οἶμαι, ἐστίν. οὐ γὰρ ἐπεγέγραπτο τοὔνομα. ἑτέρωθι δὲ τῆς εἰκόνος, ἄλλοι ἔρωτες παίζουσιν ἐν τοῖς ὅπλοις τοῦ Ἀλεξάνδρου (δύο μὲν τὴν λόγχην αὐτοῦ φέροντες, μιμούμενοι τοὺς ἀχθοφόρους, ὁπότε δοκὸν φέροντες, βαροῖντο. ἄλλοι δὲ δύο, ἕνα τινὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος κατακείμενον, βασιλέα δῆθεν καὶ αὐτὸν σύρουσι,

70. Θάλαμος] Confer cum Philoſtrati imagine. G.

82. * Πάροχος] Ὁ ἀναβαίνων εἰς τὸ ἅρμα † ἢ τὸ ζεῦγος λέγεται. καὶ οἱ παράνυμφοι, παρὰ τὸ παροχεῖσθαι τοῖς νυμφίοις, ἐπ' ὀχήμασι γὰρ τὰς νύμφας ἦγον. V.

* Πάροχος] Ad verbum φέροντες male relatum hoc Scholion in ſedem ſuam retraxi. *J.F.R.*

† Ἢ] Vocem ἢ quae deerat, ſupplevi. *M. du S.*

75. Καλύπτραν] Ad vittam nuptialem reſpicit & ἀνακαλυπτήρια, de quibus *Langbaen.* ad Longin. 4, 10. p. 34. Toll. Itaque καλύπτραν *flammeum* reddidi. *J.M.G.*

87. Ἐν τοῖς ὅπλοις] Poterat abeſſe ἐν. Sed hic pleonaſmus ſatis frequens nonnullis fraudi fuit, ut fruſtra praepoſitionem deletam voluerint in *Dial. mort.* XXIII. Plutonis & Proteſilai, verſus fin. καθικόμενον ἐν τῇ ῥάβδῳ. At non meminerant verbor. in *Evang. Luc.* XXII. 49. Εἰ πατάξομεν ἐν μαχαίρᾳ; vel forſan hebraiſmi ſuſpecta habuere. Sed omnis aetatis Scriptores ſic locuti. *Homer.* Odyſſ. K. 385. Πρὶν λύσασθ' ἑτάρους, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἰδέσθαι. *Hippocr.* S. 2. Aph. 36. Οἱ . . . ἐν τῇσι φαρμακείῃσι . . καθαιρόμενοι. *Ariſtoph.* Plut. 487. Ἐν τοῖσι λόγοις ἀντιλέγοντες. Idem ib. 765. ἀναδῆσαι βούλομαι — σ' ἐν κριβανωτῶν ὁρμαθῷ. *Volo te circumdare, coronare* (in) *catena panum.* Noſter infra *Zeux.* c. 6. ἐν χρῷ τῇ μητρὶ προσεικασμένοι. *colore matrem referentes*, & *Philopſ.* §. 33. ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτά. *Evang. Matth.* XIII. 35. ἀνοίξω τὸ στόμα ἐν παραβολαῖς. *Lucian.* iterum de Gymnaſ. c. 19. m. περιπίπτειν τὸ πρᾶγμα ἐν τοῖς λόγοις. *Mattaire* de Dialect. p. 300. f. ex *Tzetz.* ἐν ἄορι καὶ ξίφει τέμνων. Ita & ἐπὶ modo additur, modo omittitur: *Ariſtoph.* Plut. 628. (ζῆν) ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις, prorſus ut *Ev. Luc.* IV. ἄνθρωπος οὐ ζήσεται ἐπ' ἄρτῳ μόνῳ. Sed ecce plura alia ſimilia jam dedit Cl. *Hemſterh.* ad *Dial. mort.* loco ſupra indicato, pag. hujus Edit. 429. Item *Solanus* pag. ibi praecedente. *J.F.R.*

91. Καὶ αὐτὸν] Abeſſe ſine diſpendio videri poſſunt; ſed eleganter ſic paſſim uſurpant. Ad Alexandrum nempe reſpicit. *M. du S.*

Καὶ αὐτὸν] Ad Alexandrum reſpici, quis dubitet? & αὐτὸν ſic uſurpari pleonaſtικῶς, quis neſcit? vide modo paullo ante, ὁ βασιλεὺς δὲ, αὐτὸς μὲν &c. *J.F.R.*

ρυσι, τῶν ὀχάνων τῆς ἀσπίδος ἐπειλημμένοι. εἷς δὲ ἐς τὸν θώρακα ἐσελθὼν ὕπτιον κείμενον, λοχῶντι ἔοικεν, ὡς φοβήσειεν αὐτοὺς ὁπότε κατ' αὐτὸν γένοιντο σύροντες.

Οὐ παιδιὰ δὲ ἄλλως ταῦτά ἐστιν, οὐδὲ περιείργασται ἐν αὐτοῖς ὁ Ἀετίων, ἀλλὰ δηλοῖ τοῦ Ἀλεξάνδρου καὶ τὸν ἐς τὰ πολεμικὰ ἔρωτα. καὶ ὅτι ἅμα καὶ Ῥωξάνης ἤρα, καὶ τῶν ὅπλων οὐκ ἐπελέληστο. πλὴν ἀλλ' ἥ γε εἰκὼν αὐτή, καὶ ἄλλως γαμήλιόν τι ἐπὶ τῆς ἀληθείας διεφάνη ἔχουσα, προμνηστευσαμένη τῷ Ἀετίωνι τὴν τοῦ Προξενίδου θυγατέρα. καὶ ἀπῆλθε γήμας καὶ αὐτός, πάρεργον τῶν Ἀλεξάνδρου γάμων, ὑπὸ νυμφαγωγῷ τῷ βασιλεῖ, μισθὸν εἰκασμένου γάμου, προσλαβὼν ἀληθῆ γάμον.

Ἡρόδοτος μὲν οὖν (ἐπάνειμι γὰρ ἐπ' ἐκεῖνον) ἱκανὴν τὴν Ὀλυμπίων τῶν πανήγυριν ἡγεῖτο, καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς [a νίκας] διεξιόντα, ὡς ἐκεῖνος διεξῆλθεν. ἐγὼ δέ, καὶ πρὸς Φιλίου, μή με κορυβαντιᾶν ὑπολάβητε, μηδὲ

ru trahunt, comprehenſis clypei anſis. Unus autem in loricam, quae ſupina jacet, ingreſſus, inſidianti ſimilis eſt, qui perterreat illos, ſi forte inter trahendum ad ſe deferantur.

6. Caeterum non luſus iſta ſunt, neque temere in illis operam abuſus eſt Aëtion, ſed indicant amorem Alexandri etiam adverſus res bellicas, eumque cum Roxanem amaret, armorum non eſſe oblitum. Caeterum ipſa quoque tabula haec nuptiale quiddam revera habere apparuit, nempe quae conciliaverit Aëtioni Pro[illegible]ae filiam: diſceſſitque *pictor*, nuptiis & ipſe celebratis, quae parergon eſſent, *& appendicula quaſi* nuptiarum Alexandri; conciliatore atque deductore ſponſae ipſo rege, mercedis aſſimilatarum nuptiarum corollarium nactus veras nuptias.

7. Herodotus igitur, ad hunc enim redeo, aptum judicabat Olympiorum concilium, quod etiam hiſtoricum admirabilem redderet Graecis, qui quidem ita, ut ab ipſo factum eſt, (victorias) Graecas enarraſſet. Ego vero, & per amicitiarum vos praeſidem *Jovem obteſtor*, ne inſanire me putetis, aut mea illius ſcriptis comparare, ſic vir

a Νίκας] Deeſt in Edd. omnibus. Neque Cod. memoratur, qui habeat.

92. Ὀχάνων] * *Λῶρων, ἱμάντων σημαίνει δὲ καὶ τὰς ἐξοχάς. V.*

* Λώρων] Hic pro *loris, habenis*, de qua & aliis vocabuli λῶρος ſignificatt. meretur videri *du Cange* in Gloſſar. Graeco Barbaro. *J.F.R.*

92. Ὀχάνων] Ὄχανον ὁ τῆς ἀσπίδος πόρπαξ. *Heſych.* & Interp. *Ariſtoph.* ad Equit. *J.B.*

99. Τῶν ὅπλων] Quin illud indicat pictura, eam eſſe vim amoris, ut ex armatis etiam ludos ſibi faciat &c. *J.M.G.*

5. Πάρεργον] Qui ſuavitatem hujus loci ſentire velit, illum quae ſint πάρεργα pictorum cogitare oportet, deſcripta ſatis a *Junio* 3, 7, 12. ac illud προσλαβὼν, quod notat, praeter ordinariam operis mercedem accipere aliquid inſtar corollarii. Rex conciliator & deductor ſponſae ſeu veteri verbo *domiducus* eſt pictus Alexander. *J.M.G.*

10. Ἱκανὴν τῶν Ὀλυμπίων τὴν πανήγυριν ἡγεῖτο καὶ συγγραφέα θαυμαστὸν δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι] Verti videas ab

97. Περιείργασται] † *Περιγέγεται, κατεσκεύασται. περισσὸν ποιεῖ. V.*

† Περιγίνεται] Corrupta haec. Ego novum Scholium eſſe puto; Λοχῶντι] Καλασκόπῳ ubi pro λοχῶντι, γένοιντο, mox eam vocem ſequens, ſcripſerit. *M. du S.*

Benedicto, *Olympiorum celebritatem idoneam ducebat ad fidem Græcis faciendam admiratione dignum eſſe ſcriptorem*: Ab aliis, *ſatis ſuperque ſufficere Olympiorum ludos ad faciendam fidem Græcis, eum ſcriptorem eſſe admiratione non indignum.* At quid de illa fide in Græcis? utrum ea reſidet in ἱκανὸς an in δεῖξαι? Immo *celebritatem Olympiacam ſufficere* & valere *etiam ad ſcriptorem admirabilem oſtendendum Græcis*, quoniam videlicet hactenus alia ludicra illic ſolita erant ἀγωνίσματα, non hiſtoriarum ſcriptio. *J.G.*

11. Δεῖξαι τοῖς Ἕλλησι τὰς Ἑλληνικὰς διεξιόντα] Τὰς Ἑλληνικὰς νίκας διεξιόντα. *Th.M.*

12. Τὰς Ἑλληνικὰς] Τὸ πράξεις hic deſiderari videtur. *J.G.*

Ibid.

vir ille mihi faveat! Ego *igitur* illud certe ſimile viri illius accidere mihi confirmo, *quod jam declarabo.* Cum enim primum in Macedoniam peregrinatum veniſſem, apud animum meum conſiderabam, quomodo me tractarem. Et cupiebam ſane innoteſcere omnibus, & quam plurimis Macedonum, quid eſſem oſtendere: circuire autem ipſum, id anni, & cum civitate unaquaque agere, non facile videbatur: ſi vero hunc veſtrum conventum obſervarem, ac tum progreſſus in medium dicen[illegible]ultatem oſtenderem, ſic *ſperabam* votu[illegible]eum recte eventurum.

στάμα εἰκάζειν τοῖς ἐκείνου· ἵλεως ὁ ἀνήρ· ἀλλὰ τοῦτό γε ὅμοιον παθεῖν φημι αὐτῷ. ὅτε γὰρ τὸ πρῶτον ἐπεδήμησα τῇ Μακεδονίᾳ, πρὸς ἐμαυτὸν ἐσκοπούμην, ὅτι μοι χρηστέον τῷ πράγματι. καὶ ὁ μὲν ἔρως οὗτος ἦν ἅπασι γνωσθῆναι, καὶ ὅτι πλείστοις Μακεδόνων δεῖξαι τἀμά. τὸ δ᾽ αὐτὸν περιιόντα τηνικαῦτα τοῦ ἔτους ξυγγίγνεσθαι πόλει ἑκάστῃ, οὐκ εὐμαρὲς ἐφαίνετο. εἰ δὲ τηρήσαιμι τὴν δὲ ὑμῶν τὴν σύνοδον, εἶτα παρελθὼν ἐς μέσον δείξαιμι τὸν λόγον, ἐς δέον οὕτως ἀποβήσεσθαί μοι τὰ τῆς εὐχῆς.

8. Jam igitur & ipſi conveniſtis, quidquid in unaquaque civitate praeſtantiſſimum eſt, caput ipſum *& flos* omnium Macedonum: & ſuſcepit vos urbs praeſtantiſſima, non illa Piſae ſimilis, per Jovem, neque anguſtiis illis, & tabernaculis, & caſis, & aeſtui. Porro qui huc convenere, non faex populi, athletarum ſpectacula praeferentes plerique, & obiter tantum audiendum putantes Herodotum: ſed Rhetorum, & Hiſtoricorum, & Sophiſtarum

Αὐτοί τε οὖν ἤδη συνεληλύθατε, [b] ὅ, τι περ ὄφελος ἐξ ἑκάστης πόλεως, αὐτὸ δὴ τὸ κεφάλαιον Μακεδόνων ἁπάντων· καὶ ὑποδέχεται πόλις ἡ ἀρίστη οὖσα οὐ κατὰ Πίσαν, μὰ Δί᾽, οὐδὲ τὴν ἐκεῖθι στενοχωρίαν, καὶ σκηνάς, καὶ καλύβας, καὶ πνῖγος. οἵ τε αὖ πανηγυρισταί, οὐ συρφετώδης ὄχλος, ἀθλητῶν [c] δὲ μᾶλλον φιλοθεάμονες, ἐν παρέργῳ οἱ πολλοὶ τὸν Ἡρόδοτον τιθέμενοι, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατα-

b Ὅ, τι] Ὅτι Edd. Sed correxi ex conjectura. c Δὲ] Abeſt a Fl. Adeſt in *J. H. P.* &c.

28. Ὅτι περ ὄφελος] Ἀντὶ τοῦ, οἱ μέγιστοι καὶ ‡ ἀξιωφιλιμώτατοι. *V.*

‡ Ἀξιωφιλιμώτατοι] Monſtrum hoc vocabuli; retinendum tamen; donec aliud ſcripſiſſe ex Cod. pateat. Extat etiam in C. *M. du S.*

Ibid. Νίκας] Ex *Marcilii* conjectura, quam firmat locus Luciani Σύγγρ. c. 54. *M. du S.*

Τὰς Ἑλληνικὰς] Potius cum *Marcil.* & *Solano* νίκας addendum credo, ut Noſtrum alibi locutum recte notat. Non tamen ideo ſtatim in contextum, ut ille jubet, inſero, donec ex Cod. probetur; ideoque uncinulis ſecluſi. *J. F. R.*

28. Ὅτι περ ὄφελος] Recte ibi *Opſop.* nam ὅτι περ ὄφελος dictum ἀντὶ οἱ μεγάλοι οἱ μέγιστοι καὶ ἀξιολογώτατοι. *J. B.*

Ὅ, τι περ ὄφ.] Illuſtrat hanc formulam *Kuſter.* ad *Ariſtoph.* Ἐκκλησ. 53. *J. M. G.*

31. Ἡ ἀρίστη] Comma poſt ἀρίστη quod in Edd. erat, ſuſtuli, quia ſenſus id poſtulat, ut quilibet facile videt. *J. F. R.*

32. Σκηνὰς καὶ καλύβας καὶ πνῖγος] Voces interpretatus ſum alibi: rem tangit *Suet. Jul.* c. 39. *Ad qua omnia ſpectacula tantum undique confluxit hominum, ut plerique advena aut inter vicos, aut inter vias tabernaculis poſitis manerent, ac ſape pra turba, eliſi exanimatique ſint plurimi, & in his duo Senatores.* *J. B.*

Σκηνὰς καὶ καλύβας] Itaque ἀνὴρ Χῖος apud *Ælian.* V. H. 14, 18. ὀργιζόμενος τῷ οἰκέτῃ, ἐγώ σε, ἔφη, οὐκ εἰς μύλωνα ἐμβαλῶ, ἀλλ᾽ εἰς Ὀλυμπίαν ἄξω. *J. M. G.*

36. Ἀλλὰ ῥητόρων ..] Graeca laborant prava diſtinctione. Sic n. haec verba interpungenda: non convenit huc vilis plebs, ἀλλὰ ῥητόρων τε καὶ συγγραφέων καὶ σοφιστῶν οἱ δοκιμώτατοι, ὥστε οὐ μικρὸν ἤδη μὴ τὸ ἡμῶν παραπολὺ ἐνδοξότερον φαίνηται τῶν Ὀλυμπίων. Sic quoque legiſſe videtur Obſopoeus, qui hunc locum bene vertit. *J. G. G.*

Ἀλλὰ ῥητόρων ... οἱ δοκιμώτατοι] Ut Cl. *Graevius* interpungit, ſic Ed. *Par.* jam habebat. *J. F. R.*

ταῖσι· [a] ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη, μὴ τοὐμὸν παραπολὺ ἐνδεέστερον φαίνηται τῆς Ὀλυμπίασιν. ἀλλ' ἢν μὲν ὑμεῖς Πολυδάμαντι, ἢ Γλαύκῳ, ἢ Μίλωνι [b] παραθεωρῆτέ με, κομιδῇ ὑμῖν δόξω θρασὺς ἄνθρωπος εἶναι. ἢν δὲ πολὺ ἐκείνων ἀπαγαγόντες τὴν μνήμην, [c] ἐπ' ἐμαυτοῦ μόνον ἀποδύσαντες ἴδητε, τάχ' ἂν οὐ πάνυ μαστιγώσιμος ὑμῖν δόξαιμι, ὡς ἐν γε τηλικούτῳ σταδίῳ, ἱκανὸν ἐμοί γ' οὖν καὶ τοῦτο.

probatiſſimi. Ferme parum jam *laboro*, ne mea haec conditio multum inferior videatur Olympiis. Verum ſi quidem ad Polydamantem *aliquem*, aut Glaucum, aut Milonem me inter ſpectandum comparaveritis, oppido vobis audax videbor homo eſſe. Sin vero memoria longe ab illis abducta, per me ſolum me exutum ſpectaveritis, forte non omnino flagris dignus vobis videar, in tali quidem ſtadio: ſatis mihi quidem & hoc fuerit.

ΖΕΥΞΙΣ, Η ΑΝΤΙΟΧΟΣ.

ZEUXIS AUT ANTIOCHUS.

Ἔναγχος ἐγὼ μὲν ὑμῖν δείξας τὸν λόγον, ἀπῄειν οἴκαδε. προσιόντες δέ μοι τῶν ἀκηκοότων πολλοὶ (κωλύει γὰρ οὐδὲν, οἶμαι, καὶ τὰ τοιαῦτα πρὸς φίλους ἤδη ὄντας ὑμᾶς λέγειν.) προσιόντες οὖν ἐδεξιοῦντο, καὶ θαυμάζο-

1 Nuper cum dicendi vobis facultatem, *recitata oratione* oſtendiſſem, domum abibam. Accedentes vero ad me auditorum multi, (Nihil enim puto prohibet talia quoque apud vos amicos jam meos dicere) accedentes igitur complectebantur me,

a Ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη] Ὡς οὐ μ. δίος. *Pell.* Sed vulg. ſervant *J.* Fl. *P.* Vid. *Dial.* ſeq. c. 3. b Παραθεωρῆτε] Π . . . εῖτε *Th. M.* Παραθεωρῇτε *B2.* cum jota ſubſcripto. Ceterae vulgatum tuentur. c Ἐπ' ἐμαυτοῦ] Sic L. Ἐφ' αὐτοῦ *J.* Fl. *H.* Ἐφ' αὐτοῦ male *P. S. A.* Ἐπ' αὐτοῦ nota *Gron.*

41. Παραθεωρῆτε με] Ἀντὶ τοῦ * συγκρίνετε, ἐξετάζετε. *V.*

* Συγκρίνετε] Συγκρίνατε Edit. *Cler.* Συγκρίνατε V. Exc. & Coll. Ego συγκρίναιτε, ἐξετάζοιτε, legendum cenſeo. *M. du S.*

38. Ὅσον οὐ μικρὸν ἤδη] Haec nemo, credo, intelligat. Corrupta itaque verba pronuntio; neque tamen quomodo reſtitui poſſint, adhuc liquet. Dicere debuit. *Parum ergo abeſt quin ad Olympicorum celebritatem accedant haec.* *M. du S.*

Ἔπαυσε] Etſi tantum non ſemper cum participio conſtrui amat hoc verbum, tamen hoc loco participium vix conveniens eſſet. Et cum παύω quoque conſtruatur cum genitivo ſubſtantivi, quid prohibet etiam dicere παύειν τοῦ νοσεῖν aeque ac παύειν τοῦ πόνου. Nec deſunt tamen exempla infinitivi, ut *Galen.* ad Hippocr. Prognoſt. pag. 151. verſ. 29. (monente *Foëſio* in Oecon. Hippocr.) ubi ſcribit *Galenus*: τὸ ἀφανισθῆναί τινα τῶν παρὰ φύσιν ὄγκων εἰπὼν, οὐ ταυτὸν σημαίνει τῷ παύσασθαι φῆναι. Nec tamen ἐποίησε improbem. *J.F.R.*

34. Ἀθηναῖος ἰατρός] Dico alibi. *J.B.*

39. Ἐφαίνετο ἔτι] In Scytha; Καὶ εὑρέθη, κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθεὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα & quae ſequuntur. Diſtingue, πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα. *quamquam non integra nunc extet, & maxime.* *J.G.G.*

Ἐφαίνετο ἔτι] *Meurſ.* AG. IV. 1010. In W. poſt ἔτι punctum eſt. In reliquis cum ſequentibus jungitur. *M. du S.*

Ἐφαίνετο ἔτι] Diſtinctio quam Cl. *Graev.* poſt ἔτι fieri voluit, jam aderat in Pariſina, niſi quod pro commate punctum minus exſtabat, quod itaque intactum reliqui. *J.F.R.*

49. Πο-

ἀλλ᾽ ἐστεπταί γε ἀεὶ, καὶ φασὶ, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ, καὶ, μὰ τὸν Δί᾽, οὐδὲν ἄπιστον, ὃς ὅλην ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν.

Ἀλλὰ γὰρ οὗπερ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, ἄρτι καταπεπλευκὼς, ἀνῄει ἐκ Πειραιῶς, οἷα δὴ ξένος, καὶ βάρβαρος, οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλὰ, οὐκ ἔχων ὅ, τι χρήσαιτο ἑαυτῷ. καὶ γὰρ συνίει καταγελώμενος [a] παρὰ τῶν ὁρώντων ἐπὶ τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωσσον οὐδένα εὕρισκε, καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδέδοκτο, ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας, ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν· καὶ [b] πλοίου ἐπιβάντα, πλεῖν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου, ὅθεν οὐ πολλὴ [c] ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. οὕτως

Veruntamen coronata ſemper eſt, & ajunt febri laborantes quosdam illius ope eſſe liberatos: neque profecto incredibile, qui totam olim urbem ſanaverit.

3. Verum enim vero, cujus rei cauſſa mentionem illius injeci, ſuperſtes erat Toxaris, cum Anacharſis navigatione modo finita, a Piraeeo adſcendit, tanquam peregrinus & barbarus non mediocriter adhuc turbatus animo, ignarus omnium, ſtrepitum ſaepe quemvis exhorreſcens, de ſe quid faceret, neſcius: ſentiebat enim deriderì ſe ob habitum & arma; & linguae ſuae peritum inveniebat neminem: & in univerſum viae ipſum jam poenitentia ſubibat, decretumque ipſi erat, viſis modo Athenis, retro legere veſtigia, conſcenſoque navigio, navigare rurſus in Boſporum, unde via ſibi non longa domum ad Scythas ſuos futura eſſet. Ita affecto Ana-

a Παρὰ] Sic *J. H.* Fl. *P. S.* Ὑπὸ L. Ἐπὶ W. *b* Πλοίου] Sic Edd. *J. H.* Fl. *P.* Πλοίῳ W. *c* Ὁδὸς ἔμελλεν αὐτῷ] Inverſo ordine W. ἐμ. αὐτ. ὀδ.

57. Ψοφοδεὴς] Τοὺς ψόφους φοβούμενος, τουτέστι δειλός. *V.*

49. Πυρεταίνοντας] Infra tamen πυρέττειν pro πυρεταίνειν quatuor Codd. habent; vid. Tom. alter. Dial. I. *quom. hiſtor.* c. 1. Hic vero nihil variationis invenio; quare, cum utrumque rectum ſit, nihil quoque hic immuto. *J. F. R.*

50. Τινὰς ἤδη] Ubi dicitur de Toxaride, Καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας, ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ. At potius ita diſtinguendum, καί φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη, πεπαῦσθαι ἀπ᾽ αὐτοῦ, *& ajunt, quosdam, febri jam correptos, ab eo liberatos eſſe.* Certe puriſſima illa Florentina editio caret diſtinctione poſt τινας. Non ſemel hic libellus prava diſtinctione corruptus eſt ſive a librariis, ſive editoribus. Sic paullo ſupra pulchre vidit *Graevius*, V. Cl. legendum, καὶ εὑρέθη κεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος, τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθεὶς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι· καὶ μάλιστα ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο. *Ac inventus illic eſt ſepultus Toxaris, cum ex inſcriptione, licet ea non amplius exſtaret integra, cognitus, tum vel maxime quod in monumento* VIR SCYTHA *inciſum erat.* ubi vulgo male, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο. ἔτι καὶ μάλιστα, &c. Sic c. XI. a prava interpunctione male ſe habent haec, Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς, καὶ πατήρ. ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς. ὁ δὲ, υἱός. καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος. Sed legendum, ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα ἀπάξεταί σε. *Atque ut impenſius mireris, unius ejusdemque ſunt familiae, filius & pater: hic quidem ſi Solonem, aut Periclem, aut Ariſtidem animo verſas* (h. e. Pater talis cenſendus eſt, qualis fuit vel Solon, vel Pericles, &c.) *Filius vero ſimul ac videris eum, te abripiet; adeo magnus eſt, & eximia quadam forma decorus: qui ſi tantummodo vocem ediderit, abibit te auribus revinctum.* Atque ita recte habet editio Florentina. *J. F.*

Τινὰς ἤδη] Male Solan. punctum poſt ἤδη collocaverat. In *Pariſina* comma erat, reliqua nihil diſtinctionis habet Fl. & *Obſopoeus* quoque concluſo ſuo verterat, *Ajuntque nonnullos febre laborantes jam ab illo ſublevatos eſſe.* Quod cum recte ſe habeat, *Voſſium* quidem ſecutus ſum in tollenda poſt τινὰς diſtinctione; nec tamen novam poſt ἤδη addidi, quia non opus eſt. *J. F. R.*

60. Παρὰ] Ex ſolo Cod. L. *Solanus* ὑπὸ legi voluit, ut in marg. *Junt.* inquit. Sed id non adeo neceſſarium puto, quin παρὰ, etſi alibi non idem ſit quod ὑπὸ, hic tamen non ſit ineptum. Παρά τινος enim ſaepe ſignificare *a parte illius*, ſive quod proficiſci-

Anacharſidi, obviam in ipſo Ceramico fit bonus aliquis, revera, genius, Toxaris. Ac primo quidem habitus illum invitabat, patrius qui eſſet: deinde non difficulter debebat ipſum quoque noſſe Anacharſin, generis nobiliſſimi virum, & Scytharum e principibus. Anacharſis autem unde illum agnoſceret popularem ſuum eſſe, Graece veſtitum, raſum genas, non cinctum, ſine ferro, jam affabilem, indigenarum jam unum Atticorum? adeo ab ipſo jam tempore immutatus fuerat.

ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι, ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς, ὡς ἀληθῶς, ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ. καὶ τὸ μὲν πρῶτον, ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο, πατριῶτις οὖσα· εἶτα μέντοι οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν, ἅτε γένους [d] τοῦ δοκιμωτάτου ὄντα, καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. ὁ Ἀνάχαρσις δὲ, πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον, [e] ὑποξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, αὐτῶν τῶν Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μετεπεποίητο ὑπὸ τοῦ χρόνου.

4. Sed Scythice ipſum allocutus Toxaris, *Non tu*, inquit, *Anacharſis es Dauceti filius?* Lacrumari prae gaudio Anacharſis, quod & linguae ſuae peritum inveniſſet aliquem, eumque gnarum, quis ipſe eſſet inter Scythas; atque rogare, *Tu ve-*

Ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, Οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ὢν τυγχάνεις, ὁ Δαυκέτου; ἐδάκρυσεν ὑφ᾽ ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον [f] εἰδότα ὅστις ἦν ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο,

d Τοῦ δοκιμωτάτου] Τῶν δοκιμωτάτων *Angl.* P. & L. At vulgatum tuentur Edd. omnes & M. e Ὑποξυρημένον] Sic Edd. vett. & recentt. Ἐν χρῷ κεκαρμένον W. f Εἰδότα] Ἰδόντα W. Nihil mutant Edd.

69. Κεραμεικῷ] Τόπῳ. *V.*

70. Ἐπεσπάσατο] Allexit. *G.*

ciſcitur ab aliquo, non ſolum Cl. *Periz.* ad *Aelian.* aliique oſtenderunt; verum & paſſivis adjungitur, ut in Euang. *Lucae* I. 45. τοῖς λελαλημένοις παρὰ κυρίου, ubi & ὑπὸ locum habuiſſet. *J.F.R.*

63. Ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν] Gallice ſimiliter dicimus, *retourner ſur ſes pas.* *AE.M.*

Ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν] Eandem Gallicam phraſin quoque ad hunc locum in *F. Gujet.* notis reperio. Et ſaepe alibi hi duo notant eadem. An igitur *Mena-* ... nunc compil... ? Hoc loco non arbitror; nam facile ejuſmodi cogitatio utrumque potuit ſubire. Interdu... ...en non abeſt ſuſpicio. *J.F.R.*

69. Κεραμεικῷ] Conf. ſupra Ἀναχ. c. 13. *M. du S.*

72. Τοῦ δοκιμωτάτου] Angl. Cod. τῶν δοκιμωτάτων. *J.B.*

Τοῦ δοκιμωτάτου] Non moveo vulgatam; interim credo lectionem Codd. numerum plural. exprimentium eſſe potiorem, quam ſi receperis, quidni tum etiam pro γένους legas, γένος, ut ſit γένος τῶν δοκιμωτάτων. i. e. *quantum ad genus, erat ex probatiſſimis*, i. e. *dignitate conſpicuis*, formula loquendi in ejuſmodi narratione uſitatiſſima. *J.F.R.*

73. Ὁ Ἀνάχαρσις] Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον. Verte: *Anacharſis autem unde cognoviſſet Toxarin popularem ſuum eſſe, qui Graeco more veſtitus incedebat.* deinde, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον. verte *ſine ferro, & jam lepidum*, ſeu *elegantem, in alloquio blandum*, quales erant Attici; non *facundum*, ut interpres. conſuetudine Graecorum depoſuerat Toxaris illam auſteritatem & triſtitiam frontis & oris, quae Scythis propria erat, unde dicitur, σκυθρωπία. ἀσίδηρον autem dixit Toxarin fuiſſe, quia Scythae ſemper ferro ſuccincti erant: Toxaris vero Graecorum mores induerat, & palliatus incedebat, ſine acinace. *J.G.G.*

74. Ἔγνω] Plura ejuſmodi in quibus interpretes lapſi ſunt, indicativum retinentes in verſione, cum ſubjunctivum expreſſiſſe oportuiſſet, dedit Cl. *Jenſ.* in Lectr. Lucian. p. 30. *J.F.R.*

75. Ἐσταλμένον] De habitu, ornatu, etiam *Dion. Hal.* Antiq. V. p. Ed. *Lipſ.* 309. verſ. 8. ἐξιέναι αὐτοὺς — κούφῃ ἐσταλμένους ὁπλίσει. i. e. *levi armatura inſtructos.* Et L. XI. p. 707. 18. ἀνδρῶν — ἐσταλμένων ὁπλίσει. Noſter iterum c. 5. hujus *Dialogi.* οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον. *J.F.R.*

Ibid. Ὑποξυρημένον] Id verbum recte ſe habere, vid. ſupra *Tim.* c. 14. ex diviſione *Solani*, quod jam erit cap. proximum, vel tertium ab eo. Item *Dial. mort.* IX. *SIMYL.* & *POLYSTR.* f. ubi ὑπεξυρημένος τὸ γένειον. quae loca monente eodem contuli. *J.F.R.*

81. Ὁ Δαυκέτου] Unde habeat incertum; certe Gnuri filium faciunt *Herod.* IV. p. 155. *Diog. Laërt.* I. p. 26. & *Suidas.* *M. du S.*

87. Κατ᾽

το, σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς, ὦ ξένε; καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι κατ' αὐτό. μῶν, ἔφη, ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὥς τις Τόξαρις ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος, ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ, καὶ παιδία νεογνὰ, οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας, καὶ νῦν [a] διατρίβοι κεῖθι, τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων; ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις κἀμοῦ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν. οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας, ἥκω σοι, μυρία παθὼν ἐν τοῖς διὰ μέσου [b] ἔθνεσι. καὶ εἴγε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωστο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατιέναι, οὕτως ἐτετάραγμαι, ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν· ἀλλὰ πρὸς ἀκινάκου, καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, παραλαβὼν ξενάγησον, καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς ἀρίστους, καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους, καὶ ἔθη, καὶ πανηγύρεις, καὶ βίον αὐτῶν, καὶ πολιτείαν, δι' ἅπερ σύ τε, κἀγὼ μετὰ σὲ, τοσαύτην ὁδὸν ἤκομεν,

ro, Hoſpes, unde noſti nos? Et ipſe, inquit, *inde ſum, e vobis, Toxaris mihi nomen, non e nobilibus, ut eo tibi notus ſim. Numquid,* inquit, *ille tu Toxaris es, de quo audivi ego, Toxarin quendam Graeciae amore, uxore relicta in Scythia & parvis pueris, Athenas abiiſſe, & nunc ibi vivere, & in honore eſſe apud optimos quosque? Ille ipſe,* inquit, *ego ſum, ſi quis de me adhuc ſermo apud vos eſt.* Tum, *Noris ergo,* inquit Anacharſis, *diſcipulum me tuum factum eſſe, & aemulum amoris, quo flagrabas, videndae Graeciae. Hujus negotii ſtudio profectus venio tibi ſexcenta perpeſſus mala ab interjectis gentibus. Ac niſi in te incidiſſem, decretum jam erat, ante ſolis occaſum retro rurſus deſcendere ad navim, adeo perturbatus ſum, cum peregrina & ignota mihi viderem omnia. Sed per* ego te *acinacem, & Zamolxin, patria numina,* obſecro, *tu me, Toxari, adſumtum tanquam peregrinum circumducito, & ea, quae Athenis pulcherrima ſunt, oſtendito, tum & reliqua in Graecia, leges optimas, viros praeſtantiſſimos, mores, celebritates, vivendi rationem & adminiſtrandae reipublicae, propter quae & tu, & poſt te ego, tantum itineris fecimus; ne-*

a Διατρίβοι] Sic W. Διατρίβει Edd. b Ἔθνεσι] Sic Edd. Ἔθνεσιν W.

87. Κατ' αὐτὸ] Καὶ αὐτὸς ἔφη ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἂν σοι κατ' αὐτό. Cur in Latinis verſionibus praeteritum κατ' αὐτὸ? Videtur ſignificare *pariter. Non ſum ex illuſtribus natus, ut ego tibi notus ſim pariter*, ſicut tu mihi. εἰς αὐτὸ & κατ' αὐτὸ ſaepe eſt *pariter, ſimul.* *J.G.G.*

Κατ' αὐτὸ] Notaverat Cl. *Hemſterh.* in marg. videndum *L. Bos* ad L. E. I. 18. Is igitur ad Evang. *Lucae* l. d. haec habet: Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο; (ait Evangeliſta. Reperitur haec locutio apud LXX. Intt. *Geneſ.* XV. 8. Subaudiendum in κατὰ τί vocabulum σημεῖον, ut ſit: *ex quo ſigno?* Apud Lucianum ſimili ellipſi occurrit, ἐγνῶσθαι κατ' αὐτὸ in *Scytha* h. l. In Latinis verſionibus praeteritum eſſe illud κατ' αὐτὸ, notavit Eruditiſſimus *Graevius*, reddens id *pariter.* Si mihi vel tantillum a tanti judicii Viro diſcedere liceret, verterem: *ex* [illegible] *luſtribus natus, ut* [illegible] le. Sic fere *Dionyſ. Hal.* [illegible] verſ. 4. Ed. *Lipſ.* [illegible] ἐοικέναι τῇ Θουκυδίδου [illegible] τα διαφέρειν τῶν ἄλλων [illegible] vertasne *ex, ſecundum* [illegible] *Dion. Hal.* antiq. [illegible] ται μάλιστ' αἰτίαι ubi, *ex qua cauſa* [illegible] *dum* quam cauſſam verteris, non multum intererit. *J.F.R.*

91. Διατρίβοι] Sic ſolus noſtrorum Codicum W. melius quam quod in aliis eſt, Διατρίβει. *M. du S.*

93. Οὐκοῦν, ἦδ'] Οὐκοῦν, ἦδ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον, καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος. *Proinde, inquit Anacharſis, ſcias factum me diſcipulum tuum, tuique amoris aemulum.* Hic etiam in interpre-

neque patere me his non viſis domum redire.

5. *Illud quidem*, inquit Toxaris, *minime pro amatore dicebas, te ad ipſas cum januas veniſſes, abitum paraſſe. Verum bono es animo. neque enim, ut ajebas, abieris, neque te ita facile urbs haec dimiſerit, neque pauca adeo habet pro hoſpitibus delinimenta: ſed valide te complectetur, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, ſi qui tibi jam ſint, memoriam ſerväturus ſit. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Graeciam potius totam, & bona Graecorum ac pulchra, ego tibi ſubjiciam. Eſt hic vir ſapiens, indigena ille quidem, ſed multum per Aſiam & Aegyptum peregrinatus, & verſatus cum hominibus praeſtantiſſimis, caeterum non divitum unus, ſed oppido pauper; videbis ſenem ita*, ut me, *plebeium in morem veſtitum. verum propter ſapientiam virtutemque aliam, maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo ad conſtituendam civitatem utantur, & ſecundum illius praecepta vivere velint. Hunc ſi amicum tibi conciliaveris, & quantus vir ſit didiceris, totam te in illo Graeciam habere putato, & ſummam jam noſſe bonorum quae hic ſunt. Itaque non eſt quod majus*

καὶ μὴ περιΐδῃς ἀθέατον αὐτῶν [c] ἀναστρέψαντα.

Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα, οἴχεσθαι ἀπιόντα· πλὴν ἀλλὰ θάῤῥει· οὐ γὰρ ἂν, ὡς φὴς, [d] ἀπέλθῃς, οὐδ᾽ ἂν ἀφίῃ σε ῥᾳδίως ἡ πόλις, οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιλήψεταί σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι, μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι· ὡς δ᾽ ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην, καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν, καὶ ἐς Αἴγυπτον, καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα, οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὄψει γέροντα οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον· πλὴν διά γε τὴν σοφίαν, καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν, πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν, καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προστάγματα βιοῦν. εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο, καὶ μάθοις οἷος ἀνήρ ἐστι, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ ἔχειν, καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῶν τῇδε ἀγαθῶν, ὡς οὐκ ἔστιν ὅ, τι ἂν μεῖζόν σοι

c Ἀναστρέψαντα] Ita dedi ex W. & L. Ἀναστρίφαντα enim Edd. omnes. d Ἀπέλθῃς] Ἀπέλθοις W. Nihil vulgatum mutant J. Fl. H. P.

17. Θέλγητρα] Θέλγητρα, * τὰ εἰς ἡδονὴν ἄγοντα, καὶ εὐφροσύνην, καὶ ἀπάτην. V.

28. Δημοτικ ἐ.] Nota frugi hominem. G.

* Τὴν] Articulum in Edit. omiſſum ſupplevit M. du S.

pretatione ὅς omiſſum, nec poterat verti, niſi diſtinctio apponatur. οὐκοῦν, ἦδ᾽ ὅς, ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου. *Ergo, inſit ille, Anarcharſis ſcilicet, ſcito me tuum diſcipulum eſſe, & aemulatorem tui amoris.* Sic paullo poſt, pag. ſeq. Εὐφήμει, ἦ δ᾽ ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ. *Bona verba quaeſo, inquit ille, rem gratiſſimam me ei facturum puto.* Nihil apud Platonem crebrius, quam ἦδ᾽ ὅς, *inquit ille.* Paullo poſt κατὰ δαίμονα male vertitur *forte quadam*, cum ſit *bona fortuna, bonis avibus.* *J. G. G.*

3. Ἀκινάκου] Vide Tox. c. 38. *M. du S.*

11. Ἀναστρεψ.] Sic W. & L. Reliqui libri ἀναστρίφ. *M. du S.*

23. Σοφὸς] Solonem intelligit, cujus ætate tradunt hiſtorici Athenas appuliſſe Anacharſidem. Vid. *Plut.* in Solone. *M. du S.*

28. Δημοτικῶς ἐσταλμένον] Vid. ſupr. c. 4. *J. F. R.*

σοι καλὸν χαρίσασθαι δυναίμην, ἢ συστήσας ἐκείνῳ.

Μὴ τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνάχαρσις, ἀλλά με λαβὼν, ἄγε παρ' αὐτόν· ἀτὰρ ἐκεῖνο δέδια, μὴ [a] δυσπρόσοδος, καὶ ἐν παρέργῳ θῆταί σου τὴν ἔντευξιν ὑπὲρ [b] ἡμῶν. εὐφήμει, ἦδ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ μέγιστα χαριεῖσθαί μοι δοκῶ, ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς ἐς ξένον ἄνδρα εὐποιΐας· ἕπου μόνον, εἴσῃ γὰρ ὅση [c] περὶ τοὺς ξένους ἡ αἰδὼς, καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια, καὶ χρηστότης. μᾶλλον δὲ κατὰ δαίμονα οὗτος αὐτὸς ἡμῖν πρόσεισιν, ὁ ἐπὶ συννοίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ, καὶ ἅμα προσειπὼν τὸν Σόλωνα, τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγιστον ἥκω ἄγων, ξένον ἄνδρα, φιλίας δεόμενον.

Σκύθης δέ ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν εὐπατριδῶν, καὶ ὅμως τἀκεῖ πάντα ἀφεὶς, ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν, καὶ τὰ κάλλιστα ὀψόμενος τῆς Ἑλλάδος, κἀγὼ ἐπίτομόν τινα ταύτην ἐξεῦρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι πάντα, καὶ γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δ' ἦν σοι προσαγαγεῖν αὐτόν. εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα, οὕτω ποιήσεις, καὶ προξενήσεις αὐτοῦ, καὶ πολίτην γνήσιον ἀποφανεῖς τῆς Ἑλ-

tibi donare bonum poſſim, quam illi ſi te commendem.

6. Ne igitur cunctemur, Toxari, inquit Anacharſis, *ſed prehenſum me ad ipſum deduc. verum illud timeo, ne difficiles acceſſus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba!* inquit, *quin maxime illum affecturus videor, ſubminiſtranda illi beneficentiae in hoſpitem occaſione. Sequere modo, ſcies enim quantus ſit illius circa peregrinos pudor; & reliqua aequitas, & benignitas. Quin divinitus ille ipſe ad nos accedit, cogitabundus ille, ille ſecum ipſe loquens,* & ſimul Solonem allocutus, *Hunc tibi,* inquit, *donum maximum adduco, peregrinum hominem, indigentem amicitiae.*

7. Scytha autem eſt, generoſus apud nos, & tamen relictis, quae ibi ſunt omnibus, huc venit, ut vobiſcum verſetur, ut ea quae pulcherrima ſunt in Graecia, videat, ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facile & ipſe diſcat omnia, & innoteſcat praeſtantiſſimis; haec vero in eo inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, & tanquam publico illum hoſpitio accipies, & germanum Graeciae civem ef-

a Δυσπρόσοδος] Nihil variare Edd. notat *M. du S.* recte, niſi quod nonnullae δυς πρόσοδος ſejungunt.
b Ἡμῶν] Sola Fl. hic male ὑμῶν. Sed ἡμῶν cum ceteris Edd. M. c Περὶ τοὺς ξένους] Πρὸς τὸν ξένιον W. & L. Sed nil mutant Edd.

56. Ταύτην ἐξεῦρον] Τὴν ὁδὸν, puta. *G.*
60. Καὶ προξενήσεις] Πρόξενος αὐτοῦ [illegible] *V.* Ibid. ex altero MS. in fol. ad [illegible] πρόξενος αὐτοῦ γένεο. [illegible]

46. Περὶ τοὺς ξένους] Etſi αἰδὼς πρὸς τινα frequentius occurrit quam περὶ, ut ſupra indicavimus, tamen non rejicio vulgatam. Sic fere infra, in *quom. hiſt. c. 4.* μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ. Ubi quoque παρὰ poſſes ſubſtituere; ſed non eſt opus. Et cum εὐσέβεια περὶ τοὺς θεοὺς & ſimilia recte dicantur, quae vel Lexicographi habent, non video ſatis cauſſae, ut cum *Solano* παρὰ recipiam. *J. F. R.*

56. Ἐπίτομόν τινα ταύτην] Supple ὁδὸν. *AE. M.* Idem & *Gujetus* dixit. Et quilibet ejuſmodi obſervationes facere poteſt; quare compilationis ſuſpicio hic nulla: ὁδὸν enim alibi addit Noſter, ut ſupra *Herodot. c. 3.* *J. F. R.*

60. Καὶ προξενήσεις] Sic *Demoſth.* Προὐξενεῖς αὐτῶν. *F. G.*

Ibid. Προξενήσεις αὐτοῦ] [illegible] pliciter eſt, *ſuſcipies* [illegible] *hoſpitio publico ſuſcipies* [illegible] *ſpes, loca lautia prae*[illegible] *J.* [illegible]

Προξενήσεις αὐτοῦ] Non credo Cl. *Graevium* dedita opera ſcripſiſſe αὐτὸν pro αὐτοῦ, quod recte Edd. habent. Licet enim accuſandi caſus recte quoque huic verbo poſſit adjungi, genitivum tamen in hujuſmodi compoſitis amant Graeci, ratione propoſitionis, quae in compoſito ineſt. Quare ſufficiat exemplum genitivi ab *Gujeto* jam adductum; num tamen eodem indicare voluerit, προὐξ. in priore ſyllaba Attice ſcribendum, neſcio, neque magnopere curo, Noſtrum non ſolere ὑπεραττικίζειν ſciens, ut non longo.

efficies. Et, *Quod tibi paullo ante dicebam, Anacharſi, omnia vidiſti, viſo Solone. Hic Athenae. Hic Graecia. Non jam hoſpes es. Norunt te omnes, omnes te amant. Tantum eſt in hoc ſene. Omnium quae ſunt in Scythia oblivionem capies, cum hoc ſi fueris. Habes praemia peregrinationis tuae, finem tui amoris. Haec tibi norma Graecanica, hoc Atticae philoſophiae ſpecimen. Ita igitur judica, te eſſe feliciſſimum, qui cum Solone futurus ſis, & amico illo ſis uſurus.*

8. Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus ſit munere Solon, & quae dixerit, & quomodo ab eo inde tempore una vixerint, cum alter quidem, Solon, inſtitueret & doceret pulcherrima quaeque, & amicum omnibus conciliaret Anacharſin, & bonis eum Graecorum admoveret, omni ratione curans, uti quam ſuaviſſime in Graecia aetatem ageret: alter vero, Anacharſis, ſapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo ſua voluntate diſcederet. Ut enim promiſerat illi Toxaris, ex uno viro Solone, breviſſimo tempore cognoſcebat omnia, & innoteſcebat omnibus, & in honore apud omnes erat. Ne-

λάδος. καὶ ὅπερ σοι ἔφην μικρὸν ἔμπροσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑώρακας ἤδη Σόλωνα ἰδών· τοῦτο αἱ Ἀθῆναι· τοῦτο ἡ Ἑλλάς, οὐκ ἔτι ξένος, σύμπαντές σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι· τηλικοῦτόν ἐστι τὸ κατὰ τὸν πρεσβύτην τοῦτον· ἁπάντων ἐπιλήσῃ τῶν ἐν Σκυθίᾳ, συνὼν αὐτῷ. ἔχεις τῆς ἀποδημίας τὰ ἆθλα, τοῦ ἔρωτος τὸ τέλος. οὗτός σοι ὁ Ἑλληνικὸς κανὼν, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς. οὕτω τοίνυν γίγνωσκε, ὡς εὐδαιμονέστατος ὢν, ὃς συνέσῃ Σόλωνι, καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ.

Μακρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἥσθη ὁ Σόλων τῷ δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν· ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆσαν, ὁ μὲν, παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σόλων, καὶ φίλον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν, καὶ προσάγων τοῖς Ἑλλήνων καλοῖς, καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα [d] διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ, τεθηπὼς τὴν σοφίαν αὐτοῦ, καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι ἀπολειπόμενος. ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις ἐξ ἑνὸς ἀνδρὸς τοῦ Σόλωνος, ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ, καὶ πᾶσιν ἦν γνώριμος,

καὶ

d Διατρίψῃ] Sic L. Item *Verſt.* ac *Gr.* In W. videtur fuiſſe διατρίψῃ. Sed alia manus διαπρίψῃ fecit, Διαπρίψῃ corrupte etiam Edd. omnes.

74. Ἥσθη] Laetatus eſt. *G.*

go hinc intervallo, ad verbum ἔμελλε pro ἤμελλε dico. *J. F. R.*

80. Ἥδιστα διατρίψῃ] Eadem pagina vitioſe legitur, & .] ut vera ſequitur vibiam, vertitur inſulſiſſime hoc: καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος, ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι, *tum omne ſtudium adhibens, ut quam jucundiſſime in Graecia vivens renideret.* Quid eſt, *jucundiſſime renidere in Graecia?* Erratum leve mirum tot editoribus & interpretibus impoſuiſſe: lege ὅπως ἥδιστα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι. *ut ſuaviſſime in Graecia aetatem ageret, ex animi ſententia viveret in Graecia.* Paullo ante cap. 4. οἴχεται ἐς Ἀθήνας, καὶ νῦν διατρίβει κεῖθι. *ivit Athenas, & nunc ibi habitat.* Sexcenties alibi. Saepe autem π & τ permutantur a librariis. Sic ſuperius pro εὐπρεπῆ oſtendimus reſcribendum eſſe εὐτρεπῆ. *J.G.G.*

Ibid. Διατρίψῃ] In W. videtur olim fuiſſe διατρίψῃ, ſed alia manus διαπρίψῃ fecit. In ferculo literario refert *Jenſius.* Ego vero Emendationem Cl. *Graevii* ſecutus ſum, quam etiam in Excerptis *Longolii* invenio, non tamen ut ſcripturam ipſius Codicis, ſed tantum ut conjecturam. *M. du S.*

81. Τεθηπὼς] Hoc verbum a Scapula omiſſum vid. ap. *Steph.* in Theſaur. qui ſatis de eo egit. Occurrit rurſum c. ſeq. *J. F. R.*

82. Εἶναι] Legendum puto ἐκεῖνον, quod pronomen a calligraphis cum compendio verbi εἶναι quam facile confundatur, ſupra jam obſervatum eſt in *Hermot.* Certe ita interpretatus ſum. *J.M.G.*

καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον. οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι [a] καὶ τοῦτο, ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, [b] ἐφίλουν οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας [c] εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος γενόμενος, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστοροῦντι περὶ αὐτοῦ. καὶ οὐκ ἂν [d] οὐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι, ἐς Σκύθας, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

Βούλεσθε οὖν ἤδη [e] ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος, ὡς μὴ ἀκέφαλος περινοστοίη; ὥρα γοῦν εἰδέναι οὗ τινός μοι εἵνεκα, ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας, καὶ Τόξαρις τανῦν ἐς Μακεδονίαν ἧκέτον, ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα [f] ἐπαγομένω Ἀθήνηθεν. Φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ, πρὸς Χαρίτων, μὴ νεμεσήσητέ μοι τῆς εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα. βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος, καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. ἀτὰρ, οὐδὲ κατὰ τὸ βασιλικὸν εἰσποιῶ τἀμὰ

que enim parvum quiddam erat laudans Solon; ſed homines hac etiam in re illi, tanquam legislatori obſequebantur, amabantque quos ille probaret, & viros optimos eſſe credebant. Denique ad myſteria etiam admiſſus eſt Anacharſis, ſolus barbarorum, civitatis ante jure donatus, ſi fides habenda eſt Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus erat, puto, in Scythiam, niſi Solon eſſet mortuus.

9. Vultin' igitur jam inducam etiam finem & *coronidem* fabulae, ne ſine capite oberret. Jam enim ſciendum eſt cujus mihi rei cauſſa Anacharſis e Scythia inde Toxariſque nunc in Macedoniam venerint, adducentes inſuper Solonem, ſenem virum, Athenis. Ajo nimirum ſimile mihi quiddam Anacharſidi uſu veniſſe. Et, per ego *vos* Gratiarum *numen rogo*, nolito iraſci mihi ob iſtam imaginem, ſi regii generis viro me aſſimilavi. Barbarus enim & ille; neque Syros nos Scythis ulla in re deteriores *temere* dixeris. Ego vero non quantum ad regiam nobilitatem, ſimilitudinem il-

a Καὶ τοῦτο] Τούτῳ ſolum, ſine καὶ B2. Sed vulgatam tuentur *J.* Fl. *H. P.* & M. Καὶ τούτῳ L. b Ἐφίλουν] Καὶ ἐφίλουν B2. Sed abeſt καὶ a reliquis & M. c Εἶναι] Punctum poſt εἶναι eſt in W. quod abeſt ab Edd. Comma eſt in Fl. d Οὐδὲ] Οὐδὲν *J.* male. e Ἐπάγω.] Sic Edd. *J.* Fl. *H. P.* &c. Ἀπάγω W. f Ἐπαγομένω] Sic recte *J. H.* Fl. Ἐπαγομένῳ male *Ald.* & *P.*

91. Δημοποίητος] Δημοποιητός ἐστιν ὁ ψήφῳ δήμου πολίτης γεγονώς. *V.*

86. Οὐ γὰρ μικρὸν ἦν Σόλων ἐπαινῶν] Aut imprudenter admodum, aut imperite interpretes, alter *neque enim mediocri laude Anacharſis virtutes ſolebat extollere Solon*, alter *non enim Solon parum eum laudabat*; quum debuiſſent, *neque enim parvum momentum erat Solon laudans*; non exigua res aut pretium erat, ſi quis ab Solone laudaretur. *J. G.*

87. Καὶ τοῦτο] Ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν, οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι. cur in verſione praetermittunt καὶ τοῦτο? Sic enim Salmurienſis: *Verum homines, ut legiſlatori parebant, ſic amabant, quos ille probaret.* Alius: *Verum hominibus & hoc moris erat, ut legiſlatori parebant, ſic amabant quos ille probaret.* Scribae cum in diſtinctione non nihil aberrarint, tenebras offuderunt interpretibus. Sic diſtingue, ἀλλὰ οἱ ἄνθρωποι, καὶ τοῦτο ὡς νομοθέτῃ ἐπείθοντο, ἐφίλουν οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι, & verte, *homines autem, & in hac re tanquam legiſlatori ſuo obſequebantur, amabant quos ille probabant.* *J. G. G.*

89. Καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. τὰ τελευταῖα. καὶ ἐμυήθη μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις] Sane ſic etiam ſtertente interpretes, alter *ac prorſus tandem in reliquum viros optimos eſſe credebant. Solus autem e Barbaris Anacharſis initiatus eſt*; alter, *eoſque viros optimos denique eſſe credebant. Solus vero ex Barbaris initiatus eſt Anacharſis.* Atqui turbant illa vel *in reliquum* vel *denique*; & ſi vis vel Graeciſmum vel ſenſum congruum, diſtingue, καὶ ἐπίστευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. τὰ τελευταῖα καὶ ἐμυήθη. *J. G.*

90. Ἐμυήθη μόνος] De antiquis temporibus hoc intelligendum; aut Romanos ſub Barbarorum nomine non includi ſtatuendum. Conſtat enim initiatos fuiſſe Syllam, Pomponium Atticum, Auguſtum, & Luciani aetate, M. Aurelium Imperatorem (vid. *Xiphil.* Capitol. 27. & *Dionem.*) Quod tamen de M. Aurelio dixi, nolim ita intelligi, ut ſtatuere videar, ſa-

illam affecto; ſed quantum ad illa *priora*. Cum enim primum peregrinus veſtram in urbem veni, ſtatim quidem perculſus ſum conſpecta magnitudine, & pulchritudine, & civium numero, & reliqua omni facultate ac ſplendore. Itaque diu ad iſta ſtupebam, nec par eram admirationi, quale quid illi de inſula adoleſcenti accidit ad Menelai domum. Et debebam ita animo affici, qui viderem, urbem in eo culmine conſtitutam, & ſecundum poëtam, bonis omnibus florentem, queis vigere urbes ſolent.

10. Ita nempe habens; quid agendum eſſet, jam conſiderabam. Et facultatis quidem dicendi ſpecimen vobis praebere, decretum olim fuerat. Quibus enim praeberem aliis, ſi ſilentio talem urbem praeterirem? Quaerebam enim, (neque verum celabo) qui eſſent principes, & quibus quis applicans ſe, & patronis ſibi adſcitis, dein-

ἐς τὴν ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δέ· ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθος, καὶ τὸ κάλλος, καὶ τῶν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος, καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν, καὶ λαμπρότητα πᾶσαν· ὥστε ἐπιπολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα, καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν. καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην, ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμὴν τοσαύτην, καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον, ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν, οἷς θάλλει πόλις.

Οὕτω δὴ ἔχων, ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων. καὶ τὸ μὲν δεῖξαι [g] τῶν λόγων [h] ὑμῖν, πάλαι ἐδέδοκτο. τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα, σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γὰρ (οὐδ' ἀποκρύψομαι τἀληθές,) οἵτινες οἱ προὔχοντες εἶεν, καὶ οἷς ἄν τις προσελθών, καὶ [i] συγγραψάμενος προστά-

g Τῶν λόγων] Ita recte Edd. Τὸν λόγον male L. ait *M. du S.* h Ὑμῖν] Et ſic recte Edd. plurimae cum Cod. M. Ἡμῖν male Fl. i Συγγραψάμενος] Sic Edd. & M. Ἐπιγραψάμενος L.

15. Νησιώτης] Τὸν Τηλέμαχον φησι, ut in Odyſſea Homerus ait. *G.*

factum hoc ante hunc libellum a Luciano ſcriptum; nam ab eo nondum celebri videtur habita haec oratio, cum in Graeciam primum appulit; niſi forte in reditu malis habitam, vid. c. ſeq. *Cic.* I. de Nat. Deor.

Omitto Eleuſinam ſanctam illam & auguſtam,
Ubi initiantur gentes orarum ultimae.

Adde etiam *Potterum* 46. 1. ubi plures recenſet. *M. du S.*

91] Δημοποίητος γενόμενος] Anacharſis ab Athenienſibus civitate donatus. *F.G.*

93. Οὐκ ἂν] Similem locutionem habes Παρασ. c. 45. Sed non eandem prorſus. *M. du S.*

Ibid. Οὐδὲ] Sic legendum, non οὐδὲν, vid. ex Παρασ. c. 45. δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἀναπαύσασθαι παρεστῶν, εἰ μὴ καὶ Ἀγαμέμνονι ἀπίθανε. *M. du S.*

2. Ἐπαγομένω] Delevi jota ſubſcriptum, quod in *Pariſina* Ed. ſenſum turbabat, non enim eſt dativus, ſed nominativus dualis. *J.F.R.*

15. Νησιώτης ἐκεῖνος] *Telemachus* ſcilicet ex inſula Ithaca, *Homer.* Od. Δ. Menelai domum ex auro, argento, electro, & ebore concinnatam cum ſtupore quodam miratur. *G.C.*

Νησιώτης ἐκεῖνος] *Telemachus* apud *Homer.* Odyſſ. repetit alibi. *J.B.*

Νησιώτης ἐκεῖνος] *Telemachus.* *F.G.*

Νησιώτης ἐκεῖνος] Vid. *Homer.* Odyſſ. Δ. 74. *M. du S.*

19. Ποιητὴν] Quem innuat nondum reperi. *M. du S.*

23. Δεῖξαι] Καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν. eſt & *ſpecimen dare mearum orationum.* Sic ἀπόδειξις eſt ſpecimen. uſus etiam Petronius: *Rogo te, mihi apodixin defunctoriam redde*, hoc eſt, ede leve aliquod ſpecimen, ut recte exponit *Joannes Frid. Gronovius* lib. IV. obſerv. c. 13. *J.G.G.*

Δεῖξαι τῶν λόγων] Malim δεῖξαι τὸν λόγον ut in principio Zeuxidis & alias. Sed nec damnare auſim δεῖξαι (δεῖγμα) τῶν λόγων, vel δεῖξαι (τι) τῶν λόγων. *J.M.G.*

28. Ἐπιγραψάμ.] Ex L. haec ſcriptura. Sic Δικ. c. 29. & Περ. c. 11. *M. du S.*

Συγγραψάμενος προστάτας] Etſi non improbo ſcripturam Cod. L. ἐπιγραψάμενος, non tamen ideo cum *Solano* illico in textum recipio, contra auctoritatem ceterorum Codd. quum nihil abſurdi habeat vulgata; ſic ſaltem apud *Gregor. Nyſſen.* Orat. funebr. in Baſi-

τάτας, συναγωνισταῖς χρῷτο πρὸς τὰ ὅλα. ἐνταῦθά μοι οὐχ εἷς, ὥσπερ τῷ Ἀναχάρσιδι καὶ οὗτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες, τὰ αὐτὰ, μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον, ὦ ξένε. πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοί, καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι [a] τοσούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς· δύο δὲ μάλιστα ἐστὸν ἡμῖν ἄνδρε ἀρίστω, γένει μὲν, καὶ ἀξιώματι, πολὺ προὔχοντες ἁπάντων παιδείᾳ δὲ, καὶ λόγων δυνάμει, τῇ Ἀττικῇ [b] δεκάδι παραβάλλοις ἄν. ἡ δὲ παρὰ τοῦ δήμου εὔνοια, πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς· καὶ τοῦτο γίγνεται, ὅ, τι ἂν [c] οὗτοι ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γὰρ ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα, καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν, καὶ τὸ ἐν μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον, καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰδέσιμον, καὶ τὸ πρᾷον, καὶ τὸ εὐπρόσοδον, αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο, πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον.

de auxiliatoribus uti ad univerſa poſſet? Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharſidi, isque barbarus, Toxaris, ſed multi, quin omnes eadem, tantum non iisdem ſyllabis, dixere, *Multi quidem, hoſpes, & alii boni dextrique in urbe viri, nec aliàs tot bonos viros invenias. Duo autem maxime ſunt nobis viri optimi, genere quidem & dignitate multum ſuperiores omnibus, doctrina autem & eloquentia Atticae illos decadi comparaveris. Tantum autem populari gratia florent, ut plane amentur: idque ipſum magna cum utilitate reipublicae accidit. Fitque quidquid hi volunt, volunt enim quidquid optimum eſt. Benignitatem enim, & in hoſpites humanitatem, & quod in tanta magnitudine nullum invidiae locum relinquunt, & quod in illa ſe benevolentia venerabiles tamen praeſtant, & quam ſint placidi, quam faciles acceſſus habeant; tute aliis enarrare poteris, periculo paullo poſt facto.*

11. Ut-

a Τοσούτους] Sic W. recte. Τοιούτους Edd. b Δεκάδι] Sic Edd. Δεκαδίῳ W. c Οὗτοι ἐθέλωσ. ἐθ. γ. ὅ. τ. ἄ.] Haec ſeptem verba in Edd. omiſſa, ex Cod. W. reſtituta.

39. Τῇ Αττ. δεκ.] Τοὺς περὶ * Δημοσθένην λέγει δέκα ῥήτορας Ὑπερίδην, Αἰσχίνην, καὶ τοὺς λοιπούς. V.

* Δημοσθένην] Δημοσθένης erat in Editis exemplaribus, ſed mutavit *Solanus*, ſine dubio ex collat. Cod. V. Sin minus, recte tamen mutavit; nam περὶ non hic *de*, ſed *circa* ſignificat. Ne quem autem offendat terminatio in ην, cum Δημοσθένη Δημοσθένην ſcribere jubeant Grammatici, videat noſtrum in *Demoſth. Encom.* c. 3. & alibi, ubi Δημοσθένην ſcribere ſolet; velut alii Ἀριστοφάνη, alii Ἀριστοφάνην amant. *J.F.R.*

lium T. III. p. 480. συγγράφεσθαί τινι, *operis ſocium adſcribi*, inveniri, teſtis eſt *Suicerus* in Theſaur. Eccleſ. Vide etiam Cl. *P. Weſſeling.* Obſ. II. 6. p. 162. (quem conſulendum Cl. *Hemſterh.* in marg. monuerat.) Ubi is Interpretem in vertendis his verbis offendiſſe animadvertit, quippe qui ea reddiderit: *Et quos aggreſſus, praeſides conſcripta de illis hiſtoria (praeſules* eſt ap. Benedict.) quum debuiſſet: *quibusque adſcitis patronis*; id enim ſignificare προστάτην νέμειν, γράφεσθαι, ἀπογράφεσθαι, ἐπιγράφεσθαι & συγγράφεσθαι, ibidem docet *Weſſelingus.* Cum vero ex *Luciani* bis accuſat. c. 29. ἐπιγράφοιμι [illegible] προστάτην ἑαυτῶν adferat; nec τὸ συγγράφειν προστάτην aliis exemplis confirmet, & ἐπιγράφειν Luciano in his locutt. uſitatius ſit, non repugnaverim, ſi quis & hic illud recipere malit. *J.F.R.*

39. Τῇ Ἀττικῇ δεκάδι] *Vincentius Opſopoeus* interpres ſic vertit (*Attica Muſa*) quomodo legerit, neſcio: videtur tamen legiſſe Ἀττικῇ δεκάτῃ, & ſibi intellexiſſe μούσῃ, quaſi fuerit quaedam decima Muſa Athenis. Sed ea δέκας non ad Muſas referri debet, ſed ad decem illos oratores celebriores, qui Athenis floruerunt, & quorum vitas ſcripſit *Plutarchus*, quod (credo) ſatis manifeſtum videbitur noſtro lectori. *J.P.a G.*

Ibid. Ἀττικῇ δεκάδι] Vide apud *Philoſtratum* p. 564. βοώσης δὲ ἐπ' αὐτὸν τῆς Ἑλλάδος, καὶ καλούσης [illegible] τῶν δέκα, &c. De Herode ſermo eſt, qui reſpondet id ſolum, *ſe Andocide meliorem.* In notis ad eum locum de *ſecunda* etiam *decade* monemur. Certe & hic in Cod. W. ſcriptum eſt δεκάδι α. Quod an Lucianeum ſit, viderint alii; mihi nunc de eo diſpicere non vacat. *M. du S.*

42. Ὅτι ἂν οὗτοι] Haec verba: Ὅτι ἂν οὗτοι ἐθέλωσιν, ἐθέλουσι γὰρ, in W. ſolo reperiuntur. *M. du S.*

Ibid. Οὗτοι ἐθέλωσιν ...., ὅ, τι ἂν ἄριστον] Scripſit ad me Cl. *Geſner.* ſuper hoc loco his verbis: „ Hunc „ locum ita interpretatum eſſe video Cl. *du Soul: Fit-* „ *que*

11. *Utque magis mireris, ex una eademque domo ſunt, filius & pater. Hic quidem, ſi Solonem aliquem aut Periclem, aut Ariſtidem cogitas: filius vero, ubi primum videris, ſtatim te amicum ſibi abducet, ita procerus eſt, & virili quadam formoſitate pulcher: ſi vero locutus ſolum fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, ° tantam in lingua Venerem habet juvenis. Urbs quidem univerſa hiantes audiunt quoties in concionem prodierit, id quod ajunt Athenienſibus, qui tum erant, in Cliniae filio accidiſſe: niſi quod illos quidem non ita multo poſt amoris illius, quo proſecuti Alcibiadem fuerant, poenituit; hunc vero non amat modo civitas, ſed reverentia jam dignatur. Denique unum hoc publicum noſtrum bonum eſt, & maxima omnibus utilitas, hic vir! Si igitur & ipſe & ipſius pater recipiant te, & amicum ſibi fa-*

Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστὸν, υἱὸς καὶ πατὴρ, ὁ μὲν, εἴ τινα Σόλωνα, ἢ Περικλέα, ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς. ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα [d] ἀπάξεταί σε, οὕτω μέγας ἐστὶ, καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν. εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, [e] οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. ἥ γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες [f] ἀκούουσιν ὁπότ' ἂν δημηγορήσων [g] παρέλθοι· ὁποῖόν φασι τοὺς τότε Ἀθηναίους, πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι, παρ' ὅσον τοῖς μὲν, οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου· τοῦτον δὲ, ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖσθαι ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως, ἓν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι, καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ, δέξαιντό σε, καὶ [h] φίλον ποιή-

d Ἀπάξεταί] Sic Edd. vett. & M. Ἀπάξηται male *S.* & *A.* *e* Οἰχήσεταί] Sic Edd. & W. Niſi quod in eo abeſt σε. *f* Ἀκούουσιν] Αὐτοῦ ἀκούουσιν W. Sed verius abeſt pronomen ab Edd. Fl. *J.* *H.* *P.* &c. *g* Παρέλθοι] Παρέλθῃ W. Nihil vulgatam mutant *J.* Fl. *H.* *P.* *h* Φίλον ποιήσαιντο] Φιλοποιήσαιντο W.

60. Κλεινίου] Ἀλκιβιάδου. *V.*

„ *que in civitate, quidquid hi volunt, volunt enim,* „ *quidquid optimum eſt.* Legit igitur, καὶ τουτὶ γίγνεται ἐν τῇ πόλει, ὅ, τι ἂν βούλωνται· βούλονται γὰρ ὅ, τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Si ex libro aliquo, plane accedo: Sin ex ingenio, laudo conjecturam, tanto credibiliorem, quod repetitio τοῦ ὅ, τι omiſſioni locum dare potuerit: recipere tamen non auſim. Sic ille: Ego itaque verba illa in Edd. deficientia recepi, quia ex Codice ſunt deſumta, & verſionem *Solani* retinui. Coeperat enim & is priſtinam verſionem plurimis in locis corrigere. Et quia Cl. *Geſner.* ex illa correctione verba Graeca divinare debuit, nihil mirum, ſi ipſiſſima Graeca, quae *Soulium* legere ait, proferre non potuerit, ſed ſimilia illis adtulerit. *J. F. R.*

52. Ὁ δὲ υἱὸς, καὶ ὀφθεὶς μὲν, αὐτίκα] Male Salm. ὁ δὲ, υἱὸς. καὶ &c. quam diſtinct. merito improbat Cl. *Jenſ.* Sed *Pariſ.* rectius habebat ὁ δὲ υἱὸς. Paullo poſt vero, eadem prava dispunctione laborabat, ſcribens καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα, ἀπάξεταί σε. Quam itaque monente *Jenſio* correxi. *J. F. R.*

55. Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδυσάμενος] Lege ἑλκύσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, & ita videtur legiſſe interpres. *J. P. a G.*

Οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος] Violentiſſime profecto *Palmerius* pro οἰχήσεται legi jubet ἑλκύσεται. Non ſanum quidem, quantum ego video, eſt vulgatum οἰχήσεται, quum οἴχομαι ſit *fugio*, *abeo*, *diſcedo*, idque huic loco non conveniat: mollior tamen adhiberi poteſt medicina; nempe una extrita literula, legendum ὀχήσεται, *vehet*, *raptabit*. *J. J.*

Οἰχήσεται] Nihil mutandum. Reſpicit ad Ogmium illum Gallorum Herculem: qui catenis ex ore ſuo ad aures audientium pertinentibus non profecto alligatos tantum ſtanti ſibi habet, ſed abducit, trahit, rapit, quocumque ipſi ire placeat. Haec vis verbi οἰχήσεται hanc nos verbis *ilicet* & *abibit* exprimere ſtuduimus. *J. M. G.*

Ibid. Ἀπὸ τῶν ὤτων] Vide hiſtoriam Herculis Gallici picti, ad quam hic alludit. Exſtat autem in libello, cui *Hercules* titulum fecit Noſter, & apud A. Gell. XVI. 3. *M. du S.*

60. Πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου] Legend. *Plut.* in Alcibiad. *J. B.*

62. Ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβ.] Hoc abunde ſcribit *Plut.* in Alcibiad. *Ariſtoph.* in Ran. *Valer. Max.* Lib. 7. *G. C.*

68. Ἐπι-

ποιήσαιντο, πᾶσαν ἔχεις τὴν πόλιν, καὶ [a] ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. ταῦτα νὴ τὸν [b] Δί' ἅπαντες ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ. καί μοι [c] ἤδη πειρωμένῳ, τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι [d] ἔδοξαν· οὐχ ἕδρας τοίνυν, οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, ὡς ὁ Κεῖος [e] φησὶν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν κάλων κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν, καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοιντο· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὔδια πάντα, καὶ πλοῦς οὔριος, καὶ λειοκύμων ἡ [f] θάλασσα, καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

ciant, civitatem habes univerſam: & hoc ſolum opus eſt, ut manu ſignificationem voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Haec ita me Jupiter, (ſi jusjurandum adjicere orationi fas eſt) dixerunt univerſi: & mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quae inſunt, dixiſſe videntur. Non igitur deſidendi, aut differendi, ut Ceüs poëta ait, jam tempus eſt, ſed funem omnem movere oportet, facereque & dicere omnia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim ſi contigerit, ſerena omnia, & ſecunda navigatio, & molli fluctu leniter motum mare, & portus in proximo.

a Ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα] Ἐπισεῖσαι χρηστὴν χεῖρα. W. *b* Δί'] Δία Fl. & M. Ceterae Edd. ſic, ut dedimus. *c* Ἤδη] Ἤδὴ *S.* & *A.* male. Ἤδη recte Edd. vett. & W. *d* Ἔδοξαν] Ἔδοξα Edd. & M. *e* Φησὶν] Φασὶ male Fl. Recte cett. *f* Θάλασσα] Θάλαττα W.

74. Ὁ Κεῖος] Ἀνακρέων. G. (fallitur, vid. notam noſtram. *M. du S.*)

68. Ἐπισεῖσαι] Quid hoc ſit, clarius ex ὑ Εἰκ. c. 4. diſces, ubi laudata mulier τὴν χεῖρα ἐπισείειν dicitur, intra modum probans quod dabatur encomium. Adde Δικ. c. 28. ubi τὸ ἐπισεῖσαι τὴν χεῖρα ἐντὸς τῶν ὅρων, inter modeſtas laudandi & probandi rationes ponitur. Paſſim uſurpat noſter. Vid. Ῥητ. c. 22. & Οἰκ. c. 2. *M. du S.*

69. Τὴν χεῖρα] Diſtinguendum: καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκ ἔτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. *Manus protendenda eſt, hoc ſolum* ſc. ſi feceris, *res tuae non amplius fluctuabunt.* *J.G.G.*

72. Ἤδη] Καί μοι ἠδὴ. Lege ἤδη. *F.G.*

73. Ἔδοξα] Καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. ſic leges. vulgo male ἔδοξα, ſententia refragante. *Et mihi, jam experto vix milleſimam partem, quae illis inſunt, dixiſſe viſi ſunt.* ſc. πάντες, vel οἱ πολλοὶ, qui veſtras virtutes praedicabant. *J.G.G.*

Ἔδοξαν] Clar. *Graevii* Emendationem invitis omnibus impreſſis & ipſo M. Codice in textum recepimus. *M. du S.*

74. Ἀμβολᾶς ἔργον] Tangit hunc verſum *Heliod.* L. 2. Ἐργ.

Αἰεὶ δ' ἀμβολιεργὸς ἀνὴρ ἄταισι παλαίει.

J.B.

Ἀμβολᾶς ἔργον] Pro *Heliod.* lege in nota *Bourdelotii* *Heſiod.* & vid. illum in Ἐργ. καὶ ἡμ. verſ. 413. Ubi quoque cognoſces, ἀμβολιεργὸς, ſecunda correpta, ſcribendum; niſi id ex verſu jam ſponte videris. *J.F.R.*

Ibid. Κεῖος . . . . .] Locus a *Bourdelotio* indicatus, eſt verſ. 411. Ἐργ. *Heſiodi.* Sed alium certe reſpicit Lucianus; aut quomodo ex *Aſcraeo Ceüs* factus Heſiodus? Deinde ubi ἕδρα? &c. Cujus itaque, inquies, verba haec? *Bacchylidis*, cui tribuuntur ab *Athenaeo* XIV. p. 631. C. & a *Dionyſ. Hal.* de Struct. orat. p. 234. Edit. Uptonianae. Verba ipſa Bacchylidis habes apud *Steph.* Lyr. p. 570. οὐχ ἕδρας ἔργον, οὐδ' ἀμβολᾶς, ἀλλὰ Χρυσαιγίδος Ἰτωνίας χρὴ παρ' εὐδαίδαλον ναὸν ἐλθόντας ἁβρόν τι δεῖξαι. Fuiſſe autem Ceüm inde colligas, quod Simonidis ἀδελφιδοῦς, qui haud dubie *Ceüs.* Vid. Μακροβ. c. 26. & ut id obiter moneam, emendandus Index Auctorum ab Athenaeo laudatorum, in quo non in voce *Simonides*, ſed in voce *Ceüs* comparet. Teſtatur autem diſerte *Strabo* Lib. X. ubi de *Ceo* inſula agit. *Plutarchus* etiam, *Aelianus*, *Stephanus*, *Byzant.* & alii. Ne ergo credas *Lil. Gyraldo* Boeotum facienti, praeſertim cum apud *Lutatium* ſive *Lactantium* ad Statium, quo auctore id aſſeruit, nihil tale, teſte Cl. *Fabricio*, inveniatur, cujus vid. Biblioth. Gr. 551. In *Collectaneis* Cl. *Galaei*, Anacreonti, ſed falſo, tribuuntur haec verba. *M. du S.*

Κεῖον] Non *Simonidem* hic laudari, quod *F. Urſino* viſum erat, ſed Ceum alterum, *Bacchylidem*, ex *Colomeſio* ad Gyraldum p. 463. obſervat *Fabricius* Bibl. Gr. 2, 15. p. 594. *J.M.G.*

FINIS TOMI PRIMI.

TANAQUILLI FABRI

NOTÆ ET ANIMADVERSIONES IN

TIMONEM LUCIANI.

CAPUT I.

Timon quo tempore vixerit. quo anno haec acciderint quae a Luciano finguntur. Κολυττός. *Ἁλαὶ duplices. Heliodorus eodem in loco bis emendatus.* ῥυθμός. *de arca Deucalionis & Noachi. Lycoreus mons, quis. Liacura in Graecia barbara quid, & unde.* σωτήρ, *& de illa voce judicium Ciceronis.* ἐσχατιά. *de Epimenidis aevo. Lucianus emendatus.* Οἴτης *pro* Αἴτης. *de Jovis ſepulcro ex hiſtoria ſacra Evemori. Scholiaſtes Callimachi emendatus. In Luciano tentata emendatio. Hecatomba. de* ἄστυ *contra ea quae apud Diodorum leguntur. Lucianus emendatus.*

PAg. 98. Τίμων] Quandoquidem libelli hujus πρωταγωνιστὴς erit Timon, ille cognomento μισάνθρωπος, de eo pauca viſum eſt dicere. Vixit igitur Athenis belli Peloponneſiaci tempore. Nam cetera argumenta ut omittam, Lucianus Demeam rhetora ſic loquentem inducit: καὶ ἠρίστευσε δὲ (de Timone loquitur) ὑπὲρ τῆς πατρίδος πέρυσι πρὸς τοὺς Ἀχαρνέας, (quem locum infra examinabimus) *& ſtrenue ſe fortiterque geſſit pro republica anno ſuperiore, cum Peloponneſii Acharnenſes obſiderent.* Acharnæ autem δῆμος Ἀττικῆς anno primo belli Peloponneſiaci obſeſſæ ſunt, ut ex Thucydide locupletiſſimo teſte conſtat. Quamobrem ea quæ hic a Luciano narrantur, in annum cccxxii. urbis Romanæ conjici debent, qui eſt ante Chriſtum natum ccccxxix. Erat autem Timon ex eo Atticae populo ſeu oppido cui Κολυττὸς nomen. Indidem oriundus Plato Philoſophus. Κολυττὸς autem ad radices montis Hymetti jacebat. Quare non temere eſt quod a Luciano ſcribitur, τίς οὗτός ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ κεκραγὼς ἐκ τῆς Ἀττικῆς παρὰ τὸν Ὑμηττὸν, ἐν τῇ ὑπωρείᾳ; Patrem habuit Echeratidem nulla alia re inſignem, quam quod Timonem genuit. De hominis moribus nil attinet dicere, cum eam rem Plutarchus διὰ παρεκβάσεως in vita M. Antonii abſolverit. Hoc addam tantum, Timonem virum bonum fuiſſe, & moribus adeo factis ad humanitatem, nihil ut ipſo χρηστότερον, nihil benignius extiterit. Nam quod illum μισάνθρωπον cognominarunt, id hercle perperam fecere. Quemadmodum enim qui Mercurium, Venerem, Sylvanum, & alias id genus nugas Deos eſſe olim negabant, non recte ἄθεοι vocarentur (neque enim Sylvanus Mercuriusque Dii ſunt) ſic Timon non recte μισάνθρωπος appellabitur. Quid ita? inquies. Quia non homines ille, ſed feras oderat, quibus aetas illa ſcatebat. Certe qui Ariſtophanis fabulas, veram Attici ingenii imaginem, ut ajunt veteres magiſtri, legerit, de his mecum tria non commutabit verba. Accedat his Platonis teſtimonium, qui ita ſcripſit in epiſtola xxiv. inter illas quæ non ita pridem a Leone Allatio vulgatæ ſunt. Quo enim loco ait ſe in fundum Hepheſtiadeum migraſſe (Ἡφαιστιαδῶν debuit ſcribere Leo ex Diogene Laërtio & Hermolao ἐν ἐθνικοῖς, non autem Ἐφεστιαδῶν) ut ubi ἀπωθεν τοῦ ἄστεως vivat, addit: συνέγνων ὅτι Τίμων οὐκ ἦν ἄρα μισάνθρωπος, μὴ εὑρίσκων μέντοι ἀνθρώπους, οὐκ ἠδύνατο θηρία φιλεῖν. *Cognovi ego, Timonem non fuiſſe* μισάνθρωπον *ſed cum homines nanciſci in urbe non poſſet, belluas amare haud poterat.* Extat ejus Epitaphium olim a Callimacho ſcriptum; & item alterum, quod homo providus ſibi fecerat. En tibi, ut quidem tali dignum ingenio eſt:

> Ἐνθάδ' ἀποῤῥήξας ψυχὴν βαρυδαίμονα κεῖμαι
> Τοὔνομα δ' οὐ πεύσεσθε, κακοὶ δὲ κακῶς ἀπόλοισθε.

Ait Plutarchus ſepultum eum fuiſſe Ἁλῆσι· ſed cum duæ ſint Ἁλαὶ, locum illum Plutarchi de Araphenidibus intelligas, non de Æxonidibus: nam priores Ἁλαὶ ad tribum Ægeida pertinebant, alteræ non item. Ceterum hunc libellum ita venuſtum, ita elegantem judico, eum ut inter politiſſimos Luciani non dubitem referre. Ita ingenioſe & facile compoſitus eſt, ut ei nulla comoedia poſſit comparari. Tum porro, ſi uſquam alibi, pura in eo oratio eſt, atque ita caſtigata, ut nihil ſupra. Habet quidem initium vehementius paulo & tragicum ſpirans, ſed ita hominis fortunis & moribus conveniens, ut nihil ἠθικώτερον fingi queat. Ceterum, ita habeto, Lector, nunquam poſt renatas meliores literas puriorem editum fuiſſe libellum hunc. Idque ita verum eſt, ut ſatis mirari non poſſim hominis illius impudentiam, qui auſus eſt poſteris imponere, profeſſuſque eſt editionem illam Pariſienſem in forma maxima ex Mſſ. Codd. regiæ bibliothecæ expreſſam eſſe.

> Νᾶφε καὶ μέμνασο ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν.

Nil verius, mi Lector, neque magis in vita degunda utile.

Pag. 98. vſ. 1. Ὦ Ζεῦ φίλιε καὶ ξένιε] Haec Jovis cognomina, & plura item alia, diligentiſſime ſunt & ingenioſiſſime a Dione Chryſoſtomo explicata Oratione I. de regno pag. 8. editionis Morellianæ. Ceterum, quod in interpretatione illa omnia Graece, uti ſe habebant, reliqui, id non temere factum eſt: & qui κριτικοὶ ſunt, facile cauſam videbunt.

Pag. 99. 6. Ὑπερείδης] (Ἐπερείδης erat in Ed. *Graev.* ha-

harum nott.) Hujuſmodi carminum fulcra Latini tibicines vocabant; eaque voce olim uſus eſt Virgilius, referente anonymo Biographo. Sed admonet me hoc verbum, ut meum de quodam Heliodori loco judicium aperiam; mihi enim vehemens ſuſpicio ſit, corruptum eum eſſe. Is ita ubique legitur: Μηρῷ δὲ τῷ δεξιῷ τὸν ἀγκῶνα θατέρας χειρὸς ἐφεδράζουσα, καὶ τοῖς δακτύλοις τὴν παρειὰν ἐπιτρέψασα, &c. Eſt ibi elegantiſſima moerentis Chariclix deſcriptio. lego τὴν παρειὰν ἐπερείσασα, doctis fortaſſe non diſſentientibus. ſed quia non uno vitio hunc locum laborare judico, iterum mihi tentandus eſt. Quis enim unquam audivit dici, ἀγκὼν χειρός? Scio quidem, & monent veteres magiſtri, ἀγκὼν quandoque eſſe ἐπικαμπὴς τῆς χειρός; ſed hic ex deſcriptionis ſerie non poteſt. Itaque ſic mihi perſuadeo legendum eſſe, ἀγκῶνα θατέρου βραχίονος. Totam illam deſcriptionem legito, ſi te, ſi me, amas. Ad illud autem ἐπερείσασα ut revertar, non omittendum illud quod in Milite glorioſo Plauti eſt, *os columnatum*; ſed κωμικώτερον.

Ibid. 7. Ῥυθμοῦ] Ῥυθμὸς & μέτρον non ſunt eadem: itaque recte diſtinxit Lucianus; proprie enim ῥυθμὸς ad inceſſum pertinet, ut mihi ex Platone demonſtrare facile ſit lib. III. de Republica, & lib. II. de legibus; ex Scholiaſte quoque *Æſchyli* in ἑπτὰ ἐπὶ Θηβ. qui ait, βαίνονται δὲ οἱ ῥυθμοὶ, τὰ δὲ μέτρα οὐ βαίνεται. pag. 74. edit. *Stephanianae*. Ex Luciano praeterea ipſo in περὶ τῆς ὀρχήσεως, cum ait de iis, qui inepte & perperam ſaltant, ἕτερα μὲν γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. Atque utinam veteres illos poëtas datum nobis eſſet ſemel recitantes audire, eorumque choros ſpectare. Quam multa hodie teneremus, quae nos aeternum latebunt circa μέτρον & ῥυθμόν! mira enim veterum circa hanc rem diligentia. Itaque apud Scholiaſten *Ariſtophanis* legas, ἀρχαία ἡ τῶν μέτρων καὶ ῥυθμῶν διδασκαλία.

Pag. 103. 28. Ὑπὸ μανδραγόρᾳ] Illius enim vis ὑπνοποιός eſt, ſeu ſomnifica, ut loquitur Plinius. Xenophon in Sympoſio. τῷ γὰρ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους, κοιμίζει. Eſt & tale aliquid in ſexto Platonis περὶ τῆς πολιτείας, ubi ναύκληρος dicitur μανδραγόρᾳ ἢ μέθῃ συμποδισθείς.

Pag. 105. 41. Κοσκινηδὸν] Παίζει χαριέστατος ſcriptor περὶ τὸ ὁμοιοκατάληκτον, in adverbiis ſcilicet ſimiliter exeuntibus, πατρηδὸν, σωρηδὸν, κοσκινηδόν. Ceterum cum ait σεισμοὺς fieri κοσκινηδὸν, intellige ita frequentes, ita crebros, ita ſibi invicem inſtantes, ut eam cribri agitationem referre videantur, quae fit, cum grana incernuntur.

Ibid. 44. Ῥαγδαῖοι] Notandum hoc Luciani judicium, qui ὑετὸς ῥαγδαῖος dici φορτικῶς in proſa ſcilicet oratione exiſtimat. At Suidas proprie dici credidit. Nam hominem ῥαγδαῖον, quomodo Alexandrum vocavit Plutarchus, ait dici κατὰ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν ὄμβρων. Haec & alia hujuſmodi ſedulo obſervanda judico, ut ad proprietatem Graeci ſermonis perveniri poſſit. Ceterum non ὑετοί τε, legendum eſt, ſed ὑετοὶ tantum. Quod autem vocem hanc ῥαγδαῖοι in verſione Latina reliqui, id fieri debuit.

Pag. 106. 47. Κιβώτιον] Locus apprime notandus; convenit enim cum Hiſtoria ſacra, niſi quod, ut ait Comicus, *male diviſa ſunt haec temporibus*. Quae enim de Noacho ſcripta a principe hiſtoricorum Moſe fuerant, ad Deucalionem ſuum tranſtulerunt Graeci. Ceterum quod κιβώτιον Luciano in hac hiſtoria dicitur, aliis λάρναξ eſt, vox ejuſdem ſignificationis. Uſus ea quondam fuerat Nicolaus Damaſcenus, cum de primo diluvio ageret. locus eſt apud Joſephum. Eadem quoque occurrit apud Plutarchum, in eruditiſſimo libro de ſolertia animalium, quo loco, mirum, & columbae meminit; ſed eam tamen ad fabulatores remittit. οἱ μὲν οὖν μυθολόγοι, ait, τῷ Δευκαλίωνί φασι περιστερὰν ἐκ τῆς λάρνακος ἀφιεμένην δήλωμα γενέσθαι χειμῶνος μὲν ἔσω πάλιν εἰσδυομένην, εὐδίας δὲ ἀποπτᾶσαν. id eſt, *Fabulatores quidem produnt columbam ex arca emiſſam indicium tempeſtatis Deucalioni fuiſſe, cum ſe rurſus in eam conferret, ſerenitatis vero, cum prorſus avolaſſet*. pag. 968. edit. Pariſ.

Ibid. 48. Λυκωρεῖ] Parnaſſus eſt, aut certe illius pars, (nam ad Parnaſſum appulit Deucalion) ibi quoque olim fuit urbs Lycorea, ut ex veteribus Geographis conſtat. hinc itaque quod hodieque a Graecis incolis Parnaſſus Liacura dicitur.

Pag. 107. 69. Ὦ θαυμάσιε] Honeſta appellatione nihil apud Graecos ſcriptores frequentius. ita ὦ [illegible], ὦ γενναῖε, ὦ δαιμόνιε, & alia ſexcenta.

Pag. 108. 72. Δευκαλίωνες] Etſi conſtet plures fuiſſe Deucaliones, eo tamen confugere nihil neceſſe eſt, ſed locus tantum explicandus. Intellige igitur poenas & calamitates θυλάκους, quibus humanum genus ſub Deucalione paene periit, leviores eſſe quam in &c.

Pag. 110. 86. Μηδὲ ἀναγνόντες] Verti *ne legentes quidem*; nam metaphora eſt ducta ἀπὸ τῆς στήλης ἀναγεγραμμένου.

Ibid. 89. Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην] Fere plerumque has duas voces conjungebant; exempla ita crebra, ut pigeat colligere: aliquando etiam dicebant σωτὴρ καὶ θεός. Plutarch. in vita Dionis. Ceterum miror quod dixit Cicero, *σωτὴρ Latino uno verbo exprimi non poteſt*, nam *ſervator* idem facit Latine quod Graece σωτήρ. Terentius: *ſervatrix mea*. In Graeco haud dubie erat σώτειρα, quid enim aliud?

Ibid. 91. Ἐπὶ ταύτην τὴν ἐσχατιὰν] Cave ſis idem cum illo ſentias, qui vertit, *ad extrema redactus conſilia*. nihil nequius dici aut fingi poteſt, Dii boni! Saltem meminiſſet *Homerici* illius;

> Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ὅθι δώματα, &c. Odyſſ. 4. item.
> Ὡς δ' ὅτε τις δαλὸν σποδιῇ ἐνέκρυψε μελαίνῃ
> Ἀγροῦ ἐπ' ἐσχατιῆς, ᾧ μὴ πάρα γείτονες ἄλλοι. Odyſſ. 5.

ἐσχατιὰ hoc quidem loco nihil aliud quidquam eſt quam ſolitudo, ſeceſſus, pars ruris remotior. Heſych. & Harpocration. Lucianus infra vocabit ſimpliciter ἀγρόν.

Pag. 111. fin. Νήδυμον] Reliqui vocem Graecam in verſione, eſt enim reſpectus ad Hom. locum.

Ibid. Ἐπιμενίδην] Somnus Epimenidis notiſſimus eſt ex Diog. Laërtio, Suida, & quo non? Sed in primis obſervandum eſt quod jam dicam. Auctor eſt Diogenes eum Olympiade XLVII. Athenas veniſſe, urbem luſtraſſe, ac peſtilentiam ſedaſſe. Sed id qui fieri

fieri potuit; cum dicat, Niciam illum Nicerati filium, clade Sicula nobilem, in Cretam ad eum miſſum fuiſſe? Quod evenire non potuit, niſi annis poſt plus minus CLXX. *Plato* autem lib. 1. de Legibus, ait advectum eum Athenas πρὸ τῶν Περσικῶν δέκα ἔτεσι: id erit circa Olympiadem ſeptuageſimam. Id vero qui pote, cum omnes uno ore aſſerant fuiſſe ipſum Solonis familiarem? Viderint itaque alii. Certe ἀμφοῖν θάτερον· nam aut neceſſe eſt in unum Epimenidem collatum fuiſſe, quod de pluribus dictum fuerat; (id quod ſaepe uſu veniſſe conſtat in multis) aut verum illud erit quod de illo quondam dixere Cretes, annos videlicet CCXC. vixiſſe. Eſſet hic latiſſimus campus ſcripturienti. Ceterum miror diligentiſſimum Caſaubonum haec ad Diogenem praeteriiſſe.

Pag. 112. 3. Οἴτης] Error manifeſtus. legendum enim Αἴτνης, fulmina Jovis ex Ætna, qui mons olim perpetuo ardebat incendio, accendi ait Lucianus. De Oeta nil tale legas. At ibi, inquies, Hercules crematus eſt: fateor. quid tum? Ex eone tempore mons arſit? Ne dixeris.

Ibid. 4. Ἐναυσάμενος] Libentius legerim ἀναυσάμενος maxime cum *Eraſmus* verterit, *redaccenſo*, &c. quamobrem in ſuo codice legit non ἐναυσάμενος, ſed ἀναυσάμενος.

Ibid. 6. Σῆς ταφῆς] Locum Callimachi reſpicit, hymno in Jovem, quem profert quoque Origenes adverſus Celſum Epicureum. is ita ſe habet:

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται· καὶ γὰρ τάφον, ὦ ἄνα, σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο· σὺ δ' οὐ θάνες· ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Semper mendaces ſunt Cretes. etenim ſepulcrum tuum, ô rex Jupiter, conſtruxerunt; tu vero non es mortuus; ſemper enim es. Ad quem locum doctiſſimus Scholiaſtes haec habet, ſi minus vera, at certe ingenioſa. Ἐν Κρήτῃ ἐπὶ τῷ τάφῳ τοῦ Μίνωος ἐπεγέγραπτο, ΜΙΝΩΟΣ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. τῷ χρόνῳ δὲ τὸ τοῦ ΜΙΝΩΟΣ ἀπηλείφθη, ὥστε περιλειφθῆναι ΔΙΟΣ ΤΑΦΟΣ. ἐκ τούτου οὖν ἔχειν λέγουσι Κρῆτες τὸν τάφον τοῦ Διός. *Sepulcro Minoïs inſcriptum fuerat*, MINOIS JOVIS [F.] SEPULCRUM. *lapſu autem temporis illud*, MINOIS, *deletum eſt, ita ut relictum ſit tantum*, JOVIS SEPULCRUM. *hinc eſt quod ferunt Cretes eſſe apud ſe Jovis ſepulcrum.* Ceterum in loco Scholiaſtæ legendum eſt non τὸ τοῦ Μίνωος, ſed τὸ, Μίνωος, ut ſit poſitum ὑλικῶς, ut vulgo loquuntur. Quod vero dixi ſupra, ea mihi videri ſi non vera, at certe ingenioſa, non temere dixi. Nam ex Evemeri ſacra Hiſtoria, quam olim Latinam fecerat Ennius, ſuſpicio eſt, totum illud negotium ſe ſe aliter habuiſſe. Locus eſt apud Lactantium: *Jupiter aetate peſſum acta in Creta vitam commutavit, & ad Deos abiit; eumque Curetes filii ſui curaverunt*, (intellige τὴν περὶ τὸν νεκρὸν θεραπείαν) *decoraveruntque: & ſepulcrum ejus eſt in Creta, in oppido Gnoſo; & dicitur Veſta hanc urbem creaviſſe* (ita loqui amat Ennius; iſthuc autem *creare* Graecum eſt κτίζειν, quod & condere ſignificat) *inque ſepulcro ejus eſt inſcriptum antiquis literis Graecis*, Ο ΖΕΥΣ ΤΟΥ ΧΡΟΝΟΥ. Ceterum in cod. Reg. legitur καὶ τῆς ἐκεῖ ταφῆς. unde fortaſſe legendum τῆς ἐκεῖ ταφῆς. verum non eſt tanti.

Ibid. 9. Παρὰ τὸν Ὑμηττόν] Ibi enim erat Κολυττὸς δῆμος, ex quo oriundus Timon. quod ſupra monui.

Pag. 113. 16. Καθ' ἱερῶν τελείων ἑστιάσας] Nota. alii enim dicerent τελείων ἱερῶν, non καθ' ἱερῶν.

Ibid. 17. Ἑκατόμβας] De quibusvis pecudibus dicitur, contra quam pleriſque videtur: nam apud Diodorum memini me legere ἑκατόμβην καμήλων; apud *Hom.* autem ἑκατόμβας αἰγῶν. Quin etiam citatum video in Schol. Graecis ὄνων ἑκατόμβας, quod & apud veterem ſcriptorem legiſſe me ſcio. Ceterum duplex hecatomba: altera centum pecudibus conſtabat; altera quinque & viginti, ex Schol. *Hom.* in Iliad. A. itaque minores has hecatombas quaſi ἑκατὸν βάσεις vocabant: per pedes enim, ſeu βάσεις numerabant.

Ibid. 18. Διάσια] Jovis ſacra. *Dialia*, opinor, recte vertas, itidem ut *flamen Dialis* dicebatur, qui Jovi proprius erat. Emenda Schol. *Ariſtophanis* ad νεφέλας; ubi enim ſcriptum eſt Διάσια dicta fuiſſe ἀπὸ τοῦ φυγεῖν τὰς ἄτας, legendum eſt ἄσας, id eſt λύπας. unde apud *Heſychium* hodieque legitur ἀσάζειν pro λυπεῖσθαι, & ἀσηθεὶς pro λυπηθεὶς, & apud Herodotum in Thalia, ἐδίζετο ἐπ' ᾧ ἂν μάλιστα τὴν ψυχὴν ἀσηθείη ἀπολομένῳ τῶν κειμηλίων.

Pag. 114. 24. Οὑτωσὶ μὲν εἰπεῖν, &c. ὡς δὲ ἀληθεῖ λόγῳ] Locus adprime faciens ad proprietatem Graeci ſermonis. Vix milleſimus quisque haec obſervat: dicam tamen quod ſentio. οὑτωσὶ μὲν εἰπεῖν hoc loco eſt, *ſi quis minus exacte loqui velit*, &c. quod in verſione mea expreſſi. Itaque οὑτωσὶ εἰπεῖν & ἀληθεῖ λόγῳ, quodam modo opponuntur.

Ibid. 27. Ἀκρισία περὶ τοὺς φίλους] In Mſſ. Reg. legitur περὶ τῶν φίλων, non placet; neque adeo injuria.

Pag. 115. 41. Ἄστυ] Admonet me haec vocula loci cujusdam, qui apud *Diodorum* legitur, lib. I. pag. 24. edit. Rhodomannianæ. Ibi enim ſunt qui probare conantur, Athenienſes Saitarum (in Ægypto ſunt Saitæ) colonos eſſe; hancque afferunt rationem, quod παρ' Ἀθηναίοις μόνοις τῶν Ἑλλήνων, πόλις ἄστυ καλεῖται, idque ducta, ut ajunt, appellatione ab urbe ſeu pago Ægypti, cui nomen Aſty (meminit Hermolaus ἐν Ἐθνικοῖς.) Rem ipſam in medio relinquam; ſed argumentum illud dico telum eſſe plane plumbeum, qui ſciam paſſim apud Homerum, Herodotum, & antiquiſſimos quosque ſcriptores reperiri ἄστυ pro πόλις: quaecunque illa ſit urbs. Quin recentiores quoque Graeci ita uſurpant. nam apud Plutarchum eſt Φωκέων ἄστυ, in vita Themiſtoclis. Terentii autem locus, *An in aſtu venit*, nihilo magis probat. ſcena enim Athenis eſſe fingitur. hic quoque Luciani noſtri, qui nobis in manibus eſt, tantumdem efficit. nam ſcena hujus δράματος in Attica eſt. Sique Alexandriæ res ageretur aut Epidauri, liceret dicere, *An in aſtu venit*, pro, *an in urbem venit*, ſeu illa Epidaurus foret, ſeu Alexandria. Itaque loci illius auctoritate, qui apud Diodorum eſt, non eſt quod tantopere moveamur.

Ibid. 46. Ἠγανάκτει] Lego ἠγανακτεῖ, & ποιήσομεν.

CAPUT II.

Lucianus ſex ſeptem locis emendatus. in Xenoph. conjectura. Proſerpina & Ceres θεσμοφόροι. *Diogenes Laërtius emendatus in V. Bionis.* τιλεῖν ἐπὶ τέρμα, *recte dici. Lucianus emend. ut & Heſychius in* Ἑρμῆς. *Lucianus emend.* δὴ *pro* δεῦ. *Dionis Chryſoſtomi locus in* Ὀλυμπικῷ *emendatur* διὰ παρεκβάσεως. *de hac voce* ὑθληδὸν, *contra Bud. & Vallam.* ὀρχηδὸν, *& alia quaedam.*

PAg. 116. 48. Τοσαῦτα πίοτατα ταύρων] Ajunt eſſe Atticiſmum, πιότατα αἰγῶν; at ego ajo ſolos barbaros Graece dicere τοσαῦτα πίοτατα. Itaque locus vitio non caret. hoc enim loquendi genus Graecae conſuetudinis non eſt. Haec ad oram libri annotaveram, cum ex Codd. Regg. cognovi locum mutilum eſſe: nam in iis planiſſime legitur, τοσαῦτα μηρία ταύρων, &c. *tot femora taurorum*, &c. notum enim femora in ſacris praecipue abſumpta. Teſtes qui petat, non Homerum, non Ariſtophanem, nec poëtam denique ullum legerit. Itaque ſuperſedebo afferendis teſtimoniis.

Pag. 117. 64. Λῆρος μεγάλη] Puto ſcripſiſſe Lucianum λήρους μεγάλους μεγάλῃ τῇ &c. Terent. *magno conatu magnas nugas.* alioqui iſtud λῆρος nullo adjecto nomine non ſatis efficax videtur.

Ibid. 66. Συνέβη πρὸς ἡμᾶς] Etiamſi nullum in Mſſ. Codd. ſubſidium eſſet, nemini tamen, ut opinor, difficile foret perſuadere, legendum πρὸς ἡμῶν. Video ſane pleroſque omnes in hac eſſe opinione, Luciani textum, uti vocant, eſſe perquam emendatiſſimum; ſed qui ita cenſent, næ illi haud ſatis attendunt, quid legunt. Nam hoc loco πρὸς ἡμᾶς ſolœciſmus eſt; & tamen ex tot editoribus nemo animadvertit. ô hominum expromptam diligentiam!

Pag. 119. 79. Πρώην &c. Ἀναξαγόραν] Hinc facile cognoſcas, quo tempore vixerit Timon. Legendus Plutarchus in Pericle, Diogenes in Anaxagora.

Ibid. 85. Συντρίβη παρὰ τὴν πέτραν] Locus corruptus, etſi primo ſecus videatur: cum enim ſcripſiſſet Lucianus, συντρίβη περὶ τῇ πέτρᾳ, neſcio qui male conciliati tam bonam lectionem παραδιέφθειραν, feceruntque παρὰ τὴν πέτραν, ſed longe alius eſt ſenſus, ſi παρὰ τὴν πέτραν legas, alius, ſi περὶ τῇ πέτρᾳ. Illud enim *juxta petram*, ſignificat, hoc autem *ad petram*. Illud ridiculum, *fulmen juxta petram*, aut *prope petram*, hoc non item, *ad petram*. Hanc emendationem Mſ. codicis auctoritas confirmat.

Pag. 120. 3. Καὶ μόνον οὐχὶ δικρόαις ἐξελάσει με τῆς οἰκίας, καθάπερ οἱ τὸ πῦρ τῶν χειρῶν ἀπορριπτοῦντες] Locus corruptus. Qui pote, inquies. Quaeſo nonne ἀνακόλουθον ſit, ſi quis dicat, *fere me furca extrudebat, velut qui ignem ex manibus excutiunt?* Videlicet tota labes ex unius voculæ defectu, quæ propter ſimilitudinem literarum facile excidit, καὶ ſcilicet, καὶ καθάπερ οἱ &c. quæ una efficiet, ut omnia conſtent, ſic, *me veluti fuſcina extrudebat, & ut ii facere ſolent, qui excuſſa manu carbones ardentes amoliuntur.* Dices, non erat tanti; ſane quidem, ſi ſententiæ tam exigua res non obfuiſſet; ſed, ut opinor, non eſt quod me, atque adeo quemquam literaturae politioris ſtudioſum, hujus diligentiæ pudeat.

Pag. 122. 24. Ἄλλοτε δὲ τοὐναντίον ἠγανάκτεις] Reſpicit locum qui in Pluto Ariſtophanis eſt: quem huc transferre non vacat, ut nec alia μυρία ὅσα. nam ex Ariſtophanis Pluto haec magnam bonamque partem educta ſunt.

Pag. 124. 58. Πάλαι μέν σου αἰτιᾶσθαι] Non poteſt ſtare hic locus, niſi legas σε pro σου. Senſus eſt: *numquid ab omni ratione alienum eſt, te olim haec queri, nunc autem plane contraria Pluto objicere* [illegible] qui αἰτιᾶσθαί σου ταῦτα ſignificabit, *te in his* [illegible] vel, *te rerum harum accuſare*, quod nihil [illegible] nunc quidem, facit.

Pag. 125. 62. Τοῦ τε γὰρ Τίμωνος τὸ ἀνειμένον] [illegible] lius ſcribi judico, τοῦτο τοῦ Τίμωνος τὸ ἀνειμένον.

Ibid. 63. Εὐνοϊκὸν ὡς ἐμὲ] Legerim εὐνοϊκὸν [illegible] etſi aliter verterim. Siquis autem exiſtimat [illegible] in lingua communi, & ὡς ἐμὲ in lingua Attica [illegible] eſſe, fallitur: nam ὡς ἐμὲ Atticum, ſemper [illegible] vel *in domum meam* ſignificat, non *erga me*.

Ibid. 65. Κατάκλεισον ἐν θύραις] Suſpicor leg[illegible] θήκαις, *in arca*. forte etiam pro θύραις ſcriptu[illegible] rit θυλάξι, quæ vox aliquando ciſtulam ſignific[illegible] quando ſacculum. Deinde ſi hac voce θύραις [illegible] luiſſet, haud dubie dixiſſet ὑπὸ θύραις, non ἐν [illegible] quemadmodum ſcripſit ſupra, καὶ κατακλεῖσθαι [illegible] χλοῖς καὶ κλεισί.

Pag. 126. 71. Ὑπὸ τοσούτοις δεσμοῖς κατα[illegible] Ita *Xenophon* de avaris: οἱ μὲν ἐπειδὰν τῶν ἀρκούντων [illegible] τα κτήσωνται, τὰ μὲν αὐτῶν κατορύττουσι, τὰ δὲ κατασήπουσιν. mox ſequitur locus mihi ſuſpectus: τὰ δὲ ἀριθμοῦντες, καὶ μετροῦντες, καὶ ἱστάντες, καὶ διαψύχοντες. libenter legerim διαψήχοντες, eos ut deſignet, qui pecuniam ſuam fricant, ut aeruginem avertant. Locus eſt lib. 8. Κύρου παιδείας pag. 211. edition. poſtremae Leunclavianæ.

Ibid. 76. Μέτρον] Reſpicit proverbium notiſſimum, μέτρον ἄριστον.

Ibid. 79. Ὦ Ζεῦ πρὸς τοῦ Διός] Hujusmodi facetia apud Ariſtophanem eſt.

Pag. 127. 84. Ἀπάγει μοι χευθησομένην] Cum ſequatur mox ἀνοίγειν τὰς θύρας, non poſſum concoquere iſtud ἀπάγει; qua voce ſignificatur puellam a marito foras permolendam duci, quod contra Lucianus, qui μεγάλα μυστήρια domi fieri innuit. Itaque [illegible] non ἀπάγει, ſed προάγει, unde προαγωγὸς, [illegible] talis meriti nomen. Deinde in codice *Eraſmi* i[illegible] batur; quod ex ipſius verſione facile intelligitu[illegible] enim habet, *Vel producat ultro.*

Ibid. 90. Ἐπ' ἀρότῳ παίδων γνησίων] Tragic[illegible] Ita in illo maxime inclyto oraculo, quod oli[illegible] datum fuit;

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ.
Heus, liberorum ne ſulcum feras Diis
Invitis. ——

Pag. 128. 1. Τῇ Θεσμοφόρῳ] Virg. *Legiferae* [illegible] Cauſam explicat *Diodor.* lib. 5. nec ipſa tantum [illegible] dicta fuit Θεσμοφόρος, ſed & Proſerpina. Unde [illegible] Plutarchum in vita Dionis legas Θεσμοφόρον [illegible] *Cereris & Proſerpinae*, &c.

Ibid. 2. Ταῦτα] Forte melius τ' αὐτὰ, ita ut dicat Lucianus non *haec*, ſed *eadem*.

Ibid. 5. Στιγματίας] *Notis compunctus*, Cicer. a Luciano autem alibi hujusmodi ſervus καλλιγράφος dicitur. a Plauto autem literatus. Inde amarus ille *Ariſtoph.* in Samios jocus,

Σαμίων ὁ δῆμός ἐστιν ὡς πολυγράμματος.

Apud Plutarchum in vita Periclis, quem adito.

Ibid. 8. Καλὴν τὴν δίκην] Ut Galli dicunt in ſermone, *Une bonne amende*. Ubi *bona* nihil aliud eſt quam *magna*, ut apud Horat. *At bona pars hominum*, &c. quae tamen hominum pars minime bona eſt; nam avaros deſcribit, homines nec ſibi nec aliis bonos. Ita Lucian. in *Pſeudomanti* dixit, χρηστὸν δῆγμα, *morſum bonum*, pro vehementi & acri.

Pag. 129. 19. Δαναΐδων] Diog. Laërt. mihi in vita Bionis emendandus eſt; ubi enim de iis, qui apud inferos aquam vaſis pertuſis ferebant, loquitur, ſic ſcribit; ἔλεγε τοὺς ἐν ᾅδου μᾶλλον ἂν κολάζεσθαι εἰ ὁλοκλήροις καὶ μὴ τετριμμένοις ἀγγείοις ὑδροφόρουν. At pro τετριμμένοις legendum eſt τετρημένοις, vel, quod eodem recidit, τετρυπημένοις. Nam illud τετριμμένοις, hoc loco nulli rei eſt.

Ibid. 21. Πρὶν εἰσρυῆναι σχεδὸν ἐκχυθησομένου] Facile ſane; prius paene effunderetur, quam infuſum fuerit. Tale aliquid apud Ariſtophanem eſt, ἐν νεφέλ. de ſervo obliviofo,

Ὅστις σκαλάθυρμά τι ἄττα μικρὰ μανθάνων,
Ταῦτ' ἐπιλέλησται πρὶν μαθεῖν. ——

Ibid. 26. Καὶ εἰς ἅπαξ] Forte aliter diſponenda verba ſunt, ad hunc modum; ἐκεῖνο εἰ μὴ εἰς τὸ ἅπαξ ἐμφρήξηται τὸ χάσμα, &c.

Pag. 130. 39. Ἀμφοτέροις] Σκέλεσι videlicet.

Ibid. 40. Ὡς μόλις τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα] Iſtud τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα non pertractate dictum, neque ita frequenter occurrit tale loquendi genus apud ſcriptores mere Graecos. hinc itaque eſt quod in Cod. Reg. mutatum fuit τελεῖν in ἐλθεῖν: ſed eam lectionem cave admittas, quæ ab ignoratione exſcriptoris profecta ſit. Optime enim dicitur τελεῖν ἐπὶ τὸ τέρμα. Ita in erudito illo Luciani libello πῶς δεῖ ἱστορίαν συγγράφειν, legitur θᾶττον ἂν καὶ εὐμαρέστερον τελέσειεν ἄχρι καὶ πρὸς τὸν σκοπόν. *Facilius ad usque ſcopum pervenerit.* Idque Thucyd. imitatione, qui pag. 305. edit. 2. *Stephanianae*, de Braſida loquens dixit: ἐς Φάρσαλον ἐτέλεσεν. Quamobrem hoc quidem loco Mſ. Cod. lectionem rejiciemus, quamvis ſe facilitate commendet.

Ibid. 43. Ὀρνίων ὠκύτεροι] *Horat.* de Fortuna

—— *ſi celeres quatit Pennas*

ſed quod in Mſ. Cod. legitur, impenſius placet, ὀνείρων ſcilicet, quae & alata finguntur.

Ibid. 44. Ἔπεσε δὲ ὕσπληγξ] Bene ἔπεσε. nam cum parati omnes eſſent, qui ad currendum convenerant, tunc repagulum illud, quod equis & curribus objectum erat, dejiciebatur. Lucian. in libello περὶ τοῦ μὴ ῥᾳδίως πιστεύειν τῇ διαβολῇ. ſic habet: κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης, &c.

Ibid. 47. Ἐγὼ δὲ καὶ πολλοὺς] Mſ. Cod. ἐγὼ δὲ τον-

Ibid. 49. Οὐδ' ὀβολοῦ ὤνιε πρίασθαι βρόχον] *Æs laquei pretium*, ait ille.

Pag. 131. 57. Πλούτων] Nunc de pecunia legataria ſeu teſtamentaria acturus eſt, quæ cum nemini niſi morte alterius obvenire poſſit, illam a Plutone Manium Deo dari fingit Lucianus.

Pag. 132. 63. Φορηδὸν] Verti, *per bajulos domo efferunt*; etſi ſcio vocem hanc Latine reddi ſervata proprietate ſatis commode non poſſe.

Ibid. 64. Πρόκειται] Signanter dixit. Nam de mortuis proprie dicitur; unde alicubi memini legere προκείμενος pro θανών.

Ibid. 67. Ἐπελπίσαντες] Non temere in hoc ſignificatu vocem hanc reperias. Sane nusquam alibi, quod meminerim, legi. Nam ἐπελπίζειν *in ſpem inducere*, eſt: hic autem de iis dicitur, qui ea ſperant, quibus alii praeter ſpem fruuntur.

Ibid. 71. Λίνον] Quo utebantur veteres, ut nos hodie ſerico ad vinciendas epiſtolas, teſtamenta, &c.

Pag. 133. 80. Πυῤῥίας, Δρόμων] Servorum nomina. Πυῤῥίας Latinorum Comicorum Byrria eſt, eadem mutatione, qua olim apud veteres Latii poëtas ſcribebatur Bryges pro Phryges, apud Livium Andronicum, & Pacuvium ſcilicet. Tibius ſervile quoque nomen eſt; unde in libello περὶ τῆς ὀρχήσεως junxit Davos & Tibios. οἱ Δᾶοι καὶ Τίβιοι &c. Contra autem Megacles, Megabyzus, Protarchus, nobilium hominum nomina: ſed Megabyſus Aſianum eſt.

Pag. 136. 85. Ὁ θύννος] *Horat.* in hacce materia:

Plures annabunt thynni, & cetaria creſcent.

Ibid. 89. Παχύδερμος] Tardus, hebes, ſtolidus; ex phyſiognomonia petitum. qui enim cute ſunt craſſiore, eos fere plerumque tardiores eſſe videmus. Neque vero obſcura cauſa eſt. Poteſt & aliorſum referri hoc loco; ſi cui videlicet occalluerint manus opere faciundo.

Ibid. 90. Καὶ εἰ παριὼν ἄλλος μαστίξειέ τις] Error: legendum enim ἄλλως, id eſt *forte*, *temere*, *aliud agendo*.

Ibid. 97. Ἱπποτροφίας] Ἧπερ νόσος, ut ait Comicus, δεινὴ φαγεῖν (id eſt δαπανηρὰ) ἐστίν.

Ibid. 99. Εὐγενέστερος Κόδρου] Vide Suidam in Εὐγενέστερος Κόδρου. Hujus proverbii meminit & Themiſtius ἐν βασανιστικῷ.

Pag. 137. 12. Ἱππονίκῳ καὶ Καλλίᾳ] Eorum meminit ſaepe Plutarchus, Herodotus etiam alicubi. haud dubie Athenienſium ditiſſimi fuere.

Pag. 138. 18. Ἑρμῆν προσκυνῶν] Lucrum enim inſperatum a Mercurio objici credebant. Ceterum etſi quod dicturus ſum, a Luciano noſtro alienum eſt, dicam tamen, hac voce admonente, ut locum Heſychii, qui hactenus corruptus legitur, emendem. Ubi enim eſt, Ἑρμῆν ἐπὶ πτώσεως ἰδίας ἔλεγον, καθάπερ ἀγαθοῦ δαίμονος, καὶ Διὸς σωτῆρος, ibi emendandum eſt, Ἑρμῆν ἐπὶ πόσεως ἰδίας &c. nihil certius. Ultimum enim poculum Mercurii erat. Cauſam apud *Homer.* habes.

Ὧ πυμάτῳ σπένδεσκον, ὅτε μνησαίατο κοίτου.

His addas licet *Jul. Pollucis* teſtimonium, Ἑρμῆς, inquit, τελευταία πόσις. Apud Athenaeum legas quoque

que Ἑρμῆς εἶδος πόσεως περὶ Στράττιδι. Itaque certa emendatio eſt.

Ibid. 24. Δυσεύρετον &c. ἐκλελοιπός] Hujus ἀξυνεσίας veluti σπέρμα in Pluto *Ariſtophanis*. *Terentius* autem mirabiliter in his verſibus ſane quam moratis:

> *Nae illius modi jam magna nobis civium*
> *Penuria eſt*, &c. —— item:
> *Quam gaudeo, ubi etiam hujus generis reliquias*
> *Reſtare video! Vah, vivere etiamnum lubet.*

His addi & illud poteſt quod apud *Diogenem Laërtium* eſt, λείψανα τοῦ χρυσοῦ γένους.

Pag. 139. 43. Βαθυκήτεα πόντον] In Mſ. Cod. βαθυκόντεα. Videlicet βαθυκότης nihil aliud erit, quam qui βαθὺ κύτος habet, id eſt, *altas cavitates*. Quod etſi verum eſſe poteſt, mihi tamen nulla poteſt ratione probari, qui ſciam prioris ſyllabæ modum in κύτος brevem eſſe; ſciam praeterea alluſiſſe Lucianum ad locum illum *Theognidis*, qui omnibus in ore eſt;

> Ἣν (πενίαν ſcilicet) δὴ χρὴ φεύγοντα καὶ ἐς μεγακήτεα πόντον
> Ῥίπτειν καὶ πετρῶν, Κύρνε, κατ' ἠλιβάτων.

Videmus ſecundum verſum paene integrum a Luciano ſumptum eſſe. Legendumne igitur cenſes, inquis, μεγακήτεα pro βαθυκήτεα? Non auſim ſane affirmare. Quid ita? Quia apud Stobaeum & alios varietatem lectionis reperi: memini praeterea ita a Plutarcho ſcriptum eſſe, ut a Luciano lectum eſt, βαθυκήτεα ſcilicet. locus eſt in libello περὶ Στωϊκῶν ἐναντιωμάτων.

Pag. 141. 67. Τί ἂν καὶ ἐν αὐτῷ ἤδη] Mſ. Τί ἂν ὅτι καὶ ἐν &c. Quod ſi non melius eſt, at certe venuſtius aliquanto.

Ibid. 71. Οὐ γὰρ δεῖ] Mendum eſt. Nam pro δεῖ legendum δὴ, idque ante videram, quam Mſ. Cod. lectiones conſuluiſſem. Alioqui quo tandem pacto ſtare poſſit haec oratio, οὐ γὰρ δεῖ εἰκός? &c. ridiculum, ſi quidquam aliud.

Pag. 142. 89. Δυσκάθεκτος] Mſ. Cod. δυσκάτεχος. ſed eodem recidit.

Ibid. 91. Ὥσπερ ἐγχέλεις] Mſ. Cod. ὥσπερ οἱ ἐγχ.

Ibid. 94. Ἐκπεφυκότα] Mſ. ἐμπεφυκότα hoc loco male.

Ibid. 97. Ἀλλὰ μεταξὺ ἤδη φλυαροῦντας ἡμᾶς] Diſponenda verba ſunt, ut & ratio & libri ſcripti monent; ἀλλὰ μεταξὺ φλυαροῦντας ἡμᾶς περίγμος ἤδη &c.

Pag. 143. 3. Καταλιπών] Mſ. καταλείπων ἀεὶ, ut ſibi morem eſſe hunc perpetuum ſignificet.

Ibid. 10. Ὑπερβόλῳ καὶ Κλέωνι] Homines ſunt ſua μοχθηρίᾳ nobiles. Plutarch. Ariſtoph. & ſcripta in eum Scholia.

Pag. 144. 17. Καὶ ἡ ἀνδρία] Dabunt, uti ſpero, hanc mihi veniam elegantiores homines, ſi a Luciano tantiſper abeam, dum *Dionis Chryſoſtomi* locum in Ὀλυμπικῷ emendem. pretium operæ erit. ſic habet p. 197. οὐ γὰρ λαμβάνω μαθητὰς, εἰδὼς ὅτι οὐδὲν ἔχοιμι διδάσκειν, ἅτε οὐδὲν αὐτὸς ἐπιστάμενος, ὥστε ψεύδεσθαι καὶ ἐξαπατᾷν ὑπισχνούμενος, οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἀνδρίαν. Emenda meo praeſidio, οὐκ ἔχω ταύτην τὴν ἀναίδειαν. Videlicet homo modeſtiſſimus Dion fatetur ingenue non eſſe in ſe ſitam illam vim, alios ut erudire poſſit, quippe qui indoctus ipſe ſit; vanis autem promiſſis homines lactare, id eſſe a moribus ſuis alieniſſimum; ſe enim eo impudentiæ non proceſſiſſe. locum ipſum legito, & a me haud diverſus abibis. Idque clariſſimum & diligentiſſimum virum *Iſaac. Caſaubon.* non vidiſſe miror.

Pag. 145. 36. Ἐγχειρήσας] Legendum hoc loco ἐγχειρίσας. Ita paſſim alibi circa hanc vocem erratum eſt.

Ibid. 38. Ῥάκος] Notanda metaphora; quaſi qui veſtem recentem & integram alteri commodarit, poſt certum tempus detritam recipiat.

Pag. 146. 43. Ἀπολείψει] Leg. vel ἀπολείπῃ, vel ἀπολείψῃ.

Ibid. 49. Ἡμεῖς δὲ προσίωμεν] Mſ. ἡμεῖς δὲ καὶ προσίωμεν.

Pag. 147. 72. Ἀθηναίων τὰ πρῶτα] Ita Lucret. *Prima virorum*, pro flore vel principibus gentis, ita infra πρῶτα τῶν κολάκων.

Ibid. 79. Τόνδε Δῖ] Verſus *Hom.*

Pag. 148. 97. Τῶν πολλῶν ἐκείνων] Duobus [illegible] vulgaria vertit *Eraſmus*, fallitur: οἱ πολλοὶ qui[illegible] nemini ignotum eſt: *vulgus* ſignificat; [illegible] ἐκεῖνα non ſignificat *vulgaria illa*. neque [illegible] Graeci ſermonis conſuetudo.

Pag. 149. 12. Πάντας ἀνθρώπους ἡβηδὸν] Certe hic [illegible] locus per ſe ſatis probarit, non ſemper ſumi [illegible] ſumi debere contendunt viri doctiſſimi. [illegible] enim ab *Euſtathio* vertatur καθ' ἡβῶντας. con[illegible] eam ſignificationem perquamplurimis locis [illegible] convenire. Ita apud *Herodot.* lib. 6. ubi ſcribit Mileſios, cum Sybaris a Crotoniatis eſſet capta, dolorem ſuum publico luctu eſſe teſtatos: Συβάριος γὰρ ἁλούσης ὑπὸ Κροτωνιητέων, Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν ἀπεκείραντο τὰς κεφαλὰς, καὶ πένθος μέγα προσεθήκαντο. Quid? puberes tantum caput raſerint, ceteri minime? Cave credas; nam Μιλήσιοι πάντες ἡβηδὸν, nihil aliud eſt quam, Μιλήσιοι ἀπαξάπαντες, *omnes omnino Mileſii.* Scio *Budaeum*, ſcio *Vallam*, viros undiquaque doctos aliter cenſuiſſe; id tamen ſcio, neque in hoc Luciani loco, neque porro in illo Herodoti, verti debere ἡβηδὸν per, καθ' ἡβῶντας, aut κατὰ νεότητα, ſed ἄρδην, vel πάντας καθ' ἡλικίας, ut *Suidas* ex veteribus gloſſis vertit. Quin etiam memini me legere in Lexico Herodoteo, quod ex Cod. Mſ. Goldaſti evulgatum eſt, ἡβηδὸν converſum per ὀρχηδὸν, at illud ὀρχηδὸν [illegible] apud *Herodotum* in 7. ubi nil aliud ſignific[illegible] quam quod Latini dicunt *viritim*, vel, quo[illegible] ad vocis originem accedit, *una ſerie*, *uno* [illegible] *ordine*. Hiſtoria ſic ſe habet. Cum grand[illegible] è reditu metallorum, quæ ad Laurium Atti[illegible] in aerario eſſet, cives autem Athenienſes [illegible] ea decem drachmas eſſent accepturi, auct[illegible] *Themiſtocles*, ut ducentarum navium claſſem [illegible] cunia conſtruerent: Graece ſic: τῶν ἀπὸ Λαυρ[illegible] λων ἔμελλον λάξεσθαι ὀρχηδὸν ἕκαστος δέκα δρ[illegible]. Sed ibi iterum Valla *ad puberes* ſuos rediit; [illegible] taſſe apud *Heſychium* legerat vocem illam [illegible] ἡβηδὸν converſam fuiſſe. Ceterum in hac vo[illegible] ptus *Suidas*; at illum, monitus, facile emen[illegible].

Pag. 149. 17. Οὔτοι ἀπόβλητα] Ex *Hom*[illegible]

> Οὔτοι ἀπόβλητ' ἐστὶ θεῶν ἐρικυδέα δῶρα.

Pag. 150. 28. Προεδρίας] De hoc honore lege quae ab *Iſ. Caſaub.* annotata ſunt ad Theophraſti Character. pag. 161.

Ibid. 33. Ὑπέβαλλες] Ut qui libidini alienae ſubjiciunt pueri aut puellæ teneritudinem.

Ibid. 35. Ἐπιβουλεύουσί μοι] Legendum arbitror σοι.

Ibid. 39. Ἐπὶ κεφαλὴν ἐξωσθείς] Latine, *capite protruſus foras.* Phaedr.

Ibid. 43. Μηθ' ἥκειν] Mſ. μηκέθ' ἥκειν.

CAPUT III.

Lucianus emendatus. Parodia ex Pindaro. lectio in Luciano confirmata. Ἐλέου βωμός. *Lucianus emendatur. Lucianus iterum emendatur in* ἐκποδὼν τῶν ἄλλων. *Pollux & Philoſtratus emendati; ut & Lucianus.* Ἔρανος. νεοδίδακτοι διθύραμβοι *quomodo intelligendum.* διδάσκειν, διδάσκαλος. *diſcipuli apud Terentium.* ἄσῃ ὑπὸ τῇ δικέλλῃ *quomodo intelligendum.* Ἐπιπηδᾷν. *Lucianus emendatur. Joſephus emendatur duobus locis. Callimachi locus apud Schol. Pindari emendatus.* ἔθιμον *quid. Lucianus duobus locis correctus.* κορύνη. *Plutarchi locus contra Amiotum explicatur in Alex. Gloſſema ex Luciano ejectum. Plauti locus adverſus Palmerium confirmatus.*

PAg. 151. 61. Εἰρεσία τῶν πτερῶν] Ita Virg. *remigio alarum.* Ita γονιμώτατος poëta Lucret. de avibus dixit;

Remigii oblita pennarum vela remittunt.

Ibid. 64. Σὲ φημί] Ita dicere ſolebant cum urgebant, vocabant, aut revocabant, ceſſatores inclamitabant. Ariſtoph. ſaepe. Latini dicunt. *Heus, heus, tibi dico.* Terent. & ante ipſum Plaut. Qui aliter intelligunt, ad has res ſapiunt minus.

Pag. 152. 67. Ὑμῶν ὑποστήσομαι] Legendum ἐγὼ δὲ νῦν ἀποστήσομαι· *Nunc vero abibo.* nam jam antea abituriebat. deinde iſtud ὑμῶν non poteſt ſtare. nemo enim ibi praeter unum Timonem erat.

Pag. 153. 74. Ἄνθρακας εὕρω] Notum proverbium, ἄνθρακες ὁ θησαυρός.

Ibid. 78. Ὦ χρυσέ] Verſus *Euripidaeus*; quæ autem ſequuntur, αἰθόμενον γάρ &c. ea ex Pindaro ſunt. Sed quia dixerat ille Thebanus vates, χρυσὸς διαπρέπει ὡς τὸ πῦρ νυκτί, facetus ſcriptor ſenſum invertit, quaſi dixerit *Pindarus* aurum noctu lucere (quod aliter eſt, ſcripſit enim *aurum fulgere inter homines, ut lucet ignis noctu.*) Itaque addit Lucianus aurum non νύκτωρ tantum, ſed etiam μεθ' ἡμέραν διαπρέπειν, facetia & ingenii elegantia Syro noſtro digniſſima.

Pag. 154. 85. Τὰ ἐν Δελφοῖς ἀναθήματα] Singillatim *Pauſanias.* Quaedam etiam *Herodotus.*

Ibid. 89. Πανὶ τούτῳ] Recte τούτῳ; quippe cujus imago ibi, in ἐσχατιᾷ ſcilicet. Nam ἐσχατιὰ eſt χωρίον ὅρους ἔχον, quibus in locis fere plerumque Panos imago. Neque adeo mirum, pecoris enim Deus Pan. adde quod διφθέρας pingebatur. *Juſtinus* lib. 43. *In hujus radicibus templum Lycaeo, quem Graeci Pana, Romani Lupercum appellant, conſtituit; ipſum Dei ſimulacrum nudum caprina pelle* (διφθέρα eſt) *amictum eſt, quo habitu nunc Romæ Lupercalibus decurritur.* itaque non abs re eſt quod διφθέραν ſuam Pani dedicat. Haec igitur noſtra eſt de hoc loco ſententia. Clariſſ. autem *Menagius*, praeclararum artium πανήγυρις, & elegantiorum, quantum eſt, hominum amor, aliter cenſet, legique, ut audio, poſtulat. Πλούτῳ τούτῳ, pro Πανὶ τούτῳ. Nam quod alius quidam legendum exiſtimat Πενίᾳ ταύτῃ, fugit illum ratio. Cetera enim ut mittam, non potuiſſe dicere ταύτῃ. quid ita? quia jam abierat Penia. Sed cum vir ille qui ita ſcripſit, uti audio, is ſit qui perſonas, διανοίας, judicia denique, atque adeo omnia in Luciano ἄνω κάτω vertat, ſi rogites cur ita faciat; nil ab eo feras aliud, quam quod apud Comicum eſt. *Mihi ſic verum eſſe lubet.* ἰού, παπαὶ βόμβαξ.

Ibid. 96. Ὑπεροψία] Editi quidam habent ὑποψία, ſed eodem errore quo apud *Philoſtrat.* in vita Apollon. lib. 3. cap. 9. primulo ſtatim initio, τῆς τε ὑποψίας ἐπελάβετο. lege fidenter ὑπεροψίας.

Ibid. 97. Ἐλέου βωμός] Hujus arae meminit quoque alibi Lucian. in Demonacte, ἐν δικαστηρίοις; Philoſtrat. in vita Pollucis Sophiſtæ, & Pauſan. in Atticis. Ceterum huic Deo Ἐλέῳ primi omnium aram ſacrarunt Athenienſes, ut ex illa luculentiſſima Nicolai oratione apud Diodorum liquet.

Pag. 155. 98. Ἐπικουρήσεται] In Cod. *Eraſmi* legebatur ἐπαρκέσεται, vertit enim *ſuppeditare.*

Ibid. 1. Ἐδῶν] Mſ. ἐδῶν.

Ibid. Μονήρης δίαιτα] Hanc vitam qui vivebant, ii μονήρεις & ἰδιαστικοὶ dicebantur. Laërt. in Thalete.

Ibid. 16. Εὐωχείτω] Legendum εὐωχείσθω. nam εὐωχεῖν ſignificat *aliquem convivio accipere*, εὐωχεῖσθαι autem *epulari.* error turpiſſimus.

Pag. 156. 17. Ἐκποδὼν τῶν ἄλλων] Hic vero locus eſt, qui me, ſi quiſquam alius, torſit; neque, ut opinor, injuria. Non enim Graece dici poteſt ἐκποδὼν τινὸς, ſed τινί; itaque pro ἐκποδὼν τῶν ἄλλων, mihi vehemens ſuſpicio eſt legendum ἑκὰς ὢν τῶν ἄλλων, *longe ab aliis*, vel, *ab aliis remotus.* Non poëtæ tantum, ſed & *Thucydides*, & *Herodotus*, ita hac voce utuntur. Si quid habes melius, Lector doce, & favebo.

Ibid. 19. Στέφανον] Mortui enim in Graecia olim coronati teſtimonia paſſim. Neque tantum mortuos, ſed & ſepulchra & cippos coronare mos fuit.

Ibid. 22. Δυσκολίᾳ] Emenda *Pollucem* lib. I. cap. 2. περὶ τυράννου. Ubi enim legitur, τύραννος ἄνοσιος, εὔκολος, palam eſt legi debere δύσκολος. Et miror poſtremum editorem non vidiſſe. Emendes quoque licet *Philoſtrat.* lib. 3. *Apollon.* cap. 8. Nam ubi legitur φιλοτιμεῖσθαι τῶν ἀνοήτων τε καὶ εὐκόλων, haud dubie legendum ἀνοήτων τε καὶ δυσκόλων.

Pag. 157. 25. Πίττῃ καὶ ἐλαίῳ] Quo majus incendium fiat ſcilicet.

Ibid. 29. Βαπτίζοντα] Male in libris ſcriptis πίπτοντα.

Ibid. 31. Τίμων Ἐχεκρατίδης] Mendum eſt. lege Τίμων Ἐχεκρατίδου, *Timon Echecratidae filius.* quod & ſupra viſum eſt, & infra occurret. Quis igitur negligentiam priorum interpretum & editorum non miretur?

Pag. 159. 48. Γναθωνίδης] Apud Terentium Gnathonici ex Menandro.

Ibid. Ἔρανον αἰτήσαντι] Qui *coenam* vertunt, ii mihi

hi

hi dormire videntur. Longe enim aliud ἔρανος, aliud δεῖπνον; neque hic quidquam commune habent. Sed cum ea vox diligentiſſime fuerit a viro undiquaque doctiſſimo explicata in eruditis illis in *Theophraſt.* commentariis, p. 272. addam tantum ita eſſe exponendum *Philoſtrat.* p. 95. & 527. poſtremae editionis; ita etiam intelligendum eſſe locum *Dionis Chryſoſtomi* p. 116. Locos ipſos afferre piget. Ceterum vocem Graecam in interpretatione retinui, idque Plin. junioris judicium ſecutus, & inopia linguae Latinae coactus.

Ibid. 60. Νεοδιδάκτων διθυράμβων] *Qui nuper evulgati ſunt.* διδάσκειν enim ad ἐπιδείξεις theatricas pertinet; inde illa frequenter legas, κωμῳδοδιδάσκαλος, τραγῳδοδιδάσκαλος, διθυραμβοδιδάσκαλος. quin etiam aliquando διδάσκαλος ſimpliciter pro eo qui drama aliquod edit; ut apud *Ariſtoph.* in Pluto:

Οὐ γὰρ πρεπῶδές ἐςι τῷ διδασκάλῳ.

Inde apud Terentium *diſcipuli* pro actoribus. *Num immemores diſcipuli?* id eſt, num actores tui animo ſunt ita omiſſo, ut &c. Quo loco qui legunt, *Num immemor es diſcipuli*, ποῦ τὰς φρένας ἔχεις; inde eſt etiam quod in comoedia Italica Doctor ſaepe prodit. Inde etiam διδάσκειν per ſe ſolum pro *comoediam* vel *tragoediam* docere, (Latini enim uſurpant quoque) apud *Diodor.* lib. 14. Ἀστυδάμας ὁ τραγῳδὸς τότε πρῶτον ἐδίδαξεν. Ita igitur hoc loco διθύραμβοι νεοδίδακτοι. Qui aliter explicant, quaſi diceret Gnathonides, ſe modo illa carmina didiciſſe, male explicant.

Pag. 160. 62. Ἐλεγεῖα ᾄσῃ] Quia elegia ab origine prima luctui dicata erat. Inde eſt quod & apud *Heſych.* ἐλεγεῖα dicuntur ἐπιτάφια ποιήματα.

Ibid. Ἄσῃ ὑπὸ τῇ δικέλλῃ] Ridicule qui vertunt, *ab hoc doctus ligone*; nihil enim in Luciano tale. Sed quod Latine dicitur *canere*, vel *ſaltare ad tibiam*, *ad citharam*, id Graece eſt ᾄδειν vel ὀρχεῖσθαι ὑπὸ τοῖς αὐλοῖς, ὑπὸ τῇ κιθάρᾳ; & hinc tota loci hujus venuſtas pendet. Lucian. lib. περὶ ὀρχήσεως ſic loquitur. διδάσκουσα πολλὰ τῶν πάλαι ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις. Aliter quoque dixiſſe puto, nimirum ἐν αὐλῷ; ibidem, παίδων χορὸς συνελθόντες ἐν αὐλῷ καὶ κιθάρᾳ. Sed non memini me alibi legere. Interim vides, Lector, quam exigua res venuſtiſſimum ſenſum perdat.

Ibid. 80. Καὶ προσελθὸν] *Eraſmi* codex habebat, καὶ γὰρ &c. ſcilicet διὰ παρενθέσεως.

Pag. 161. 87. Ἐξιέφηβοι] Vocem Graecam retinui, veteres ſecutus. Ceterum priusquam hinc abis, emenda *Pollucem* lib. 1. cap. 7. ἐπιδιετὴς δὲ, ὁ ὑπερβὰς τοὺς ἐξ ἐφήβων δύο ἔτη, certiſſime legendum eſt unica voce, ἐξεφήβων δύο ἔτη, id eſt, qui ex ephebis exceſſit a duobus annis.

Ibid. 88. Ἐπιπηδᾷν] Non ſignificat inſultare, ſed avidius, cupidius, immodeſtiusque aliquid appetere. Ita *Themiſtius* oratione prima: ἀλλ' ἐμὲ ἐπιπηδᾷν ὑπολήψονται καὶ ἐπιβατεύειν, καὶ ἐφαρπάζειν μὴ ἐθελόντων διδόναι.

Pag. 162. 2. Ἔςαι ταῦτα] Ita dicebant pro, ταῦτα ἀσφαλῆ καὶ βέβαια τυγχάνει. Latini, *ſic erit*, pro, haud dubie, at alias aliud.

Ibid. 14. Ἐρεχθεῖδι] Mendum eſt. legendum enim Αἰγηῗδι; quippe Κολυττὸς erat tribus Ægeidis, teſte *Harpocrat.* δῆμος ἐςὶ τῆς Αἰγηῗδος φυλῆς Κολυττός. Ceterum tempore *Suidae* nondum hic locus Luciani corruptus erat. Nam ubi ait Colyttum tribus Ægeidis fuiſſe, Timonem Luciani laudat. Miror elapſum hoc fuiſſe diligentiæ clariſſimi viri *Joannis Meurſii* in libello de populis Atticæ, in quem infinitas correctiones congeſſit, quae ad horum locorum appellationes pertinent.

Ibid. 14. Θεωρικὸν] De aere rhetorico diligentiſſime *Harpocration* ex quo verbum de verbo tranſtulit *Suidas* quæ de hac voce habet. Legendi quoque Demoſthenis interpretes.

Ibid. 17. Ὄφιλος] Joſephum bis emendo hujus verbi occaſione, ἐν τῇ τῆς ἀρχαιολογ. γ'. κεφ. β'. Ubi enim in Baſilienſi editione, & poſtrema etiam, omnium, quotquot fuerunt, inquinatiſſima, legitur, καὶ τῆς ἐπὶ τροφῇ χάριτος, πότε μὴ παρόντος, ἰδεῖν. Locus eſt ita corruptus, ut niſi addatur haec vox ὀφείλας, a nemine ſanæ mentis verti poſſit. Initio quoque pro καὶ, legendum, ὡς, & totus locus ita concipiendus: ὡς τῆς ἐπὶ τροφῇ χάριτος, πότε μὴ παρόντος, ὀφείλοι ἰδεῖν ὄν. diligens Lector Joſephum adibit. Iſtud autem ὀφείλοι ἰδεῖν ὄν, verti ea ratione debet, quæ δεῖν εἶναι, & δόξαι τῇ βουλῇ, id eſt, κατὰ τὸ δόξαν τῇ βουλῇ. Atque utinam praeſtantibus ingeniis luberet aliquando tanti ſcriptoris emendationem ſuſcipere; ſymbolam certe daremus; quadringentos amplius locos ex ingenio emendatos conferre poſſemus. Plura facere eſſet ſane perfacile, ſed doctioribus, & qui Lutetiae vitam agerent, & codicibus Regiæ bibliothecæ frui poſſent; *Nobis non licet eſſe tam beatis.*

Ibid. 18. Ἔρεισμα τῶν Ἀθηναίων] Magnifice ſane. Ita Pindarus olim Athenas vocaverat ἔρεισμα τῆς Ἑλλάδος, cujus loci meminit *Plutarchus*, & Schol. *Ariſtoph.* Ceterum non poſſum hic praeterire Joſephi locum, in quo graviſſimum mendum eſt, quia verbum ἐρείδω, unde natum ἔρεισμα eſt, corruptum fuit: ita habet: ὅτι μὲ νέος ὢν ἡμαρτε καὶ μήπω τὸ φρονεῖν ἐπηρεισμένος, nullo aut ridiculo ſenſu. Nam iſtud ἐπηρεισμένος nihil ad rem. Itaque mihi certius certo eſt legendum, μήπω τὸ φρονεῖν ἐρηρεισμένος, id eſt, κατὰ τὸ φρονεῖν, κατὰ φρόνησιν, *Qui prudentia ſatis firmus nondum* eſt.

Pag. 163. 20. Βουλεὶ ἀμφοτέραι] Scilicet ἡ ἄνω καὶ ἡ κάτω. Locus eſt apud Heliodorum, ubi Cnemon caſus ſuos commemorat. eſt aliquid etiam apud *Liban.* argumento Orat. κατ' Ἀνδροτίωνος. cum addo, ſi vacat.

Pag. 164. 28. Τελείῳ ἅρματι] Cum duodecies circa metam currus flectebatur: πωλικῷ vero, cum octies tantum. Scholiaſtes *Pindari* edit. Rom. in Pyth. φασὶ δέ τινες ὅτι δώδεκα δρόμους ἀνύει τὸ τέλειον ἅρμα, τὸ δὲ πωλικὸν, ὀκτώ. Tum vero affert Callimachi locum, cui ἧττα φάρμακα πάσιν decretum eſt. ſic habet:

Δωδεκάκις περὶ δίφρον ἐπήγαγεν ὄθματα δίφρου.

Sed quid hoc, quaeſo, ἐπήγαγεν ὄθματα δίφρου περὶ δίφρον? Davus profecto ſum, inquies, non Oedipus. Igitur ſic exiſtimato, illud δίφρον nulli rei eſſe; ſcripſerat enim *Callimachus* νύσσαν (ita metam vocabant) in illis autem verbis ὄθματα δίφρου nil corruptum, ſed vox tantum explicanda, quæ nullibi, quod ſciam, reperitur, ὄθμα ſcilicet. eſt quidem apud *Heſychium* ὄθματα, ὄμματα πελιδνὰ (emenda & ſcribe, ὡς Αἰολεῖς; nam ὄθματα Æolice ὄμματα ſunt;) ſed in hoc *Callimachi* loco ὄθμα nihil eſt aliud quam *motus*, vel *Aſſ-*

00079881

Digitized with financial assistance from
Observer Research Foundation
on 17 May, 2019